Digitized by Google

NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
16 B
25

M

Digitized by Google

SINGVLARIA

PRAECLARISSIMA AC IMPRIMIS OMNIBVS IVRISPERITIS perneceſſaria, ac utiliſſima.

PLVRIMORVM INSIGNIORVM DOCTORVM NVNC AB OMnibus mendis, quibus ſcatebant expurgata.

OMNIA, PRAESERTIMQVE DO. LVDOVICI Romani, multis ſingularibus ex manuſcriptis exemplaribus nunc primum locupletata: Nouisq; D. Nicolai Pignolati in Ludo. Rom. & D. Gabrielis Sarayna in Do. Matthaeum Matheſilanum Iuriſconſultorum Veronenſium additionibus decorata, Summarijsq; & duplici repertorio nouiſſime illuſtrata,

SVMMO STVDIO, LABORE, ET DILIGENTIA eiuſdem Domini Gabrielis omnia correcta & elaborata, quorum Autorum nomina uerſa pagina indicabit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

VENETIIS MDLVII.

AVTORES SINGVLARIVM IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM.

Ludouicus Romanus.	char. 1
Antonius Corſetus.	char. 117
Matthæus Matheſilanus.	char. 185
Franciſcus Cremenſis.	char. 291
Petrus Gerardus de Petraſancta.	char. 313
Gulielmus de Ludo.	char. 347
Amanellus de Claris Aquis.	char. 354
Paulus de Caſtro.	char. 366
Ioannes de Arnono.	char. 368

AMPLISSIMO VIRO IOANNI MATTHÆO BEMBO PATRITIO VENETO, AC SENATORI CLARISS.

GABRIEL SARAYNA IVRISCONSVLTVS VERONENSIS S. P. D.

POSTEAQVA'M, *ità ſatis annuentibus, facinoroſorum hominum calumnijs, impiorumq; iudicum iniquitate, & imperitia, patria mihi quinquennio carendum fuit, uir clariſsime; amicorum omnium ſuaſu, atq; conſilio, me in hanc inclytam Venetiarum ciuitatem, tanquàm in tutiſsimum naufragij mei portum, poſt tot turbulentiſsimas ærumnarum tempeſtates ſuperatas, lubenti animo recepi. In qua, ne meum declamandi, atq; cauſas perorandi inſtitutum prætermiſiſſe merito iure repræhendi poſſem, amicis, clientibusq; meis in foro adeſſe, cauſasq; apud iudices agere nullo unquàm tempore intermittendum putaui. Qua in re ità mihi omnia ex ſententia, atq; feliciter cedere contigit, ut nunc demum hic ea frui animi tranquillitate, quam ſemper in patria obtinere concupiuerim, conſequi uerò ob ciuiles ſeditiones minimè potuerim à Dijs immortalibus datum, atq; conceſſum mihi uideretur. Verum, ne quod mihi tempus à forenſibus cauſis agendis ſupereſſet, ſine aliquo negotio literario, cui me à teneris (ut aiunt) unguiculis addixi, ſegniter interiret, præclara noſtratium Iuriſconſultorum uolumina continuo ſtudio eſſe mihi peruoluenda operæprecium fore duxi: tùm ut indies noui aliquid in tàm immenſa legalis ſcientiæ diſciplina addiſcere: mihi contingeret tùm etiam, ut ſi quid fortè uarijs diſtricto ſolicitudinibus excidiſſet, protinus reminiſcerer, atq; memoriæ commendarem. Quo factum eſt, ut cum frequenti horum lectione, ita mẽdoſi codices forte fortuna in manus meas incidiſſent, ut Sphinge potius, aut Oedippo, quàm Iuriſconſulto, ad uerum autoris ſenſum eruendum, & interprætandum opus eſſet: eorum uicem miſeratus, in ſtudioſorum omnium gratiam, atq; uti-*

litatem, multa ſæpius obiter caſtigauerim; plurima item prætermiſſa παρέργως repoſuerim; Quod in brocardicis Azzonis quæſtionibus nunc primum ex bibliotheca mea in lucem editis, atq; Benedicti de Benedictis cognomento Capræ reſponſis perſpici poteſt: quæ cum mutila, ac lacera in manus meas incidiſſent, ità examuſsim emendaui, ut per me priſtino eorum nitori reſtituta, quicquid in eis integritatis, & concinnitatis eſt reliqui, id omne, ſolertiæ, atq; diligentiæ meæ, acceptum referant. Idem etiam in Ioannis Blanoſci Burgundi, Iuriſconſulti uetuſtiſsimi de forenſibus actionibus commentarijs effeci, quæ a me ad ueterum exemplarium fidem recognita nullum amplius ſtudioſis negotium faceſſunt. Omnia inſuper Iacobi Beluiſij, Hippolytiq; Marſilij opera, induſtriam meam teſtantur, quæ adeò repurgaui, ut nunc demum tanti uiri nomine digna uideantur. Taceo conciuis mei Bartholomæi Cepollæ, atq; Iacobi Zocchi Ferrarienſis canonicas lectiones induſtria mea elaboratas, atq; in lucem emiſſas, innumerabiliaq; alia doctorum hominum monumenta, quæ maximis impenſis, ſummoq; labore congeſta, à me ultimam manum expectant. Inter quæ ſi quam unquàm in aliquo uolumine corrigendo, curam, ſtudium, aut diligentiam adhibuerim, eam equidem omnem, cæteriſq; omnibus impenſiorem, in eius enchyridij emendatione, quod plæraſq; iuris noſtri receptas ſententias, inſignioreſq;, atq; memoratu digniores quæſtionum deciſiones, multorum Iuriſconſultorum opera ex immenſis iuris prudentiæ uoluminibus collectas continet, me poſuiſſe ſanè profiteor. Quum enim uaria eius, atq; frugifera lectione pellectus, illud ſucceſsiuis horis totum perlegiſſem, ipſumq; ità uulgò deprauatum offendiſſem, ut uix quid ſibi autores uellent, percipi ſatis poſſet: quæ à celeberrimis iuris profeſſoribus ſingulariter, atq; egregiè ſcripta ſunt, ſingularem à me itidem diligentiam proprio quodam iure ſibi expoſcere mihi uiſa fuerunt. Iccircò ea omnia ſtudioſè atq; accuratè rimari auſpicatus, multa inuerſa, atq; immutata inter legendum reponere, prætermiſſa ſuo loco deſcribere: pro fictis uera: pro obſcuris aperta proponere conſilium fuit, ne tàm utile, tamq; cunctis iuſdicentibus perneceſſarium iuris compendium, mendis undiq; turpiter ſcatens neglectum in tenebris diutius deliteſceret; Atq; ne in hoc itidem iuriſprudentiæ candidati, ſi quod fortè obſcurius, aut in utranq; partem diſputabile axioma occurreret, operam meam deſiderarent, nonnullas ei addidi annotationes, quibus ij, qui de ea re latius, atq; diffuſius tradidere, recenſentur: omnibusq; inſuper quæſtionibus epithoma ſuum præmiſsi, ut quid ſingulæ quæq; continerent prima fronte indicarent, citraq; lectoris laborem demonſtrarent. Quod ego felici (ut aiunt) Minerua paucis diebus abſolui. Verum ne eæ noſtræ qualeſcunq; lucubrationes, in ſtudioſorum iniuriam, atq; detrimentum inter priuatos parietes continuò detinerentur. cum mihi

perſuaſum prorſus eſſet, nihil apud mortales eſſe, in quo tàm elaborare omnes meo iudicio homines debeant, quàm in mutuis adiumentis, eſt enim eiuſmodi ſtudium cum fructu ipſo ad utilitatem uberrimum, tùm uerò populari etiam plauſu, ad laudem, & commendationem nominis honeſtißimum, amicorum precibus exoratus, ſtatui tandem eas in lucem emittere, Cumq́; in ipſarum editione, communem ſcribentium morem, atq́; inſtitutum imitari mecum ipſe conſtituiſſem, atq́; ob id eas inſigni cuipiam uiro, ſub cuius nomine, atq́; auſpitio ab inuidorum morſibus tutæ in publicum prodirent, eſſe dedicandas, in animum induxiſſem, diu anceps hæſitaui cuinam hominum generi hæc tàm præclara doctorum memorabilia dicta, meis laboribus reſtaurata, aucta, atq́; illuſtrata deuouerem. Hinc enim ea iuris prudentiæ ſtudioſis, ſiue etiam publicis legum profeſſoribus proprio quodam iure deberi, materiæ ratio exigere uidebatur. idq́; & ad magnam operis apud omnes commendationem, gratiamq́; comparandam, & ad Zoylorum obtrectationes euitandas, tutißimum præſidium exiſtimabam. Hinc uerò Principi cuipiam, ſeu uiro inter cæteros uirtutibus ornatißimo; iuſtitiæ, religionisq́; cultu, atque geſtarum rerum monumentis clarißimo, eſſe potius condonanda ea nimirum ratione adducebar, quoniam, quæ diuino ſanè numine conſcripta ſacroſancta apud nos haberentur, non niſi Heroibus, aut diuinarum uirtutum præſtantia eminentißimis uiris ueterum more, qui ſua Mercurio opera plæruńq; dedicabant, eſſe nuncupanda conſtituebam, Verùm quid apud nos legum prudentia ſublimius, aut ſanctius reperiri poteſt? Cum ipſa à diuina lege profecta, ab ipſis maiorum gentium dijs in homines transfuſam eſſe plæriq́; omnes exiſtimauerint, a Ioue ipſo, ceu præcipuum quoddam donum, mortalibus traditam, à Iuſtitia neruos accipientem, a prudentia intellectum, à fortitudine executionem? Aegyptiorum legislatorem Oſyrim à Mercurio; Zoroaſtrem apud Arimaſpos à bono numine; Xamolſim apud Scytas à Veſta leges habuiſſe prædicant. Minos nouem annorum ſpatio Iouis uſus familiari conſuetudine, ab eo conſtituendæ Reipub. rationem didiciſſe dicitur. Lycurgum ferunt & ab Apolline Deum appellatum eſſe, & ſua edicta ῥήτρας uocaſſe, quòd oracula uideri uellet: Numam aiunt noctu cum Aegeria congreſſum leges accepiſſe, demumq́; Arabum Regem Maumethem ſuas ab Angelo Gabriele, uti Moſes à Deo leges, atq́; conſtitutiones habuiſſe, quò plus autoritatis eis addant, eius hæreſeos aſſertores affirmant. Sanè ipſarum legum præſtantiam ex eo Veteres facilè iudicauerunt, cum cæterarũ artium originem non ad Deos immortales, ſed ad homines retulere, qui demum inuentionis ſuæ præmium hoc habuerunt, ut in deos referrerentur: ſic Medicina Aeſculapium; Aſtrologia Athlantem conſecrauit; Ipſas uerò leges à Deo optimo Maximo eſſe hominibus traditas exiſtimauere, Quamobrem nil apud nos ad bene bea-

teq; uiuendum conducibilius, nil dignius, aut ad cuiusq; actiones moderandas excellentius exiſtimandum eſt, cum hæc in facinoroſos homines ſeuerè animaduertat, diuinumq; iudicium exequatur, bonos præmijs inuitet, oppreſſos calamitatibus erigat. Quā ob cauſam ampliſsima dignitate eius ſectatores culti, magnos magiſtratus, ſummas dignitates, honeſtiſsima officia a regibus impetrant, ueriq; Philoſophi nuncupantur: ſic Solon ab Athenienſibus: ſic Zaleucus Locrenſibus; Charondas Thurijs, Pheidon Corinthijs appellati: Neq; id iniuria, cum iuriſconſulti effigies, & ſimulachrum ſit admirabile; Cuius anima eſt Dei cultus: ſpiritus, legis cura: cerebrum, iudicium perſpicax: oculi, linguaq;, doctrina: pectus, memoria tenax, cor, recta uoluntas: manus, rectæ uoluntatis effectus: pedes, perſeuerantia: totum æquitas, atq; grauitas, cum ſit publicus ciuium patronus, commune ciuitatis oraculum, diuinæ mentis, & uoluntatis interpres. Præterea hæc alicui, quemadmodum prædiximus, inſigni, atq; primario uiro, qui cæteris imperet, atq; ius dicat, deberi potius in animum inducebam, quoniam in dijudicandis omnibus, quæ in publicis conſilijs decernuntur, illi leges, gnomonis uice eſſe debent; Adhæc ſæpe res grauiſsimæ in diſceptationem ueniunt, ubi ſi magiſtratibus de iure malè conuenerit, ſtudijs, factionibusq; publica tranquillitas turbabitur. Quo fit, ut quemadmodum nautæ curſum ad ea ſydera, quæ eodem ſæpe loco circumaguntur, dirigunt: ità par ſit, ut ad leges, quæ à ſapientiſsimis hominibus latæ, & uirtutis uiam rectiſsimè indicant, & ſui nunquàm diſsimiles ſunt, opiniones Principis exigantur. Quid enim furioſius eſt, quàm accedere ad Rempub. nullis inſtructos legibus; nulla præditos neq; humanitatis, neq; æquitatis ſcientia? In ſcænam nemo prodit, niſi hiſtrionicam probè meditatus: nemo fidibus ludit, niſi muſicam teneat; quanto magis oportet eos, qui Reſpublicas capeſſunt, qui conſilium, qui opem innocentibus pollicentur, honeſtis artibus antea exornari. Irrepunt enim in forum & uaniſsimi Rabulæ cauſas acturi, qui, quandò is quæſtus eſt uberrimus, ex litibus lites ſerunt, clientes deglubunt, Reſpub. depeculantur. indoctum iudicem nouis ſubinde cauillationibus ludificantur. Merito igitur hæc principi potiſsimum deberi prædictis rationibus colligebam: ſperabamq; ut hac etiam nuncupatione, eò plus & fauoris, & gratiæ apud omnes eis eſſet acceſſurum; quò princeps dignitate, potentia, authoritate & iuriſdictione celeberrimos quoſque iuriſconſultos antecelleret. Quamobrem, cum ſæpius ipſe mecum animo uoluerem, quem ex tot ſenatorij ordinis grauiſsimis uiris, maximis functum magiſtratibus, genere, moribus, uirtutibus, atque rebus præclare geſtis nobiliſsimum mihi patronum, et huiuſce enchyridij uindicem deligerem: Tu ſolus occuriſti uir clariſsime, cui hæc qualiacunque eſſent, citra inuidiam poſſe dedicari multis de cauſis uiderentur. nam ſi huiuſce mei inſtituti

rationem, tuarum laudum, atque uirtutum commemoratione, ſine adulationis ſuſpitione, atque tuarum aurium offendiculo, reddere mihi liceret: hæc nulli aptius, aut congruentius, quàm tibi potuiſſe, quin debuiſſe potius nuncupari proculdubiò demonſtrarem. Verum cum epiſtolam ſcribere ſtatuerim, non uolumen, mihiq́; in tuarum laudum præconijs diutius immorari datum non ſit: liceat ſaltem ſtudio, atq; deſiderio meo ſatisfacere, & è multis aliqua, quæ te illuſtrem, atq́; prorſus immortalem conſtituunt, ſeligere: quibus & hoc meum inſtitutum probetur, meaq́; in te obſeruantia aliqua in parte ſignificetur. Innumerabiles propè hæc inclyta ciuitas ueſtra ſenatorij ordinis, & genere & uirtute præſtantes uiros tulit, qui cùm domi, foriſq́; ſupremos magiſtratus ſumma cum laude, & reip. utilitate geſſerunt: tùm ope, & conſilio contra hoſtes, patriæ plurimo fuerunt adiumento. Verum quis tecum conferri dignè poſsit non ſatis perſpicio; Imprimis enim ſi generis nobilitas ſit inſpitienda, Bemba familia tua inter patritias Venetæ urbis domus connumerata, maximo eſt patriæ ornamento, cum ex ea, tanquàm ex equo Troiano, tot in omni uirtutum, atq́; ſcientiarum genere inſignes uiri prodierint, ut ex cæteris omnibus in unum coactis uix olim prodijſſe memoriæ traditum acceperimus. Ex hac enim (ut a religione auſpicemur) Franciſcus eius nominis primus, ortus eſt, qui ob eius ſingularem integritatem, atq; religionis cultum, ſummus Venetiarum Antiſtes creatus fuit, qua in dignitate, ità ſe pium, atq; officioſum Chriſti fidelium paſtorem præſtitit, ut apud omnes moriens, religionis, pietatis, ac doctrinæ ſuæ æterna monumenta reliquerit. Præterea ſi rei militaris peritia, ac præclara pro Rep. geſta facinora ſpectanda ſint; occurrit protinus Franciſcus Bembus ſecundus, qui Venetæ claſsis imperator, in Padi flumine Philippi Mariæ Mediolani ducis claſſem fudit, atque diſiecit, & Florentinæ Reip. libertatis ſolus uindex fuit. Benedictus etiam Venetorum item claßis præfectus, ita pro patria contra Ligures ad Tanaim fœliciter dimicauit, ut pro uictoria Reip. comparanda, diem oppetere non dubitauerit. Quod & de Petro Bembo tritauo tuo patrij ſcriptores tradidere, qui ſub Callipoli in faucibus Helleſponti acriter, atq́; forti animo pugnans, tormento bellico in capite ictus interijt. Ad hæc Marini Bembi uirtus, atq́; animi magnitudo, claſsis præfectũ agentis Iaderam, quæ a Venetis deſciuerat, in fidem recepit, atq; fuſis, profligatiſq́; hoſtibus eam urbem patriæ reſtituit. Quid tres illos Marcos commemorem, tria naualis belli fulmina? qui multarum triremium præſides, maria omnia a truculentiſsimis Piratarum incurſionibus, eorum uirtute, atq; præſtantia tuta reddiderunt, hoſtiliaq́; arma, uel delerunt, uel propulſarunt. Certe quidem eximios, atq; in re bellica præſtantes uiros Bemba tulit familia, qui utranq́; pro patria ſubire fortunam nõ ſine uitæ diſcrimine, ne quid Reſp. caperet detrimen

ti, ne minimum quidem ſunt ueriti; Sed non minores, aut aliqua in parte eloquentia, & facundia inferiores eadem patritios procreauit: quos in ſenatu pro maximis reip. negotijs decernendis, uerba facientes, uſq; adeo omnes laude, atq; admiratione ſunt proſecuti, ut quicquid ſtatuendum, aut etiam abrogandum ipſi cenſuiſſent, id protinus ratum, ſenatuſq; conſulto ſancitum eſſet; Quorumq; opera, & autoritate in publicis, atq; grauiſsimis legationibus pro rep. obeundis ſenatum ſæpiſsime uti ſolitum accepimus; Atq; in hac re Franzotus huiuſce familiæ clariſsimum decus imprimis prodit, qui ob eius in dicendo incredibilem uim, atq; grauitatem, cum de pace inter Venetos, Ligureſq; ineunda ageretur, ad Clementem pontificem eius nominis IIII, potentiſsimumq; Gallorum Regem, orator miſſus fuit: Petruſq; Bembus prior, qui dum, de rapinis, depopulationibuſq;, præteritorum præliorum, atq; concertationum tempore uiciſsim commiſsis inter eoſdem controuerteretur; apud Senenſem remp. legationis munere ſenatus iuſſu functus eſt. Ommitto Paulum Bembum grauiſsimum uirum, qui in maximis reipublicæ opportunitatibus ſuperioribus annis, legationis ad Sulthanum Aegypti regem deſsignatæ principatum obtinuit; Prætereo Dardum maiorem, qui ad Andronicum Cæſarem pro patria legationem obiuit, atq; petita, perorata cauſa, impetrauit: quo factum eſt, ut & primus Sici comes a frequenti ſenatu deſsignatus fuerit; Compluresq; alios ſilentio prætermitto, qui ità ſingulari eloquentia claruere, ut ea ad ſummos magiſtratus adipiſcendos, ipſis aditum patefecerit, quemadmodum Maphæo Bembo oratori diſertiſsimo, qui ob id primus Pagi comes in Illyride creatus fuit: Hectorq; gentilis tuus Belluni primum rector, atq; prouiſor deſsignatus: multiq; alij inſigniores uiri, qui facundiæ atq; integritatis ſuæ beneficio & in Diui Marci Procuratorum numero ſibi locum uendicarunt. Andream tamen Bembum prorſus ſilere abſurdum, & nefarium eſſet, qui literarum ſcientia, atq; omni dicendi genere ità claruit, ut Venetorum geſta heroico carmine doctiſsime conſcripſerit: Bernardumq; equitem & celeberrimum iuriſconſultum, græcè, latineq; apprime doctum, Petri Bembi Cardinalis ampliſsimi, atq; in omni ſcientiarum genere eruditiſsimi genitorem: Atq; demum Dauid, Bernardumq; fratres tuos amantiſsimos, quorum poſtremus uarijs diſciplinis excultus, rara admodum caſtitate uſq; ad extremum uitæ diem celebs præfulſit. Verùm quid gentilitia ſtemmata, maiorumq; tuorum uirtutes, reſq; pro republica præclarè geſtas commemoro, ut iſtius nobilitatem familiæ, dignitatemq; ſignificem? Equidem cum ſingulorum clara facinora conſidero, neminem prorſus uideo, cui magis hæc ipſius gloriam, atq; præſtantiam acceptam ferre debeat, quàm tibi, cuius uirtute, prudentia, Iuſtitia potiſsimum decorata, inter celebriores, atq; uetuſtiores urbis domus ueræ nobilitatis fulgore in

præſentia coruſcat. Nam ſi tua domi, foriſq; egregia facta oratione complecti uelim, te primum religione Numam; integritate Naſicam: gloria Pompeium: grauitate Catonem: clæmentia Cæſarem: Humanitate Piſiſtratum Athenienſem: in patriam pietate Coriolanum: fide Regulum: Conſtantia Q. Scæuolam: continentia Fabium: moribuſq; Portium Catonem ſuperare, apertiſsimis argumentis patebit; Atq; inprimis, maximum religionis te ſpecimen oſtendiſſe exploratum eſt, cum non in patria ſolum religionem colueris, oppreſſos ſubleuaueris, ingentem pecuniæ uim indies pauperibus erogaueris; ſed etiam uentorum uim, mariſq; tempeſtates perpeti, itinerumq; difficultates ſuſtinere, inq; Syriam, immani etiam inter Turcharum Imperatorem, Sulthanumq; regem, uigente bello, ut Chriſti ſepulchrum præſens inuiſeres, nauigare uolueris. Multa ſunt id genus religionis tuæ, atq; pietatis documenta; ſed illud longe omnium memoratu dignum occurrit: cum tu chriſtiana pietate commotus Pontificiam, Cæſareamq; claſſem contrà Turcicas gentes, prælia gerentem, inedia, fameq; propè confectam Iaderæ prætor, vrbipræfecto pœnitus reluctante annona, atq; commeatu tuo clàm adiuuiſti; Cumq; Aſcriuij præſes non ſolum eam urbem Turcarum obſidione depreſſam, re frumentaria abunde communieris; ſed & Docleæ, Buluæq; ſæpius finitimis ciuitatibus, barbaricam rabiem expertis, cuncta uictui neceſſaria ſuppeditaueris: Alexandrumq; Contarenum xxv. præfectum triremibus illhùc fortè perlatum, remigeſq; omnes penuria laborātes affluenter alueris: Atq; cum Cypri Prorex, Priolo, Celſoq; triremium præfectis, nauibus naufragio attritis illhùc conuectis, integriſq; nauigijs quò Venetias nauigare poſſent, ſummoperè indigētibus, duas illas inuitis Cypri magiſtratibus, triremes accomodaueris, quæ ad inſulam à piratarum incurſionibus cuſtodiendam, ſenatus decreto in portu aſſeruabantur. Magna quidem hæc ſunt, & non niſi incredibilem tuam in omnes pietatem, officium, atq; benignitatem præſeferentia: At uero laudabilius multò, cæteriſq; omnibus & fidei, & amoris præclarius exemplum cunctis imitandum propoſuiſti, cum Marcum Mihaëlum tibi tantum de facie notum, homicidij in Vincentium Molinium patritium Venetum patrati, delatum reum, domiq; alicuius ob id recipi decemuirali decreto ſtatuta pœna prohibitum, profugum, à ſuis eiectum, iamq; ſibi ipſi ne minimum quidem confidentem, hylari fronte receperis, conſolatumq; fideliter occultaueris, neceſſarijſq; rebus ſibi proprio ære comparatis, eum ad exteras gentes tutò deferri, diligenter curaueris, & ciuem patriæ ſeruans, & amicum tibi æterna deuinciens obligatione. Quid dicam de integritate, grauitate, clementia, & humanitate tua, quæ te ad ſummos magiſtratus euexerunt maximamq; tibi gloriam, & laudem pepererunt? Sanè tot tantæq; hac potiſsimum ratione ad te delatæ dignitates una hora mihi occurrunt, ut à qui-

bus initium ſumam, non ſatis mihi ſit exploratum. Frequens enim Senatus integritatis tuæ habita ratione imberbem adhuc adoleſcentem te Oenoteleſphoris, ne quid in ea re doli mali, fraudisuè committeretur, uno omnium conſenſu præfecit; Ingeniiq́; tui bonitate perſpecta, te XXVII. annum uix agentem Proconſulatus dignitate decorauit; Exin recentis Auditorij triumuirum deſsignauit; quo in magiſtratu ità ſanctum, ſeuerum, contra improbos inexorabilem, ui & maieſtate æquitatis, ueritatisq́; terrificum te præſtitiſti, ut incorrupti iudicij tui, atq́; eloquentiæ certiſsimum teſtimonium reliqueris; Vbi enim utrinq́; actis diſputationibus ſententiam latam fortè abrogandam ſolus cenſuiſſes, eiq́; merito intercedendum pronuntiaſſes, reliqui Iudices iam iam de approbatione diſſerentes, ingenij tui acumine, atq́; ſententiæ grauitate perſpecta, priori eorum opinione intermiſſa in tuam ſæpius ſententiam deſcenderunt, quæ poſtmodum ad Quadraginta uiros deducta, atq́; à te de abrogatione cauſa perorata, uniuerſis ſemper ſuffragijs, nulla prorſus intercedente comperendinatione, aut ad alterum diem ampliatione, ſententia lata fuerit antiquata, idq́; pro lege ſtatutum, omnibus magiſtratibus obſeruandum propoſitum fuerit. Quæ res maximam de te expectationem in animis hominum excitauit. Atq́; ideo Senatus ad animi tui dotes ſublimius prouehendas, ut de tua ēt continentia iàm tùm effloreſcente periculum faceret, ærario publico te Quæſtorem præfecit. In cuius adminiſtratione ità diligenter publicam pecuniam cuſtodiuiſti: ærarium ipſum ſedulo auxiſti: cæteraq́; omnia ad Reipub. utilitatem pertinentia accuratè procuraſti, ut datorum omnium atq́; acceptorum habita ratione, non ſine magna continentiæ atq́; diligentiæ tuæ commendatione, quod tibi acceptum ferret, non nihil eſſet reliquum. Quamobrem his rebus in patria à te bene geſtis, cum uirtutum tuarum, atq́; animi magnitudinis ea eſſet apud omnes celebritas, ut ad ultimos usq́; Britannos iàm delata, urbibus etiam, quæ in Venetorum ſocietatem uenerant clarius innoteſceret, teq́; ſibi præſidem decerni frequentius expeterent; Senatus te diutius domi continere, tuis uirtutibus indignum ratus, ad ea urbes regendas, atq́; gubernandas te mittere, quàm celerrime ſtatuit. Quod cum eo tempore Iadera urbs Turcarum copijs obſideretur, continuisq́; dimicationibus oppugnaretur, quò uirtus tua dilucidius effulgeret, maiorumq́; tuorum in re bellica præſtantia in te uno efflorere poſſet, eò te Prætorem deſsignare habitis comicijs Senatus decreuit. Quò celeri celeritate profectus, mirum fuit, qua prudentia, atq́; fortitudine eam urbem quàm ocyſsime communieris, resq́; omnes iàm propè collapſas reſtitueris, quæ uè pugnandi ſtratagemata Camillum Vrſinum, apud quem eius belli ſumma erat, ad hoſtiles acies ab obſidione propellendas, ſapienter monueris, urbemq́; à Turcico furore ſeruaueris. Blanonam etiam, atq́; Nedinum ſeruaturus ni ducis antea

deſidia, atq; negligentia in hoſtium poteſtatem ueniſſent. Cuius rei ciues, tantiq; accepti beneficij non immemores, te optimè de ipſis meritum, non iàm Prætorem amplius, ſed patrem patriæ potius communi uocabulo nuncuparent: Quamobrem triennio, quò ijs tuo regi imperio diuinitus contigit, exacto, ſucceſſore tibi dato, publicus indictus eſt luctus, omnesq; primi ordinis uiri pullatis, atq; ad talum dimiſſis ueſtibus induti, ſqualorem, mæroremq; non ſine lachrymis, præſeferentes, ut qui ſe iàm omni pace, quietis tranquillitate, uitaq; demum diſceſſu tuo deſtitui arbitrarentur, nauim usq; ſunt comitati, atq; è littoribus ſoluenti omnia felicia, ſecundaq; paßis manibus, ſunt uno ore comprecati. Quo factum eſt, ut tua in re bellica uirtute, atq; præclarè a re in Illyrico bello geſtis à Senatu cognitis, Iadrenſiumq; in te mira obſeruantia intellecta, ad Aſcriuij etiam urbem regendam, atq; gubernandam, eo præſertim tempore te mittere conſtituerit, quo inter Cæſarem Turcharumq; Imperatorem ad Caſtrumnouum, maximum bellum gerebatur, nimirum ueritos, ne Caſtronouo a Turcis oppugnato, ea ciuitas, quæ finitima eſt, aliquid detrimenti pateretur. Tibi igitur tantæ rei demandata prouincia, eam, non ut alij complures renuendam, aut aſpernandam putaſti, ſed illam potius hylari, fortiq; animo, pro patriæ pietate, atq; uniuerſæ Italiæ defenſione, ſuſcipiendam arbitratus es. Iccircò eò ſecunda nauigatione delatus, diſiectos primum muros, atq; uetuſtate collapſos, architectis omnibus ad eam rem conuocatis, admirantibus, celeri quadam, atq; firmißima ratione reparari curauiſti: Villas, omnemq; regionem piratarum rapinis, atq; prædationibus incenſam ac deuaſtatam, in fide confirmatam præſidijs, atq; commeatu communiſti; reliquumq; frumentum, in urbem undiq; comportari imperaſti, quingentisq; in urbe conſcriptis militibus, omnibusq; ad uſum belli è ueſtigiò comparatis, quò anceps eius belli euentus rediret, ut tuis rebus conſuleres, explorare cæpiſti. Vbi uerò Caſtrumnouum ab archypirata illo Hariadeno Barbaruſſa, ducentarum triremium claſſe, ingentiq; armatorum hominum numero, oppugnatum, Hiſpanorumq; copias, quæ ibi præſidij cauſa erant, ad unum crudeliter trucidatas percipiſti, eumq; ad Aſcriuium ſuperandum, contrà pacis conditiones, claſſem, curſumq; dirigere, certißimum conſilium inire. Omnia è munitionibus armamenta, tormentaq; quàmprimum educi iubes, atq; milites, ut in armis eſſent cohortatus, ea in muris diſponis, certasq; cuiq; partes ad cuſtodiam urbis attribuis. Dum hæc à te Aſcriuij ſecretò geruntur, Hariadenus recenti elatus uictoria, ſancta, firmaq; pacis fœdera uiolare, oblata ſibi pugnandi occaſione, optimum ratus, ingentem denuò ducentarum triremium claſſem reficit, rebusq; ad oppugnationem neceſſarijs probè inſtruit, nauesq; omni genere armorum ornatißimis militibus complet: atq; Rizo-

nicum ſinum de improuiſo, ut imprudentes imparatosq́; opprimat, ingreſſus, Aſcriuium, (quemadmodum erat antea proſpectum) remis uelisq́; contendit. Hùc ubi applicuit, quò belli initium aliquo quæſito colore cauſaretur, occultamq́; eius nauigationem excuſaret, ad te legatos præmittit, qui oppidum Riſinum, octo ab hinc paſſuum millibus diſtans ſibi dari poſtulent: quod ni feceris, minari ſe illud, Aſcriuijq́; urbem terra, mariq́; diuturno obſeſſurum bello, demumq́; oppugnaturum, atque a fundamentis euerſurum, omnesq́; trucidaturum, ac bona militibus diripienda conceſſurum. Quibus, cum te à Senatu ad ea loca gubernanda, atque defendenda miſſum, ea alij nunquàm ipſo inconſulto, ultrò eſſe conceſſurum, conſtanter reſpondiſſes, populisq́; tuæ fidei commiſsis, nullo unquàm tempore eſſe defuturum iuriſiurandi religione confirmaſſes, his acceptis Hariadenus legatos remittit, qui te de Aſcriuij deditione ſalutis, atque omnium incolumitatis propoſita conditione, maximisq́; tibi oblatis præmijs, eius nomine palàm ſolicitent, & exagitent. Quibus cum, nec te patriam, totamq́; Chriſti Rempubl. cuius res eo tempore ageretur, nunquàm proditurum retuliſſes. ira commotus Hariadenus hanc ad bellum committendum, pacisq́; conditiones perfringendas idoneam cauſam arbitratus, uniuerſam armatorum claſſem propè urbem ad unum tormenti bellici ictum, magno obſtrepentium militum clamore, & oſtentatione producit. At uerò ubi tanta triremium multitudine, militumq́; numero conſpecto, totq́; hoſtium clamantium uocibus exauditis, omnium animos timore perculſos, atque conſternatos, fortunis ſuis quemq́; deſperare, compluresq́; iàm de deditione cogitare, ac colloqui, cognouiſti: Conuocato concilio, exponis in eos Senatus officia, atque uoluntatem, quàmq́; illos præcunctis chariſsimos habeat, tùm propter ipſorum præterito bellorũ tempore perſpectam fidẽ, atque conſtantiam: tùm quoniam ea ciuitas, & opere, & natura loci munitiſsima, Imperio Veneto, toti deniq́; Italiæ, aduerſus Turcicas Barbarasq́; nationes, tutiſsimo eſſe propugnaculo arbitraretur. Commemoras, quo ſtudio, quauè diligentia Senatus, eo percepto bello quod ad Caſtrumnouum gerebatur eorum ſaluti, & incolumitati conſulendum ſtatuerit: quot habita commitia, ut inſignem ſibi aliquem, prudentem, atque fortem uirum, ad eam urbem tutandam præficerent. Addis quo omnium conſenſu, & applauſu ea tibi demandata ſit prouincia: quàm ſedulo, quàmq́; diligenter ipſorum tibi commendata fuerit ſalus: quot in id errogatas pecunias: quæuè, ſi dimicandi caſus accidiſſet, undiq́; pollicita præſidia; Te Senatui iureiurando recepiſſe, operam, ingenium, curam, induſtriam, omnem denique diligentiam, in eorum defenſione poſiturum, neq́; uitæ peperciturum, ne quid ea urbs detrimenti pateretur. Iccircò te illhùc uix appulſum, magnam undiq́; frumenti, atque ne-

ceſſariarum rerum copiam conquiri, & ex agris in urbem importari curauiſſe, ne commeatus inopia, ſi forté obſiderentur, ad aliquas turpes conditiones deſcendere cogerentur; Mœnia reparata; Quingentos, qui haberi potuerunt, milites conſcriptos, omniaq; ad belli uſum neceſſaria fuiſſe comparata. Reliquum eſſe, ut ſeſe ad defenſionem forti animo accingant, teq; non ducem, ſed potius commilitonem ſequantur. Id ab eis Senatum, pro ſuis in illos maximis beneficijs, atq; propoſitis præmijs expetere. Id etiam liberos, parentes, uxores etiam atque etiam ſupplices obteſtari, quibus, ni defendantur, in eorum conſpectu in ſeruitutem abſtrahi, ipſosq; interfici, ac bona dirripi, neceſſe eſt uictis, aut ultrò deditis accidere: eius rei teſtimonium præſtare cædem ad Caſtrumnouum factam. Meminiſſe demum oportere ſe Chriſtianæ Reipublicæ ciues eſſe, & à Deo optimo Maximo ad eius fidem, & religionem ab Infidelium iniurijs, atque contumelijs conſeruandam, tutandamque eſſe electos. Nihil de priſtina eorum uirtute eſſe in præſentia remittendum, ſed quemcunque caſum fortuna tribuiſſet, pro Chriſto eſſe forti animo ſubeundum. Neque Deum, cuius auſpitio, atque uoluntate bellum geratur, unquàm ſanè permiſſurum, ut tot eius nominis pijſſimi aſſertores, iniquo Marte ſuperarentur. Nec tantæ claſsis magnitudine, ſuorumque exiguitate eos exterreri oportere doces, cum hi ad ducendum bellum, uictoriamq; reportandam aptiſsimam urbem obtineant, natura, & loci munitione, & maris propinquitate, aquæ, frumentiq; copia. cuius magna uis ex proximis agris erat eò congeſta, multaq; ex Illyrico præſidia ſint aduentura, quæ hoſtes circumueniant, eiſque prohibeant, ut neque pedeſtri itinere, neque nauibus commeatu iuuari poſsint: futurum; ut illis oris cibariorum inopia, ne uè in auguſto loco a Venetis concludantur, illis oris diutius conſiſtere non poſsint, modo primi eorum incurſus fortiſsimè ſuſtineantur. Nec etiam incolumitatis, & ſalutis oblatis conditionibus, Hariadeno eſſe fidem adhibendam, contendis: tùm, quia infidelem in ſuam poteſtatem redactis, pactam fidem ſeruaturum exiſtimandum non ſit, isq; proprio ipſius ingenio perfidiæ plenus promiſsis nunquàm ſtare nouerit, ſed & ultrò deditos contra iuriſiurandi religionem crudeliſsime interficere conſueuerit. Tùm, ne patriæ, ſuorumq; omnium, Venetæ Reipublicæ de ſe optime meritæ, totius deniq; Chriſti fidei, eorum uirtuti commiſſæ, perpetua infamiæ nota, proditores appellari merito contingat. Liquidò conſtare ex petitæ deditionis conditionibus, hoſtes oppugnationis nullam ſpem obtinere, eas proculdubio oppreſsis non propoſituros, ſi ſe urbem expugnare, opesq; diripere in futurum poſſe confiderent; Et ideò, qui turpiſsimam ſeruitutem deditionis nomine appellarent

non eſſe exaudiendos, nec ciuium, quin potius nec Chriſti fidelium loco eſſe habendos. Animi eſſe illam molliciem, non uirtutem, belli leuia quædam incommoda pauliſper ferre non poſſe. Qui ſe ultrò morti offerant facilius reperiri, quàm qui dolorem pacienter ferant. Te de deditione ſententiam probaturũ, ſi nullam, præterquã eorum uitæ iacturam fieri uideres: Sed in conſilio capiendo omne Venetorum imperium, totam deniq; Italiam eſſe reſpiciendam, Chriſtiq; fidei eſſe habendam rationem, quæ in eorum conſtantia, atq; defenſione, poſita eſſet. Non eſſe igitur committendum, ut ij eorum auxilio ſpoliarentur, qui ipſorum ſalutis cauſa, proprium periculum olim ſubire neglexerint. nec ſtultitia, ac temeritate, aut imbecillitate animi, Venetam remp. eſſe proſternendã, ac oẽm Italiã perpetuæ ſeruituti turpiter addicendã. Tui conſilij eſſe facere, quod maiores tui nequaquam pari bello fecerunt, qui in oppida compulſi, ac inopia ſubacti, omnia perpeſſi ſunt ſupplicia, uitæq; diſcrimen ſubire potius, quam ſe hoſtibus dedere, maluerunt: Cuius rei exemplum ſi non haberetur, tamen libertatis cauſa inſtitui, & poſteris prodi pulcherrimum fore. Nam quid illi ſimile proximo bello fuit? depopulata Illyride, magnaq; illata ad Iaderam calamitate? hoſtes tamen finibus noſtris aliquando exceſſerunt, atq; alias terras petiuerunt: iura, leges, agros, opes, libertatem deniq; nobis reliquerunt. Turcæ uerò quid petunt aliud, aut quid uolunt, niſi inuidia adducti, quos fama nobiles, potentesq; bello cognouerunt, horum in agris, ciuitatibusq; conſidere, atq; ijs æternã iniungere ſeruitutem: neq; enim unquàm alia conditione bella geſſerunt. Eundem & hoc bellum, habiturum exitum, ſpernandum eſt. neq; illum timorem præſeferendum, ne prudentes ſuſpicari oporteat, ſibi parum credi; hoſteſq; improbos ſcire, ſeſe timeri, q̃ illis licentiam timor augeat, ipſis ſtudia diminuat, ſed cuſtodiam urbiſq; defenſionem eſſe forti animo ſuſcipiendam; & ſi quæ ab hoſtibus fierent irruptiones, eis eſſe acriter obſiſtendum. Hac oratione permoti omnes, crebrò etiam dicentem interpellabant, ut magno cum dolore imbecillitatis, & infidelitatis ſuſpitionem ſuſtinere uiderentur. Diſcedentem uerò ex concione uniuerſi cohortantur, magno ſis animo, neu dubites urbis defenſionem ſuſcipere, et ſuam fidem, uirtutemq; experiri. Quo facto, commutata omnium uoluntate, & opinione, portas occludi, armatoſq; in muris conſiſtere iubes; Tu depoſita toga, paludamento indutus, mænia obis: diu, noctuq; excubias uiſis, atq; quid hoſtes conſilij capiant, ne te imprudentem opprimant, frequenter exploras. Interim Hariadenus maritimæ oræ locis occupatis, milites exponit: inſtructaq; acie in proximum urbi collem contendit, ut inde, quaſi ex ſumma ſpecula proſpiciat, quo facilius loco ciuitatem poſsit oppugnare. Hoc à te per exploratores intellecto, cunctorum militum robur è ueſtigiò deligis, delectumq; è ſtationibus educis. ijs hoſtes inſequi, atq; in accliui collis aſcenſu defatigatos circum-

uenire, circũuentosq́; interficere imperas. Tum uero ij, ſicuti erat præceptum tacitè portis erumpunt agmineq́; confertiſsimo, inopinantes hoſtes, atq́; itineris difficultate impeditos adorti, magnam multitudinem eorum fugientium primo impetu conficiunt: reliquos fuſos, fugatosq́; usq́; in naues propellunt: ipſiq́; incolumes, paucis deſideratis, in urbem ſe ad ſuos recipiunt. Qua parta uictoria, tantum cuiq́; animi, & roboris ad dimicandum additum eſt, ut ægrè à pugna milites contineri poſſent. Quæ res maximum patriæ, totiq́; Italiæ uirtutis tuæ teſtimonium, & admirationem præbuit; ingensq́; ubiq́; ſuborta eſt lætitia; Venetijs publica decernitur ouatio, Romæq́; Pontefex Maximus hoc accepto nuntio, ampliſsimo Cardinalium concilio, primiq́; ordinis uiris congratulatur. At Hariadenus hac accepta clade, iracundia percitus, hanc denuò ciuitatem terra, mariq́; omnibus copijs oppugnare conſilium capit: quosq́; barbara feritate, atq́; immanitate, cæteris præſtare cognoſcit, ſagittarios, funditores, tormentariosq́; milites è ſingulis nauibus educit, atq́; apud urbem idoneo loco caſtra ponit; Reliquos uerò cum tota maritima claſſe ad eam partem accedere, quæ mari alluitur, iubet. Dato ſigno atrox utrinq́; bellum committitur. Tu, cum miſsilibus telis diù pugnatum eſſet, omnibus emiſſarijs belli tormentis in hoſtes eodem tempore è muro eiaculatis, inſtructas acies ingenti cæde conſternis, ut iàm hoſtes ex cadauerum aggeribus usq́; ad multam noctem præliari cogerentur. Quo prælio intempeſtæ noctis obſcuritate direpto, quidam cælitus demiſſus noctu fulgor diui Franciſci delubrum ingredi, eggrediq́; uiſus fuit, adeſſe numen, urbemq́; tutari, teſtatus. Interim uerò, dum maximum hoſtes, atq́; horrendum in poſterum diem moliri bellum nuntiaretur: ipſeq́; excubias diligenter inuiſeres, eosq́; ad cuſtodiam hortareris, ubi ad illud urbis propugnaculum uentum eſt, quod Gordicchium appellant, tertiam circiter atræ noctis uigiliam, candidiſsima quædam Columba aduolat, ſupraq́; caput tuum conſiſtit, perſpicuum tibi exploratæ uictoriæ afferens augurium: quod & Aquila, quæ tibi antea Aſcriuianum agrum perluſtranti, in Trinitatis monte, caput ſæpè uolatu obiuit, proculdubiò euenturum certiſsimè indicauit. Vbi dies illuxit, Hariadenus præſidij tantum in urbe eſſe arbitratus, ut ne muros quidẽ cingi poſſe perſuaſum haberet, deſpecta tuorũ paucitate, ſuos hortatur, ne tantam fortunã ex manibus, dimittant: unũ illud eſſe tempus prædicat, quo maxime contendi conueniat: ipſi ſi rem obtineant, finem laborem omnium expectent. His dictis ex omnibus partibus cum toto peditatu, atq́; his quæ proxima nocte ad oppugnationem parauerat, portis ſuccedit. Tui contrà ſimulatq́; ex ipſis prodigiorum ſignis in ſpem uictoriæ uenerunt, clamore ſublato arma capere, portas obſtruere, murumq́; complere cæperunt; elatiq́; ſpe celeris uictoriæ, & hoſtium inſcitia, ſuperioribusq́; ſecundis prælijs ad pugnandum ala-

criores, nihil adeò arduum ſibi exiſtimabant, quod non uirtute facilè conſequi poſſe confiderent. Quarè exaudito tubæ ſono, pugnatur acriter uno tempore omnibus locis, atq; omnia tentantur. quæ minimè uiſa pars firma eſſe, huc concurritur. ultrò citroq; miſsis telis, ſagittis, ac tormentis eminus utriq; præliantur. Tu idoneũ nactus locum, quid quaq; in parte geratur, cognoſcis: laborantibus atq; defatigatis integros ſubſidio ſubmittis, pluribusq; in locis ad omnia occurris. Crebrò milites cohortaris, ne labori ſuccumbant, aut exploratam uictoriam dimittant; omnium ſuperiorum dimicationum fructum in eo die, atq; hora doces conſiſtere. Verum, cum nec iam arma tuis, uiresq; ſuppeterent, resq; in ſummo uerſaretur diſcrimine, his difficultatibus hoc unum ſubſidio eſſe ratus, ut repentina in hoſtes fieret eruptio, portis patefactis, paucisq; in muris relictis, reliquos omnes in Turcas de improuiſò impetum facere imperas. Quo, uti erat imperatum, celeriter expedito, cum omnium animi ad ulciſcendum arderent, factum eſt ut, repentina eruptione, opportunitate loci, hoſtium defatigatione, tuorumq; militum uirtute, perterriti hoſtes, ne primũ quidem impetum ferrent, ſed ſtatim nullo certo ordine, neq; imperio, cum ſibi quiſq; primum itineris locum peteret, & ad ſuos peruenire properaret, terga uerterent, multisq; ammiſsis præcipites ſe ſe fugæ mandarent. Quo prælio reſtituto, ac repulſis, profligatisq; hoſtibus tanta rerum commutatio facta eſt, ut tui etiam, qui uulneribus confecti procubuiſſent, ſcutis innixi prælium redintegrarent, plusq; tertia parte barbarorum interfecta, ſigno recipiendi dato, uix perſequendi finem facerent. Ità eius diei pugna confecta, noui aliquid ab hoſtibus iniri conſilij nonnullorum ſignificatione certior factus, ad militum animos confirmandos multa contionatus, edicis, ut ſe quamprimùm colligant, uiresq; reficiant, protinusq; in armis ſint, ſeq; in poſterum diem ſimilem ad caſum parent: futurum, ut Dijs fauentibus, deleto hoſtium exercitu, eandem belli fortunam expertantur; quiq; ſupereſſent contrà conſiſtere non auderent, ſed ab oppugnatione deſiſterent, atq; ex illis oris abſcederent. Tum uerò Hariadenus, ne minimo quidem ſpacio ad ſe colligendos, armãdosq; ſuis dato, robuſtiorum, atq; recentiorum militum habito delectu, certam ſibi uictoriæ ſpem, omneq; certamen in celeritate eſſe poſitum arbitratus, acies in proximæ noctis crepuſculo clàm inſtruit, tuosq; adhuc exultantes, atq; uires quiete reficientes, imprudentes opprimit. Ipſi, qui ſuperioribus prælijs exercitati, quid fieri oporteret non minus commode ipſi ſibi præſcribere, quàm ab alijs doceri poterant, arma expediunt, atq; miſsilibus telis de muro contendunt. Cumq; acerrimè eminus pugnaretur, neq; Hariadenus integros haberet, quos defatigatis ſubmitteret, res ità eſt proclinata, ut totis trepidaretur caſtris, neq; quò ſigna ferrentur, neq; quã in partem quiſque conueniret, ſatis perſpectum haberet; Quod conſpicati tui milites, quorum adhuc,

ad hoſtes

ad hoſtes fugandos, atq; interficiendos, alacer, & promptus erat animus, è munitio nibus errumpunt, palantesq́; & nullo ordine fugientes inſequuntur, multisq́; interfe ctis, ſeſe omnes, præter admodum paucos, intra ciuitatem recipiunt, inſomnesq́; to ta nocte in armis excubant. Hoc prælio facto maxima à Turcis accepta clade, cõ ſtituit Hariadenus optimum eſſe domum ſuam quemq́; reuerti; ſicq́; infecta re, rece ptui cani, uaſa conclamari, reliquosq́; omnes naues conſcendere, eademq́; nocte Ca ſtrumnouum traijci iubet. Hoc à te per exploratores intellecto, atq; de hoſtium fu ga nuntio allato, tuorum primùm uitæ, ſalutiq́; conſuli: deinde cadauera humari cu ras: poſteà omnium in patenti foro aduocato concilio, multa de militum fide, conſtã tia, atq; uirtute concionatus, indeq́; nauticas exuuias, claſsium ſpolia, ac collectas ex hoſtibus manubias in ſingulos partitus, ingentes primùm Deo pro urbe ſeruata agi gratias, ſacrasq́; fieri luſtrationes, uotaq́; omnia perſolui imperas, deq́; omnibus rebus a te geſtis, literis ad Senatum miſsis, Patres conſcriptos iam de tua, uniuer ſæq́; Italiæ ſalute ſolicitos, certiores reddis. His peractis Hariadenus cum relicto exercitu Caſtrumnouum præteruectus, legatos, regiaq́; munera ad te mittit, ſui pur gandi cauſa, ꝙ contra, atq; inter eius imperatorem Othomannum, Venetosq́; pã ctum eſſet, illis oris applicuiſſet, tantumq́; bellum conflaſſet: at uerò ſe ſe admiſsi pœ nas luiſſe: petere, atq; orare, ut inter eos pax denuò reconciliaretur, eaq́; ratione, ſe ſe omnia imperata facturum. Tu uerò illum ſeuerius increpitare, atq; incuſare, ꝙ ſecus atq; ducem fortem, magnanimumq́; deceat, militiæq́; uſus ferat, pacis fœde ra uiolaſſet, fidemq́;, datam perfregiſſet, ac omnibus uicis, ædificijsq́;, quò adire po tuerat, incenſis, multisq́; interfectis, maximum tuis, Venetæq́; reip. detrimentum in tuliſſet. Senatui ſemper placuiſſe fidem ſemel datam religiosè ſeruari: & ideo re integrandæ pacis conditionem illum non aſpernari, modò eam incorruptam conſer uare, atq; ex Adriatico ſinu longius abire, deinceps ipſe conſtituat; quod ut faciat te eum etiam atq; etiam hortari, ne cum eo nauali demum prælio confligendum ſit. Hi cum, tuis internuntijs aſſociati, ad Hariadenum perueniſſent, expoſita ſenatus uolun tate, ille te primùm ſummoperè collaudato, ſe pacem tunc iureiurando firmare pa làm profeſſus, ſeq́; ſtatim aliò eſſe abiturum prædicans, tuos ad te internuntios pre cioſis ueſtibus indutos, & ſpeciarijs, militaribusq́; donis amplíſsimè cumulatos re miſsit, atq; ex Adriatico ſinu, ut primùm ſecundi afflarunt uenti, quibuſdam ad modum paucis Caſtrinoui præſidio relictis, diſceſsit. At ij, qui Caſtrumnouum in colere, atq; cuſtodire iuſsi fuerant, piraticis deprædationibus ſueti, eò ſe loci contine re ægro animo ferentes prædatorijs acatijs, piraticisq́; myoparonibus conuecti, onerarias ſæpè naues, uarijs mercibus onuſtas, leuiaq́; piſcatorum nauigia, illhàc præteruecta intercipiebant, intercepta diripiebant, ac remiges, cæterosq́; omnes in

ſeruitutem abſtrahebant, atq; proxima quæq; loca crebris incurſionibus depopulabantur. Quo à te cognito, in eius ſinus promontorio eſſe arcem conſtruendam, certasq; ex compeditis remigibus triremes ad ea loca, mariaq; tutanda, eſſe inſtruendas, ſenatui literis ſignificaſti. Interimq; cum Cyuranã nauim, Rizonici ſinus custodiæ præpoſitã, ab ijs, quos prædiximus, piratis oppugnatã, indeq; eos Cartolum, Lusticiũq; Illyridis oppida, depopulari cõſiliũ capere, accepiſſes, triremi, leuibusq; inſtructis Hemiolijs cõtra ipſos progreſſus, eos ſex horarũ ſpacio captos omnes ſuſpẽdi iuſiſti. Aſcriuij igitur urbe ſeruata, deletisq; piratis, cum eam uictoriã Senatus uirtuti tuæ meritò acceptam referret, te equeſtri dignitate inſignire, quingentosq; tibi aureos nummos ære publico quotannis perſoluendos decernere inſtituebat, cum quidam gloriæ tuæ inuidentes in comicijs habita oratione, ærarijq; ſuperioribus bellis, pecunijs propè exhauſti, egeſtate propoſita, acerrimè obſtiterunt. Omnibus rebus pacatis ubi magno Aſcriuianorum mœrore diſcedens, Venetias appuliſti, maximis exceptus honoribus, uniuerſis patritijs comitantibus, ad Senatum, Principemq; proficiſceris: quæ à te geſta ſunt præſens ſignificas, adminiſtrationisq; tuæ rationem reddis. Ille uirtutem, atq; animi tui magnitudinem collaudat, tecumq; de tanta uictoria congratulatus, te Iulij Cæſaris fori, Carnorumq; Imperatorem ſenatuſconſulto decernit: à qua tamen dignitate abſtinendum cenſuiſti, cum illa in regione eodem tempore Franciſcus Theupulus ſororius tuus quæſtorem ageret, legeq; ſancitum eſſet, ne duo eiuſdem gentis, aut etiam conſanguinei maxime neceſſarij in eadem prouincia magiſtratus gerant. At uerò poſteaquam, ab ea prouincia regenda non temerè abſtinendum eſſe cenſuiſſe Senatus accepit: te Iuſtinopolis prætorem declarat. Qui magiſtratus, tametſi cæteris antea conſecutis paulò quidẽ uideretur debilior, illum tamen, qui ſeptem alijs gentilibus tuis rectè adminiſtratus antea fuerat, à te itidem non eſſe aſpernandum, aut dimittendum exiſtimaſti. Quare ad eam ciuitatem delatus, cum nõnullos cerneres, mutuis inter ſe digladiari odijs, atq; inteſtina quædam inter eos intercedere diſsidia, quæ niſi matura quadam prudentia ſopirentur, maximum incendium alere facilè poterant, ea non ſopijſti ſolum, ſed ſubmouiſti pœnitus, atq; extinxiſti, populosq; ad concordiam hortatus, ita omnium animos permouiſti, atq; eò rem perduxiſti, ut nunquàm uel tranquillius, uel pacatius uixerint. Mox locum illum, in quo ingens farinæ uis ad incolarum pauperum egeſtatem ſuſtinendam conſeruatur, uberrius auxiſti: Demumq; pacatis omnibus rebus ultrò præturæ dignitatem depoſuiſti, Venetiasq; reuerſus es. Quid de Veronenſibus meis dicam? qui uirtutis, atq; integritatis tuæ fama adducti, te ſibi præſidem decerni à Dijs immortalibus expetebant? Quod eis tandem ex ſententia ceſsit: Nam cum, ut Veronam, uirum aliquem pietate, meritisq; grauiſsimum mit-

terent, res in conſultationem per multos dies deduceretur, in te omnia ſuffragia ue-nerunt, cunctoq; Senatu acclamante, Veronæ prætor deſsignatus fuiſti. Qui prouinciam ingreſſus, quamplures nactus inter ciues inimicitias, atq; ſimultates urgere, eos ad concordiam cohortatus, cum ciuilis ſeditio maximas ſemper calamitates afferre, urbesq; ampliſsimas ſine ulla futuræ ſalutis ſpe, funditus euertere conſueuerit, ſic nullum nec precibus, nec admonitionibus locum relinquens, ciuium omnium mentes, Auentini Fracaſtorij equitum præfecti, ac maximæ inter ciues authoritatis opera, & diligentia, ità firmaſti, ut in eorum animis concordia in hunc usq; diem, tanquam per manus accepta, unius Ioannis Matthæi Bembi cõſilio, integra, immobilisq; perſeuerare uideatur. Quibus rebus ità compoſitis, ſic prouinciam illam tuo conſilio, atq; prudentiã gubernaſti, ut aliud nihil, quàm egregium illud munus paßim audiretur. Verum quia nulla alia re ciuitates, cœtusq; hominum magis conciliantur, quã iuſtitia, uirtutum reliquarum præclariſsima, eam unam, maxima cum omnium admiratione ſic religioſiſsimè coluiſti, ut omnium animos ad tui admirationem facile traxeris. Exploratum enim habebas hac una duce & ampliſsima imperia parta, & ipſius aſsiduo cultu, diutius fuiſſe retenta; fœliciſsimaq; regna non facilius, ueluti ex alto lapſa corruiſſe, quam iuſtitia neglecta: quam ſi e medio tollas, nulla uitæ pars neq; publicis, neq; priuatis in rebus, nulla ciuitas, nullum regnum, nullumq; imperiũ, in diuturna tranquillitate, & ocio permanebit. Qui cum ad eam intactam, incorruptamq; ſeruandam totis uiribus animum impuliſſes, adhiberesq; ad omnia tua negotia tempus & diligentiam, urbem incredibili ſtudio, uigilantia, fide, prouidentiâ, & iuſtitia cuſtodiuiſti, tantaq; animi moderatione magiſtratum geſsiſti, ut rara inſigniq; tua prudentia, regula quadam læsbia, omnibus in rebus uti uidereris. Noueras enim nil eſſe principi pulchrius, quàm ut hoc, quicquid eſt regni, ſua prouidentia, diligentia, & uirtute reddat ornatius. Quamobrem nuntio allato, Tridentino, Mãtuanoq; in agro multas deſcribi copias, ibiq; ex Hiſpania eductos milites in hybernis eſſe, noctù, diuq; urbis mœnia obibas, ne eæ Veronæ aliquod excidium molirentur. quoq; ciues ab inteſtino hoſte tutaretis, Georgiani cœnobij domos urbis propugnacula attingentes, ſolo æquari iuſiſti. Hæbreis fœnus exercere ex ſenatuſconſulto prohibuiſti: pignoraq; accipere ad ſolum Pietatis Montem, maximum pauperum præſidium, pertinere arbitratus es. quoq; id commodius effici poſſet, te authore indicta ſacra luſtratione, tot in id gratuitò errogatæ fuerunt pecuniæ, ut ſexcentorum nummorum aureorum ſummam excederent. Annalia inſuper Carnispriuij tripudia, ſolennesq; ſaltationes publicè fieri non uetuiſti. Spectacula, gladiatorios ludos in Amphytheatro, populo exhiberi permiſiſti; Comitibusq; & equeſtris ordinis uiris arma deferre conceſiſti. Demum uerò, cum magiſtra-

Spurij,& nati ex damnato coitu de iure canonico ali debent a parentibus ſecundum eorum facultates. Anto.Corſe.in ſingulari in verſicu.Spurius ij,nu.1. char.174

Spurij non ſuccedunt patribus, & quomodo poſsint eis ſuccedere? Anto.Corſ.in ſingu. in verſ.Spurius j. char.169

Spurio per patrem dari tutor in teſtamẽto nequit.Roma.ſing.83,nu.1. char.12

Spurium patri ſuccedere omni via eſt prohibitum.Roma. ſingu.627.nu,1. char.88

Spurius natus ex damnato coitu, qui poſset criminaliter accuſari,ſi patrem occidat, nõ tenetur lege Pompeia de paricidijs. Pe.Gerar.ſingul,2,nume.2. char.314

Spurius,vel naturalis filius, an poſsit per patrem adoptari? Roman. ſingulari 627.numero 1. char.88

Cætera,require ſupra in litera F,in verſic. Filius procreatus.

Statim,require ſupra in litera D.in verſ.Dictio ſtatim.

Statuentes ſi in pœnam incidant, argumẽtum a contrario ſenſu locum non habet, requi

re ſupra in litera A.in verſ. Argumentum a contrario ſenſu.

Statuliber an puniatur vt ſeruus, vel ut liber? Roma.ſing.80.numero 1. char.82

Status cauſa compromitti non poteſt.require ſupra in litera C.in verſi.Cauſa ſtatus.

Statuta ciuitatis ſeruare iudex iurans, an ſit periurus, ſi iudicet contra ſtatutum idem, quod ius commune,continens. require ſupra in litera I.in ver.Iudex iurans.

Statuta contra immunitatem eccleſię a laycis facta,ab epiſcopis tolli poſſunt,& an id fieri poſſit non citatis ſtatuentibus? Ioan.de Arno.ſing.73.nume.1. char.378

Statuta non ligant forenſes extra territorium iuſdicentis.Roma.ſing.475.nu.2. char.67

Statuta ſeruare iurans,intelligitur tantum de licitis iuraſſe. Roma.ſingulari 512.nume.1. char.73.

Statuta ſunt ſtricti iuris, & ad aliam perſonā non extenduntur.Rom.ſing.609.nu.1.c.85

Statuta tantum diſponunt, quantum loquuntur.Pet.Gerar.ſingu.7.nu.10. char.319

Statuta,vel leges, quæ permittūt præſcriptiones cum mala fide contra reales, perſonales,vel mixtas actiones,non valent ipſo iure, quia ſunt contra ius commune, & nutriunt peccatum.Matthæ.Matheſi.ſingula. 23.nume.1. char.203

Statuti cum vna tantum reddi ratio poteſt ea habetur pro expreſſa,et ex ea argui poteſt extenſiue. Pet.Gerar.ſingul.7.nu.6.ch.319

Statutis excludentis filiam dotatam a ſucceſſione ratio,quæ nam ſit? Pe.Gerar.ſingula. 7.nume 5. char 319

Statuti reformatio prohibita cenſetur ſuper eo,ſuper quo prohibetur aliquid proponi, vel allegari inconſulto.Anto.Corſet.in ſingul.in verſi.Statutum viij.nu.1. char.171

Statuti verba debent intelligi ſecundum communem cōſuetudinem loquendi in patria, vbi eſt ſtatutum.Niſi in volumine ſtatutorum dicatur, ꝙ verba noſtrorum ſtatutorū debeant intelligi nullo extrinſeco addito, vel diminuto.Romanus ſingulari 422.numero 1. char.58

Statuto contrafaciens caſu fortuito,vel ex neceſſitate in pœnam ſtatuti non incurrit.Guliel. de Ludo ſing.18.nu.1. char.347

Statuto dictante, ꝙ is,ad quem omnia alicuius bona peruenerint,teneatur ad eius debita,an ſi omnia bona ad eum particulariter peruenerint teneantur ſoluere debita ſua. Roma.ſing.564.nu.1. char.80

Statuto dictante ꝙ pro animali naſcēti in territorio debeatur ſolidum,an debeatur ſolidō, ſi dominus animalis duxerit animal prægnans ad pariendum extra territorium? Anton.Corſet.in ſingula. in verſicu.Statutum xj.nu.1. char.172

Statuto dictante,ꝙ pro quolibet verbo iniurioſo imponatur tanta pœna intelligitur.l. pro quali bet oratione.Anto.Corſe.in ſing. in verſi.Statutum vj.nu.1. char.171

Statuto dictante,ꝙ ſi carceratus aufugiat, cuſtodes pœna capitis teneantur, ſi duo ſint cuſtodes,& vnus cuſtos cum carcerato aufugerit,an alter ſtatuti pœna teneatur? Roma.ſing.30.nume.1. char.5

Statuto diſponente,ꝙ debitum nō poſſit per teſtes probari,ſi ſup credito examinari feci teſtes,& non oppoſuiſti, an videaris renunciare ſtatuto? Franc.Cremen.ſingulari 43. numero 1. char.296

Statuto diſponēte ꝙ mortua vxore vir lucretur dimidiam dotis, an ſi Imperator concedat mulieri, vt poſſit libere teſtari, an teneatur dictam dimidiam iuramento relinquere, necne? Fran.Cremen.ſingulari 155. numero 1. char.310

Statuto diſponente, ꝙ mortuo altero coniugum in matrimonio ſuperuiuens lucretur decem pro centenario, ſi mulier ſuperuiuens hoc lucrum habuerit, & tranſierit ad ſecunda vota, an illud conſeruari debeat filijs primi patrimonij, an vero etiam filij ſecundi matrimonij in illo æqualiter ſuccedant? Fran.Cremen.ſingu.173.nu 1.ch 312

Statuto diſponente ꝙ poteſtas in officio reſirmari non poſſit,an eius familia poterit reſirmari? Franciſ. Cremen. ſing.63.nume.1. char.298.

Statuto diſponente ꝙ qui duo homicidia cōmiſſerit capite puniatur,Et alio, ꝙ qui homicidium fecerit,puniatur in centum,an ſi quis homicidium commiſſit,& ſoluit centū ſi poſtea aliud committat, debeat decapitari? Anto.Corſet.in ſingula.in verſic Statutum xxiij.nu.1. char.176

Statuto diſponente ꝙ tertia pars bonorum occidentis applicetur hæredibus occiſi,an ſi monachus occidatur, monaſteriū debeat illam tertiam partem habere,an filij legitimi & naturales dicti monachi, quos ante ingreſſum procreauerat? Roma.ſing. 456. nume.1. char.63

Statuto nō derogatur a mulieribus cum perſonis prohibitis etiam millies contrahentibus.require ſupra in litera M. in verſiculo Mulieres etiam millies.

Statuto prohibente ne quis cum bannito contrahat,an cum ſeruo,vel filio banniti impu

ne coſtrahi poſsit? Petr.Gera.ſingulari 64. nume.1. char.337

Statuto prohibente vltra certam quantitatem alicui relinqui,an per teſtatorẽ illi ſoli poſſit dari facultas diſtribuẽdi pecuniam pro anima teſtatoris? Pet.Gerar.ſingulari 93. numero 1. char.343

Statuto ſtãte,ꝙ quis perfecto officio,gaudeat tali immunitate,an ſi quis propter infirmitatem illud non valens perficere, ad aliud leuius officium tranſeat, ſtatuto gaudere debeat, quaſi primum officium perfeciſſet? Roma.ſing.56.nume.1. char.10

Statuto Senenſi dictãte ꝙ de damno dato ſtetur iuramento damnum paſsi,an ſi Florentinus Senis cõueniatur ratione delicti,poſſit iuramentum deferri ad fundandam intẽtionem actoris Senenſis? Roma.ſingu.259. nume.1. char.34

Statuto, vel conſtitutione ſtante, ꝙ non exequẽs defuncti diſpoſitionem infra annum, omnibus beneficijs priuetur, excommunicetur, & ſtatim teſtatoris bona reſtituat, ſi ille, qui nunquam bona pœnes ipſum habuit,non fuit executus, ea pœna teneri non debet. Roma.ſing.495.nu.2. char.70

Statuto,vel pacto dictante ꝙ ciuitas Senarum non poſsit derogare iuriſdictioni poteſtatis Campagnatici,ſubiecti eidem ciuitati,an ſi ciuitas ipſa mittat Vicarium ad Caſtrum Battignani ſubiectum eidem Campagnatico, dicatur facere contra ſtatutum vel pactum? Roma.ſing.21.nu.1. char.4

Statutũ an a ciuitate fieri poſsit, per qđ denegetur clericis illud, qđ ſemel eis per lõgiſſimum tempus acquiſitum fuit. Roma.ſing. 438.nu.1. char.61

Statutum an dicat ꝙ minor non poſsit contrahere ſine certa ſolennitate, vel ꝙ non poſſit ſe obligare magna eſt differentia. Matthæ.Mathe.ſing.167.nu.1. cha.281

Statutum cõtinens id,quod ius commune, an ſit ius commune, vel municipale? Roma.ſingu.308.nu.2. char.42

Statutum correctorium debet reſtringi, vt minus corrigat ius ꝗ̃ ſit poſsibile? Pet.Gerar. ſingulari 7.nu.14. char.320

Statutum corrigendo in vno, an generaliter ſit intelligendum, vt in omnibus corrigat? Pe.Gerar.ſingu.7.nu.19. char.320

Statutum debet intelligi ſecundum communem vſum loquendi quod eſſet tempore ſtatuentium. Pet.Gerar.ſingulari 14.nume.8. char.324.

Statutum de hereditate delata mentionem faciens,quomodo intelligatur? Matthæ.Matheſi.ſingula.139.nu.2. char 289

Statutum diſponens in materia iuris,& excipiens caſus alias a iure exceptos, non videtur includere alios caſus prorſus ſimiles a iure exceptos. Ant.Corſe.in ſingu.in ver. Statutum iiij.nu.1. char.171

Statutum diſponens ꝙ maritus lucretur dimidiam dotis ſibi datę,non habet locum in promiſſa. Matthæ.Matheſi.ſingulari 73.numero 1. char.238

Statutum diſponens, ꝙ quælibet hæreditas aſcendentium deferatur maſculis legitime deſcendentibus excluſis fœminis dotatis non habet locum in ſucceſsione matris, vel auiæ maternæ,ſed ſolum in aſcendentibus per lineam maſculinam. Pe.Gerar.ſingula. 7.nume.3. char.319

Statutum diſponens, ꝙ vir præmortua vxore lucretur dimidiam dotis,habet locum, dummodo matrimonium fuerit cõtractum per verba de præſenti,licet non fuerit traducta,nec carnaliter cognita. Matthæ.Mathe.ſing.74.nu.1. char.239

Statutum domicilij iuri attenditur ad lucrandam dotem,& ſi vir domicilium mutet, an ſtatutum primi domicilij attendatur, an ſecundi? Franc. Cremen ſingula.68.nume.1. char.299.

Statutum domicilij viri,& non vxoris attenditur ad lucrandam dotem, niſi vxor virũ ad eius domum traducat. Franciſ.Cremen. ſing.67.nume.1. char.298

Statutum Epiſcopi, ꝙ quilibet excommunicatus,antequam abſoluatur,decem ſolidos ſoluere debeat pro quolibet menſe, an valeat? Romanus ſingula.349.nu.1. char.47

Statutum excludens filias dotatas intelligitur ſolum excludere ab hæreditate eius, qui dotauit,& non ab alia, niſi aliud ex verbis ſtatuti colligatur. Petr.Gerar.ſingula.7.numero 4. char.319

Statutum Fraternitatis,ꝙ quis fraternitatem intrare non poſsit, niſi primo ſoluat libras decem, an valeat? Roman.ſingula.348.numero 1. char.47

Statutum imponens pœnam pecuniariã paruam,vel magnam pro adulterio,vel homicidio pro quibus eſt pœna mortis de iure communi,an valeat? Roman. ſing.714.numero 1. char.102

Statutum inhoneſtum ſi reperiatur a poteſtate in aliqua ſocietate,poteſtas ſtatim poteſt ipſam ſocietatem caſſare. Roman.ſingulari 348.nume.2. char.47

Statutum iuratum non intelligitur ſublatum per diſpoſitionem factam cũ clauſula.Non obſtantibus

obſtantibus quibuſcunq; ſtatutis, require ſupra in litera D in ver. Diſpoſitio.
Statutum loquens in facientem an habeat locum in mandante? Anto. Corſe. in ſingulari in verſi. Extenſio ij. nu. 3. char. 134
Statutum loquens in numero plurali, an habeat locum in ſingulari? Anton. Corſe. in ſingula. in verſi. Statutum xvij. numero 1. char. 175.
Statutum loquens in vendente nõ habet locum in faciente pactum de vẽdendo. Ant. Corſe. in ſingu. in verſicu. Statutum ij. numero 1. char. 168
Statutum nõ valet diſponens, ꝙ eccleſia eligat prælatum de voluntate laici: Et quid de conſuetudine, an valeat? Roma. ſingu. 290. nu. 1. char. 39
Statutum nouum, an deroget pacto priori? Fran. Cremen. ſing 40. nu. 1. char. 295
Statutum prohibens alienare rem immobilem in forenſem, non habet locum in re immobili parua. Roman. ſingula. 334. numero 1. char. 45
Statutum, ꝙ credatur teſtibus deponentibus de credulitate, non valet. Roman. ſingula. 363. nume. 1. char. 49
Statutũ, ꝙ extantibus maſculis fœminæ non ſuccedãt, an habeat locum in ſucceſsione, Cardinalis? Roma. ſing. 446, nu 1. ch. 62
Statutum ꝙ in cauſa damnorum datorũ admittatur probatio per iuramẽtum quomodo intelligatur, & Petr. Gerar. ſingulari nu. 5. & 7. char. 329
Statutum ꝙ ingrediens monaſterium parentibus non ſuccedat an valeat? Matth. Mathe. ſing. 144, nu. 1. char. 273
Statutum ꝙ inter homines diuerſarum terrarum vel inter ſe agnati, vel Guelfus cũ Gebellina, matrimonium non contrahat ſub certa pœna, an valeat? Anton. Corſe. in ſingu. in verſi. Satutum ix. nu. 1. cha. 172
Statutum ꝙ nemo poſsit extrahere biadum de comitatu, minorem ſeu pupillum non compræhendit. Roma. ſingu. 816. nume. 4, char. 115
Statutum ꝙ non poſsit ignorantia allegari, valet. Anto. Corſe. in ſingula in ver. Ignorantia. nu. 1. char. 140
Statutum, ꝙ nulla mulier contrahere poſsit ſine conſenſu duorum conſanguineorum, an valeat contractus ſi conſanguineus ſciẽtiam habuerit, licet non conſenſerit? Roma. ſing. 797. nume. 1. char. 113
Statutum, ꝙ nullus emat victualia vſque ad talem horam, valet. Amanel. ſingula. 183. nume. 1. char. 362
Statutum ꝙ pro exequijs fiendis, non poſsit niſi tantum expendi a laycis factum, an valeat? Romanus ſingulari 358. nu. 1. ch. 48
Statutum quod reducit ad ius commune debet attendi. Pe. Gerar. ſingul. 42. nume. 2. char. 333.
Statutum ꝙ reuenditores non emant victualia vſque ad certam horam valet. Aman. ſing. 8. nume. 1. char. 354
Statutum ꝙ ſi quis intrauerit alterius vineã certum quid ſoluat, poteſt a municipibus fieri. Amanel. ſing. 213. nu. 1. char. 363
Statutum ꝙ talis non habeat vocem in capitulo, quid operetur. Anto. Corſe. in ſingul. in verſi. Statutum xij. nu. 1. char. 172
Statutum ꝙ v o de agnatione delinquente cæteri de agnatione teneatur, an valeat? Anto. Corſe. in ſingu. in verſi. Statutum x. nume. 1. char. 172
Statutum requirens aliquam ſolennitatem in contractu mulierum, an comprehendat hermaphroditam? Ioan. de Arno. ſingul. 43. nu. . char. 374
Statutum ſeu conſtitutio ſemper eſt ita interpretãda, vt decidat caſum dubium, et ſi ſi diſpoſitio ſit pœnalis. Roma. ſing. 748. numero 2. char. 106
Statutum ſeu lex puniens vnum delictum, & præſupponens aliud, non includit illũ, in quo non verificatur delictum præſuppoſitum. Roma. ſingul. 495. nu. 1. cha. 70
Statutum ſi dicat, ꝙ ſi quis turbauerit aliquẽ in poſſeſsione ſua incidat in pœnam centum, quorum dimidia applicetur fiſco, & alia parti turbatæ: & ciuiliter & criminaliter agi ex eo poteſt, ſecus ſi dicat, condemnetur in centum, quorum dimidia applicetur fiſco, & dimidia accuſatori, quia tunc erit iudicium ciuile. Matth. Mathe. ſingu. 70. nume. 1. char. 253
Statutum ſi dicat? ſi quis voluerit venenare, intelligitur, id eſt volũtarie venenauerit. Fran. Cremen. ſing. 50. nu. 1. char. 297
Statutum ſi dicet, ꝙ quicunque acceſſerit de tali loco ad talem, puniatur, an ſi aliqui teſtes deponant ꝙ viderunt Titiũ ire vſque ad medietatẽ loci, & aliqui de alia medietate deponant, hi debeant coniungi? Roma. ſing. 206. nu. 1. char. 28
Statutum ſi diſponeret, ꝙ debitor malæfidei præſcriberet, non valeret. Pe. Gerar. ſing. 18. nume. 8. char. 110
Statutum ſi diſponat ꝙ mortua vxore in matrimonio maritus lucretur tertiam partem

dotis, an ſtatuti lucrum habeat locum, ſi ambo ſimul pereant? Fran.Cremen.ſingulari 53.nume.1. char.297
Statutum ſi diſponat, ꝙ procurator non habens mandatum, ad agendum non admittatur, falſi procuratoris geſta a domino ratificari non poterunt. Roma.ſingul.686.numero 1. char.97
Statutum ſi diſponat, ꝙ quis ad domum citetur, vel perſonaliter, an ſufficiat eũ primo loco ad domum citari, nec perſonaliter requiri neceſſe ſit? Matth.Matheſil.ſingula.84.nu.1. char.146
Statutum ſi diſponat, ꝙ turbans aliquem in poſſeſsione certa pœna puniatur, & ꝙ poſſeſsionem reſtituat, ſi quis turbauerit, poſſeſsionem tamen nõ abſtulerit, ſtatuti pœna non tenebitur. Roman.ſingula.495.numero 1. char.70
Statutum ſi diſponat ꝙ victus victori condẽnetur in expenſis, an actio tunc ex eo detur ad expenſas vel tantum competat iudicis officium mercenarium? Matthæ.Mathe.ſing.80.nume.1. char.243
Statutum ſi in aliquo caſu tollat exceptionem, intelligitur, niſi quis velit in continẽti probare exceptionem legitimam, niſi contra eum eſſet præſumptio calumniæ, vel malitiæ. Ant Corſe.in ſingu.in verſic. exceptio ij.nu.1. char.133
Statutum ſi prohibeat aliquid forenſi relinqui an ſi ei relictus ſit fundus, vt illum vẽdat, & pretium habeat, ſtatuto locus ſit? require ſupra in litera F.in verſi.Forenſi ſi per ſtatutum.
Statutum ſi prohibeat habentem vnum officium aliud acceptare quam pœnam, ſi acceptet, patiatur? Roman.ſingula.593.numero 1. char.53
Statutum ſi velit adhiberi præſentiam quatuor virorum in actu, & adhibeantur decem vel plures, an actus valeat? Anto.Corſe.in ſingula.in verſicu.Statutum xxij.numero 1. char.176
Statutum ſpecifice diſponens in certo caſu, derogat ſtatuto generaliter loquenti, & vtrumque ſeruatur in caſu ſuo. Anto.Corſe.in ſingula. in verſicu.Statutum xix.numero 1. char.175
Statutum tranſiens in quaſi contractum cum ſubdito poteſt a ſuperiore ex iuſta cauſa reuocari. Ant.Corſe.in ſingula.in verſic. Quaſi contractus.nu.1. char.166
Statutum vel conſuetudo diſponens, ꝙ non ſit neceſſe præſtari iuramentum de calumnia, non valet, & proceſſus eſt nullus. Fallit in cauſis ſummarijs. Matthæ.Matheſi. ſingulari 65.nu.1. char.230
Statutum, vel ius commune ſi actori ad probandum dilationem præfigat, eo nihil probante, non propterea de cauſa liquere dicitur: Et ideo reus diffinitiue non abſoluitur, ſed ſolum ab inſtantia, vel obſeruatione iudicij, ſecus ſi a iudice præfixa fuerit. Matth.Mathe.ſing.17.nu.1. char.197
Statutum uetans ſubditos portare margaritas, intelligitur de ueris, & non de falſis. Franc.Cremen.ſingulari 83.nu.2.char.301
Statutum vt valeat debet eſſe æquum, iuſtũ, & vniuerſale. Roman.ſingulari 714.numero 1. char.102
Stellionatus crimen, & eius pœna. require ſupra in litera O.in verſicu.Offerens maius pretium.
Sterilis fundus. require ſupra in litera F.in ver.Fundus ſterilis.
Sterilis locus non venit in conceſsione facta de caſtro, cum toto territorio. require ſupra in litera C.in verſ.Conceſsione facta.
Stilus curiæ eſt ſeruandus. Guliel.de Ludo ſingulari.66.nume.1. char.349
Stipendiariu tempore peregrinationis ſalarium an habere debeat. require ſupra in litera D.in verſi.Doctor.
Stipulari vſumfructum domino procurator poteſt. require ſupra in litera P.in verſic. Procurator poteſt.
Stipulatio debet fieri vtroque loquente, & an vtroque vidente? Fran.Cremen.ſingulari 47.nu.1. char.296
Stipulatio pœnæ compromittentium an propter inæqualitatem vitietur? require ſupra in litera C.in ver.Compromittentiũ.
Stipulatio rei cuius non eſt commertium in particulari non valet nec quo ad rem, nec quo ad æſtimationem. Roman. ſingulari 750.nume.1. char.107
Strata, & via an inter ſe differant. Ant.Corſe.in ſing.in ver.Pœna iiij.nu.1. char.160
Studere multum oportet, vt multa ſciamus. Roma.ſingul.92.nu.4. char.13
Stuprans virginem, vel viduam honeſte viuentem, an puniatur pœna capitali, vel cõfiſcatione bonorum. Matthæ.Matheſi.ſingu.99.nu.1. char.250
Subdiaconus a Papa diſpenſatus ad inſtantiã alicuius mulieris, ꝙ vxorem ducere poſſit, an eandem in vxorem ducere compellatur? Roman.ſingulari 602.nu.1.char.54
Subditi an ex neceſsitate compelli poſsint

ad vendendum vili pretio? Pe.Gerar ſingulari 100.nu.20. char.346
Subditi debent iurare domino, ꝙ obedient ipſi.Guliel.de Ludo ſing.62.nu.1.ch.349
Subditus non tenetur obedire domino caſtri, qui ſibi caſtrum vendidit. Amanel. ſing.100.nu.1. char.358
Subditus ratione iuriſdictionis tenetur ſequi dominum per xxx.dies proprijs expenſis. Amanel.ſing.109.nu.1. char.359
Subhaſtatio rei, vt carius ematur.require ſupra in litera O.in verſiculo Offerens maius pretium.
Subiectus ſi vexetur a domino caſtri, vniuerſitas eius defenſionē ſuſcipere poteſt. Amanel.ſing.75.nu.1. char.357
Subornationis ratio ceſſat,require infra in litera T.in verſi.Teſtes.
Subrogatum ſapit primordialem naturā eius in cuius locum ſubrogatur.Roman.ſingu. 484.nume.1. char.68
Subſtitui pupillariter is poteſt, qui inſtitui non poteſt.Guli.de Ludo ſingula.154.numero 1. char.353
Subſtitutio facta,ſi deceſſerit ſine liberis,euaneſcit per natiuitatem vnius liberi. Guli. de Ludo ſing.136.nu.1. char.353
Subſtitutio fideicommiſſaria facta duobus hęredibus ſimpliciter an ſemper habeat locum in quolibet eorum de per ſe? Matthæ.Matheſi.ſing.168.nu.1. char.281
Subſtitutio procuratoris ad appellādum an fieri poſsit a procuratore non habente ſpeciale mandatum. require ſupra in litera P.in verſi.Procurator non habens.
Subſtitutio procuratoris poſt litem conteſtātam fieri poteſt. Roma.ſing.554.nu.1.c.78
Subſtitutio procuratoris quando fieri poſsit. require ſupra in litera P.in verſ.Procurator ad iudicia.
Cætera.require ſupra in litera P.in verſi. Procurator cum mandato.
Subſtitutio pupillaris.require ſupra in litera P.in verſi.pupillaris ſubſtitutio.
Subſtitutio vulgaris expreſſa filio facta durat,licet filius patri ſuperuiuat,ſecus in pupillari. Guli.de Ludo ſingu.38.numero 1. char.348.
Subſtitutus nulliter. require ſupra in litera I.in verſi.Iudicium agitatum.
Subſtitutus procuratoris, ſi dubiū ſit de eius mandato,an teneatur cauere,dominum ratum habiturum,an tantum procuratorem ſubſtituentem? Roma, ſingul.98.nume.2. char.14.
Subſtitutus quando a liberis,de quibus teſtator in genere præſumitur cogitaſſe, non excludatur? Anton.Corſe.in ſingu.in verſi ſubſtitutio.nu.1. char.174
Succedentes ab inteſtato an habere debeant bona ingredientis religionem incapacem, an vero eccleſia Romana. require ſupra in litera B. in verſicu. Bona ingredientis religionem.
Succeſſor ſingularis an poſsit rem retinere pro expenſis in ea factis. require ſupra in litera E.in ver.expenſas vtiles.
Succumbens in cauſa propter opiniones doctorum,excuſatur ab expenſis. Matthæ. Mathe.ſing.81.nu.2. char.245
Suitas eſt ius ſanguinis. Roman.ſingula.37. numero 4. char.6
Summaria inquiſitio. require ſupra in litera C.in verſi.Contumax ſi ſit reus.
Summario in iudicio teſtium reprobatio nō admittitur. require ſupra in litera R. in verſi.Reprobatio teſtium.
Supellectilia.require ſupra in litera F.in verſi.fideiuſſor pro ſcholari.
Superinducere,inducere,& delere, quomodo inter ſe differant. require ſupra in litera D.in ver. Differentia,quæ.
Superior an præſcribat iuriſdictionē cognoſcendi inter ſubditos inferioris? Roma,ſingu.479.nu.1. char.68
Superior non poteſt abſoluere quempiam a iuramento niſi ex iuſta cauſa. Roman.ſingulari 517.nu.1. char.74
Supernumerarius admiſſus in collegio, non gaudet beneficio collegij. Anto.Corſet.in ſingula. in verſicu. Supernumerarius.numero 1. char.172
Supplicās principi, vt retractetur ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam, caret impetratis,& incurrit infamiam. Pet.Gerar. ſing.20.nu.2. char.328
Supplicans retractari ſententiam quæ non tranſiuit in rem iudicatam, nō incurrit infamiam.Pe.Gerar. ſing.20.nu.5. char.328
Surrogatio pignoris. require ſupra in litera D.in verſi.Diſpoſitio.l.ij.C.de reſcinden. venditione.
Suſcipere cogitur. require infra in litera F. in verſi.Filius naturalis.
Suſpecti ꝙ aliquid portent cōtra deuetitum, ſi non ſinut ſe perquiri,poſſunt capi, & ex ſola reſiſtentia puniri. Anto.Corſet.in ſingu.in verſi Gabella ij.nu.1. char.179
Suſpectus an ſit iudex,ad cuius aurem aduerſarius loquitur, require ſupra in litera I.

in ver. Iudex an uti ſuſpectus.
Suſpectus iudex in notorijs, non poteſt ut ſuſpectus recuſari. require infra in litera I. in ver. Inimicus an poſsit.
Suſpectus quis debitor iurari poſsit. require ſupra in litera C. in ver. Creditor poteſt.
Suſpectus teſtis eſt, qui habet ſimilē cauſam illi, pro qua producitur. require infra in litera T. in ver. Teſtis, qui habet ſimilem cauſam.
Suſpitio contra iudicem allegata ſi ſit notoria, vel notorie friuola vel falſa, quid in Regno Neapolitano ſit obſeruandum, an ad arbitros ſit eundum? Ioan. de Arnon. ſing. 76. nu. 1. char. 378
Suſpitio fugæ debitoris. require ſupra in litera D. in verſi. Dilatio conceſſa.
Suſpitio minor quare iudicem tanquam ſuſpectus repellat quam teſtem? Ioan. de Arno. ſing. 18. nu. 2. char. 370
Suſpitionis cauſa ſi allegetur, arbitri eligi debent, ad cognoſcendum de illa ſuſpitione. Roma. ſing. 461. nu. 1. char. 64
Syndicatus inſtrumentum debet continere nomina omnium creantium ſyndicū, alias non valet, maxime in arduis. Ioan. de Arno. ſing. 79. nu. 1. char. 379
Syndicus ſi creetur in cauſis arduis, in inſtrumento ſyndicatus debent poni omnia nomina creantium illum ſyndicum Pe. Gerar ſingul. 45. nu. 1. char. 334

De litera T.

TAbellio an quandocunque vult, tabellionatus officio renuntiare poſſit. Rom. ſing. 352. nu. 1. char. 47
Tabellio compellitur conficere inſtrumenta ſi rogetur, & quid ſi mandato ſuperioris nolit conficere, qua pœna puniatur? Roma. ſing. 263. nu. 1. char. 35
Tabellio eſſe ſacerdos nequit. require ſupra in litera S. in verſi. Sacerdos tabellio.
Tabellio priuatus officio tabellionatus propter delictum non poteſt amplius per Comitem Palatinum creari Tabellio. Pe. Gerar. ſing. 1. nu. 7. char. 313
Tabellio ſi dicatur fuiſſe rogatus de inſtrumento, & ideo ab eo illius copia petatur, ille vero dicat non recordari, ſed probatur per teſtes q fuit rogatus, an poſsit de falſo accuſari, & ſi dictum inſtrumentum in ſuis protocollis nō reperiatur, an poſsit ex dictis illorum teſtium inſtrumentū conficere? Roma. ſingu. 376. nu. 1. char. 51
Tabellioni, cui tempore rogationis fuit ſatiſfactum de mercede confectionis inſtrumēti, an iterum ſolui debeat, quando pars copiam inſtrumenti velit? Roman. ſingulari 381. nu. 1. char. 82
Tabellionibus teſtibus magis creditur, quam alijs perſonis. require in verſi. Teſtibus tabellionibus.
Tacens nō habetur pro conſentiente in his, quæ ſibi ſunt præiudicialia. Roma. ſingul. 489. nu. 1. char. 69
Tacens quando hebeatur pro contradicente? & quando pro conſentiente? Anton. Corſe. in ſingula. in verſicu. Taciturnitas. numero. 1. char. 182
Taciturnitas in præiudicialibus pro conſenſu non habetur. Roma. ſingu. 594. nume. 1. char. 83
Taciturnitas partis præſentis in iudicialibus habetur pro conſenſu, & tacenti præiudicat. Pe. Gerar. ſing. 36. nu. 1. char. 332
Temporale forum. require ſupra in litera F. in verſi. Forum quis ſortitur.
Tēporalis pœna. require ſupra in litera C. in ver. Conſuetudo reprobata.
Temporis interruptio ſit per conuentionem factam coram arbitris ſicut coram iudice ordinario, Guliel. de Ludo. ſingulari 13. numero 1. char. 347
Temporis lapſus. require ſupra in litera H. in ver. Hoſpitale.
Tempus datum ad appellandum operatur, quod ipſa appellatio. Anton. Corſe. in ſingula. in verſic. Appellatio ſij. nu. 1. c. 118
Tempus & locus non ſunt de ſubſtantia in ſcriptura priuata, ſecus in publica. Matth. Matthe. ſing. 45. char. 220
Tempus inſtātiæ cauſæ appellationis poteſt per compromiſſum, vel alias de conſenſu partium ſuſpendi, ſed non prorogari. Matthæ. Mathe. ſing. 24. nu. 1. char. 204
Tempus miſerationis cauſa indultum, ita cōſtituit in mora, ſicut aliud tempus obligationi adiectum. Matthę. Matheſil. ſingul. 121. nume. 1. char. 264
Tempus præſens, vel futurum. require infra in litera V. in verſicum. Verbum præſentis temporis.
Tenuta data ex proceſſu nullo, an poſsit retineri, donec verum debitum ſoluatur? Fran. Cremen. ſing. 93. nu. 1. char. 308
Termino dato ad omnia generaliter probanda, an exceptio illa probari poſsit, ad quā probandam ſpecialiter antea, data fuerat particularis dilatio, Romanus ſingul. 313.

nume.1. char.42
Termino generali ad probandum incumbẽtia, dato, nunquid valeat generalis productio actorum exiſtẽtium in vno ſacco? Roma. ſing. 314. nu. 1. char.42
Terminus ad opponendum, vel ad articulandũ ſi cui datus ſit ꝙ dicatur ſatisfeciſſe termi o ſi feciſſet poſitionem generalem, ſiue in ſpecie dialectica, & poterit poſtea de cauſa declarare. Petr. Gerar, ſingulari 27. nume. 1. char.331
Terminus ad proſequendam appellationem præfigi appellanti a iudice poteſt. require ſupra in litera I. in verſi. Iudex a quo.
Terminus appellanti a iudice ſtatui poteſt, infra quem ſe præſentet coram iudice ad quem. require ſupra in litera I. in verſi. Iudex poteſt ſtatuere.
Terminus datus a lege non poteſt a iudice tolli. Roman. ſingulari 465. nu. 1 char.65
Terminus decem dierum debitori cõceſſus, an locum habeat etiam in arbitratore? require ſupra in litera D. in verſi. diſpoſitio. l ſi debitori.
Terminus humanitatis & miſerationis cauſa indultus, an ſit dandus condemnato debitori, quem conſtat ſtatim poſſe ſoluere. require ſupra in litera D. in ver. Debitori condemnato.
Terminus humanitatis gratia condemnato ad ſoluendum indultus, an poſsit a iudice tolli vel diminui ſi ei conſtet condemnatum eſſe ſoluendo? Roman. ſingula. 465. nume. 1. char.65
Terminus præfixus a iure, vel ab homine ad probandum vel opponendum in cauſa principali, non refertur ad cauſam appellationis nec concluſio facta in cauſa principali nocet in cauſa appellationis. Matth. Mathe. ſing. 138, nume. 1. char.271
Terrarum Imperij iuriſdictio vacante imperio an Papæ competat, & eius legato? require ſupra in litera I. in verſicu. Imperio vacante.
Tertius an poſsit impediri ne mittat in poſſeſsionem ab emptore, cui eadem res eſt vendita, ſed nundum tradita. require ſupra in litera E. in ver. Emptor cui res.
Tertius an pro iure & intereſſe ſuo ad defenſionem cauſæ per alium motæ, poſt litem conteſtatam poſsit opponere ex perſona rei conuenti declinatoriam fori, licet ipſe conuentus non poſsit? Roma. ſing. 630. numero 1. char.89
Tertius compellitur accuſationem proſequi, require ſupra in litera A. in verſi. Accuſationem ab alio.
Tertius poſſeſſor cum titulo & bonafide decẽ annis hypothecaria præſcribit: & qua cautela vſque ad triginta annos poſsis auocare rem præſcriptam a poſſeſſore? Fran. Cremen. ſing. 62. nume. 1. char.298
Tertius quilibet pro intereſſe ſuo poteſt in cauſa inter alios vertente comparere, & an poſsit petere ſibi ſoli fieri publicationẽ teſtium? Roma. ſingu 377. nume. 1. char.52
Tertius ſi compareat ad impediendum executionem, ſummarie eſt procedendum. & ideo in hoc iudicio reprobatio teſtium nõ conceditur. Roma. ſing. 388. nu. 2. char.55
Tertius ſoluens. require ſupra in litera E. in verſ Emphyteutæ an proſit.
Teſtamentarius contutor. require in verſic. Tutor datus a iudice.
Teſtamenti executores. require ſupra in litera E. in verſi. Executoribus teſtamenti. & in verſi. Teſtator ſi executori.
Teſtamenti prætextu an iuramentum iudiciale retractetur. require ſupra in litera I. in verſi. Iuramentum Iudiciale. Et quid in ſentẽtia. require ſupra in litera S. in verſic. Sententia an poſsit. Et quid in tranſactione. require in ver. Tranſactio.
Teſtamenti tempus in dubio inſpicitur. Roma. ſing. 519. nume. 1. char.74
Teſtamentum adulti. require ſupra in litera A. in ver. Adultus.
Teſtamentum an nullum ſit, per comp lſionem teſtium, vel Notarij? Roma. ſingula. 62. nume. 1. char.9
Teſtamentum facere adultus poteſt. require ſupra in litera A. in ver. Adultus.
Teſtamentum factum in portu cuiuſdam ciuitatis Soldani, an cenſeatur factum in terris Saracenorum, an Chriſtianorum? Petr. Gerar. ſing. 15. nu. 3. char.324
Teſtamentum fratris inſtituentis vſurarium poteſt per querelam inofficioſi a fratre rũpi. Matthæ. Matheſi. ſing. 49. nu. 3. c. 221
Teſtamentum primum an notarius lacerare debeat ad petitionem teſtatoris, ſi ſecũdum confecerit, in quo primum reuocauerit? require ſupra in litera N. in verſicu. Notarius an debeat.
Teſtamentum ratione præteritionis filij nullum dicitur, ſi filius velit, ſecus ſi nolit. Guliel. de Ludo ſing. 68. nume. 1. char.349
Teſtamẽtum rumpitur natiuitate poſthumi. require ſupra in litera P. in verſicu. Poſthumi natiuitate.

Teſtamentum ſcriptum manu notarij non maſculati valet tempore peſtis vel neceſsitatis, licet alias ſecus eſſet ex diſpoſitione ſtatuti. Pe. Ger. ſing. 100. n. 14. c. 346

Teſtamentum ſecundum a teſtatore falſo rumore ducto confectum, comperta rumoris falſitate eſt inualidum quo ad inſtitutionem, & etiam quo ad legata, ſi ea adeo magna ſint, ꝙ quaſi totam ſubſtātiam exhauriant. Roma, ſing. 255. nu. 2. char. 34

Teſtamentum ſecundum faciens nulla facta de primo mentione, tamē legata in primo facta videntur reuocata. Amanel. ſingula. 233. nume. 1. char. 364

Teſtamentum ſecundum ſi fiat, in quo confirmetur legatum rerum in primo teſtamēto factum, an in eo legato ueniant res, quas teſtator habebat tempore primi teſtamenti, an vero illæ tantum, quas tempore ſecundi teſtamenti habuit? Roman. ſingulari 503. nume. 1. char. 72

Teſtamentum ſeparatum a donatione cauſa mortis, an poſsit infringere, qui donatum ſibi cauſa mortis accepit? require ſupra in litera D. in verſiculo Donatum ſibi cauſa mortis.

Teſtamentum ſi fiat, in quo filij inſtituantur, quibus hæreditas eſt debita, licet ſit factū cum duobus teſtibus tantum, tamen non tollitur per ſecundum teſtamentem, niſi ſit cum ſeptem teſtibus celebratum, ſecus ſi in primo fuerint extranei inſtituti. Pet. Gerar. ſing. 1. nu. 14. char. 313

Cætera require ſupra in litera L. in verſi. Legatis florenis.

Teſtandi ſolennitas quēadmodum eſt remiſſa patri teſtanti inter liberos, ita & liberis teſtantibus inter parentes. Amanel. ſingu. 108. nume. 1. char. 359

Teſtator an poſsit ob alterius negligentiam hæredem ſuum hæreditate priuare? Roma, ſingu. 112. nu. 1. char. 16

Teſtator fundum communem legans, partem ſuam legare videtur, niſi re: cum hęrede ſit cōmunis. Ro. ſing. 740. nu. 2. c. 105

Teſtator nō poteſt aliquem punire propter inobedientiam tertij. Anton. Corſe. in ſingulari in ver. Teſtator ij. nu. 1. char. 181

Teſtator poteſt dare licentiam legatario, vt propria autoritate rem legatam capiat. Et per quæ verba videatur licentia data? Roma. ſing. 88. nu. 1. char. 12

Teſtator, ſi alteri nepotum leget mille, & alteri alia mille, vt ęqualis cum eo ſit, primoque poſtea legatum adimat in codicillis, an & ſecundo legatum ademiſſe cenſeatur? Ro. ſing. 320. nu. 1. char. 43

Teſtator ſi condemnet heredem ad mutuandum Titio centū, an Titius teneatur idoneam præſtare fideiuſſionē de illo mutuo reddendo, an uero nuda cautio ſufficiat? Roma. ſing. 593. nu. 1. char. 83

Teſtator ſi cui centum relinquat, ſi is cū eius filijs morabitur, an requiratur ꝙ habitent in eandem domo, an uero ſufficiat ꝙ habitet tantum in eadem ciuitate? Roma. ſing. 181. nu. 1. char. 24

Teſtator ſi dicat uelle ſuum teſtamentum valere, nec vnquam per aliud poſſe reuocari, & iuret, poteſt tñ eū pœnitere, & ſecundum primi derogatorium conficere. Guliel. de Ludo. ſing. 77. nu. 1. char. 350

Teſtator ſi executori ſui teſtamenti det poteſtatem eligēdi per verbū pluralis numeri, an vnū tantum poſsit eligere? Ro. ſing. 455. nume. 1. char. 63

Teſtator ſi executori ſui teſtamenti det poteſtatem diſtribuendi eleemoſinam cuicūque voluerit, an is poſsit duos vel tres eligere. Ro. ſing. 454. nu. 1. char. 63

Teſtator ſi fratribus reliquit xv. ſalmas vini quolibet anno, poteſt hæres ex bonis teſtatoris eis dare vnam vineam, ex qua percipiāt dictū vinū. Pe. Ger. ſing. 34. n. 1. c. 332

Teſtator ſi hæredi prędium prælegauerit, deinde dixerit, Accipias cohæredē in prælegato prædio Sempronium, an Sempronius venire poſsit vt cohæres, an vero vt legatarius, vel fideicommiſſarius? Roma. ſingu. 155. nu. 1. char. 21

Teſtator ſi inſtituat filium hæredem, & ſi deceſſerit ſine liberis, ſubſtituat Gaium, ſi habeat filios ſuperſtites tacite non intelliguntur ex teſtamēto ſubſtituti, ſed ab inteſtato, Quod procedit in hæreditate, ſecus in legato, & ibi ratio diuerſitatis aſsignatur. Pet. Gerar. ſing. 61. nu. 1. char. 336

Teſtator ſi iubeat eccleſiam conſtrui, illa nō fiet beneficium eccleſiaſticum, nec quęret ius patronatus, niſi authoritas epiſcopi interueniat. Math. Mat. ſing. 135. n. 1. c. 286

Teſtator ſi leget duos ſeruos de ſuis Titio, per eum eligendos, reliquos vero Seio: repudiante Titio, Seius omne habebit, virtute verbi. Reliquos. Ro. ſing. 35. nu. 1. c. 6

Teſtator ſi mādet ſub pœna hęredi eccleſiā cōſtrui in eius domibus, an ſi epiſcopus ſine cuius ſpeciali conceſsione id fieri non poteſt conceſſerit ꝙ alibi poſsit conſtrui, hęres in pœnā īcidat? Ro. ſing. 474. n. 1. c. 67

Teſtator ſi ſubſtituat alicui ſi deceſſerit ſine liberis, nunquid liberi habeant ius ex perſona teſtatoris, vel neceſſario ſubſtitutus debeat eos inſtituere? Amanel. ſingula 15. numero 1. char.355

Teſtator ſi ſuper tali fundo decem leget, verbum Super, pignoris obligationem operatur, Roman. ſingu.631.nu.1. char.89

Teſtator ſi tibi dicat. Cura rem filiorũ meorum bene agere, & ipſi tibi dent mille, an ſi curaueris dicta mille petere poſsis. Rom. ſing.154.nu.1. char.21

Teſtator ſi Titio fundum relinquat, cum decem dare poterit, an illa decem hæredi ſolui debeant, necne? Roman. ſingula.48.numero 1. char.7

Teſtator ſi vni fundum leget, alij vſumfructũ fundi, quilibet vſusfructus dimidiam habebit, ſecus eſt in ſententia iudicis. Roma.ſingu.18.nu.1. char.4

Teſtator ſi vni leget fundum, item eidem æſtimationem vſusfructus omnium bonorum ſuorum, an legatarius habere debeat æſtimationem vſusfructus dicti fundi? Roman. ſing 249.nu.1. char.33

Teſtator ſi vnum ex hæredibus grauauerit, vt ſi ſine liberis decederet, hæreditatem ſuam reſtitueret Sempronio, an adueniente conditione cohæres totam hæreditatem ſibi obuentam pro parte cohæredum, reſtituere debeat, an vero partem ſuam tantũ? Roma.ſing.546.nu.1. char.78

Teſtator ſi vxori dotem leget, aliaq; legata faciat, & ſubdat, ꝙ vult legata duplicari, an etiam legatum dotis duplicari debeat? Aminel.ſing.186.nu.1. char.362

Teſtator viuẽs ſi rem legatam in aliam tranſmutet an legatum extinguatur, an vero duret in re mutata? Diſtinguit & ponit tres limitationes. Roma.ſing.420.nu.1. char.57

Teſtatorem occidens tanquam indignus hæreditate priuatur. require ſupra in litera O. in verſi. Occidens teſtatorem.

Teſtatoris diſpoſitio facta in vno caſu extenditur ad alium de quo teſtator veriſimiliter idem diſpoſuiſſet. Pe.Gerar.ſingu.7.numero 11. char.319

Teſtatoris voluntas a notario ſcripta, ſed coram teſtibus non lecta non valet iure teſtamenti, nec iure codicillorum. Guli.de Lud, ſing.148.nume.1. char.353

Teſtem vnum ad probandum ſufficere, an a ſtatuto induci poſsit? require ſupra in litera S. in verſi. Statutum per regem.

Teſtes an producere poſsit alter procurator in cauſa, quam alter incœpit, require ſupra in litera P. in verſi. Procuratores duo.

Teſtes an recipi poſsit lite non conteſtata qñ agitur contra prælatum, tutorem, vel curatorem qui dilapidauerũt bona eccleſiæ, pupilli, vel adulti. require ſupra in litera P. in verſi. Prælatus, tutor.

Teſtes deponentes die lunæ factum fuiſſe homicidium quo die tantum mandatum interuenit, an pœna falſi teneantur, ſi poſtero die actuale homicidium fuerit ſecutum, & an reducantur ad concordiam? Roman. ſingulari 576.nu.1. char.81

Teſtes deponẽtes equum eſſe bulſum, an præferantur teſtibus cõtrarium affirmantibus? Anto.Corſe.in ſingu.in verſicu. Teſtis ix. nume.2. char.179

Teſtes deponentes ꝙ ſciunt aliquem eſſe vſurarium, quia eis is mutuauit ſub vſuris, an probent illum eſſe vſurarium? require infra in litera V. in verſic. Vſurarius an quis probetur.

Teſtes domeſtici ad defenſionem rei examinari poſſunt, et plene probant. Ioan.de Arno, ſing.25.nu.1. char.371

Teſtes duo affirmantes præferuntur mille negantibus, & quomodo id procedat? Anton. Corſe.in ſingu.in verſi. Teſtis.nu.1.ch.180

Teſtes duo deponente de metu præferuntur mille negantibus. Anto.Corſe.in ſing.in verſi. Teſtis x.nu.1. char.179

Teſtes duo, quando impedimentum probent? require ſupra in litera A. in verſicu. Appellans ſi in primo.

Teſtes examinati poſt didicita teſtificata, an faciant præſumptionem? Roma. ſingulari 754.nu.1. char.107

Teſtes examinati ſuper capitulis rei inquiſiti de homicidio, vel de alio delicto deponẽtes per verbum Credo, plene probant. Ioã. de Arno, ſing.24.nu.1. char.371

Teſtes famæ leuis an probare poſsint negatiuam delicti, alias per teſtes probati? require ſupra in litera C. in verſicu. Conſuetudo an valeat.

Teſtes in cauſa inquiſitionis recipiuntur ſine partis citatione. Roman. ſingulari 369.numero 1. char.50

Teſtes idonei non ſunt, quibus imperari poteſt. Pet. Gerar. ſing.24.nu.8. char.330

Teſtes infames in cauſa criminali, vel ciuili ardua non faciunt plenam probationem, etiam ſi eſſent plures. Ioan.de Arno, ſingu. 19.nume.2. char.370

Teſtes inhabiles in ſubſidium in quacunque cauſa cum tormentis admittuntur ne veritas occultetur, & quando ſine tormẽtis ad-

mittantur. Matthæ. Matheſil. ſingu. 188. numero 1. char 287

Teſtes inhabiles quare admittantur in crimine læſæ maieſtatis? Pet. Gerar. ſingula. 23. nume. 8. char. 329

Teſtes inhabiles ſi producantur, iudex ex officio eos repellere tenetur etiam parte non opponente. Anto. Corſe. in ſingu. in verſic. Teſtis j. nume. 1. char 178

Teſtes layci deponentes pro reo, præferuntur clericis deponẽtibus contra reum. Ant. Corſet. in ſingula. in verſicu. Teſtes ix. numero 1. char. 179

Teſtes maſculi præferuntur fœminis. Anton. Corſe. in ſingu. in verſic. Teſtis vj. nume. 1. char. 178.

Teſtes nobiles pauci præferuntur multis ruſticis. Petr. Gerar. ſing. 11. nu. 8. char. 322

Teſtes non bene & ſolenniter examinati, poſſunt de nouo citari, & examinari. Pau. de Caſt. ſing. 26. nu. 2. char. 367

Teſtes non plene probantes conuentionem partium nihil probant; idem & in inſtrumẽto dicendum. Roma. ſingu. 749. numero 1. char. 107.

Teſtes nõ requiruntur in actibus quę in iudicijs fiunt. Amanel. ſing. 98. nu. 1. char. 358

Teſtes omni exceptione maiores qui dicantur, & qui idonei? Anto. Corſe. in ſingu. in verſi. Integer. nu. 3. char. 142

Teſtes poſſunt examinari ad inſtantiam rei ad perpetuam rei memoriam, etiam ſuper exceptione ſibi competenti. Et quo remedio vti poſſit ſi ſua exceptio per teſtes non ſit probanda? Petr. Gerar. ſing 91. nume. 1. char. 343.

Teſtes poſt publicationem nõ admittuntur. Roma. ſing. 81. nu. 1. char. 12

Teſtes producti & examinati ante litis conteſtationem non probant ad fauorem diffinitiuæ ſententiæ. Matthæ. Matheſil. ſing. 40. nume. 2. char. 215

Teſtes produci non poſſunt publicatis atteſtationibus: Et quando contrarium ſit? Anto. Corſe. in ſingu. in verſicu. Teſtis xxj. numero 1. char. 181

Teſtes publicatis atteſtationibus recipi non poſſunt, & an valeat conſuetudo in contrarium? require ſupra in litera C. in verſicu. Conſuetudo an valeat.

Teſtes qui contractui interfuerint ſi aliquis ex contrahentibus neſciat, velit tamen per eos contractum probare, Epiſcopum loci adire debet, vt eo autore fiat præceptum generale ſub excommunicationis pœna, vt qui ſuper tali facto nouerint veritatem cõpareant ad teſtimonium ferendum. Ioan. de Arno. ſing. 63. nume. 1. char. 376

Teſtes qui non admittuntur contra aliquem eo nolente, vtrum ipſo volente admittantur. Roma. ſingula. 196. nu. 1. char. 26

Teſtes quot requirantur in reprobatione inſtrumẽti, in quo per notarium aſſeratur, de ſpontanea voluntate, require ſupra in litera I. in verſi. inſtrumentum per quot teſtes.

Teſtes recepti in vno iudicio ciuili ordinario & plenario probant inter eaſdem perſonas in alio iudicio ciuili & plenario, licet fiat ad diuerſum finem a primo. Matth. Matthæ. ſingu. 191. nu. 1. char. 288

Teſtes rogati an requirãtur ad ſolennitatem contrahendi matrimonij. Roman. ſingulari 717. nu. 1. char. 102

Teſtes lxx. intereſſe debent, ad hoc vt Cardinalis condemnetur. require ſupra in litera C. in verſi. Cardinalis ad hoc.

Teſtes ſi ad perpetuam rei memoriam cõtra illum examinentur, cuius tirãnidem, & potentiam timeo, partis citatio nõ requiritur. Roma. ſingu 369. nu. 1. char. 50

Teſtes ſi deponant Petrum cognouiſſe Bertæ violenter, non probant cum eſſe Bertæ illatam a Petro niſi aliud communis vſus loquendi ſuadeat. Matthæ. Matheſil. ſing. 102. nu. 1. char. 252

Teſtes ſi ſint ad perpetuam rei memoriã examinandi quis ſit iudex competens ad eos examinandos? Petr. Gerar. ſingula. 69. numero 1. char. 339

Teſtes ſi ſuper notorio, vel fama a iudice ad eius informationem examinentur, pars nõ eſt citanda. Roma. ſingu. 369. nu. 1. char. 50

Teſtes ſi vltima die termini recipiantur pars non citatur. Roma. ſing. 369. char. 50

Teſtes tabelliones præferuntur teſtibus non tabellionibus: & religioſi laycis, & magis creditur tot teſtibus, ꝙ totidem iudicibus. Anto. Corſe. in ſingu. in verſi. Teſtis v. numero 1. char. 178

Teſtes vbi ſunt in loco, vbi eis metus inferri poteſt, iudex eos in loco tuto examinare debet. Roma. ſingu. 739. nu. 1. char. 105

Teſtes vna cum inſtrumento etiam poſt publicationem admittuntur, propter cõcomitantiam inſtrumenti, nam ratio ſubornationis ceſſat. Roma. ſing. 81. nu. 2. char. 12

Teſtes vt ab eo examinari poſsint, qui iurauit non probare niſi per inſtrumentũ, quo remedio ſit ſuccurrendum, require ſupra in litera I. in ver. Iuranti non probare.

Teſtis vt poſt didicita teſtificata produci poſſint qua cautela vtendum ſit? Anto. Corſe.

in ſingul.in verſicul.Teſtis xxij.numero 1. char.181.

Teſti ad teſtificandum citato,& cõtumaci,an poſsit imponi pœna cõfiſcationis bonorũ? Ioan.de Arno,ſing.96.nu.1. char.381

Teſti de conſenſu partium producto non poteſt aliquis defectus opponi, & die feriato in fauorem hominum recipi poteſt. Anton. Corſe.in ſingul.in verſic.Teſtis ij.numero 1. char.178

Teſti omni exceptione maiori fidem nõ eſſe adhibendam,an princeps, vel domini ciuitatis ſuperiorem non recognoſcentes, ſuo reſcripto facere poſsint? Roma.ſing.757.numero 1. char.108

Teſti ſi detur pecunia, non vt nõ teſtificetur, ſed generaliter vt ferat auxilium parti in illa cauſa, admittitur, & eius teſtimonium valet.Roma. ſingula.330.nu.2, char.44

Teſti vni quando plena fides ſit adhibenda, remiſsiue. Petr. Gerar. ſingulari 49. numero 4. char.334

Teſtibus aduerſus me producendis,ſi contra eorum perſonas me aliquid obiecturũ proteſtor,licet poſtea pro me deponant,non facile eſt credendum.Fallit ſi ſint nobiles, & plures ſint.Roma.ſing.694.nu.1. char.99

Teſtibus deponentibus de credulitate ꝙ credatur,an ſtatuto diſponi poſsit.require ſupra in litera S.in ver.ſtatutum ꝙ credatur.

Teſtibus deponentibus id quod eſt conforme iuri communi, & veriſimile,q̃ alijs aliter deponentibus magis creditur. Anton. Corſe.in ſing.in verſi,Teſtis vij,numero 1, char.178.

Teſtibus deponentibus non eſſe frigidæ naturæ, magis ſtatur, q̃ alijs id affirmantibus, Anto.Corſe.in ſingu.in verſicu.Teſtis viij. nume.1. char.178

Teſtibus duobus affirmantibus magis creditur, q̃ decem negantibus.Amanel.ſing.132. numero 1. char. 360

Teſtibus duobus affirmantibus magis credi, q̃ centum negantibus,quomodo intelligatur? Anto.Corſe.in ſingu.in ver. Teſtis ix. numero 4. char.179

Teſtibus intereſſe eſt probandum contra,doloſum,quando doloſus in omittendo conſiſtat, ſecus ſi in faciendo, require ſupra in litera I.in ver.Intereſſe aduerſus.

Teſtibus non poteſt probari miſsio in poſſeſſionem ſicut nec cætera acta iudicij. require ſupra in litera M.in verſiculo Miſsio in poſſeſsionem.

Teſtibus opponens,ꝙ ſint infames,eis non tenetur actione iniuriarum, Guliel.de Ludo ſingu.98.nume.1. char.350

Teſtibus ſi quis opponat ꝙ non ſunt, nec fuerunt omni exceptione maiores, an talis exceptio valeat? Petr.Gerar. ſingula.70.numero 1. char.338

Teſtibus ſunt faciendæ expenſæ deducto eo quod erant in domo impenſuri.Et nunquid idem ſit in expenſis partis? Amanel.ſingu. 14.nume.1. char.355

Teſtibus tabellionibus magis credit', q̃ alijs contrarium deponentibus, Roma.ſingula. 365.nume.1. char.49

Teſtificari certæ perſonæ inuitę non compelluntur,& quid ſi veritas aliter haberi non poſsit? Roma.ſingula.398.nu.1. char.54

Teſtimonium de auditu proprio, ſeu alieno non probat.Et an faciat indicium, ſeu præſumptionem,quia transferat onus probandi in aduerſarium? Roma. ſingula.345.numero 1. char.46

Teſtimonio Epiſcopi,vel Marchionis ſolius ꝙ cauſa decidi poſsit,an per communitatẽ ſuperiorem nõ recognoſcentem ſtatui poſſit?Roma.ſingulari 361,nu.2. char.49

Teſtimonium de ſenſu proprio auditus licet valeat, tamen fallit in teſtamento, in quo perſona teſtatoris eſt videnda per teſtes,nõ audienda. Et quid de codicillis, vel donatione cauſa mortis? Matthæ. Matheſil.ſingu.124.nu.1. char.262

Teſtimonium familiaris ferre non poteſt,niſi de his quæ antequam familiaris eſſet, geſta ſunt.Amanel.ſing.114.nu.1. char.359

Teſtimonium virorum an præferendum ſit teſtimonio mulierum tam in cauſa ciuili q̃ criminali, Pe.Gerar. ſingula.11.nu.4.& 6, char.322.

Teſtis an coniungatur.require ſupra in litera S.in ver.Statutum ſi dictet.

Teſtis de cauſa interrogatus & ſimpliciter deponens, præfertur teſti de cauſa non interrogato ſimpliciter deponenti. Anto.Corſe.in ſingu.in ver. Teſtis iiij.nume.1.c.178

Teſtis deponens de auditu, ad hoc vt eius dictum plene probet, requiritur, ꝙ deponat ſe ante litem motam audiuiſſe. Roma.ſing. 753.nume.1. char.107

Teſtis deponens rem tanti valere, ſecundum ſuam opinionem,an probet? Anto. Corſe. in ſingu.in ver.Teſtis xvij.nu.1. cha.181

Teſtis de viſu, require ſupra in litera D.in verſi.Debitor an probat.

Teſtis dictum aſſerentis ſe recognoſcere aliquem, quia illum tali tempore vidit, valet, & probat. Anton.Corſe.in ſingula.in verſi. Teſtis xix.nu.1, char.182

Teſtis eſſe non poteſt inimicus nouiter reconciliatus, require ſupra in litera I. in verſic. Inimicitia.

Teſtis eſſe non poteſt litium redemptor, & perpetuus litigator nec accuſator. require ſupra in litera L. in verſi. Litiũ redẽptor.

Teſtis falſus in cauſa homicidij punitur vt homicida, ſi dolo malo deponat contra innocentem. Anto. Corſe. in ſingu. in verſic. Teſtis xij. nume. 1. char. 179

Teſtis idoneus ſolus Papa eſt & probat etiã in his, quæ vidit ante promotionem ad papatus apicem. require ſupra in litera P. in ver. Papa ſolus.

Teſtis infamis infamia facti, quæ niſi a Deo aboleri poterat, an admittatur ad teſtificandum? Roma. ſingulari 469. nu. 1. char. 66

Teſtis infamis infamia facti non admittitur, quando agitur de probanda ingratitudine Feudatarij, Donatarij, vel filij exhæredati. Roma. ſingula. 469. nu. 1. char. 66

Teſtis iuramentum an per procuratorẽ præſtari poſſit. require ſupra in litera I. in verſi. Iuramentum teſtis.

Teſtis non citati depoſitio non valet. Aman. ſing. 103. numero 1. char. 358

Teſtis ob eius indignitatem a teſtimonio ferendo repulſus, nec de partis, in cuius fauorem repellitur, volũtate, admitti poteſt. Roma. ſing. 196. nu. 2. char. 26

Teſtis obſcurus æquiparatur tacenti verum. Ioan. de Arno. ſing. 2. nu. 2. char. 368

Teſtis patris conſanguineus, ſi interrogatus reſponderit patri non attinere, an ob hoc teneatur pœna falſi, & an vna cum producente poſſit puniri? Ioan. de Arno: ſingula. 78. nume. 1. char. 379

Teſtis poſt dictum perfectum, non poteſt variare. Matthæus Matheſil. ſingula. 171. numero 2. char. 283

Teſtis poteſt incontinenti dictum ſuum corrigere, ſi id ſponte faciat ſecus ſi metu tormẽtorum, tunc enim etiam ex longiſsimo interuallo corrigit. Roman. ſingulari 808. numero 1. char. 114

Teſtis, qui accepit pecuniam vt dicat, vel nõ dicat teſtimonium a teſtimonio ferendo repellitur, & pœna legis Corneliæ de falſis punitur. Fallit quando per illum producitur, in cuius præiudicium fuit data teſti pecunia. Roma. ſing. 330. nu. 1. char. 44

Teſtis qui alias eſſe non poſſet admittitur ob neceſsitatem, & eadem ratione vnius dicto ſtatur. Pe. Gerar. ſingu. 100. nu. 6. char. 345

Teſtis qui celeriter & repentine reſpondet, antequam totus articulus ei legatur, an falſum dicere præſumatur. Et alij teſtes ei præferantur? Roma. ſing. 450. nu. 1. char. 62

☞ ADDITIO. Et ſequitur Alex. in l.ſolutum.§.ij.ff.de pig.actio. Nic.Pig.

1 *Sententia lata in duobus quinquaginta diuerſis ab eo iudice, qui de quinquaginta tantum cognoſcere poteſt, valet: & in quibus quinquaginta ſentẽtia valere debeat, iudicis eſt electio.*

41 Si quis debitor ex vno cõtractu in quin-
1 quaginta † ducatis, & ex alio in quinquaginta imperialibus:habuit ſententiam contra ſe ab eo iudice, qui non poterat niſi de quinquaginta iudicare:certũ eſt, q̃ ex quo ſunt diuerſæ ſummæ valet ſententia l.ff.Et ibi plene nota. in gl.ff.de iuriſ.om.iudi.ſed cuius erit electio in quibus quinquaginta valeat ſententia? iudicis, tex.eſt ſingu.in l.ſi duas.in prin.ff.de excu.tuto.

☞ ADDITIO. Adde hoc ſing.ad Hippol.de Marſil.in l.quæſtionis modum. ff.de quæſtio vbi collegit caſus qui committuntur arbitrio iudicis. Nic.Pig.

1 *Sententia iudicis per binũ, vel trinum actũ, conſuetudinem confirmat.*

2 *Arbitrorum ſententiæ, etiam ſi eſſent mille conſuetudinem non confirmant.*

42 An ſicut ſententia iudicis per binũ, vel
1 trinum † actum, ſecundum diuerſas opinio-

nes,confirmat conſuetudinem, vt l.de qui-
bus.ff.de leg.l.j.& ij.C.quæ ſit lon.conſue.
& in c.fi.de conſue.ita & ſententia arbitri?
2 dic ꝙ non, † immo ſi mille eſſent arbitro-
rum ſententiæ conſuetudinem non confir-
mant,iſtud fuit ſingulare verbũ Ioan.And.
in c.Abbate.de verbo.ſigni & hoc didici a
Bal.in c.j.de feu.cog.in vlti feud.nota quia
non inuenies tactum in prędictis locis.

ADDITIO. Adde ꝙ idem tenet In-
nocẽ.in d.c.Abbate.vbi etiam per Io.And.
in nouel,idem tenet Guil.in l.de quibus.ff.
de legibus.vbi Bal.in repe.in xiij.col.ſibi
contrarius tenet oppoſitum.Et Ant.de Bu.
in commento.c.fin col.xvj.de conſue.quos
refert & ſequitur Magiſt.meus in l.de qui-
bus.col.xxvj.in princi.Et aduerte ꝙ iſtud
dictum ſubtraxit Fran.Cre.ſing.ſuo c.inci.
tu ſcis ꝙ binus actus.

1 *Conſuetudo ſecunda,vt tollat primam præ-
ſcriptam,oportet,quòd etiã ipſa ſecunda ſit
præſcripta, ſi cauſam petitorij concernat:
ſecus ſi cauſam poſſeſſorij, nam ſecunda
etiam non præſcripta tollit hoc caſu primã
præſcriptam.*
2 *Mulieres nõ poſſunt inducere conſuetudinẽ.*
3 *Mulieres etiam millies contrahentes cũ per-
ſonis prohibitis,ſtatuto non derogant.*

43 Ad hoc vt ſecunda cõſuetudo tollat pri
1 mam præſcriptam, oportet † etiam ipſam
ſecundam eſſe præſcriptam.glo.no. in l.ne-
mo.§.temporalis.ff.de reg.iur.Quod eſt ve
rum in conſuetudine concernente cauſam
petitorij:ſecus ſi cõcernat cauſam poſſeſſo-
rij,tunc enim ſecunda conſuetudo licet nõ
ſit præſcripta tollit primam præſcriptam,
Bald.in d.c.j.de feu.cogn.& fuit originali-
ter Io.And.in c.cum eccleſia.de elect. Et
2 tene † menti ꝙ mulieres non poſſunt indu-
cere conſuetudinem Bar.per illum text.in
3 l.j.ff.de legi.& ideo† ſi millies contraherẽt
cũ perſonis prohibitis non derogãt ſtatuto.

ADDITIO. Faciũt quæ dicit idem
Roma.conſi.cxcviij.Felyn.in c.cum acceſ-
ſiſſent,col,iij.in fi.verſic.ſeptimo limita.fa-
ciunt quæ ponuntur per Aret.conſi.xxij.

Et idem tenet Alexan.in l.ij.ad fi.prin-
ci.ff.ſolu.matrimo. Fely.in c.cum acceſſiſ-
ſent.col,iij.nu.31.ad fi.& ibi Deci.col.fi.de
conſti.idem Deci.in d.§.temporalis.in vlti.
limita.Iaſo.in l.de quibus.nu.79.ff.de legi.
d,Cagnol,in d.§.temporalis.poſt eos quos
allegat. ibi & tene menti.Adde Iaſ.in l.j.
nu.14 ff.de legi. Abb.in c.fin.nu.8.de con-
ſuet Deci.in l.fœminæ. in xviij.prohib.ff.
de reg.iur.& vide quatuor pulchras ratio-
nes per Bal.in l.quoties.colum.penul,C.de
ſuis & legi. Nic. Pig.

1 *Probans primo,obtinere debet, nec iudex te-
netur alium expectare, vt probet, niſi de
matrimonio tractetur.*

44 Quod primo probans debet obtinere,
1 & iudex † non tenetur alium expectare,vt
probet.l.is a quo.ff.de rei vend.& l.ſi quis
a multis.ff.de noxa.c.capitulum ſanctæ cru
cis.de reſcri.qđ fallit in matrimonio.Inno.
notat in c.cum inhibitio, extra de clande.
deſponia.

ADDITIO. Quod dictum eſt
in rub.de ſpõ.duo.& ibi per Abb.& alios.
Fely.in c.j.col.ij.vt lite non conteſt.vbi po
nit & alia multa priuilegia.Iaſo.in l.a diuo
pio.§.ſi ſuper rebus.col.fi.ff.de re iudic.Et
Matth.de Affli.in ti.de inuēſt.de re all.fac.
§.rei autem.col.penul.vbi not.declarat.d.
l.is a quo. Nico. Pig.

1 *Scholarium vniuerſitas conſentiens diſpone
re poteſt,vt qui non ſit de illorum vniuer
ſitate, reddat vocem: ſecus ſi vnus ex ea
etiam minimus diſſentiat, tunc enim is
admitti non poteſt.*

45 Quia heri feciſtis conſiliarios in vniuer
1 ſitate,quæro:clarum eſt,ꝙ ad hoc† vt alius
qui non ſit de vniuerſitate, reddat vocem,
poteſt vniuerſitas ſcholarium diſponere,c.
ſcriptum, de elect.lxiij.diſt.c.obeuntibus.
cum ſi.Sed nunquid ſi vnus tantum in vni
uerſitate contradicat,ne ille admittatur va
leat actus?tu dices,qui ſcis pauca ſicut ego,
ꝙ hoc eſt indubitatum ꝙ ſic, per regulam.
l.qđ maior.ff.ad municipa.l.plane.ff. quod
cuiuſque vniuer.no.in c.j.de his quæ fiunt
a ma.parte ca.Sed cõtrariũ eſt veritas.hoc
enim caſu vnus quantumcunque minimus
contradicens reddit actum nullum. hoc eſt
dictum ſingulare Compoſtellani quem re-
fert & ſequitur Ioan.And.in d.c.ſcriptum,
in nouella.

ADDITIO. Adde tex.in capi
tu.in cauſis ibi a ſingulis de capitulo ſtatu-
tum.& in d.c.ſcriptum.ibi mutuo conſenſu
& vtrobiq; per Abb.Iaſ.in l.iuriſgentiũ.§.

ſi.in vj.limi.ff.de pac.Felyn.in c.cũ omnes. in iij.limita.ſecundæ regulæ. vbi Deci.in iij.fallen.eadem reg.Et do.Bartho.Cæpol. colum.fina.verſicu.quarta limitatio.nu.39. extra de conſtitu.Idem Deci.in c.conſtitutus.col.j.de appel.Et de materia.vide allegata per præcep.meum Cagnol.in l.aliud eſt vendere.§.refertur ad vniuerſos.ff.de regul.iur. Nicol. Pig.

1 *Iudex ſi in ſententia dicat, condemno talem per talem legẽ, quæ lex non facit ad propoſitum, an ſententia ſit nulla?*

2 *Sententia continens manifeſtum iuris errorem, vel contra legem lata, eſt nulla.*

46 Iudex pronunciat:dico & cõdemno † talem per talẽ legẽ, quæ non facit ad propoſitum, an ſententia ſit nulla? dices tu ꝙ ſic,
2 quia † continet manifeſtum iuris errorem, vel quia lata contra legem, vt l.ij.C.quando prouo.non eſt neceſ.c.j.de re iudic.cum ſimi. Sed cõtrarium determinat Inno.in c. cum ex officij.de præſcrip.

ADDITIO. Ad hoc vide Felyn.in c.j.colum.viij.circa fin. verſicu.limita nono de re iudic.Idem Felyn.in c.cum ex officij.col.xij.verſi.quinta concluſio.de præſcri.Maria.de Sen.in c.illa.in fi.de accuſa. & ibidem ſequitur Felyn.in fin.allegando Innoc.in d.c.cum ex officij.& Ro.hic.

Iaſo.in l.qui romæ.§.duo fratres.iij.notab.ff.de verbo.obliga.& in l.cum prolatis.ff.de re iudic. Et adde ꝙ, vt ſententia errore iuris ſit ipſo iure nulla, requiritur, vt talis error expreſſus in ſententia oculo corporeo legi poſſit, & non oculo mentis, famoſum dictum eiuſdem Innocen. in c.P. & G.de offic.delega.quem ſequuntur doctores in d.§.duo fratres.& d.l.cum prolatis. & Mader.Arimi.in trac.nulli.titu.ex defectu proceſſus.nu.122. Nic. Pig.

1 *Vſuraria exceptio infra quantum tempus probari debeat.*

2 *Vſuram exigens raptor eſt & ſpoliator.*

47 Infra quantum tempus debeat probari
1 † exceptio vſuraria? Hoſtien.& Ioan.And. in nouella.in c.quia fruſtra.de vſur.dicũt, ꝙ debet probari infra octo dies a die propoſitæ exceptionis.ar.c.pia.de excep.lib. vj.qui text.re uera loquitur in exceptione excommunicationis,& pro certo eſt extranea inductio. hoc etiam confirmat Lappus in allegationibus ſuis.alleg.lv.ad fi.Et cum hæc quæſtio fuiſſet Romę coram me ex uoto dominorum meorum de Rota,decidi cõtrarium non obſtantibus prædictis authoritatibus.Et vide pulchram rationem,videlicet, ꝙ immo debeat infra xv.dies probari:
2 ratio,quia † qui vſuram exigit raptor eſt & ſpoliator.c.ſi quis vſuram.xiiij.q.iiij.ſed exceptio ſpoliationis probanda eſt infra xv.dies.c.frequens.de reſti.ſpol.lib.vj.ergo &c.tene menti.

ADDITIO. Adde ꝙ Hoſtien. & Ioan.Andræ. ſequitur Abb. in dicto c. quia fruſtra.in fin.Ioan.Arno.problem.ix. & eſt commu.opin.vt per Auguſti.Bero.in rub.extra de vſu.concludentem iudici arbitrarium eſſe:tamen dicit ꝙ in iudicando forte non diſcederet a cõmu.opi. Nic.Pig.

1 *Teſtator ſi Titio fundum relinquat, cum decem dare poterit an illa decem hæredi ſolui debeant,necne?*

2 *Pulchra dicta faciunt hominem pulchrum.*

48 Ecce aliud: relinquo Titio fundũ cum
1 poterit dare decem: Titius † petit fundum cum poſſit dare decem:hæres petit illa:an debeãtur hæredi? videtur ꝙ non,quia verba illud non dicunt,arg.l.non aliter.ff.de lega.iij.Sed in cõtrarium habes caſum ſingularem & notandum in l.iij.§.ſi quis ſic accepꝛit.ff.de ſta.lib.Tene menti:quia faciet tibi honorem in practica et diſputationibus,
2 & alijs: quia † pulchra dicta faciunt hominem pulchrum.

ADDITIO. Adde ꝙ illũ text. dicit notan.Iaſo.in l.Gallus.in princi.ff.de liber.& poſthu. Nic.Pig.

1 *Iuriſdictionis voluntariæ actus poſſunt extra territorium iuſdicentis exerceri, niſi illud, quod eſſet expediendum, de iure ſpeciali competeret.*

49 Tu habes,ꝙ ea quæ ſunt voluntarię † iu
1 riſdictionis poſſunt extra territorium iuſdicentis exerceri l.ij.ff.de offi.proconſu.& c.nouit.de offi.lega.& ibi gl. Hoc tamen limita no.niſi illud,qd eſſet expediendum cõpeteret de iure ſpeciali. text.eſt ſingularis, iuncta glo.in c.ſtatutum, de præben.libro vj.in fin.

ADDITIO, Intellige illũ tex.

ꝙ iuriſdictio competebat de iure ſpeciali in beneficijs vacantibus in curia: ſecus extra curiam, vt per Rotam deciſi. viij. verſi. nunquid. titu. de offi. vica. de biſigne. dominic. in c. fin. de offi. vica. lib. vj. Nicol. Boer. poſt eos quos allegat, deciſi. xxx. quęritur.

Et adde aliam qõ. per Rip. in tracta. peſt. parte viii. §. fi. nume. 50.

1 *Iuriſdictio contentioſa ad hoc, vt poßit extra territorium exerceri, duo requiruntur, partis, et iudicis proprij territorij conſenſus, niſi expediendum de iure ſpeciali competeret.*

50 Item ad hoc vt iuriſdictio contentioſa

1 poſſit † extra territorium exerceri, duo requiruntur: conſenſus partium, & conſenſus iudicis proprij territorij. ix. qõ. ij. c. epiſcopum. cū duobus c. ſeq. iuncto. c. calumnioſo. xix. q. ij. & eſt gl. no. quæ hoc dicit in c. vt litigantes. de offi. ordin. lib. vj. plene per Cano. in cle. quāuis. in prin. & §. volumus. de foro competen. & d. c. nouit. de offi. leg. Quod tamen peregrine limita, niſi illud cō peteret de iure ſpeciali: tunc enim, etiam cum prędictorum conſenſu, de eo extra territorium cognoſci nō pōt. dictum eſt nouū & ſingulare per neminem pōderatum. Hoſtien. in c. excommunicatis. de offic. lega. & ibi Ioan. And. refert in nouella.

☞ ADDITIO. Et ſequitur Abb. in d. c. excommunicatis. col. ij. Hippol. de Marſil. in l. fi. numero 197. ff. de iuriſdictio. omni. iudi. Nicol. Pig.

1 *Arbitratoris a laudo, qui fuit electus in bonum virum, habito reſpectu ad eum, & non ad alium, an poßit ad arbitrium boni viri recurri.*

2 *Bartolus eſt ſummæ authoritatis.*

51 An a laudo arbitratoris, electi in bonum

1 virum, præcipue † habito reſpectu ad eum & non ad alium, poſſit recurri ad arbitriū boni viri? tu diceres ꝙ ſic per regulam, l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. & l. vnde ſi nerue. ff. pro ſoc. Sed in contrarium eſt verum,

2 & eſt mirabile verbum Bar. ſummæ † authoritatis in l. iij. §. tam & ſi. ff. de arbit. mirabile dictum. & hoc poteris amico conſulere, qui non vult, quod poſſit recurri.

ADDITIO. Vide Bald. in l. maioribus. de appell. & l. j. C. ne ſi. in vnā eadēq; cau. Roma in conſi. cclxvj. Alexan. vbi plene de materia reductionis. conſil. cxxx. colum. v. ij. volumi.

☞ Adde ꝙ Bar. ſecuti ſunt plures, quos refert & ſequitur Thom. Ferra. caute. viij. tu ſcis. Sed tu dicas ꝙ non obſtante quauis cautela verborum in compromiſſo appoſita, etiam quod iuramentum interuenerit de non contrauenlendo ratione enormiſſimæ læſionis, poteſt peti reductio. Bal. in l. cum antea. col. iij. C. de arbi. Deci. conſi. xxxix. iuridicam. col. penulti. & hæc eſt commu. opi. & obſeruantia ut per Cur. Iun. conſi. lxxix. col. fi. & plures citat præcep. meus Cagnol. in l. ij. q vij. C. de reſcinden. vendi. Nicol. Pig.

1 *Clauſula in compromiſsis apponi conſueta, cum poteſtate procedendi in ſcriptis, & ſine ſcriptis, quid operetur?*

2 *Notarij ignorantes vim clauſularum, quas in inſtrumētis apponunt, Picæ, ſeu Pſitaco æquiparantur.*

52 Quid operatur clauſula conſueta appo-

1 ni in compromiſsis † cum poteſtate procedēdi in ſcriptis & ſine ſcriptis? notarij quotidie apponunt, & tamen non intelligunt,

2 ſunt † enim vt pica & pſitacus gallus, qui ſtant in palatio dominorum, & loquuntur ſine intellectu. Dic tu ꝙ operatur effectum mirabilē: quia de geſtis coram arbitro ſtabitur eius informationi, Bar. in authen. niſi breuiores. C. de ſenten. ex pericu. recitan. & d. Anto. facit de eo glorioſum feſtum & maximum in c. cum ad ſedem. de reſti. ſpol. & illud dictum domin. Anto. retulit in pluribus locis ad hoc, vt per repetitionem illud magis ſcholares memorię cōmendarēt.

ADDITIO. Ibi ſtabitur eius informationi: intellige, ideſt, ſimplici relationi, & ſic poterit eſſe teſtis. Sed an iſta poteſtas dari poſſit arbitris? vide Barto. in authen. offeratur. in fi. C. de lit. conte. Sed aduerte, quia contra illud notabile dictū Bar. tenuit Ludo. met ſibi contrarius in l. ſciendum. ff. de verbo. obliga. in penulti. char. & Ang. in authen. niſi breuiores hic alle. quia propter hoc daretur modus, ꝙ quis nunq̄ obtineret in cauſa reductionis, licet idem Ange. in repet. d. l. ſciendum ſit ſibi contrarius do. Anto. in c. quintaualis. circa ſextā chartam etiam ſibi contrarius tenuit con-

tra Bar.ad quã vide etiam Pe.de Ancha.& Moder.in c.cum a nobis. de teſti. Abba. & Moder.in c.ex literis.de proba.Imo.in c.j. de iudi. Alex.in d.l.ſciendum.de verb.ob.

Et Bar.dictum plures,pro, & contra ,te nuerunt vt refert Iaſo.in l.admonendi.col. lxxij.nume.201.ff.de iureiuran.& commu. non tenetur,vt per Fely.in c.quoniam con tra.col.j.& Deci.in vj.notab.Auguſt.Bero. iij.notab.de proba.ubi late diſputant & ſal uant Bart.hic in aliquo caſu. Nicol.Pig.

1 *Pater noſter,an dici debeat in principio officij,an verò in fine.*

2 *Doctores legum,ſæpe interrogãtur de rebus ad eorum profeſsionem nõ pertinentibus, & extraneis, ad q̃ reſpondere ſcire debẽt.*

53 Fui Romę interrogatus per Cardinalem

1 de Vrſinis,an in principio† officij debet di ci pater noſter ? Ego dixi quod debet dici in fine officij.text.eſt de conſecra.diſt.v.c. id ſemper placuit.& per hoc ab eodem do mino lucratus ſum vnam cœnam . Not,

2 † quia ſæpe etiam de alijs extraneis interrogaberis , vt ego Florentiæ fui interrogatus,quot dies lunã haberet.

1 *Compaternitas , ſeu filiatio ſpiritualis an per procuratorem contrahi poſsit ?*

54 Quæro an filiatio ſpiritualis ſeu compa

1 ternitas † poſsit contrahi ſeu fieri per procuratorem ? & dic ꝙ non:per ea quæ not. Bar.in l.Gallus.ff.de libe.& poſthum.in.§. forſitan.in fi.& ita dicit tenere canoniſtas. vide per doc.in c.ſuper eo.de cogna ſpiri.

ADDITIO. Adde Alexan.qui plura adducit in d.§.forſitan. colum.iiij.late p Fely.in c.ex parte.il primo,de teſti.Faciunt not.per Feder.conſi.xv.incip.quæſtio talis eſt ſyndicus &c.Albe.de Ro.in rubr.C.de procur.& in dictionario.in verbo compaternitas.& in verbo impedimentum,vj.

Dicas ꝙ de conſuetudine poteſt contrahi,non de iure.Bal.in l.j.§.ne autem.colum.fin.C.de cadu.tollen.deciſio,Tholoſa, civij.& ibi per Aufrer. Nic.Pig.

1 *Iudæus dum baptizatur an poſsit conſtituere procuratorem ad reſpondendum pro eo, vt ſit in infantibus ?*

55 Et in eadem cœna,dum baptizaret quidã

1 iudęus fui interrogatus, an poſsit † procuratorem conſtituere ad reſpondendum pro eo:vt fit in paruulis ? & iſtud non reperi inter alios caſus poſitos in l.pomponius. ff.de procu.& in c.qui ad agendum,eod.ti. lib.vj.demum reperi tex.ſingularem,de cõ ſecra.diſt.iiij.c.cum paruulis.vbi expreſſe decernitur ꝙ non.nota bene.

ADDITIO. Et ſequitur præceptor meus Andræ.Alcia.in l j.in fi.& ibi Fran.Rip.nu.36.ff.de verb.obli. Nic.Pig.

1 *Conceſsione facta ab epiſcopo de caſtro, & omnibus , quæ ibi habet , an veniant ſpiritualia.*

56 Volo tibi dicere aliud. concedit epiſco.

1 pus caſtrum de Deo,† & omnia quę ibi habet,ꝙ non propterea veniunt ſpiritualia, Inno.in c.ex literis.de iure pa.

ADDITIO. Et eum ſequitur poſt alios Abba.ibi.& in diſputatione Augerio.col.viij.& in c.ſedes.colum.ij.& ibi Deci.ij.notab. de reſcrip.Bald.in l.a procuratore.in prin.C.manda.Curt.in tract.iuris patro.in verbo ipſe vel is.q.xxiij. Nic.Pi.

1 *Patronatus ius,quod habet venditor in capella in fundo ædificata , tranſit in emptorem fundi , niſi ad capellam per viam publicam iretur.*

57 Si vendo fundum in quo eſt ædificata ca

1 pella,& per † conſequens habeo ius patronatus , in venditione tranſit illud ius gl.eſt in l.in modicis.ff.de contrahen.empti.& l. quædam.ff.de acquir.rer.do.Canoni.plene in d.c.ex literis.de iure patro.quod eſt verum,niſi ad capellam irent per viam publicam.Bar. ſingulariter in l.ſi mercedem.§.ſi cum fundum.ff.de actio.empti.per iſtũ tex. ſingularem facit quod idẽ no.in l.aſsiduis. de priuil.credi.

ADDITIO. Adde ꝙ contrarium tenent communiter docto.in d.c.literis.& per Roch.Curt.in tracta. iurispatro. in verbo,ipſe vel is.q.xxiij.verſi.inferunt etiam.Pro opinione tamen Bart.& Ro.hic facit l.fundus mihi.& ibi glo.ſi.ff.fami.erciſcun.& eam ſequitur Abb.in diſputatione v.incip.Augerio.col.viij.verſi.ſecundo poteſt.& eam dicit veriorem Nicol.Boer. deciſi.cccxxij.vicinus , in fi.poſt eos quos allegat.Et nouiſsime eam tenet & defendit do.Auguſt.Bero.in d.c.ex literis.in vlt. concluſio, ſine differentia an poſsit haberi

aditus

aditus per viam publicam, vel ne. & in c. j. nu. 39. eo. ti. de iure patro. Nic. Pig.

1 *Collatio beneficij facta per vicarium epiſcopi ex ſpeciali mandato, ignorantem alium vicarium fuiſſe creatum, an valeat?*

2 *Procurator primus per conſtitutionem ſecundi reuocatur.*

3 *Tutor datus in teſtamento non reuocatur, ſi alius detur in codicillis.*

4 *Vicarius epiſcopi habet ordinariam iuriſdictionem, pari modo & legatus Papæ.*

5 *Legatus Papæ primus non intelligitur reuocatus per conſtitutionem ſecundi.*

6 *Præſes primus per aduentum ſucceſſoris licet intelligatur reuocatus, tamen valebit quicquid agitur per primum, reuocationem ignorantem.*

53 Fuit quęſtio Romę inter dominos meos:
1 Vicarius † epiſcopi ex ſpeciali mandato, cum ignoraret alium vicarium fuiſſe creatum, contulit vnum beneficium: fuit dubitatū an valuerit collatio? Aliqui ex dominis meis dicebant quod non, allegantes Ioan. Cald. hoc tenentem in c. ſua. de offi. vica. & Moder. in c. j. eod. tit. lib. vj. mouentur ar. a
2 ſimili, de procuratore, qui † per cōſtitutionem ſecundi reuocatur. vt l. ſi quis cū procuratorio. in fi. & l. ſe. ff. de procu. Cano. habent in c. cum non iniuſte. eo. titu. Alij tenebant contrarium dicentes, quod immo teneretur admitti quilibet inſolidum: vt dicimus in tutore, † qui ſi datus ſit in teſtamēto
3 nō reuocatur ſi alius detur in codicillis, ut
4 l. ij C. de teſta. tu. Secundo, † quia ſicut vicarius epiſcopi habet ordinariam iuriſdictionem, ita & legatus Papæ c. ij. de offic. lega.
5 lib. vj. ſed per ſecundum † non intelligitur primus legatus reuocatus. vt eſt caſus in c. volentes. de offi. leg. tenet gl. ordi. & ſingularis. xxv. q. ij. c. in galliarum epiſcopis. ergo &c. tenet Spec. in ti. de legato. §. ſinitur. in verb. in ſumma. & ita fuerunt in plures ſententias diuiſi. Cōcordarūt tamen in hoc omnes, quod illa collatio beneficij valuerit. probant, quia licet † per aduentum ſuc-
6 ceſſoris primus præſes intelligatur reuocatus. l. j. ff. de offi. præfe. augu. & l. meminiſſe. in prin. ff. de offi. procon. tamen valet quod agitur per primum, ſi ignorat reuocationē. caſus eſt ſingularis in l. ſi forte. ff. de offi. p. ſid. & ita concluſerunt domini mei per illum textum.

ADDITIO. Adde Calderi. conſil. iiij poſito ſub rubri. de offic. delega. vbi dicit, ꝙ tenent geſta per legatum reuocatū a Papa in publico cōſiſtorio ante notitiam: & in dubio præſumitur reuocatio incognita. Faciunt quæ dicit Sand. in c. cæterū. ver. valet proceſſus. de reſcrip. ita etiam tenet Rota deciſio. cccclvij. in nouis. circa tertiū dubium. Anto. Sicu. in d. c. cæterum. & eſt bonus text. in c. ſuper eo. il ij. de appella. in fin. & ibi pulchre per Philip. iiij. col.

Adde ꝙ pro opi. Ro. facit l. j. §. ſi ego. ff. qđ iuſſu. & l. ſi mādaſſem. ff. mand. & l. ſi cū. ff. ad maced. & c. audita. de reſti. ſpo. Et adde Abb. in c. volentes. in iij. not. de off. leg. Deci. in c. ſi duobus. col. iij. vbi Auguſt. Bero. nu. 38. de appel. pulchre per Nic. Boer. deciſio. cccxlvij. vicarius epiſcopi. poſt eos quos allegat, vbi etiam ponit, qualiter reuocatio vicarij debeat ad notitiam eius venire. Vide tamen tex. ſing. in l. vnica. §. adminiſtrationē. C. vt om. tam ciui. &c. & qđ per illum ponit Guid. Pap. q. cccccj. vacante. Et amplia illam l. ſi forte. vt infra ſingula. ccccclxxij. Nic. Pig.

1 *Iudicis amotio, licet eius manus non liget, niſi ſciat, tamen ſecus eſt, ſi propter delictum amoueatur, tunc enim etiam ignorantem afficit.*

59 Et licet, (vt dixi) amotio iudicis † non li-
1 get manus eius, niſi ſciat. tñ hoc fallit, niſi eſſet amotus propter delictum, quia tunc etiam ignorantem afficit. caſus eſt ſingularis a canoniſtis peſſime notatus, l c. j. §. adijciebatur. de conceſſ. præben. lib. vj. Canoniſtæ ſolent allegare Inno. hoc dicentem in c. qualiter & quando. de accuſa. & in c. veritatis. de dolo & contu. ſed pro eo eſt caſus in d. §. adijciebatur.

ADDITIO. Adde ꝙ dictum Innoc. ſequitur Panor. in d. c. veritatis. col. penul. Circa quem tex. vide ibi doc. & in c. cū qui. de præb. in. vj. & cumulat Fel. in c. cęterum. nu. 24. ver. octaua reſtrictio. de reſcri.

1 *Vtilitatem domus ſuæ legans, vſum tantum legaſſe videtur.*

60 Quidam Romæ doctor legauit eccleſiæ
1 ſancti Pauli vtilitatem ſui palatij: fuit † dubitatum quid legatum contineat? dixi ꝙ vſum tantum: caſus eſt ſingularis in l. ſi ha

B

bitatio.§.j.iūcta gl.in verbo ſed ſi.ff.de vſu & habita.tene menti.

☞ ADDITIO. Et hoc allegat Deci.in l.ſemper in obſcuris.ff.de reg.iur. ꝙ illa regula habeat locum in legato facto eccleſiæ: cuius contrarium eſt verum, vt infra ſing.ccccxxj.& hoc eſt ex proprietate illius verbi.de quo vide domi.meum Alcia.in lib.ij.parerg.c.xiiij. Nic.Pig.

1 *Vſusfructus fundi ſi alicui relinquatur, & eiuſdem alteri proprietas ſub conditione ligetur, & pendente conditione vſusfructuarius fundi proprietatem ab hærede emat, an proprietatis legatarius eueniente conditione totum fundum petere poſſit.*

61 Fuit cuidā vſusfructus fundi † relictus,
1 & eiuſdem alteri proprietas ſub conditione, pendēte cōditione vſufructuarius emit ab hærede proprietatem dicti fundi, demū extat conditio.petit legatarius proprietatis totum fundum: quæritur quid iur? dixi recte petitionem inſtitutam caſus eſt ſingularis.in l.ſi tibi fundi.ff.quibus mod.uſufruct.amit.

☞ ADDITIO. Adde l.is cuius.et l.cum filius.§.dominus.ff.de legat.ij.& an vſusfructuarius, qui emit proprietatē, poſſit ſeparare vſumfructum proximiore illū petente iure retractus tradunt docto.in l.ſi maritus.C.de inoffi.teſta.Corſe.ſingu.lvij. teſtator.Andr.Tiraquel.de retract.conſangui.§.j.gl.vij.nu.62.& ſeq.

1 *Teſtamentum an nullum ſit, per compulſionem teſtium, vel notarij?*

62 Quæro,an per compulſionem teſtium ſit
1 † teſtamentum nullum? caſum habes vnicum quod ſic.in l.qui teſtamento.in fi.ff.de teſta.& idem dicas propter compulſionem notarij ſecundum Bal.ibi arg.l.in exercendis.C.de fide inſtru.

ADDITIO. Ad hoc vide Areti.vbi facit mentionem de tex.in l.qui teſtamento in l.j.circa prin.eo.ti.de teſta.

☞ Et Pau.de Caſt.in d.l.qui teſtamento.

1 *Emphyteuta fiſci, an teneatur ſtare colono.*
2 *Emphyteuta eccleſiæ tenetur ſtare colono, immo priuatur, ſi eum expellit.*

63 An emphyteuta fiſci teneatur ſtare † co
1 lono? in emphyteuta priuati habetur per doct.in l.emptorem.C.loca.in l.mercis.C.loca.l.ſi filiofamil.§.ſi vir.ff.ſol.ma.per Canoniſtas in c.fina.ne prœla.vi.ſuas.Sed pro hoc quod teneatur quidam allegant.l.ſi.ad ſi.ff.de iure fiſ.quæ nihil facit.ſed tu allega caſum ſingularem in l.penulti.C.de manci.
2 & colo.patri lib.xj. Et idem † in eccleſia: vt ibi per Bar.immo priuatur ſi expellit,vt ibidem dicitur.tene menti.

ADDITIO. Ibi & idem in eccleſia contrarium tenet Alexan.vbi reſpondet. l.fina.C.de ſacroſan.eccleſ.& dicit Barto. non ſcripſiſſe ſuper d.l.penulti.quæ incipit cognouimus.in d.l.ſi filiofam.§.ſi vir.col. iiij.circa fin.verſ.adde ꝙ de materia.vide Barba.conſi.xxxvij.prima parte Bal.conſil.clxxvij.incip.Abbas fecit per totum. & melius in conſil.ccccxvj.incip.reuerendus pater.poſt prin.in verſi.modo videtur. & conſi.xxxviij.incip.Papa.per totum ſecundum vnicum numerum.

☞ Et per d.l.ſi.in ſi.tenet practi.Papi.ī forma quo.agi.ad ſict.præſt.in gl.ſoluere.Gui. Pap.q.cccclxxx.locaui.iiij.fallē.Bal.& alij in d.§.ſi vir.Iaſo.in l.diuortio.col.viij.in fi. ff.ſolu.mat.& plures alij quos omitto. Et hoc ſequitur Corſe.notab.emphyteuſis.iij. Hippol.de Marſ.ſing.cccccxlvij.R et ſuæ. R ſp.in tract.peſt.par.vlti.in prin.col.ante. penulti.Deci.in c.j.ſub nu.15.de probatio.

Et qd de alijs id generibus,vide collecta per Boer.in regu.is qui.de regul.iur.lib. vj.& And.Tiraq.de retra.conuen.§.tertio. glo.vnica.nu.13.& ſeq. Nic.Pig.

1 *Conceſſione facta de caſtro, cum toto territorio, non venit locus ſterilis, nec vſus fluminum.*

64 Sed nota mirabilem caſum quod ſi con
1 cedo tibi caſtrum† cū toto territorio:quod in ea conceſsione non venit locus ſterilis, nec vſus fluminum.caſus eſt ſingularis in l. j.eo.ti.C.de manci.& colo.patri.lib.xj.

☞ ADDITIO. Et idē tenet Alex. poſt Mar.de Laud.in d.l.j. Intellige in cōceſsione locatiōis vel emphyteuſi prout loquitur.d.l.j.ſecus in conceſsione donationis vel venditionis,vt per Cæpol.in tracta. de ſer.ruſti.prædio.c.xxxj.de flumi.nu.10. Nicol. Pigno.

1 *Artem exercens per ſubſtitutum an gaudeat priuilegio artis.*

65 An exercens artem per ſubſtitutum gau
1 deat † priuilegio artis? quidam allegant Bar.in rubr.C.de nauicula.lib.xj.ꝙ ſic, ſed melius facerent ad hoc allegare in contrarium tex.ſingularem ſecundum me in l.fin. circa prin.ff.de excuſa.tuto.

ADDITIO. Adde ꝙ Bald.in dicta l.fin.per illum tex.in verſ.per ſemetipſum. ad hoc ꝙ doctor habeat ſalarium debeat legere per ſe,& non per ſubſtitutum, allegat etiam gl.in l.j.C.man.& col.lib.xj.& idem dicit Bal.& Saly.in l.j.§.vt autem.C.de cadu.tollen.per illum tex.de qua materia.vide per Bar.in l.nemo.ff.de duo.re.per Cano.in c.j.de ſumma trini.& fide cat.

Et hoc in mercatore per illum text.dicunt idem Roman. Areti.& Iaſo.in l.ſcriniarios, numero 8.C.de teſtamen.mili. vbi Dec.colum.fina.dicit hoc iudicandum ex ſubiecta materia. Limita illum tex.quando ex cauſa eſſet impeditus: vt per Bald. in d.l.fina. Alexan.in l.diem functo. nume. 23.& ibi Deci.col.penul.& ibi per alios.ff. de offi.aſſeſ.vbi late tradunt de illa lege. Nicol. Pigno.

1 *Statuto ſtante, quòd quis perfecto officio gaudeat tali immunitate an ſi quis propter infirmitatem illud non valens perficere, ad aliud leuius officium tranſeat, ſtatuto gaudere debeat, quaſi primum officium perfeciſſet?*

2 *Salarium totũ quis habere debet, ſi per alteram partem ſtetit, quominus ſeruiret, niſi cum alio ſe locauerit.*

66 An ſtante ſtatuto, vt quis perfecto offi-
1 cio gaudeat † immunitate tali:& aliquis, nõ valens perficere propter infirmitatem, trãſit ad aliud officium leuius: an debeat gaudere illa immunitate, quaſi primum officiũ
2 perfeciſſet? videtur quod non: quia, † (a ſimili) quis debet habere totum ſalarium, ſi deficit propter alteram partem quin ſeruiat: niſi cum alio ſe locauerit.l.ſed addes. §.ſi.ff.loca.ita hic. Cõtrarium eſt verum: caſum habes ſingularem in l.ex agentibus. C.de princi.agen.in re.li.xij.

ADDITIO. Et ibi Alexan.in additio.Bart. Et tale ſtatutum haberet locum in ſenectute, vt per Abba.in c.magnæ. de voto.col.ij. Nic. Pig.

1 *Conceſsio immunitatis facta tibi & hæredibus tuis, intelligitur ordine ſucceſsiuo: ſecus ſi fiat disiunctiue, tibi, vel hæredibus tuis, nam tunc copulatiue omnes admittuntur.*

67 Immunitas conceſſa tibi & hæredibus
1 tuis,† intelligit᷑ ordine ſucceſsiuo.vt probatur per glo.& Bart.in l.Gallus.§.idem recte.ff.de liber.& poſthu.Sed quid ſi disiunctiue tibi vel hæredibus? dic quod eſt perinde ac ſi dixiſſet copulatiue: caſus eſt ſingularis.ſecundum Bald.in c.j.de eo qui ſibi, vel hæredibus ſuis,in vſibus feu.quod tene menti.

ADDITIO. Dic quod dictio vel reſoluitur in coniunctam de qua per Alexã. conſi.xciiij.in iij.vol.col.v.& conſil.xxij. col.iij.in j.volu.adde etiam ꝙ iſtud dictum refert & ſequitur Felyn.in c.inter cæteras, in verbo decem modis,col.v.verſic.Et adde quintam fallen.de re iudi.tñ nihil addit.

Et idem Bald.in l.Caius.ff.ſolu.matri, Iaſ.in d.§.quidam recte.col.vj.verſi.ſecundo amplia.& ibi per alios. Nicol.Pig.

1 *Puteus viciniæ ſeruiens,ſi reparatione indigeat, omnium contributione debet refici, nec vnus poteſt dicti putei commoditatem renunciare, vt ſolutionem, et contributionem euitet.*

68 Puteus ſeruiẽs toti viciniæ indiget repa
1 ratione, † vnus non vult contribuere alij renuncians commoditatem dicti putei, vt euitet ſolutionem vel contributionem: an hoc non obſtante compellatur contribuere? dic ꝙ ſic: ita mirabiliter determinat Specu.in ti. de cenſi.§.j.verſi.ſed pone ꝙ quædam vicinia.& hoc habui a Bald.qui hoc refert & ſequitur.in l.cum fructuarius.ff. de vſufructu.

ADDITIO. Adde Iaſo.in l.ij. in vj.nota.ad fi.C.de iure emphy. conciuẽ meum Cæpol.qui alios citat,in tract.de ſerui.vrba. prædio.c.xlvij.de puteo & ciſterna qui diſtinguit vt per eum. Alex.in l.prætor.§.hoc edicto.ff.de dam.infe. Et an vicini propria autoritate poſsint collectam indicere,pro puteo reparando ponit Guid, Papæ.q.cccclxiiij.verum. Nic. Pig.

1 *Pauper, cui vſus magni palatij fuit legatus,ſi in eo certam partem elegit,an poſsit variare, & poſtea aliam habere?*

69 Legatus eſt mihi pauperculo vſus magni
1 palatij: eligi pro meo vſu certam partē de eodem: an deinde poſsim variare & aliam habere? Tu diceres ꝙ nō: arguendo de ſeruitutibus realibus ad perſonales. l. ſi cui. ff. de ſeruitu. Sed in contrarium eſt caſus ſingularis in l. diuus. §. licet. ff. de vſu & habi.

ADDITIO. Eundē ponit Cremen. ſing. lxxxiij. relictus. & quæ ſit ratio: docto. variant. vide Ioan. Coraſ. poſt Bart. & alios in d. l. ſi cui. Nic. Pig.

1 *Ius hauriendi aquam, vel portandi ad fundum tuum, tibi conceſſum, an tranſeat ad hæredes tuos?*

2 *Seruitus realis non moritur cum perſona.*

70 Concedo tibi ius hauriendi aquam, vel
1 portandi † ad fundum tuum, vel vbi vis: an hæc conceſsio ſeruitutis tranſeat ad hæ
2 redes? Dices quod ſic: quia † ſeruitus realis non moritur cum perſona. Tamē contrarium eſt verum, quia eſt potius perſonale ius. vide tex. vnicum in iure in l. penult. ff. de ſerui. ruſti. prædio. cuius contrarium ibi Bal. dicit ſe reſponſurum antequam vidiſſet text. illum. nunquam ergo exeat mētem tuam. liga ad digitum & porta tecum.

ADDITIO. Adde quod potius ſit ius perſonale vel ſimplex conceſsio Bart. idem tenentem in l. mella. §. ſi. ff. de ali. & ci ba. lega. & ita dicit tenere communē vſum cauſarum. Et ꝙ tale ius habeat tantum locum contra concedentem, & non contra alium vltra text. allegatum per Ro. hic videntur eſſe duo alij in l. Caius. §. final. ff. de annu. leg. & in l. ſi. §. j. ff. de contrahen. emp. quos allegat Bar. vbi ſupra. Hāc q. de aqua putei cum alijs ſimilibus poſuit Ioan. Fab. in §. æque. inſtitu. de actio. refert mag. meus ibi. in iij. & iiij. col.

Adde Cremen. ſingula. lx. Cæpol. conciuem meum in tractatu ruſticorum prædio. c. iiij. & c. vij. in princip. Deci. conſilio cclxij. in cauſa. per totum. Ludo. Gomes. in §. æque. nu. 9. inſtitu. de actio. præcep. meū Alcia. diſpunct. ij. c. vij. Ioan. Coraſ. in l. j. in verbo, aquæductus. Et in l. vt pomum. ff. de ſerui. & adde Hippoly. de Marſil. ſingula cccxxxiiij. pendet, ponentem aliud ſingul. in hac materia. Nico. Pig.

1 *Legatum annuum, pro eo anno, quo moritur legatarius, ad hæredes tranſmittitur, ſicut in vſufructu.*

2 *Legatis decem annuatim, vel decem ex fructibus prædij, an mortuo legatario, tranſmittantur, ſicut in legato annuo.*

71 Legatum annuum pro eo anno, quo mo
1 ritur† legatarius ad hæredes tranſmittitur. in l. in ſingulos. ff. de annuis legat. ſecus in vſufructu, vt l. ſi vſufructuarius meſſem. ff.
2 qui. mod. vſufr. amit. Quid ſi † lego decem annuatim, vel decem ex fructibus prædij: an tranſmittatur mortuo legatario, ſicut in annuo legato? caſus eſt ſingularis quem ibi exclamat Barto. ꝙ ſic. in l. generali. §. hæredis. ff. de vſu f. leg. tene menti.

1 *Bannitus, cui promiſi ſoluere in ciuitate, a qua fuit exbannitus, an poſsit me alibi conuenire?*

72 Senenſis, cui decem promiſi ſoluere Senis, fuit exbānitus, ita ꝙ Senas amplius ve
1 nire non poteſt: an poſsit † me alibi conuenire? Dicas ꝙ ſic: caſum habes & glo. ſingularem. in l. vſuras. C. de ſol. tene menti quia de hoc poteris habere honorem.

ADDITIO. Tu dic contrarium per text. in l. j. & ij. ff. de eo quod cer. lo. & per ea quæ ibi habentur per docto. præſertim magiſt. meum do. Iaſ. & ita etiam tenet glo. in d. l. vſuras. ſaltem in vltima ſolu. quæ in dubio ſeruanda eſt. De qua materia vide ēt Alex. conſi. xlj. col. ij. iiij. vol. licet Bal. in dicta l. vſuras, teneat intellectum, de quo hic per Roma. & Felyn. ſimpliciter refert in c. cum ſit. in prin. de foro competen. ad limitationem illius tex.

Et ibi Barto. & Bald. idem Roma. conſil. cccliij. quæritur. colum. fina. Cremen. in ſing. cxxiij. Iaſ. in l. ij. q. xxxix. nu. 95. C. de iure emphy. Ioan. Arno. Epito. lxxxiij. Soci. regula ccccxxxv. fallen. xxxij. Hippol. ſingu. cclxj. exceptio. honor in hac regia ciuitate VRBNETIARVM D. meus do. Hieron. Gigas in tracta. de penſio. q. lxxxij. poſt eos quos alleg. Amplia iſtud ſingul. in tempore peſtis, (vt nunc in hac ciuitate. in princip. anni 1555. incipit, a qua deus liberare nos dignetur,) vt per Rip. in tracta. peſt. in primo priuilegio contractuū. in ij. parte princ: vbi ponit, an habenda ſit ratio intereſſe debitoris, vel creditoris. Nicol. Pignol.

1 *Scholaris priuatus de collegio, quia tranſiuit ad aliud; an poſsit ex conceſsione vni-*

uerſitatis habere vocem in creatione rectoris?

73 An ſcholaris priuatus de collegio, qui
1 tranſiuit † ad aliud, poſſit ex conceſſione vniuerſitatis, a qua receſsit, in eadem habere vocem in creatione rectoris? Dic quod non. caſum habes vnicum, in c. conſtitutis. de elec. ſecundum vnum intellectum & verum, quem ſequitur ibi Ioan. And.

ADDITIO. Adde ꝙ Abb. ibi referens Ioan. Andræ, videtur tenere contrarium: ad quod faciunt notata per Sande. in c. cum M. Ferra. in ſi. ix. col. & prin. ſeq. ſed melius in c. cum omnes. col. x. verſic. tertio falli. de conſtit.

Et Alexan. in additio. in l. ſi conſul. ff. de adoptio. Nic. Pig.

1 *Ciui nouello facienti aliquid contra ſtatutum an ita parcatur, ſicut forenſi?*

74 Nunquid ciui nouello parcatur, ſicut fo-
1 renſi, ſi aliquid † facit contra ſtatutũ ciuitatis? Dic quod ſic, ſecundum Bal. no. in repetitione. l. data opera. col. v. C. qui accuſ. non poſ. per tex. quem dicit ſingul. in l. qui cum vno. in fin. ff. de re mili. ſed habes conſimilem tex. in l. qui commeatus. ad ſi. eo. ti.

ADDITIO. Adde tñ ꝙ dictum Ro. hic ſequitur magiſt. meus in d. l. cunctos populos. in xviij. col. C. de ſum. tri. & ſide ca. vbi dicit ſe allegare meliorem text. ad hoc ꝙ̃ faciat Roma. hic videlicet in l. qui commeatus. §. tyroni. ff. de re mili.

Et idem Roman. conſil. cclj. clariſsime. & conſil. ccxxviij. pro plena. colum. ij. & conſilio cccexcj. in caſu. & per Iaſo. poſt Alexan. in l. is poteſt. colum. xj. ff. de acquiren. hæredi. Hippol. de Marſi. in l. qui ignorans. nume. 17. & in l. qui falſam. nu. 75. ff. de fal. Nicol. Boer. deciſi. cclx. ad hoc ꝙ in prin. poſt eos quos allegant. Et dicitur ciuis nouellus qui annum in ciuitate nondũ egit. l. ſi. §. quoties. & ibi Bar. & doc. ff. de publica. per Vincen. Paleot. inter conſi. Alexan. nu. 54. viſo puncto. col. ij. libr. iiij. & Boer. vbi ſupra. Nic. Pig.

1 *Opus facere promittens, an illud per alium explicare poſsit, ſi neceſſe fuerit, vt quia abeſſe ob delictum cogatur?*

75 An promittens facere opus, poſſit, ſi ne-
1 ceſſarium fuerit, opus illud † per alium explicare? Tu diceres ꝙ non: per regulam, l. inter artifices. ff. de ſolu. Sed caſum habes in contrarium multum notabilem, etiam ſi illa abſentia cauſetur ex delicto, in l. de pollicitationibus. ff. de pollici. nota illam l. pouer homo.

ADDITIO. Idem Roma. conſi. lxxiij. circa primum. Ioan. de Pla. in l. nullus. col. ij. C. de decu. li. x. Et adde ꝙ ſi ꝓmiſi ædificare domum per me & hæredem meum: poſſum facere per ſubſtitutũ: quia induſtrialia ad hæredem non tranſeunt caſus notab. l. cui bonis. de cura. furio. Et verbum, hæredem, facit vt induſtria perſonæ non videatur electa. Bal. in l. quiſquis. C. de epiſ. & cleri. & adde infra ſing. cccccclxx. ille. Nicol. Pig.

1 *Appellare ſi nõ liceat ab epiſcopo, an ab eius vicario poſsit.*

2 *Appellatur a vicario ad ſuperiorem ordinarium, cuius eſt vicarius de iure canonico, ſecus de iure ciuili.*

76 Conceſſum eſt epiſcopo, ne ab eo appel-
1 letur: an ab eius vicario † poterit appellari? Dices ꝙ non: quia idem tribunal eſt, vt in c. romana: de appel. lib. vj. & c. non putamus. de conſue. eo. lib. Sed cõtrarium eſt ueritas, caſus eſt notab. in l. præcipimus. & l. a proconſulibus. & l. iuſta. C. de appel. & ex dictis legibus nota differentiam incognitã
2 inter ius canonicum et ciuile: videlicet, † ꝙ a vicario de iure canonico appellatur ad ſuperiorem ordinarium, cuius eſt vicarius, vt dictis legibus.

ADDITIO. Et ſequitur Bart. Bal. in d. l. a proconſulibus. Et Phili. Franc. in c. dilecti. il tertio. in vj. q. de app. Iaſ. in l. ſed ſi hac. §. ſi. col. ſi. ff. de in ius voc. Ni. Pi.

1 *Scholaris habens duas voces, an in creatione rectoris eas diuidere poſsit, & vni dare vnam, & alteri alteram?*

77 Scholaris, cui eſt cõmiſſa vox † alterius
1 ſcholaris, & ſic habens duas voces, an in creatione rectoris poſsit diuidere dictas voces, & vni dare vnam, et alteri alteram? Caſum habes vnicum in mundo quod non. in c. ſi quis iuſto. §. porro. cum declaratione ibi in tex. poſita, de elec. lib. vj. nota.

ADDITIO. Adde ꝙ idem tenet

Abbas per tex.de quo hic in c.conſtitutis. ij.de appel.& in c.cum olim de re iudi. vbi vide Fely.col.iij.Et Ludo.met.in l.ij. in prin.in vj.col.de verb.oblig.Et hinc eſt ꝙ procurator plurium patronorum nõ poteſt plures præſentare.Lap.alleg.xxij.inci. An ſufficiat.Et delegatus habens vices collegę non poteſt vnam ſententiam proferre nomine proprio aliã nomine collegę.Abb. poſt Vin.in c.quamuis.de offic.delega.vbi Sand.intelligit illud de voce niſi eam delegans committeret de certo allegando ad ad iſtud ſingul.vide etiam Ant.Siculum in notabilibus ſuis in litera V.in verbo vox no.incip.habens vocem nomine proprio.

☞ Sequitur Alexan.in.l.ſi conuenerit. §.ſi nuda.in princi.ff.de pigno.actio.Abb. Philip.Franc.Deci.& alij in c.conſtitutis. ſecundo de appella.Auguſt.Bero.in c.ex literis.ſub nume.57.de probat.& in q.fami. viii.nume.10. Nic.Pig.

1 *Iudex ex cauſa poteſt augere, & minuere pœnas.*

2 *Iudex ſine cauſa augens, vel minuens pœnas incurrit infamiam, et punitur eadem pœna, qua reus.*

78 Veni qua: tu habes, ꝙ iudex † ex cauſa
1 poteſt augere & minuere pœnas.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de infa.& C.eo.l.& ſi ſeuerior.quid ſi illud facit ſine cauſa an debeat iudex puniri,& an faciat litem ſuã?
2 ſcio tu ires ad ti.de pœn.iudi.qui male iud. Et a tutte quelle nouelle:ſed de hoc eſt vnũ dictum legiſtis incognitum, Canoniſtis autem cognitum per leges tamen noſtras, qđ eſt vilipendium noſtrum, dictum eſt vnicũ in mundo.Hoſti.in c.de cauſis.de offi.dele. relatum per Ioan.And.in nouella:ꝙ iudex incurrit infamiam.mouetur per tex.notab. vbi eſt caſus in l.ſeruos.in fi.C.ad l.iuli.de vi public.vel priua.& miror de legiſtis, ꝙ hoc non notent in dictis locis. Itẽ eſt alia pœna, (& hoc dimiſit Io.And.) videlicet, quia iudex punitur ea pœna qua debebat puniri ipſe reus,tex.habes vnicum in l.iij, in fi.C.ne ſan.baptiſ.ite.

ADDITIO. Ad hoc vide Felynum in d.c.de cauſis.in princip.colum.v.in fin. de offic.deleg.hic alleg.& in c.qualiter & quando.ii ij.§.ad corrigendos col.vj.circa prin.verſi.Et pro complemento.de accuſ.

☞ Adde Caſtren.in dicta l.& ſi ſeuerior. in princip.Deci.& alios.in dicto c. de cauſis, conciuem meum Barth.Cæpol.cautel. ccxxxvj.Ludo.Carrer.in tracta.de homi. circa fi.Soci.regula ccxciij. Et adde ꝙ licet iudex poſsit alterare & minuere pœnã conſuetam,nõ tamen tenetur,vt per Fely. in tracta.de conat.in fi. Et in dubio præſumitur iudex ex cauſa facere,vt per Bar. in d.§.pœna grauior.col.ij.verſi.item ſimiliter.& per Fely.in c.ſicut.col.ix.verſi.cæterum.de re iudi.in quo loco patet reſponſio ad allegata per Deci.in c.conſuluit.ij. de appella.poteſt tamen exprimere cauſam ad euitandum opiniones,& etiam laudo. Et quæ ſint iuſtæ cauſæ recedẽdi a pœna conſueta dicam infra ſingul.cccccclxvj. tu habuiſti. Nico. Pig.

1 *Ciuilitas vni conceſſa per priuilegium an tranſeat ad hæredes?*

79 An ciuilitas vni cõceſſa per priuilegium
1 tranſeat † ad hæredes? hæc noua eſt deciſio Bar.qui diſtinguit,aut dicta ciuilitas eſt variabilis,& non tranſit.aut eſt inuariabilis,& tranſit.in l.libertus.§.patris.ff.ad municipa.licet in l.aſſumpto.§.filius.eod.titu. dixit cogita.& Bar.in l.j.C.de pa.qui fi.diſtra.alias vidi conſilium vnum Bald.ſuper hoc.non recordor quomodo incipit.

ADDITIO. Dic ꝙ conſilium Bald. quod voluit allegare Roman.hic eſt forte conſi.cccvij.quod incipit pręmittendum eſt ad euidentiam,de materia per ſcribẽtes in l.alia.cum ſi.ff.ſolu.mat.

☞ Adde Bal.in l.ij.ad fi.C.de liber.& eorum liber. Alexan.l.quia tale.numero 4. ff.ſolu.matrimo.vbi ponit late materiam: de qua Deci.et do.meus Cagnol.in l.in omnibus cauſis id obſeruatur.ff.de reg.iur.idẽ Deci.conſi.cccccclxj.nu.8. Nic.Pig.

1 *Tutor excuſatur ſi vendat rem minoris prẽtio viliori præcedente æſtimatione iudicis.*

80 Excuſatur tutor ſi vendit rem minoris
1 pretio † viliori præcedente æſtimatione iudicis.text.eſt iuncta glo.& Bart.ibi exclamat in l.fi.C.de magi.conue.

☞ ADDITIO. Vbi Bald.in vj. notab.Iaſo.in.§.plus autem.col.ij.inſtit.de actio.facit l.fi.in fi.C.de iure do.impe.cum alijs per docto.in l.pretia.ff.ad l.falcid.in l. ij.C.de reſcin.vendi.dum tractant de æſtimatione iudicis, & an liber æſtimi vel cataſtet faciat fidem. Nicol.Pig.

1 *Teſtes poſt publicationem non admittuntur.*

2 *Teſtes vna cum inſtrumento etiam poſt publicationem admittuntur, propter concomitantiam inſtrumenti, nam ratio ſubornationis ceſſat.*

81 Tu habes quod poſt publicationem te-
1 ſtes † non admittuntur, per legiſtas in auth. qui ſemel. C. de proba. per Canoni. in c. fra-
2 ternitatis. de teſti. Sed † an teſtes vna cum inſtrumẽto produci poſsint? dic ꝙ ſic: propter concomitantiam inſtrumenti, & quia ceſſat ratio ſubornationis. tex. eſt vnicus ſecundum intellectum domini Anton. in c. ſeries. de teſtib.

ADDITIO. Adde ꝙ intellectum domi. Ant. ſequuntur ibi Imo. & Moder. communiter. exclamat idem Ro. in l. ij. in prin. de verbo. oblig. & in rub. ff. de arbi. vtrum autem prohibitus probare per teſtes ex forma ſtatuti poſsit probare per teſtes cum inſtrumento. vide Bar. Bal. Paul. & Rom. in l. certi cõdictio. §. quoniam. vbi etiam Mod. præſertim magiſter meus d. Iaſ. ff. ſi cer. peta. faciunt quæ dicit Fely. in c. ij. in vij. intelligentia. ſecundæ concluſionis. de proba.

Sequunť Bal. & doct. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi certum petat. Alexan. in l. ſi ita ſcriptum. ff. de liber. & poſthum. Socin. regul. ccccij. fallen. xlvij. Lanfran. in c. quoniam contra. verſic. teſtium. nu. 73. de probat. Et caſus in quibus publicatis atteſtationibus poſſunt teſtes examinari de nouo ponunt Canoniſt. in d. c. fraternitatis. Bar. & doc. in d. auth. qui ſemel. & in l. ij. C. de eden. Soci. in tract. fallen. regula ccccij. Hippol. de Marſi. in l. j. §. ſi. ff. de quæſt. vbi late inſiſtit tam in cauſa ciuili quam criminali. & ſing. lxvj. & ſing. cxxviij. Et adde ꝙ ſi fuerint examinati in caſu non conceſſo, faciunt præſumptionem, vt infra ſingul. dccliiij. & ꝗd ſi didicerim teſtificata ab ipſiſmet teſtibus qui depoſuerunt infra ſing. dcclxxxvj. & quid ſi viderim ſolum exẽplum ſupra ſing. xxxij. Nic. Pig.

1 *Senior in conſilijs debet primò loqui, de iure, ſed domini de Rota vtuntur, quòd minor primo loquitur.*

82 Quis debeat primo loqui in conſilijs dñ
1 dis? domini † de Rota vtuntur ꝙ minor, ſed de iure ſenior: text. eſt ſingularis. in c. j. de contro. feud. apud pares termi. in vlibus feud. & Bal. inducit ibi authoritatem quis inter maiores natu fari debeat.

ADDITIO. Adde ibi per Matthæ. de Affli. & pulchre per eundem in deciſ. Neapol. j. Præpoſi. in c. epiſcopos. xvij. diſtin. prout eum allegat Thom. Gram. deciſio. lxiiij. nu. 32. conciuis meus Cæpol. in tracta. de duce mili. elig. in xxxiij. priuilegio ætatis. & xvij. priuile. dignitatis. Ni. P.

1 *Spurio per patrem dari tutor in teſtamento nequit.*

83 Quod ſpurio nõ poteſt dari per patrem
1 † tutor in teſtamento. text. not. in l. teſtamẽto tutores. ff. de teſta. tut.

ADDITIO. Et eſt ratio: quia in poteſtate parentum non ſunt. Item: quia filij nominandi non ſunt. §. fina. in authen. quib. mod. natu. eff. ſui. Et ſequitur Bar. poſt gl. in l. j. eo. ti. & in l. naturali. ff. de confir. tuto. Et nouiſsime excellentiſs. do. Gabriel Paleo. vir ætate noſtra multi nominis in ſubtiliſs. tracta. de ſpurijs nothiſq; filijs cap. lij. vbi ſingula. limitat in alimentis iuxta c. cum haberet de eo qui dux. in matr. quam pol. per adulter. Ac in ſpurijs qui ex congreſſu permiſſo prodierunt, vt ſcilicet ex teſtamẽto patris capere poſſunt, ac tutorem eis a patre in teſtamento dari ius ſit. Nic. Pig.

1 *Cedens actiones potentiori, non poteſt vlterius eas alteri quamuis vili cedere, neque per procuratorem agere.*

2 *Cedens actiones in iure communi diuidundo, cogitur ſtare in communione, & prouocare non poteſt.*

84 Nota caſum mirabilẽ, quod ſi ſemel † ceſ-
1 ſi actiones in potentiorem (non ratione officij quo caſu non perdo actionem) non poſſum vlterius alteri, quantumcunq; vili, cedere, neque per procuratorem agere. text. eſt ſingularis ſecundum Bar. ibi in l. cum mi
2 les. ff de alie. iudi. mu. cau. fac. Item ſi † ſemel iure cõi diuidũ. ceſsi eodẽ modo actiones meas: cogor in communione ſtare, & non poſſum prouocare. caſus eſt notabilis in l. ſi. eo. ti. & Bar. ibi.

ADDITIO. Ibi itẽ &c. Et illũ text. multum commendat Alex. in l. in hoc iudicio. §. ſi conueniat. ff. cõi diui. Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condi. indeb. idem Iaſ. in. §. quædam. col. v. & ibi Ludo.

Gomes.num.27.inſtl.de actio.Limita illum
tex.in parte cædente filio potentiori,vt ſin
gul.declarat Bal.in l.ea lege.nume.15.C.de
condi.ob cau. & tradit Hippoly. ſingulari
clx.pater. Nicol. Pig.

1 *Appellari non poteſt a ſententia condemna-
tionis expenſarum lata ex magno inter-
uallo poſt ſententiam interlocutoriam, pro
pter quam expenſæ petuntur.*

85 Nota vltimo vnum dictum mirabile In-
no, quem ſequuntur in practica domini de
Rota, & ſi tu ires Romam,& hoc ignora-
1 res,eſſes ſtatim deſtructus:quod † a ſenten-
tia condemnationis expen. lata ex magno
interuallo poſt ſententiam interlocutoriã,
propter quam expenſæ illæ petuntur, non
poteſt appellari.Inno.in c.ſæpe.de appell.

ADDITIO. Adde quod Bal.Panor.
& Moder.in d.c.ſæpe.ſequuntur Inno.qui
limitat dictum ſuum,niſi ſubeſſet iuſta cau-
ſa litigandi,& ſequitur Abb.ibi & Phil.de
Pe.q.ix.in prin.verſi.nouo quęritur,Ad di
ctum Inno.adde etiam Archi.xj.q.uj.certũ
poſt prin.& Butri.in c.j.de ſequeſt. poſ.&
fru. Et in effectu importat dictum Innocẽ.
duo aurea,de quibus eleganter per Felyn.
in c.ſignificauerunt.col.vj.verſi. cæterum.
do.Abb.de excep.

Et hoc ſequitur Hippoly.de Marſil.in l.
vnica. colum.xxiiij.verſicu.item non ap-
pellatur.C.de rapt.virgi.& in l.patre vel
marito. ſub nume.69.ff.de quæſtio. Deci.
qui plures citat in d.c.ſæpe.in fin. Limita
niſi pars habuiſſet iuſtam cauſam litigandi:
ſecundum Inno.ibidem.qđ extollit Fran.in
d.c.ſæpe.q.ix. Vide tamen Felyn.qui indi-
ſtincte tenet,ꝙ poſsit appellari.in c.ſignifi-
cauerunt.col.vj.verſi. cæterum.dum Abb.
de excep. Nico. Pig.

1 *Conuentus vna actione,cum pluribus poſsit
conueniri,an poſsit condemnari, antequã
ab aliis abſoluatur.*

86 Aduerte:quid ſi quis, cũ poſsit pluribus
1 † actionibus conueniri,vna earum conue-
niatur:an poſsit condemnari,antequam ab
aliis abſoluatur? tex.habes vnicum ꝙ non
in l.ſi pupillus.ff.de noua.licet videretur ſe
cus:quia electione vnius ab alia liberatur.
vt in l.qđ in hærede.§.eligere.ff.de tributo,
actio.nota bene.

ADDITIO. Adde ipſum Ro.
infra ſing.dcclxxx.qui allegat tres alias le-
ges & meliores ſecundum eum. Nic.Pi.

1 *Debitor ſi habeat plures creditores,et ad ali
quod beneficium aſpirauerit,aliosq; credito
res poſtea creauerit, an poſteriores credito-
res ſint potiores in fructibus beneficii?*
2 *Doctores antiquos legere,& eis ſtudere opti
mum eſt.*

87 Quid ſi aliquis epiſcopus,ſimplex cleri-
1 cus,† & habẽs creditores,poſtea ad dignita
tem,vel beneficium aſpirauit,& demum cõ
traxit alios creditores: an iſti poſteriores
ſint potiores in fructibus beneficii? Dic ꝙ
2 ſic:ſecundum Guil.ſingulariter. & hoc† di
dici hodie contra te,qui non vis ſtudere ni-
ſi Bart.& antiquos non curas.hoc dixit ip-
ſe in l.ſed an.ff.quod cũ eo.allegat text.ſin-
gularem in l.j.§.ſi fi:jfamilias.ff.de ſepara.

ADDITIO. Et Sequitur Bal.
in d.l.ſed an.Ioan.Arno.proble.xcij.Ni.P.

1 *Teſtator poteſt dare licentiam legatario,vt
propria autoritate rem legatam capiat:
& per quæ verba videatur licentia data.*
2 *Baldus eſt maximæ autoritatis.*

88 Aduerte ad me, vt refocillem intellectũ
1 tuum: Tu habes, †quod teſtator põt dare
licentiam legatario, vt propria autoritate
rem legatam capiat,vt l.Titia cum teſtamẽ
to.§.j.ff.de lega.ij.licet alias non poſsit, vt
l.non dubium.C.de legi.Sed quid ſi dixit:
legatario.vim fieri veto: vel legatario non
fiat moleſtia: an per hoc poſsit propria au-
toritate capere? Dic ꝙ ſic, ſecundum Bal.
in l.j.vel ij.in fi.C.communia de lega.in pri
ma lec.quam fecit Peruſii.per tex.in l.per-
miſceri.§.ſpecies.ff.de acquir.poſ.licet ille
text.non probet propter dictionem,ingre-
2 dienti,ibi poſitam.Tene mẽti † propter au
toritatem Bal.quia ob hoc dictum obtinui
quęſtionẽ de facto Florentiæ propter groſ-
ſitiem iudicis.& mei memor tu eris.

ADDITIO. Adde ꝙ Bald.in
lectu.impreſsis hoc dicere non inuenio, vt
etiam dicit Iaſo.in l.nemo poteſt.j.lectu.nu
me.36.ff.de leg.j.& ibi ſequuntur iſtud ſin-
gul.docto.vbi præceptor meus do. Andræ.
Alcia.ponit decem caſus, in quibus tacite
cognoſcitur teſtatorem dediſſe licentiam le
gatario apprehendẽdi poſſeſsionẽ propria

autoritate. Et adde Deci. in cõſi. ccccxviij. viſa. col. ij. & in conſi. ccccxxiiij. proponitur. nu. 17. & in l. fin. col. xv. C. de edic. diui Adria tollen. Ioan. Dilec. Durant. in cautela xij. de lega. Io. Anto. Rubeus conſi. xliij. ex teſtamento. Nic. Pig.

1 *Legatum purum tranſmittitur ad hæredes, ſecus ſi ſit conditionale: & quid ſi duo legentur, vnum purum, & alterum ſub conditione, an purum tranſmittatur, pendente alterius conditione?*

89 Certum eſt, ꝙ ſi legatum † eſt purum mor
1 tuo legatario poſt mortem teſtatoris tranſmittitur ad hæredes, vt l. j. §. cum qui. C. de cad. toll. ſecus ſi conditionale, vt ead. l. §. cũ autem ſub conditione. Quid ſi relinquãtur duæ res alternatiue, vna pure, & alia ſub conditione: an mortuo legatario ſaltem res pure relictæ tranſmittantur pendente conditione? Dicas quod non. caſus eſt vnicus. in l. cum illud. in princ. ff. qñ dies le. ce.

ADDITIO. Sequitur Nicol. Bueral. in ſuis locis legalibus in loco alternatiue. v. limi. Nic. Pig.

1 *Legatum relictum, ſiue nauis ex Aſia venerit, ſiue non, an tranſmittatur, antequam ſit certum, an nauis ſit ventura, necne?*

90 Sed quid ſi legatũ relinquatur † ſiue na-
1 uis venerit ex Aſia, ſiue nõ: & antequam ſit certum nauem uenturam, vel non venturã legatarius moriatur: an tranſmittat? Dic ꝙ ſic. arg. l. qđ eas. & l. Iulianus. ff. de condi. indeb. Sed tamen caſus eſt in contrarium vnicus & paucis notus in l. huiuſmodi. ff. quando dies leg. ced.

1 *Vſucapioni error iuris officit, ſed an ſaltem quo ad fructus proficiat?*

91 Vltimo, tu habes ꝙ error † iuris officit
1 vſuca. vt l. nunquam. ff. de vſuca. an ſaltem proficiat quo ad fructus: pone in iudæo emẽte mancipium chriſtianum? Dic quod licet glo. eſt notabilis in l. ſi fur. §. j. ff. de vſucap. quæ ita tenet dando intellectum ad l. ſed & ſi. §. ſcire. ff. de peti. hære.

ADDITIO. Adde ꝙ idẽ tenet Dy. allegando glo. de qua hic in c. poſſeſſor. col. iiij. poſt medium. verſic. item quæri poteſt. de regul. iur. in vj. Adde gl. in l. quod vxor. ff. de acqui. poſ. glo. ij. in l. de fructibus. ff. de dona. inter virum & vxo. Bald. in l. venditioni. C. de vſu. pro emp. Bar. optime in d. l. ſed ſi. §. ſcire. per illum tex. quem etiam no. ad hoc Pau. in l. Celſus. de vſuc. poſt princ. Abba. in c. ſi diligenti. vij. col. verſic. ſecundus caſus. de præſcrip. Imo, in c. fin. eod. tit. De materia an iuris error inualidus vel inualidabilis excuſet a fructibus, vide Lud. met. in conſi. cccclv. inci. in re præſen. in vlt. col. Prædicta intellige de fructibus conſumptis. ſi autem extant dic vt per Abb. in c. grauis. col. iiij. de reſti. ſpolia. & omnes in l. certum. C. de rei vendi.

Adde ꝙ illam glo. dicit ſingul. idem Roma. conſil. cccclv. in re præſenti, tertio dubio. Bal. in l. irritam. colum. ij. verſic. modo quæritur. vbi ponit rationem. C. pro dona. Fely. in c. de quarta. colum. ix. verſic. ſecundo limita. Et ibi Auguſtin. Bero. in quinta limita. de præſcrip. idem Auguſt. Bero. in c. grauis. nu. 21. de reſti. ſpol. late Balb. in repeti. l. Celſus. in quarto notab. ff. de vſucap. vbi allegat l. qđ vxor. cum glo. ff. de acquir. poſſeſ. Nic. Pig.

1 *Sententia iudicis metu lata an ſit ipſo iure nulla.*
2 *Excommunicationis ſententia metu lata eſt ipſo iure nulla.*
3 *Opinio vltima eſt tenenda.*
4 *Studere multũ oportet, vt multa ſciamus.*
5 *D. Franciſcus de Murcia conſocius Romani doctor indefeſsi ſtudij.*

92 Quæro a te: an ſententia † iudicis metu
1 lata ſit nulla ipſo iure? Si tu quæris. in l. venales. C. quando prouo. non eſt neceſ. & in l. ſeruo inuito. §. cum prætor. ff. ad Treb. & l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iud. de hoc nil reperies. Sed tamen Bal. ſolus inter legiſtas hoc tãgit in pluribus locis, ſcilicet in l. j. C. de ſenten. ex peri. recl. in l. fi. C. de pœ. iudi. qui male iudi. in l. ſi duobus. §. j. C. commu. delegat. in l. cum non ſolum. §. neceſsitate. C. de bo. quæ lib. & in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condi. inde. Tamen pro veritate
2 dic, † quod ſi ſumus in ſententijs cenſuræ: ſiue excommunicationis: tunc ſententia eſt nulla ipſo iure. caſus eſt in c. j. quod metus cau. lib. vj. In pecuniarijs autem, ſiue ſecularibus ſententijs habes glo. vnam in mundo, quod etiã ſit ipſo iure nulla. xj q. iij. c. quatuor. Ego autem cum vidi dictam glo. dixi

domino meo, quod illa glo. dicebat oppoſi-
tum. qui idem mihi reſpondit, quod Innoc.
tenet quod ipſe dicit per illud ꝙ gl. poſtea
ſubmittit, ſed elidi pōt per exceptionē &c.
3 cum vltima † opinio ſit tenenda, per glo. in
l. qui filium. ff. ad Treb. Dum autem eſſe-
mus in colloquio reincidimus in id, ꝙ ſi qs
4 † vult ſcire oportet multum ſtudere. & in-
terrogatus per do. Franc. de Murcia conſo
cium meum an multum ipſe ſtuderet? reſpō
5 dit ꝙ ſic:† & maxime de nocte: & ante: &
poſt prandium: & in ipſo pradio, & millies
feciſſe menſam de libro: hæc ſcripſi, vt in-
de capias cōiecturam quare ita clariſsimus
euaſerit, & eum imitari nitaris.

ADDITIO. Allegatur hic gloſ. xj.
q. iiij. c. quatuor. pro ſingulari. adde aliam
in c. iniuſtam. Et ibi Archid. eadem cauſa et
quæſtione quæ tenent ꝙ in pecuniarijs ſen
tentia per metum extorta non ſit ipſo iure
nulla. cuius contrarium tenuit Ioan. Andr.
referens Hoſtien. per d. c. iniuſtam. in c. Ab-
bas. de his quæ vi metuſve cau. fi. De veri-
tate vide Panor. ibi. col. iiij. verſi. nonus ca-
ſus. & Bal. in l. decernimus. C. de ſacroſan.
eccle. Allegatur etiam hic. c. j. de his quæ vi
me. ve cau. fi. lib. vj. ꝙ ſententia cēſuræ per
metum lata ſit ipſo iure nulla. Tu dic ꝙ gl.
ibi tenet cōtrarium quaſi ſit ſpeciale in ab-
ſolutione quam gl. pro ſingulari allegat ad
hoc Panor. vbi ſupra. Adde & ꝙ poſtea re
peri Anto. Sicu. in no. ſuis in litera S. in ver
bo ſententia. incip. Dicebat Ludo. Rom. in
ſingula. &c. vbi etiam dicit poſt doctorem
ſuum do. Troylum de Maluicijs ꝙ gl. in c.
quatuor. dicit oppoſitum & mordet aliqua
liter Ludo. hic qui non meretur reprehen-
ſionem ſi bene aduertatur ad verba ſua.

☞ Adde Lanfran. in c. quoniam contra. in
verbo, interlocuto. & appellat. nume. 23.
de probatio. Deci. in conſil. xlij. & pro fa-
cultate. tertio dubio. in princi. Moder. Ari-
mi. in tractatu nullita. rubri. de nulli. ſen-
ten. ex defec proce. in fine, qui alios alle-
gat. Et quomodo intelligatur gl. in d. §. Sa
binus. Adde Iaſo. & Deci. poſt alios in l. ſi
idem. §. fi. ff. de iuriſdi. omni. iudi & Cano-
niſt. in c j. circa fi. de conſti. Nicol. Pig.

1 *Iniuriā filio factā, pater remittere poteſt, niſi per coniunctā perſonam illata fuerit.*

93 Tu habes, ꝙ filio iniuriam illatam pater
1 † poteſt remittere, vt l. ſed ſi vnus. §. ri. ff. de
iniur. quod tamen limita verum, niſi illata
ſit per coniunctam perſonam, caſum habes
vnicum ſecundum intellectum Bar. in l. lu-
cius ff. ſolu. matri.

ADDITIO. Dic ꝙ eſt etiam alius
caſus in l. papinianus. in prin. ff. de inof. teſ.
☞ Quē ſequitur ibi Bal. Imo. idem Roma.
Alexan. & alij Iaſo. in l. in perſona. ff. de
pact. Hippoly. de Marſil. in l. diuus Adria-
nus, in princip. ff. de parici. & in ſingulari
cccccIxxiij. grauior. Io. Arno. dialo. xlviij.
Nic. Boer. qui alios citat, deciſio. parlamen.
Burdega. cxx. pater. col. ij. Auguſt. Bero, q.
fami. lxxv. quæſitum.

1 *Hoſpitale an poſsit reſtitui aduerſus tempus lapſum.*

2 *Pius locus minori æquiparatur.*

94 Pridie habui quæſtionem de facto: hoſpi
1 tale † fuerat hæres inſtitutus ſub conditio-
ne ſi infra annum capellam ædificaret in eo
dem, quod ſi non faceret inſtituit tertiū: de-
mum mortuo teſtatore, tranſiuit annus: pe-
tit reſtitui: nunquid poſsit? Bal. ſolus reperi-
tur hanc quæſtionem tetigiſſe in l. pupillo-
rum. C. de repu. hæredi. & ibi arguit pro, et
contra inuoluendo ſe ſed miror quod non
allegauit caſum ſingularem, qui licet loqua
2 tur de minore tamen idem eſt: † quia mino
ri pius locus equiparatur. caſus eſt in l. iiſ.
§. & ſi hæres. ff. de minor. & ita deciſi per
illum textum de quo tetigi ducatos ſex.
tene menti.

ADDITIO. Ad hoc vide Rom. in l.
ſi inſulam. circa viii. char. ff. de verb. oblig.
Ange. in conſi. clxv. incip. teſtator in omni-
bus &c. Ancha. conſi. clxxxviij.
☞ Adde eundem Rom. referentem etiam
ſe cōſuluiſſe in l. ſi inſulam. ff. de verb. obli.
prout eum allegat Alex. in d. l. pupillorum.
& idem Alexan. in d. §. & ſi hæres. & conſi.
Ro. non inuenio. Nic. Pig.

1 *Paciſci nequeo, ne ſeruum, vel fundum inuito vicino alienem.*

95 Nota caſum text. in l. nemo. ff. de pact.
1 quod † non poſſum paciſci ne ſeruum, ſeu
fundum inuito vicino alienem.

☞ ADDITIO. Adde doc. maxi-
me Iaſo. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. col. ſi.
ff. ſi quis cau. & in d. l. nemo. Guid. Pap. qō.
cccccIxix. per pactum. idem Iaſo. & ibi Lu
do. Gomes. inſtitu. de actio in princ. Nicol.
Boer. deciſio. xiix. ſed quid ſi emptor, vbi
pulchre examinat & ponit v. limita. poſt
eos quos allegat. Nic. Pig.

1 *Poteſtas in officio confirmari per ciuitatem poteſt, nemine reluctante, ſecus ſi aliquis contradicat.*

96 Heri fui interrogatus, nunquid poteſtas
1 hic poſsit † per conſilium ciuitatis pro alio ſemeſtri confirmari aliquo inuito? reſpondi quod non: ſed oportet per totam ciuitatem nullo reluctante confirmari, text. eſt vnicus. in authen. de defen. ciui. §. fin. verſ. tota ciuitas nullo reluctante. quod nota.

ADDITIO. Adde ꝙ text. de quo hic omnes faciunt ſingul. ſecundum Ludo. met in rubrica de arbi. col. xvij. & illũ tex. allegat Bal. in c. quotiens. de pac. Ange. in l. iuriſgen. §. ii. ff. de pac. meminit iterum Ludo. infra in ſingul. ccccccclxix., incip. ad eligendum hunc tex. allegat Barto. in l. omnes populi. de iuſti. & iur. in ij. q. princip. & in l. quod maior ad municip. ita limitans regulã de qua ibi ꝙ factum a maiori parte valet, alias fal. ad illam regulã dixi in c. cum omnes. de conſtitu.

☞ Adde ꝙ eſt duplicatum infra ſingulari cccccclxix. ad eligendum. Nic. Pig.

1 *Creditor poteſt ſuum debitorem iurare ſuſpectum, et an quis poſsit iurari ſuſpectus pro paruo debito.*
2 *Inhoneſtum eſt, vt quis pro paruo debito capiatur.*

97 Dic mihi, tu habes, quod quis creditor
1 † poteſt ſuum debitorem iurare ſuſpectum. vt tenet glo. fi. in l. apertiſsimi. C. de iudi. cũ tex. dicat, putat, & ſuſpiciõis probat̃ p Ange. in l. nemo carcerẽ. C. de exact. trib. li. x. Sed an pro paruo debito quis poſsit iurari ſuſpectus? dic, quod non. iſtud eſt iuerbũ notabile, qui non eſt alibi, Bald. in authen. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nup. not. eſſet enim inhoneſtum ꝙ quis pro paruo debito capiatur, licet Florentiæ conſuetudo aliud induxerit.

ADDITIO. Aduerte quod illud verbum ante Bald. fuit glo. ibi, adde tamen eundem Bal. in ſimili in authenti. præterea. in fi. C. vnde vir & vxor.

☞ Et idem Ro. conſi. cccxx. hæc iſtorum, col. j. verſ. tertio. Alexan. in rub. ff. ſolu. matri. in prin. Bartho. Cæpol. in l. j. §. ſed ſciendum. nume. 63. ff. de ædi. edic. Iaſ. in l. ſciendum. nume. 12. ff. qui ſatiſ. cogã. confirma vt ſupra ſingula. xvij. & infra ſingulari cxix. cccxxxiiij. Nic. Pig.

1 *Procurator tenetur cauere de rato, cum de mandato dubitatur.*
2 *Subſtitutus procuratoris, ſi dubium ſit de eius mandato, an teneatur cauere dominũ ratum habiturum, an tantum procuratorem ſubſtituentem?*

98 Tu habes, quod cum ſit dubium de man
1 dato, † procurator tenetur cauere de rato. vt l. j. C. de procu. & poteſt (vt ſcitis) ſubſtituere. vt in c. j. de procur. lib. vj. & in l. poſt
2 litem. ff. de procurat. cum ſi. † Sed nunquid, ſi eſt dubium de mandato ſubſtituti, debeat cauere dominum, an procuratorem ſubſtituentem ratum habiturum? dic ꝙ procuratorem: caſus eſt qui non eſt alibi ſecundum Bar. ibi. in l. de curatore. in prin. ff. de curat. bo. dã. Ang. pro hoc allegat. §. ſi autem procuratorem. inſti. de ſatiſd. et male more ſuo, quia nihil facit.

ADDITIO. Adde pulchre Bartol. tangentem quid in actore in l. actor. ff. rem rat. habe. faciunt quæ idem not. in l. ſi ante. in fi. iudi. ſol. Salyc. in l. quod quis. in ulti. q. C. de procura. Bal. in l. nulla. eod. ti. faciunt quæ dicit Areti. conſi. xxix. & Pau. de Caſ. conſi. xvj. in j. parte.

☞ Et hoc ſequitur Ioan. Andræ. Philip. Franc. & alij in c. is qui. de procura. lib. vj. Pau. de Caſt. in l. ꝙ quis. C. de procura. Iaſ. in l. j. col. ij. C. de ſatiſd. Fely. in c. coram. colum. iij. verſ. & adde ꝙ ſubſtitutus. de off. deleg. Ange. Are. in. §. præterea. col. xvij. & xx. in prin. inſti. de excep. Nic. Pig.

1 *Beneficium reſtitutionis in integrum transfertur in hæredem minorum, etiam maiorem, niſi hæres approbauerit.*

99 Beneficium reſtitutionis in integrum tu
1 ſcis † quod transfertur in hæredem minorum etiam maiorem. ut l. non ſolum. ff. de in integ. reſti. Quod limita vbi hæres approbauerit. glo. eſt ſingularis ſecundum Bart. ibi. in l. paterfamil. ff. de priuil. cred.

ADDITIO. Tu dic ꝙ Bart. ibi non dicit illam glo. eſſe ſingula. Et ꝙ contrarium videtur tenere in l. ſed ſi plures. §. filio. de vulga. & pupil. & in l. ſi. ff. de acquir. hære. vide ibi per ſcribentes.

☞ Et illam gloſ. ſequitur ibi Barto. Ange. Barba. in additio. intelligendo vt per eum, Alexan. in dicta l. non ſolum, Angel. Areti.

in.§.ſi quis agens. colum.vij.inſtit.de actio. Idem Roman.& Imo.in l.fina.ff.de acquiren.hæredi. Alex.in l.ſe.! & ſi.§.filio.& ibi Iaſo.ff.de vulga.& pupilla.intelligendo vt per eos. Nic. Pig.

1 *Creditores poſſunt pauperi debitori remittere de debito:& aliquo eorum contradicente ſtatur maiori parti,ſi partem debiti remittere voluerint:ſecus ſi totum.*

100 Creditores poſſunt pauperi debitori re
1 mittere † de debito, & aliquo eorum contradicẽte ſtatur maiori parti, vt l.ſi plures.& l.maiorem.cum l.præce.ff.de pac.& l.fi. C.qui bo.ced.poſ. Quod intellige ſi voluerint partem remittere:ſecus ſi totum, quia tunc vnus non tenetur ſtare aliorum ſententiæ. caſus eſt ſecundum vnam lectu.& verſi.in l.apud celſum.in prin.ff.de do.excep.

ADDITIO. Adde ꝙ ita tenet Guil. de Cu. Alber.Bal.in l.iuriſgentium.§.ſi ante aditam.ff.de pact.et ibi magiſt.meus.colum.iij.verſ.tertio limita.& dicit eſſe gl.in l.reſcriptum.in princip.in verſicu creditorum.eodem titu.

Et Matthę.de Affli.deciſio.cclxxxviij. ſæpe & ſæpius.in primo caſu. Late Moder.Anco.in tractatu de merca.ti.de decoctio.vj.par.nu.12. Nic.Pig.

2 *Fideiuſſor,qui vult ire ad ſtudium,poteſt petere a debitore, vt alium loco ſui fideiuſſorem conſtituat.*

101 Quæro a te, quidam fideiuſſerat † pro
1 alio: demum volens ire ad ſtudium petit a debitore,vt alium loco ſui fideiuſſorem cõſtituat:verũ teneatur eum liberare? Tu non inuenies hoc inter alios caſus poſitos in l. lucius.ff.manda.l.ſi pro ea.ff.eo.& ideo diceres quod non tenetur eum liberare: & tamen in cõtrarium eſt veritas,dictum eſt mirabile Spec.in ti.de iudi.§.ſpeciali.verſicu. quid ſi fideiuſſor.allegat duo iura,in arg.l. filiuſfa.in fi.ff.de procur.& l.licet.in fi.ff.de arbit.quæ leges pungunt aliquatenus.& eſt dictum vnicum in mundo.

ADDITIO. Et illud dictum ſequuntur Abb.& alij in c.fi.de fideiuſſ.Alexan.in d.l.lucius.in fi.addit.Soci.in regula cxlvij.fallen.v.Hippol.de Marſi.in rubri. ff.de fideiuſſ.q.xxxj.& xxxix. Nic.Pig.

1 *Cõſuetudo antiquata a lege requiſita, quot annorum eſſe debeat?*

2 *Conſuetudo vbi eſt iuri communi cõtraria, vt antiquetur, requiritur tãtum tempus, cuius contrarium memoria hominum non exiſtat.*

102 Quæro ſecundo,quid ſi lex requirit an
1 tiquatam † conſuetudinem:quot annorum debeat eſſe? ſcio ſimplex legiſta recurreret ad l.de quibus.in glo.ſuper verſi.inueterata.ff.de legi.quæ dicit decem annorum.Sed
2 tamen † ſi illa conſuetudo eſt iuri communi contraria requiritur tantum tempus,cuius contrarium memoria hominum nõ exiſtat,verbum eſt ſingulare Archid.in c.generali.de elec.lib.vj.in verſic.antiqua conſuetudine gl.ergo iſta legiſtarũ debet intelligi de cõſuetudine præter ius commune: ſecus ſi contra.quod nota.

ADDITIO. Vltra Archid.& Ioan. Mona.in c.fi.de elec.in vj.adde do.Anton. in c.fi.de conſue.Sed Panor.ibi in x.col.reprobat & bene ſecũdum magiſtrum meum do.Iaſo.in l.de quibus.col.xv.circa fi.verſ. viii.ex hac per text.ibi in verſi.inueterata conſuetudo, quæ intelligitur tamen annorum decem,ergo idem in conſuetudine antiquata.quia idem eſt,nec ratio diuerſitatis reddi poteſt,& dicit probari per l.ij.C.quę ſit lon.conſue.in verbo, vſuſq; longæui: vbi etiam longæua conſuetudo tamen intelligitur decem annorum, & per alia de quibus ibi per eum. Vide tu quæ dicit ſingu.conſi. cviij.& idem quod magiſt.meus vbi ſupra tenet Barbat.in conſil.v.in ij.par.incip.ſupremi optimi.vbi dicit ſi eſt cõſuetudo cõtra ius ciuile requiritur præſcriptio decem annorum per d.§.inueterata.ſi uero eſt contra ius canonicum, requiruntur lx.anni.d. c.fi.de conſue.& dicit hoc ſeq.omnes doctores diſcrepante nemine. Ad quæ vide etiã Alexan.conſi.cvj.col.iij.in ij.vol.Ang. conſi.ciiij.Are.pulchre.conſi.xlvij.Zaba.conſi.liij.colum.ij.

Dic ꝙ conſuetudo,ſiue præter,ſiue contra ius de iure ciuili inducitur decem annis.docto.in dicta l.de quibus.& in c.fina. de conſue. Bened.Vad.in tracta. fallen.regu.xxviij. Quod tempus incipit a primo actu, qui veriſimiliter venit in notitiam populi, vel maioris partis,& iterato cum diuturnitate ſupradictorum x. annor. vt per Ioan. Andræ. & alios in dicto c.final.vbi Roch. Curt.nume.281.& Curt.Iun.conſil. xlij.nume.7. Nic.Pig.

1 *Conſuetudo, quæ eſt præter legem, valida-
tur decennio, niſi deroget iuri eccleſiæ, tũc
enim requiritur lapſus xl. annorum.*

103 Conſuetudo quæ eſt præter legem vali
2 datur † decennio: vt glo. notat in c. fina. de
conſue. lib. vj. xij. diſt. c. conſuetudo. Quod
eſt verum: niſi eſſet præter legem, vel dero
gans iuri particulari alicuius eccleſiæ: nam
tunc non cenſetur valida, niſi per lapſum
xl. anno. ſecundum Innocen. ſingulariter in
c. cum dilectus, ad fi. de conſue.

☞ A D D I T I O. Idem eſt ſi conſue
tudo detraheret iuri clericorum, vel iuri
eccleſiæ vniuerſalis, vel omnium clerico-
rum, vt per doct. in c. fi. vbi Roch. Curt. nu.
290. de conſue. in antiq. Abb. & Felyn. in c.
ſtatuimus. de maiori. & obedi. Rot. deciſio,
ccccl x. quæritur. in no. Aret. conſil. xxiij. in
præſenti. iij. dubio. Bened. Vad. in tracta. fal
len. regu. xxix. Nic. Pig.

1 *Pecunia eſt de his rebus, quæ ſeruando ſer-
uari non poſſunt, & ideo poteſt ſine decre-
to alienari, niſi ea ſit deſtinata ad emptio-
nem rerum immobilium.*

2 *Tutor creditor pupilli licet poßit ſibi ſolue-
re, id tamen fallit, vbi pecunia, de qua
vellet ſibi ſoluere, eſſet ad emptionem præ-
diorum præparata.*

104 Tu habes, ꝙ pecunia eſt de his rebus,
1 † quæ ſeruando ſeruari non poteſt, vt per
glo. in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebell. &
propterea poteſt ſine decreto alienari, vt l.
lex quæ tutores. ff. de admini. tuto. Quod ta
men limita verum eſſe: niſi illa pecunia ſit
depoſita apud campſorem, & deſtinata ad
emptionem rerum immobilium, quia tunc
inter res, quæ ſeruando ſeruari poſſunt cõ-
putatur. caſus eſt ſingularis a nemine, niſi a
me, notatus in l. iij. § quid ergo. ff. de con-
tra. iudi. tu. Et illum text. nota ſingulari-
2 ter † ad illud, quod licet tutor cum eſt pupil
li creditor poſsit ſibi ſoluere, vt l. quotiens.
§. ſicut. ff. de admi. tut. & l. fiſtulas. §. fundũ.
ff. de contrahen. emp. tamen illud verum,
niſi pecunia, ex qua vellet ſibi ſoluere tu-
tor, eſſet ad emptionem prædiorum præpa
rata, caſus eſt vnicus in d. §. quid ergo.

A D D I T I O. Adde ꝙ dictum. §. quid
ergo. exclamat Ludo. met. in l. ſi ex legati
cauſa, col. iiij. de verbo. obli. & Anto. Sicul.
in repe. rub. de reb. eccle. non alie. fol. xxx.
ibi & inquãtum ſuperius. Sed tu dic ꝙ Ale-
xan. in l. cætera. §. ſed ſi parauerit. de leg. j.
& in d. §. fuit. col. ij. reſpondet. d. §. quid er-
go. Et reprobat Alexan. in d. §. ſed ſi dicta.
Albe. in ij. parte ſtatutorum. q. ccv. incip. licẽ
habeo duas pulchras quæſtiones &c. vbi
plura allegat in materia deſtinationis, quæ
re vera videtur brocardica, vt etiam dicit
Alexan. conſi. xcvij colum. ij. iij. vol. incip.
alias de facto cõſultus reſpõdi. Et pulchre
etiam ſcribit Fran. de Are. conſi. vj. vlti. co-
lum. oſtendens quantum debeat eſſe appro
ximata cauſa ad effectũ, ad hoc vt deſtina-
tum dicatur pars eius ad qđ eſt deſtinatum.
Et adde quod iſtud dictum Lud. ſubtraxit
Franc. Cre. ſuo ſingul. lix. incip. pecunia. &
vide quæ ibi dixi. Vide etiam Anto. Sicul.
qui addit duas quotas in nota. ſuis. in verſ.
pecunia. vbi addit duas quotas, vnam Al-
be. in quęſtionibus ſtatutorum: alterã Barb.

☞ Sequitur idem Roma. conſil. clxxxviij.
in hac. vltimo dubio. Rip. in dicto. §. fuit
quæſitũ. Ioan. Dilect. de var. teſta. præcep.
caute. v. Et xiiij. doctor. pro hac parte alle.
Nic. Boer. deciſi. ccix. additio. In contra-
rium eſt commu. opin. vt per Soci. Iun. con-
ſil. cxx. circa primam, col. iij. lib. j. Et xxv.
docto. vltra areſta refert tenere hanc com-
mu. opin. idem Boer. vbi ſupra, quos refert
etiam And. Tiraquel. de retract. conſangui.
§. j. gl. vij. nu. 103. & ſeq. Cogita ſi in tam
magno conflictu diſtingui poſſet, vt primã
procedat quando modica ſumma ſit depoſi
ta: ſecus ſi magna iuxta tex. in l. v. in princi.
ff. de admi. tuto. Et hanc diſtinctionem ſen-
ſit glo. ij. in l. niſi. C. eo. titu. de admi. tuto. &
poſſem comprobare per plura ſimilia, quæ
omitto. Nicol. Pig.

1 *Mater non petens tutorem filijs, priuatur
eorum hæreditate: & an excuſetur, ſi non
petijt filio, cui relictum fuit ſub conditio-
ne, ſi tutores non habuerit? vel filio egeno,
ne a creditoribus conueniretur.*

105 Secundo quæro, ſi mater non petit tuto
1 rem filijs priuatur eorum hæreditate. l. ſciãt
C. de ſuis & legi. cum ſimi. Quid ſi relictum
ſit filio, ſub conditione, ſi tutores non ha-
buit: an tunc, ſi non petijt, excuſetur? Dic
quod ſic, ſi legatũ eſt ita magnũ, vt tranſcen
dat pupilli facultates. caſus eſt not. q nõ eſt
alibi in l. ij. §. tractari. ff. ad Tert. Et idem
quod excuſatur, ſi non petijt filijs egenis, &

multos creditores habentibus. ne conuenirentur. vt l.contra pupillum.ff.de re iudic. & l.cum minores.C.ſi aduer.rem iudic.caſus eſt vnicus in d.l.ij.verſ.quod ſi penitus egenis.& verſi.ergo etiam.ff.ad Tertul.tene menti pouer homo.

ADDITIO. Ibi & idem &c. dicũt ſing. Alex.in l.ſciant.in additio.C.de legi.hære.Hipp.ſing.cccij.mater. Et quælibet iuſta cauſa excuſat matrem a ſucceſſione filij impuberis.Socin.conſil.cliij.pulchra.lib.j.Et d.l.ſciant habet locum ſolum quando eſt locus tutellæ datiuæ Bar.conſi.xxij.homo.Socin.Iun.conſilio xvj.colum.iij.lib.ij. Nic.Pig.

1 *Damnum dans ex culpa leuiſſima, an in foro conſcientiæ teneatur. Et quid de iure ciuili.*

106 Pridie fui interrogatus,an contra dam-
1 num † dantẽ ex culpa leuiſsima poſsit agi, ſeu idem teneatur in foro conſcientiæ? eſt certum de iure ciuili quod ſic. vt l.in lege Aquil. cum ſimil. ff.ad l.Aquil. ſed ſecus in foro conſcientiæ:quia tunc non tenetur. dictum eſt Innoc.vnicum in mundo.in c.ſicut dignum.ad fi.de homi.tene mẽti perpetuo.

ADDITIO. Adde quod cum dicto Inno.tranſit Ana.& Panor.in c.j.colum.ij. de conſti.& c.dilecti.v.colum.de arbi.facit quod not.idem Abba.in c.ſignificatum per illum tex.de pœni.& remiſ.Fely.in c.ſicut dignum.in viti.verbis.& in c.canonum.colum.xj in fi.de conſtitu.ſequitur etiam Panor.iſtud dictum in c.cum cauſam.in vj.colum.de teſti.& in c.quoniam cõtra.colum.xiij.de proba.

Adde Corſet.notab.forum conſcientię. Thom.Gram. deciſio.iij.in cauſa.col.viii. Deci.in c.j.col.penul.& ibi Auguſti.Bero.nume.242.poſt alios,de conſti. idem Deci.poſt Abb.in c.quoniam contra.nume.31.Et ibi Augu.Bero.nume.224.de probat.idem d.Auguſt.Bero.in c.dilecti.nu.77.de arbi. vbi pulchre declarat. Nic.Pig.

1 *Argumentum a contrario ſenſu in ſtatutis habet locum, niſi per illud ſtatuentes in pœnam inciderent.*

107 Tu habes,& cõmuniter tenetur, quod
1 † in ſtatutis habet locum argumentũ a contrario ſenſu,quod tamen limita, niſi argumentum illud ſumendo ſtatuentes in pœnã inciderent:tunc enim non ſumitur.quæras in l.conuenticulam.C.de epiſ.& cleri.non inuenies.gl.eſt vnica canoniſtis incognita. in cle.j.in verſi.facere. de vſur.de qua glo. Bald.alibi multum gaudet,ſicut tu gaudes de tripudio craſtino.

ADDITIO. Adde quod Fely.dicit hoc communiter teneri in c.eccleſia ſanctę Mariæ.nu.7.de conſtitu.vbi allegat aliqua ad hoc propoſitum & idem tenet Bal.in l. ſi eum.§.qui iniuriarum.ff. ſi quis cau. & Lau.de Rod.in tracta.vſurarum.q.cxlviij. Bal.& Imo.in l.Gallus.§.ille caſus ff.de libe.& poſthu.ad hoc vide etiam Fely.in c. ſignificaſti.col.viti.de foro compe.

Et Corſet.notab. argumentum quinto. Alex.in d.§.qui iniuriarum. colum.fi.Nic. Eueral.in loco a contrario ſenſu. Iaſo.late in l.j.nu.42.& ibi Deci.nu.58.& alij.ff.de offi.eius cui mand. Nic.Pig.

1 *Pignus datum pro vno debito poteſt pro alio detineri, ſecus ſi debitum ſit pœnale, & hoc odio pœnæ.*

108 Tu habes,quod pignus datum pro vno
1 † debito poteſt pro alio detineri.l.j.C.etiã ob cirogra.pecu.quod tamen fallit,ſi velis pro debito pœnali retinere, odio pœnæ. iſtud non inuenies ibi, ſed de hoc eſt caſus ſingularis de quo ibi Bald.facit feſtum in l. pignoribus.C.de vſur.

ADDITIO. ſequitur idẽ Roma.conſi.cccccvij.in caſu.in fi.Pau.de Ca. per illum text.in l.ideo.ff.de compenſ.Neguſant.in tract.pigno.primo membro.quintæ part.princ.xiij.effectu. Nig.Pig.

1 *Pupillaris ſubſtitutio an facta dicatur a teſtatore, qui eius filium inſtituit hæredem, & poſtea dixit: Et ſi deceſſerit in pupillari ætate, ſubſtituo mihi Gaium?*

109 Habeo nũc quæſtionem de facto & pul
1 chram. Ego † facio teſtamentum, & inter alia inſtituo filium meum hæredem & dico:& ſi deceſſerit in pupillari ætate ſubſtituo mihi Gaium: nota verba. quærebatur nunquid inſurgat ſubſtitutio pupillaris? quidam doctor, qui eſt de illis, qui ſunt ſicut ego,reſpondit interrogatus ad dubium quõ non:propter verbum mihi.ſed tu habes caſum in contrarium vnicum, in l.ſi ita ſcriptum.§.qui filio,ff.de ſecundum tab,quem nota.

ADDITIO. Adde l.ſi.C.de hæredi.
inſti.in l.j.de vulga.& pupil.vbi glo.Caſus
Seius adducit alium tex.Sed de hac q.poſt
Bart.in d.l.ſi ita ſcriptũ.§.qui filio.& alios
in d.l.j.de vulga.& pupil.vide plene & ele
ganter per Soci.ibi in repe.col.vj.per duas
colum.& Ang.ſuper hac q.conſi.cxlvij.in-
cip.do.Quiricus.

1 *Poſthumi natiuitate rumpitur teſtamentũ,*
quod reconualeſcit, ſi viuo teſtatore ciuili
ter & naturaliter, poſthumus moriatur.
Secus ſi teſtator naturaliter tantum vi-
uat,ſed ciuiliter mortuus ſit.

110 Tu habes quod natiuitate poſthumi rũ-
1 pitur † teſtamentum:qui ſi moritur viuo te
ſtatore teſtamentum reconualeſcit, vt in l.
poſthumus.ff.de iniuſto rupto & irri.teſta.
quod eſt verum ſi teſtator viuit ciuiliter &
naturaliter: ſecus ſi naturaliter tantum:ſed
mortuus ciuiliter,tunc enim non reconua-
leſcit. caſus eſt ſingularis in l.qui vxorem.
ff.de iniuſto teſta.qui non allegatur in ma-
teria.& eſt mirabilis caſus ille.

ADDITIO. De intellectu d.
ll.Adde Iaſo.in l.ſi filius, qui in poteſtate.
iij.& iiij.notab.ff.de libe.& poſthum.& in
l.vxoris.C.eo.ti.per Deci.& poſter.in l.po
ſthumo.ij.notab.C.de contrab.

1 *Adultus teſtamentum faciens, ſi remittat*
redditionem rationis olim tutori ſuo, non
intelligitur ei remittere bona, quæ penes
ipſum tutorem ſunt, niſi remiſſio patri tu
tori facta fuerit.

111 Vltimo,ſi adultus faciens † teſtamentũ,
remittit redditionem rationis ſuæ olim tu-
tori:nõ intelligitur remittere ei bona adul
ti,quæ ſunt pœnes eum, vt l.creditor.§.ti-
tia.& l.Aurelio.§.Gaius.ff de libe.le.quod
tamen limita,ni ſi illa remiſſio facta ſit tuto
ri,eidemq; patri(tutor enim eſſe poteſt. in-
ſti.de legi.pa.tu.) tunc enim videtur omnia
ſibi remittere quę pœnes eum ſunt propter
amorem paternum.caſus eſt vnicus in l.au
relius.§.titius teſtamento.ff.eod.titu.& hi
tres caſus ſunt notabiles, & ſcribendi lite-
ris aureis.

ADDITIO. Iaſo.l.quod dicit
col.v.in fi.ff.de verb.ob. Intellige niſi pa
ter teneatur ad illa reliqua ratione doli cõ
mittendi:vt per do.meum Alcia.in tracta.
præſu. regu.j.præſum.vj.Quam materiam
tractauit idem Alcia.poſt alios in l.actione.
verſi.ſpecialiter.C.de tranſac. Deci.conſil.
clxxviij.cxcij.cccxlix.in fi.Ioan.Dilec.de
art.teſta.caut.ij.de tutor.

1 *Teſtator an poſſit ob alterius negligentiam*
hæredem ſuum hæreditate priuare?

112 Quæro,nunquid teſtator † poſſit ob al-
1 terius negligentiam hæredem ſuum hære-
ditate priuare: puta relinquo Titio centũ
vt faciat capellam, & ſi non fecerit priuo
hæredem hæreditate mea? dic quod non.tex.
eſt ſingularis.in l.paterfam.ff.de hære.inſti.

ADDITIO. Et eſt ratio: quia
illa pœna dicitur iniuſta,non enim eſt iuſtũ
vt alter pœnam patiatur de culpa aut facto
alterius. Et adde quod eam ſing.dicit & com
mendat Bal.in l.j.oppoſi.v.nume.10.de his
qui pœn.nomi.& remedium vt locum non
habeat d.l.ponit Bar.ibi.& Ioan.Dilect.de
art.teſta.titu.de lib.inſti.cautel.iiij.ſi pater.
Nicol. Pigno.

1 *Eccleſia læſa ſi aduerſus contractum cũ lai-*
co celebratum reſtitui venit,id coram iu-
dice eccleſiaſtico petet.
2 *Clericus etiam in patrimonialibus agit co-*
ram iudice eccleſiaſtico.

113 Quid ſi eccleſia læſa velit † aduerſus cõ
1 tractum initum cum laico reſtitui: coram
quo iudice debet illud petere? videtur quod
coram iudice laico: per regulam.c.ſi cleri-
cus laicum.et c.cum ſit generale.de fo.com
peten.& l.ij.C.quis & apud quem.ſed tamẽ
contrarium eſt verum: quia illud fallit in
eccleſia.dictum eſt Innoc.in d.c.cum ſit ge-
nerale.ad fin.allegat duo iura quæ optime
probant.c.j.de in integ.reſtitu.& c.penulti.
de rebus eccleſi.non alienan. & ita pridie
2 conſului. Sed † nunquid idem in clerico,
quod in eccleſia? dic quod ſic, etiam in patri-
monialibus:ſecundum do.Anto.in c.conſti
tutis.de in integ.reſti.

ADDITIO. Adde quod eum refert &
ſequitur Sand.ibi col.ij.verſi. eccleſia reſti
tuitur.& Panor.in c.conſtitutus. col.j.de re
ſti.in integ. Adde Panor.in d.c.conſtitu-
tus.per illum tex.in j.col.Archid.in c.in ca
nonibus.xvj.q.j.& Sand.in c.cum ſit gene-
rale.col.ij.ver.amplia etiam.de foro cõpe.

☞ Adde ꝙ conſil.Ro.non inuenio: ſed Innoc.ſequitur Abb.in d.c.cum ſit generale. col.iiij.& alij ibi.& in d.c.j.col.fi.& d.c.penul.col.j.& Phil.Franc.in c.j.col.j.de reſti. in integ.lib.vj.Vide tamen do.Augu.Bero. in d.c.j.nu.162.& diſputantem cõtrarium. de reſti.in integ. Nic.Pig.

1 *Minor petens reſtitutionem aduerſus vnum articulum cauſæ, an teneatur illum ſpecialiter exprimere, an vero ſufficiat generaliter ſe læſum dicere in tali cauſa?*

114 Minor vult petere reſtitutionem aduer
1 ſus † vnum articulum: an debeat illum articulum exprimere ſpecialiter, an ſufficiat ſe generaliter læſum dicere i tali cauſa? Dic ꝙ aut illam reſtitutionem petit a iudice inferiori: & non procedit libellus ille generalis. aut a principe, & tunc ſecus. tex. eſt ſingularis, de quo ibi Bar.multum miratur in l.minor autem magiſtratus.§.j.ff.de mino.

☞ ADDITIO. Adde eundẽ Ro. & ibi Iaſo.in l.nam & poſtea.§.ſi minor.ff. de iureiuran. vbi ponũt qualiter formetur libellus, & quæ requirantur in eo, poſt eos quos allegant. & Angel.Areti.in.§.ſi quis agens.col.vij inſti.de actio. Nic.Pig.

1 *Procurator, ſi eſt dubium de mandato, admittitur cum cautione rati, niſi dominus ſit præſens, nam tunc tenetur comparere, & ſui procuratoris perſonam firmare.*

115 Vltimo uolo tibi dicere duo dicta in ma
1 teria procuratorum. Tu habes ꝙ, † ſi eſt dubium de mandato, procurator admittitur cum cautione rati.l.j.C.de procurato. Illud tamen limita ſingulariter quotiẽs dominus eſt præſens, quia tunc debet comparere, & ſui procuratoris perſonam firmare. tex. eſt vnicus ſecundum Ange. (qui in hoc aliquid boni dixit) in l.mutus.§.is qui.ff. de procurato.

☞ ADDITIO. Et hoc ſequuntur Bald.Caſtren.& alij in d.§.is qui.Alexã.in addi.& in lectu.col.iij.in d.l.j.& ibi Iaſ.colum.j.ij.fallen.C.de procura.Soci.in tract. fallen.regula cccxviij.fallen.j.Hippo.ſing. ꝫ xxviij.agens. Et illum.§.extendit ad filium Caſtren. in l.ſi longius.§.j.in princi. ff.de iudic. Nic. Pig.

1 *Procurator actoris conſtitutus ad agendum cenſetur etiam conſtitutus ad defendendum. Secus in procuratore rei.*

116 Secũdo, procurator conſtitutus ad agen
1 dum † cenſetur eſſe conſtitutus ad defendẽdum.l.mutus.§.pœnam.ff.de procur. Quod intellige verum in procuratore actoris: ſecus in procuratore rei: quia ille, licet ſit cõſtitutus ad agendum, nunquam intelligitur conſtitutus ad defendendum. caſus eſt vnicus in c.conſtitutus.de procura.legiſtis penitus incognitus, & etiam nonnullis canoniſtis. eſt mirabilis tex. ille. tene menti.

ADDITIO. Adde ꝙ tex. in d.c.conſtitutus videtur ita intelligere Abb.ibi col. ij.verſi.in glo.in verbo ſolummodo. quam dicit ſenſiſſe do.Anto.

☞ Adde ibi Abb.col.fin.verſic.ſecunda ſolu.Deci.in c.inſuper.vlt.notab.de teſti. Mo det.Arimi.in tracta.nullit.rubri.de nullita. manda.nume.81. Nic.Pig.

1 *Mora re ipſa contrahitur in minore eius fauore, idem in cauſis pijs.*

117 Tu habes, quod in minore contrahitur
1 eius † fauore mora re ipſa.l.in minorum.C. in quib.cau. in integ.& l.Titia.§.vſuras.ff. de lega.ij.Et idem dicas in cauſis pijs.gl.eſt ſingularis quam nunquam ſciui, niſi hodiẽ inſtitu.de actio.§.ex maleficijs.in verb.in iudicium.

ADDITIO. Vide mag.meum latius confirmantem in d.§.ex maleficijs.colum. x.Adde etiam ꝙ eodẽ modo in fiſco fit mora re ipſa abſq; aliqua interpellatione gl. eſt in l.cum quidam.§.fiſcus. in verſi.interuun.ff.de vſur. quam pro ſingulari ad hoc allegat Ludo.in d.l.ſi ex leg.cau. & idem de fiſco, quod reputat valde notabile, dixit Bal.in l.j.C.de his quib.vt indig.

☞ Et Bald.in authenti.hoc amplius.col.ij. C.de fideicom.Alexã.qui alios citat in l.quãte.col.iiij.ff.ſi cer.peta. Matheſi.not.xliiij. Nic.Bueral.in loco, a minore ad piam cauſam, Soci.in regula cclxix.fallen.ij. Nic.P.

1 *Actio deſcendens ex donatione cauſa mortis eſt ſtricti iuris, habet tamen inſtar bonæ fidei.*

118 Certum eſt, quod actio deſcẽdens ex donatione cauſa mortis eſt ſtricti iuris.§.actionum. inſtitu.de actio.habet tamen inſtar bonæ fidei, ſicut actio ex teſtamento: caſum habes

bet vnicum. iuncta glo.in l.ſeia.§.bonæ fidei,ff.de dona.cau.mor.& ita extendit gl. in d.l.in minorũ.C.in quibus cau.in integ. reſti.ſicut coriarius corium.

ADDITIO. Adde iſtam actionẽ eſſe ſtricti iuris tamen habere naturam bonæ fidei dicit mag. meus in.§.actionum. co l.iij. inſtitu.de actio.

Et ille tex.ad hoc eſt melior de iure ſecundum Alex.in l.vinum.nume.17.ff.ſi certum peta. poſt Ioan.de Imol.in d.l.ſeia. Et hoc ibi notat Bart.& Dec.in c.venerabilis,col.v.ver.& ꝙ dicitur.de excep.Ni.Pi.

1 *Vaſallus non praſtans fidelitatem domino, priuatur feudo, niſi feudum ſit exiguum.*

2 *Feudum magnum, vel paruum, quodnam ſit, quomodo cognoſcatur?*

119 Tu,qui habes feuda in partibus, bene
1 ſcis quod ſi vaſallus † non præſtat domino fidelitatem priuatur feudo. Quod tamẽ intellige,niſi eſſet feudũ exiguum: tunc enim licet vaſallus non præſtet fidelitatem non
2 priuatur.(cognoſcitur enim † feudum magnum vel paruum ex qualitate perſonę,puta quia imperator daret vni magno comiti vnum caſtrunculum:)ita limitat Bal.totam materiam feudorum in c.j.§.eſt & alia.quę fuit pri.cau.bene.amit.in vſib.feud.allegat tex.vbi etiam dicit text.ſingularem in c.j. §.de fidelitate.de capi.extraor.cor.eo.lib. & ideo allego tibi principaliter Bal.& nõ tex.quia illa rubri.in paucis libris reperit.

ADDITIO. Sequitur idẽ Roma.conſi.ccclxvij.circa primum,colum.penul.in iij.fallen.vbi extendit ad fœminam. Matthæ.de Affli.in d.§.eſt & alia.col.ij.& in c.j.j.notab.de contro.inueſt.& in c.imperialem,xij.notab. nu.79.de prohi.feu.alie. per Feder.vbi plura de modicitate cumulat. Et confirma ſupra ſingula.xvij.xcvij. & infra ſing.cccxxxiiij. Nic.Pig.

1 *Dictio quandoq; in legato quõ exponatur.*

120 Quid diceres, ſi lego tibi decem quan-
1 doq;:quid hoc importet? dic† ꝙ illud quãdoq; exponitur,i.quamprimum potuero. caſus eſt ſingularis in l.rogo.ff.quando di. lega.ced.

1 *Rationem adminiſtrationis pecuniæ datæ ad trafficandũ,reddi, an peti poſſit in principio, vel in fine anni?*

121 Quæro, quando poſſit peti reddi ratio-
1 nem adminiſtrationis † pecuniæ datæ ad trafficandum? dic ꝙ ſolum in fine anni:caſus eſt ſingularis in l.neminem,C.de ſuſce. & archa.lib.x.

ADDITIO. Et ſequũtur Bar.& alij ibi. Corſet.notab.mercator.Iaſ.in.§.ſequens.nu.43.inſtitu.de actio. deciſ.capp. Tholo.ccccxlvij.Io.Lup.in c.per veſtras. §.ſi.col.iiij.& penulti.de dona.inter vir.limitans vt per eũ. Contrarium ꝙ ceſſante calumnia poſſit quandocunq; peti, tenuit Bal.in rub.C.pro ſoci.nu.5.idem Ro.conſi.clxviij.circa primum.tertio dubio.Iaſo.in l.vnica.C.de erro.calcu.in princ.& in l. nummis.in ſi.ff.de in lit.iuran. Vide tamen Moder.Anco.diſtinguen.in trac.de merca. titu.de contract.merca.nu.8. Nico. Pig.

1 *Minor, mulier, & miles non ſunt idonei fideiuſſores in rem alterius, ſecus ſi in rem ſuam.*

122 Tu ſcis ꝙ minor, mulier, & miles non
1 ſunt † idonei fideiuſſores. intellige cum in rem alterius fideiubent:ſecus ſi in rem ſuã. caſus eſt ſecundum Guil.de Cu.in l.de die, §.j.ff.qui ſatiſda.cogan.

ADDITIO. Et illum dicunt ſing.idem Ro.Caſtren.Iaſ.& alij ibi. N.P.

1 *Idoneus ad pugnam, et ad prælium, cuius ætatis quis eſſe cenſeatur.*

123 Vltimo fit alias,maxime per regem,pręce-
1 ptũ,ꝙ de † qualibet familia vadat vnus ad prælium:de qua ætate quis cenſetur idoneus ad pugnam? noua eſt quæſtio: dic ꝙ xviij.annorum,glo.eſt vnica quã poſſes quęrere ſi vis in c.j.circa prin.in glo.in ver.ab anno.xviij de pace iura.ſir.in vſibus feud.

ADDITIO. Quæ ætas dicitur plena pubertas.l.arrogato.§.nõ tantum.ff. de adop. Et quot ſint ætatum gradus tradit præcep.meus Alcia.in l.pueri.ff.de verbo.ſigni.& lib.x.parerg.c.x.Ioan.Coraſ.in l.præcibus,verſi.ætatis ſuæ.C.de impuber. & alijs. Nicol. Pigno.

1 *Soluens pro alio inuito, repetere ſolutum non poteſt.*

2 *Medicus,qui ægrotum inuitum curauit,poteſt ſalarium ſuum petere.*

124 Tu habes, quod ille qui pro altero ſol-
1 uit eo inuito † non poteſt poſtea repetere,
vt l.ſi.C.de nego.geſt.& l.ſi pro te.ff.mand.
2 Sed † quid in medico qui aliquem ægrotũ
curauit inuitum? dic ꝙ poteſt ſalarium ſuũ
repetere. glo.eſt ſingularis. legiſtis ac pene
canoniſtis incognita.lxxxiij.diſtinctio.ca-
pitu.prouidendum.

ADDITIO. Et ſequitur Alex.
in d.l.ſi.& in l.ſtichus.ff.de pecul.leg.Abb.
conſil.xcj.quo ad primum.ij.vol.Corſet.in
verb.expenſa.Deci.& do.meus Cagnol.in
l.inuito.ff.de regul.iur.& Deci.in conſilio
dcxcj.in facto.Fran.Rip.in trac.peſt.parte
viij.de Medi. Nic. Pig.

1 *Procuratoris conſtitutio per metum facta,
an ſit ipſo iure nulla?*

125 Quæro an conſtitutio procuratoris † ſit
1 nulla ipſo iure propter metum? dic ꝙ ſic:
dictum eſt Hoſt.vnicum.relatum per Ioan.
And.in c.Abbas.quod metus cauſa.allegat
tex.in c.accedens.de procura.qui per ani-
mam meam nihil facit.

ADDITIO. Tu dic ꝙ de conſtitu.
procura.Hoſtien.ibi nihil dicit.ſed bene di
cit de conſtitutione procuratoris,& inquã-
tum Rom.dicit tex.per Hoſtien.allegatum
nihil facere.Adde Panor.in d.c.Abbas.co-
lum.iiij.circa fin.

Adde ꝙ eſt duplicatum infra ſingulari
dcclx. Nicol.Pigno.

1 *Mãdatum generale ſufficit ad petendum in
integrum reſtitutionem ſuper incidẽti, niſi
velit reſtitui aduerſus interlocutoriam ſu-
per incidenti latam, & poſt decem dies.*

126 Volo tibi dicere vnum dictum Io.And.
1 multum ſingulare. Tu ſcis, † ꝙ ad petendũ
in integ.reſtit.ſuper incidenti ſufficit gene-
rale mandatum, glo.ordin.in c.ſuſcitata.de
in integ.reſtitu.in l.ſi.C.vbi & apud quem:
& l.illud.§.ſi talis.ff.de mino.& Bar.ponit
in ti.de no.oper.nuncia.non recordor vbi.
Quod tamẽ fallit,niſi procurator vellet re-
ſtitui aduerſus interlocutoriam ſuper inci-
denti latam, & poſt decem dies: nam tunc
non poteſt ſine ſpeciali mandato.dictum eſt
Ioan.Andr.in c.coram fœlicis.de in integ.
reſti.& ita pronunciaui iam eſt forte annus
cum dimidio, & expediui epiſcopum Tri-
gonienſem in cauſa trium vel quatuor mi-
lium ducatorum,tene menti.

ADDITIO. Adde ꝙ ratio eſt: quia
poſt lapſum decem dierum tranſiuit inter-
locutoria in rem iudicatam,vt in c.cum di-
lecti.de elec.vnde poteſt amplius dici ꝙ re
ſtitutio incidit in cauſam.de cuius tamẽ ve
ritate,vide Panor.diſtinguentem in c.corã
fœlicis.ij.col.Et quia Ro.hic allegat Bart.
de no.oper.nuncia.& non recordatur de le
ge dic ꝙ eſt in l.cum procur.in prin.vbi vi
de magiſtrum meũ magiſtraliter loquentẽ.

1 *Papa ſolus eſt idoneus teſtis, & probat etiã
in his, quæ ipſe vidit ante promotionem
ad papatus apicem.*

127 Sanctiſsimus pater Eugenius Papa,cum
eſſet in minoribus conſtitutus, ſolus vidit
(exiſtens Cardinalis) quod metu fuit facta
per bonæ memoriæ Papã Martinum quæ-
dam reſignatio beneficij, itaq; volens me-
tum paſſo fauere,conſuluit quatuor nos au
ditores:nunquid c.cum a nobis.de teſti.di-
1 ſponẽs † ꝙ ſolus Papa eſt idoneus teſtis,&
probat:habeat locum in his quæ Papa vi-
derat ante promotionem ad papatus apicẽ?
quid reſpondiſſes tu (qui non vis ſtudere)
imperatori, cũ eſſet hic, quia idem eſſet in
eo? Certe nos multũ muſſitauimus,finaliter
reperi duas glo.Ioan.And.ſingulares tenen
tes ꝙ ſic: & ideo lætus tunc acceſsi ad do-
minum noſtrum.vna eſt in verbo ſtatuit,in
c.j.de renun.lib.vj.& illam putabam ſingu
larem, poſtea reperi aliam conſociam in c.
ad apoſtolicæ,in verbo promiſiſſent.de re
iudic.lib.vj.& multum gauiſus ſum, & ita
fuit iudicatum.

ADDITIO. Adde ꝙ refert & ſe-
quitur Sand.in c.ſicut.circa prin.verſi.limi
ta niſi. Et ꝙ credatur dicto Cardinalis ſo-
lius ſi efficiatur Papa allegatur text.in c.
quærelam.de electio.& ibi do.Abb.in cle-
men.j.de reli.& vene.ſan.in verſi.nos dum
in minoribus &c.& tex.in c.cum olim.pri-
mo.in verſi.quorundam fratrum.de priui.

Adde Fely.in d.c.cum a nobis.ij.notab.
Ioan.Crot.in tracta.de teſti.in iiij.par.prin.
in ſi.d.Augu.Bero.in c.ſicut.nu.54.de pro-
batio.qui dicit in puncto iuris eſſe veriorẽ
opinionem,ꝙ Papę vt teſti quo ad litis de-
ciſionem inter litigantes non eſt credendũ.
Iaſo.in l.admonendi.colum.lxx.num.190.
ff.de iureiuran. Limita vt per ipſum Ro
ma.in conſi.cccl.in caſu.tertio dubio.limita
etiam vt per Franc.de Aret.conſil.xxiij.in
præſenti.in ſecundo dubio. Thom.Gram.
deciſio.lxiij.orta,numero 10.& ſequen.Et

Claud.Seyſel.in authenti.ſi quis in aliquo.
colum.fina.C.de eden.

1 *Pater ſi relicta legitima portione filijs, extraneos fecerit hæredes, & poſt eius mortem bona ſine aliqua hæredum opera creuerint, an filij illius incrementi poſſint legitimam petere?*

128 Volo tibi vnum dicere de quo fui pri-
1 die interrogatus: pater† relicta portione filijs extraneos fecit hæredes: demum poſt mortem patris creuerunt eius bona ſine aliqua hęredum opera: an filij illius incrementi poſſunt legitimam petere? quid dices? certe tu habes de hoc duos text. egregios, quod non. & tene menti illos. in l. etiam. §. vltimo. & l. ſi patronum ex debita. §. fina. ff. de bo. libe. nunquam exeant mentē tuā.

ADDITIO. Adde l. in ratione falc. morte ſeruorum. & ibi Caſtren. Alexā. in l. in quantitate patrimonij. ff. ad l. falcid. Iaſo. in authenti. nouiſsima. nume. 5. & in l. cum quæritur. C. de inoffic. teſta. Rip. in c. cum M. Ferrarienſis. nume. 38. de conſtitu. Et in l. in quartam. nume. 46. ff. ad leg. falc. late per Nicol. Boer. deciſio. lxij. ſi pater. Thom. Gramma. deciſio. lvij. Iacobus. poſt eos quos allegant. Deciſi. Neap. ccclxxxij. in cauſa. Cum alijs allega. per do. meum Cagnol. in. §. quarta. l. Papi. ff. de inoffi. teſta. in quinto præſuppoſito. Nico. Pig.

1 *Fideiuſſor intercedere non poteſt in cauſa criminali, vbi debet imponi pœna mortis, ſed contraria conſuetudo valet.*

129 Tu ſcis, quod in cauſa criminali, vbi
1 debet † imponi pœna mortis, non poteſt fideiuſſor intercedere, vt dicit Bart. in l. ſi quis reum. C. de cuſto. reo. Sed an valeat conſuetudo in contrarium? dic quod ſic. glo. eſt ſingularis in verbo ſupplicium. xxiij. q. v. capit. cum homo.

ADDITIO. Vide Sand. in c. legebatur. colum. ij. de maior. & obe. & aliquid in c. contingit. col. ij. in fi. per glo. ibi. de ſenten. excommu. Intellige præterea quod valeat conſuetudo in contrarium, vt ſcilicet fideiuſſor volens poſsit puniri & non aliter. ita eleganter declarat Felyn. in additionib. ad Abb. in expoſitione decreti. colum. vlti. ad prædictam glo. faciunt etiam quæ dicit Sande. in c. ſicut cōſuetudo. col. iij. in fi. & prin. ſeq. de proba. & in c. cognoſcētes. col. ij. circa prin. de conſtitu. facit de ea mentionem idem Ludo. conſil. xv. plene per Saly. poſt Cy. in l. ad cōmentarienſem. C. de cuſt. reo. Adde conciuem meum Cæpol. in auth. ſed nouo iure. nume. 61. C. de ſer. fugi. & in conſil. xxxix lucius. nume. 56. Areti. & ibi Arimi. in tracta. malefici. in verbo, pro quibus Antonius. in prin. tradunt ordinarij Felyn. & Deci. in ij. lectu. col. ij. & alij in c. cognoſcentes. de conſtitu. & idem Deci. in c. ſicut. col. vij. in prin. de probat. Hippoly. de Marſ. in practi. crimi. in. §. attingam. col. ij. poſt eos quos allegant. Nico. Pig.

1 *Iudex ſi pronuntiet ſe iudicem competentē, ſententia illa dicitur interlocutoria, & ab ea appellari poteſt. Et an poſsit per iudicem ordinarium vel delegatum reuocare de conſenſu partium non eſt appellatum?*

2 *Intellectus l. ſi præſes quaſi deſertam. C. quomodo & quando iudex.*

3 *Baldi maxima eſt authoritas.*

130 Si iudex pronunciat ſe iudicem com-
1 petentem† illa eſt ſententia interlocutoria, & ab ea appellari poteſt glo. habes ſingularem in authenti. habita. C. ne filius pro pa. Sed nunquid poſsit per iudicem reuocari? videtur quod ſic: per regulam l. quod iuſſit. ff. de re iudi. c. cum ceſſante. de appella. Sed tamen cōtrarium eſt verum. caſum habes ſingularem in c. ſignificantibus. de offi. deleg. l. quod non poſsit reuocari tunc cum conſenſu partium. Quod limita dupliciter. Primo illud verum in delegato: ſecus in ordinario. ſecundum do. Bald. inueſtigatorem egregium in l. ſi præſes quaſi deſer-
2 tam. C. quomo. &. quādo iudex. nec† dicas quod ibi non loquatur in ſententia illa, quando ſe iudicem vel non iudicem pronunciat: nam loquitur in deſertione appellationis, quod idē eſt. Sed certe ille textus non facit quia loquitur quando ſententia fertur contra minorem indefenſum, & ſic intelligitur. vt l. cum minores. C. ſi aduer. rem iudi. & l. contra pupillum. de re iudi. tene tamen mentis
3 † quia maxima eſt eius autoritas. Secūdo limita illud verum quando non eſt appellatum: alias ſecus. domini de Rota ſimpliciter in deciſione lxxxvj. ſi a pronunciatione in nouis. allegāt tex. in c. dilectus. lo vltimo. de præben. ſecundum vnum intellectū & verū ibi eſt caſus, & iſtud ignorauit Bal.

ADDITIO. Adde ꝙ opi.Bal.videtur verior ſecundum Fely.in d.c.ſignificantibus.Ad ꝙ vide Fely.in c.qualiter.j.col.v.fallen. Secunda poſt Maria. Socin.& alios quos allegat. In ſecunda limit. Adde do. de Rota deciſ.lxxxiiij.idem ſi auditor in nouis.de appell.viij.ſequuntur docto.in c.peruenit,de appella.ij.& d.c.cum ceſſante.& Abb.in d.c.cum dilectus.quem text.dicit ibi eſſe ad hoc valde ſingularem ſecundum vnum intellectum. Sand.in d.c.ſignificantibus circa princ.vbi etiam tradit duas alias limitationes.

☞ Et Bal.ſequitur ipſe Ro.conſil.cclviij.in præſenti,in fin.Caſtren.in d.l.ꝙ iuſsit.& in l.ij.ad fin.& ibi Iaſo.col.viij.ff.ſi quis in ius voca.&c. Deci.in d.c.cum ceſſante.iij.col.Cōtrarium ſequuntur Alex.Iaſ.Rip.in d.l.ꝙ iuſsit.Felyn.poſt Socin.in c.qualiter.infra de accuſat. Secunda limita.adde ꝙ contrarium tenet Alexā.& ibi Rip.ſub nu.18.in d.l.ꝙ iuſsit. Calde.& ibi Imol.in d.c.cum dilectus.prout eos refert Deci.vbi ſupra qui ſequitur opi.Roma.hic quæ eſt comun. Et aduerte,ꝙ Ro.videtur tenere,ꝙ iudex nō poſsit reuocare interlocutoriam ſuæ competentiæ, quia contrarium eſt verum.vt per Iaſo.in d.l.ij.col.viij.verſicu.an autem.ff.ſi quis in ius voca. Papien.in forma interlocutoriæ qua quis ſe compe.pronunc.in prin.nu.6. Nic.Pig.

1 *Creditor pupilli tutor eſſe non poteſt.*
2 *Creditor an poſsit eſſe curator hæreditatis iacentis?*

131 Volo tibi dare unum caſum ſingularem.
1 tu ſcis † ꝙ creditor pupilli nō poteſt eſſe tutor,authen. minoris.C.qui tu.dari poſſ.ſed
2 † quid in curatore,qui datur hæreditati iacenti: an creditor poſsit eſſe? dic ꝙ ſic.caſus eſt ſingularis qui quotidie verſatur in oculis tuis,& nunquam aduertiſti,in l.debitor.ff.de nego.geſt.

☞ ADDITIO. Et l.ij.§.quęritur,vbi Bar.& Alex.ff.de cura.bo.dan.& hoc notandum dicit Bal.poſt Guil.de Cu.in d.l.debitor.Alex.in additio.in d.authen.minoris.in prin. Et illam vnicam & ſingul.dicit ad aliud propoſitum idem Roma.conſi.clxxxvij.in re. Nico.Pig.

1 *Confeſsio ſine indicijs non valet,et an ſi indicia ſuperueniant poſt quæſtionem habitam,illam confirment?*

132 Tu habes, qui vis ire in birrariam, ꝙ
1 † non valet confeſsio ſine indicijs.vt l.j.in prin.ff.de quæſtio.ſed an ſi indicia ſuperueniant poſt quæſtionem habitam,illam confirment? dic ꝙ non,glo.eſt ſingul.in l.maritus.ff.eo.tit.de qua multum gaudet Bald.in l.fina.C.de accuſa.

☞ ADDITIO. Et idem Ro.conſi.clxvij. Antonius,nume.6,Are.de maleſi.ver.fama,nume.101.& ibi Auguſtin.Bar.& Hippol.in d.l.maritus.idem Hippol.in l.penul.nu.10.& nu.28.ff.de quæſtio.& in.§.diligenter,nu.182.in practi.crimi.Bal.in c.ad noſtram.in fi.de proba.Deci.in c.at ſi clerici.in prin.octaua limi.& ibi Augu.Bero.nume.58,de iud.& in l.ꝙ ab initio.ff.de regu iur.do.meus Hieron.Gigas in tracta.crimi.læſæ maieſt.li.ij.ti.quomo.& per quos &c, q.j.nume.29.Nic.Boer.deciſi.cclix.iudex.vbi diſputat,an iudex cōdemnans ad mortem & ſententiam exequens antequam plene ſibi conſtaret excuſetur, ſi poſtea plene conſtet. Nicol.Pig.

1 *Procurator generalis alienare non poteſt.*
2 *Alienata nulliter per procuratorem,an in legato veniant, ſi a domino teſtamentū condente ita dicatur: Relinquo procuratori meo omnes res,quas adminiſtrauit?*

133 Volo dare tibi mirabilem caſum: tu no-
1 ſti † quod procurator generalis non habet potentiam alienandi,vt l.procurator tuto-
2 rum,ff.de procura,pone ergo † quod quidam alienauit ſed nulliter,qa non poterat.poſtea dominus in teſtamento ſuo dixit,relinquo procuratori meo omnes res quas adminiſtrauit: an alienata veniant in legato? Tu diceres ꝙ ſic,fauore vltimarum voluntatum.ſed in contrarium eſt veritas. caſus eſt vnicus in l.cum dominus.§.filius.ff.de pecul.leg.coniuncta l.filius.ff.de iur.pa.& illam l.didici a Bal.& doc.inueſtigando in rub.C.de verb.ſigni.

ADDITIO. Vide ſi faciunt quæ no.Ang.in l.ſeruum filij.§.idem ſeruus.de leg.j.nonnulli dicunt facere.l.fi.§.fi.vbi ſingularis caſus ſecundum Barto. ibi.ff.de au.& argen.leg.ſed tu dic ꝙ immo facit in oppoſitum,quia loquitur in alienatione quæ fit in vltimis voluntatibus hæc in ademptione ſpeciali legati in genere facti . ſed caſus noſter loquitur in alienatione facta inter viuos.quapropter diſtinguit Bar.in d.l.fin.in fin,per tex.ad terminos noſtros notabilē

in l.legatum.§.pater.ff.de adi.leg.& de ma
teria vide Barbat. conſi.xxxvj.colum.j.&
per totum.

1 *Iudex an poßit morituro dare electionem pœnæ?*
2 *Seneca Neronis imperatoris magiſter ab eo occidi iuſſus.*

134 Quæro, an iudex poſsit morituro dare
1 † electionem pœnæ? Nero hoc fecit in ma
giſtrum † ſuum Senecam: ſed non eſt bonũ
exemplum imperatoris. quid in alio iudi-
ce? dic ꝙ non. tex. eſt ſingularis in l.aut dã
num.in prin. verſi.proinde.ff.de pœn.licet
ſecus in imperatore, vt ibi.

ADDITIO. Adde ꝙ iſtum text.extollit Bald.in l.j.ibi quæro nunquid poſsit. C.de his qui ad li.per.non poſ. Ludo.mei.in l.ſi quis mihi bona.§.ſi.ff.de acqui.hære. faciunt quæ not.Sande.in c.inter cætera.in verbo decem modis.de reſcrip.

☞ Et comprobat conciuis meus Cæpol.in l.ſi fugitiui.nu.60.& ibi Deci.col.fin.C.de ſer.fugi.Ange.Are.in tracta.maleſi.verſi.& ibi caput.nu.29.domi.meus Cagnol.in l.ij.verſi.cumq; conſules.nu.cccxcix.ff.de ori.iur. Felyn.in c.inter cæteras.col.iiij.& ibi Deci.col.pen.de reſcrip. Nic.Pig.

1 *Fortuitum caſum promittens non tenetur, ſi ille accidit culpa aduerſarij.*

135 Promiſi caſum fortuitum: tamẽ per hoc
1 † non teneor ſi ille accidit culpa aduerſa-
rij.tex.eſt in l.cũ proponas.C.de nau.feno.

☞ ADDITIO. Adde infra ſing.ccccxlj.in ſcis.vbi eſt duplicatum. Nic.P.

1 *Mandatum an valeat, ſi dicam, promitto ratum habere qđ per procuratorem meum legitime geſtum fuerit?*

136 Promitto ratum habere quod per pro-
1 curatorem † meum legitime geſtum fuerit:
an valeat hoc mandatum? dic ꝙ non. glo.
eſt ſingularis in c.relatio.xxj.q.j.

ADDITIO. Adde Bal.in l.cum mã dati.C.manda.& Felyn.in c.cum olim.col.vlti.circa prin.de offi.dele.& iſtam gl.alle.etiam Roma.conſi.lx. Intellige tale mandatum eſſe nullum dummodo pars opponat.& verſic.legitime,interpretatur ſecundum diſpoſitionem iuris ita Bald.in c.ſina.de dila.& ibi Abba.plene.

☞ Et idem Roma.qui alios citat, conſi.lx.mandatum.in princ.Bar.in l.quæ omnia.§.plane.ff.de procu. idem Roma.in l.qui bona.§.ſi alieno.Et ibi Alex.col.ſi.ff.de dam.infec. Iaſo.in l.quæ acta.col. pen.ff.de offi.procu.cæſa. Nicol.Pig.

1 *Poſſeßio rei abſentis venditæ an transferatur, ſi dicatur, vendo tibi talem rem, & trado tibi annulum? an vero tantum facultas intrandi propria authoritate?*
2 *Beneficij collatio fit per traditionẽ bireti.*

137 Cõſuetudo eſt, quod cum venditur res,
1 quæ eſt abſens, dicitur † vendo talem rem
& trado tibi annulum. quærens quærebat
2 propter † beneficium, cuius collatio fit per
traditionem bireti, an transferatur poſſeſ-
ſio? Et dic ꝙ non quæritur poſſeſsio, vt
in capitulo tranſmiſſam.de elect.& ibi ple-
ne per Ioan.Andr.ſed intelligitur conceſſa
licentia intrandi autoritate propria. dictũ
eſt ſingulare Innoc.in c.ij.in cauda.de con-
ſue.& Bald.ibi de hoc facit feſtum.

ADDITIO. Adde Innocẽ.in c.ij.de conſuetu.vbi allegat text.in l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acqui.poſ.quę bene facit, ſed melius facit l.prædia.ff.de acqui.poſ.vbi plus probatur ꝙ ſi extra conſpectum rei ego dixi do tibi talem rem & trado non transfertur per hoc poſſeſsio, ſed videtur data poteſtas intrandi poſſeſsionem propria autoritate. Et ibi Bar.poſt alios,& in l.ij.C.de acqui.poſſ.Idem dicit Inno.vbi ſupra referẽs Azo in inueſtitura vt poſsit propria autoritate ingredi &c. ſed quid de habente titulum beneficij ſine inueſtitura, dic vt per docentes in c.tranſmiſſa.de elect.

☞ Et idem Roma.conſi.cccxxxvij.quo ad primum. colum.ij.Dy.in c.j.de reg. iur.lib.vj.late per Alexan.poſt eos quos allegat, in l.iij.col.iiij.ff.de acquir.poſſ.Iaſ.in l.ſi ex ſtipulatione.iij.limit.eo.titu.idem Iaſo.in l.quoties.nume.31.C.de rei vendi. Intellige niſi traditio bireti fieret in conſpectu beneficij, argumen.l.clauibus.C.de contrahẽ.emp.vt per ipſum Roma.in d.conſil. Alex.vbi ſupra Abb.et Fely.in c.cum aliquibus.de re iudi.vbi ponunt quid in caſu impedimenti. de quo per Ripam in tractatu peſt.ij.par.xix.priui.contract.limi.ij.niſi conſuetudo induceret: quia conſuetudo nullo actu interueniente poteſt transferre poſſeſsio-

ADDITIO. Adde ꝙ opi.Bal.videtur verior ſecundum Fely.in d.c.ſignificantibus.Ad ꝙ vide Fely.in c.qualiter.j.col.v.fallen. Secunda poſt Maria, Socin.& alios quos allegat. In ſecunda limit. Adde do. de Rota deciſi.lxxxiiij.idem ſi auditor in nouis.de appell.viij.ſequuntur docto.in c.peruenit,de appella.ij.& d.c.cum ceſſante.& Abb.in d.c.cum dilectus.quem text.dicit ibi eſſe ad hoc valde ſingularem ſecundum vnum intellectum, Sand.in d.c.ſignificantibus.circa princ.vbi etiam tradit duas alias limitationes.

☞ Et Bal.ſequitur ipſe Ro.conſil.ccclviij.in præſenti.in fin.Caſtren.in d.l.ꝙ iuſsit.& in l.ij.ad fin.& ibi Iaſo.col.viij.ff.ſi quis in ius voca.&c. Deci.in d.c.cum ceſſante.iij.col.Cõtrarium ſequuntur Alex.Iaſ.Rip.in d.l.ꝙ iuſsit.Felyn.poſt Socin.in c.qualiter.infra de accuſat. Secunda limita.adde ꝙ contrarium tenet Alexã.& ibi Rip.ſub nu.19.in d.l.ꝙ iuſsit. Calde.& ibi Imol.in d.c.cum dilectus.prout eos refert Deci.vbi ſupra qui ſequitur opi.Roma.hic quæ eſt cõmun. Et aduerte,ꝙ Ro.videtur tenere,ꝙ iudex nõ poſsit reuocare interlocutoriam ſuæ competentiæ, quia contrarium eſt verum.vt per Iaſo.in d.l.ij.col. viij.verſicu.an autem.ff.ſi quis in ius voca. Papien.in forma interlocutoriæ qua quis ſe compe.pronunc.in prin.nu.6. Nic.Pig.

1 *Creditor pupilli tutor eſſe non poteſt.*
2 *Creditor an poſsit eſſe curator hæreditatis iacentis?*

131 Volo tibi dare unum caſum ſingularem.
1 tu ſcis † ꝙ creditor pupilli nõ poteſt eſſe tu
tor,authen. minoris.C.qui tu.dari poſſ.ſed
2 † quid in curatore,qui datur hæreditati iacenti: an creditor poſsit eſſe? dic ꝙ ſic.caſus eſt ſingularis qui quotidie verſatur in oculis tuis,& nunquam aduertiſti,in l.debitor.ff.de nego.geſt.

☞ ADDITIO. Et l.ij §.quęritur.vbi Bar.& Alex.ff.de cura.bo.dan.& hoc notandum dicit Bal.poſt Guil.de Cu.in d.l.debitor.Alex.in additio.in d.authen.minoris.in prin. Et illam vnicam & ſingul.dicit ad aliud propoſitum idem Roma.conſi.clxxxvij.in re. Nico.Pig.

1 *Confeſsio ſine indicijs non valet,et an ſi inditia ſuperueniant poſt quæſtionem habitam,illam confirment?*

132 Tu habes, qui vis ire in birrariam, ꝙ
1 † non valet confeſsio ſine indicijs.vt l.j.in prin.ff.de quæſtio.ſed an ſi indicia ſuperueniant poſt quæſtionem habitam,illam confirment? dic ꝙ non,glo.eſt ſingul.in l.maritus.ff.eo.tit.de qua multum gaudet Bald.in l.fina.C.de accuſa.

☞ ADDITIO. Et idem Ro.conſi.clxvij. Antonius.nume.6.Are.de maleſi.ver.fama.nume.101.& ibi Auguſtin.Bar.& Hippol.in d.l.maritus.idem Hippol.in l.penul.nu.10.& nu.28.ff.de quæſtio.& in.§.diligenter.nu.182.in practi.crimi.Bal.in c.ad noſtram.in fi.de proba.Deci.in c.at ſi clerici.in prin.octaua limi.& ibi Augu.Bero.nume.58.de iud.& in l.ꝙ ab initio.ff.de regu.iur.do.meus Hieron.Gigas in tracta.crimi.læſæ maieſt.li.ij.ti.quomo.& per quos &c.q.j.nume.29.Nic.Boer.deciſi.cclix.iudex.vbi diſputat,an iudex cõdemnans ad mortem & ſententiam exequens antequam plene ſibi conſtaret excuſetur, ſi poſtea plene conſtet. Nicol.Pig.

1 *Procurator generalis alienare non poteſt.*
2 *Alienata nulliter per procuratorem,an in legato veniant, ſi a domino teſtamentũ condente ita dicatur: Relinquo procuratori meo omnes res,quas adminiſtrauit?*

133 Volo dare tibi mirabilem caſum: tu no-
1 ſti † quod procurator generalis non habet
potentiam alienandi.vt l.procurator tuto-
2 rum.ff.de procura.pone ergo † quod quidam alienauit ſed nulliter, qa non poterat.poſtea dominus in teſtamento ſuo dixit,relinquo procuratori meo omnes res quas adminiſtrauit: an alienata veniant in legato? Tu diceres ꝙ ſic,fauore vltimarum voluntatum.ſed in contrarium eſt veritas. caſus eſt vnicus in l.cum dominus.§.filius.ff.de pecul.leg.coniuncta l.filius.ff.de iur.pa.& illam l.didici a Bal.& doc.inueſtigando in rub.C.de verb.ſigni.

ADDITIO. Vide ſi faciunt quæ no.Ang.in l.ſeruum filij.§.idem ſeruus.de leg.j.nonnulli dicunt facere.l.fi.§.fi.vbi ſingularis caſus ſecundum Barto. ibi.ff.de au.& argen.leg.ſed tu dic ꝙ immo facit in oppoſitum,quia loquitur in alienatione quæ fit in vltimis voluntatibus hæc in ademptione ſpeciali legati in genere facti . ſed caſus noſter loquitur in alienatione facta inter viuos.quapropter diſtinguit Bar.in d.l.fin.in fin,per tex.ad terminos noſtros notabilẽ

in l.legatum.§.pater.ff.de adi.leg.& de materia vide Barbat. conſi.xxxvj.colum.j.& per totum.

1 *Iudex an poßit morituro dare electionem pœnæ?*

2 *Seneca Neronis imperatoris magiſter ab eo occidi iuſſus.*

134 Quæro, an iudex poſsit morituro dare 1 † electionem pœnæ? Nero hoc fecit in magiſtrum † ſuum Senecam: ſed non eſt bonũ exemplum imperatoris, quid in alio iudice? dic ꝙ non, tex. eſt ſingularis in l.aut dãnum.in prin. verſi.proinde.ff.de pœn.licet ſecus in imperatore, vt ibi.

ADDITIO. Adde ꝙ iſtum text.extollit Bald.in l.j.ibi quæro nunquid poſsit. C.de his qui ad li.per.non poſ. Ludo.met. in l.ſi quis mihi bona.§.ſi.ff.de acqui.hære. faciunt quæ not.Sande.in c.inter cætera.in verbo decem modis.de reſcrip.

Et comprobat conciuis meus Cæpol.in l.ſi fugitiui.nu.60.& ibi Deci.col.fin.C.de ſer.fugi.Ange.Are.in tracta.maleſi.verſi.& ibi caput.nu.29.domi.meus Cagnol.in l.ij. verſi.cumq; conſules.nu.cccxcix.ff.de ori. iur. Felyn.in c.inter cæteras.col.iiij.& ibi Deci.col.pen.de reſcrip. Nic.Pig.

1 *Fortuitum caſum promittens non tenetur, ſi ille accidit culpa aduerſarij.*

135 Promiſi caſum fortuitum:tamẽ per hoc 1 † non teneor ſi ille accidit culpa aduerſarij.tex.eſt in l.cũ proponas.C.de nau.feno.

ADDITIO. Adde infra ſing. ccccxlij.in ſcis.vbi eſt duplicatum. Nic.P.

1 *Mandatum an valeat, ſi dicam, promitto ratum habere qđ per procuratorem meum legitime geſtum fuerit?*

136 Promitto ratum habere quod per pro-1 curatorem † meum legitime geſtum fuerit: an valeat hoc mandatum? dic ꝙ non. glo. eſt ſingularis in c.relatio.xxj.q.j.

ADDITIO. Adde Bal.in l.cum mãdati.C.manda.& Felyn.in c.cum olim.col. vlti.circa prin.de offi.dele.& iſtam gl.allegat etiam Roma.conſi.lx. Intellige tale mandatum eſſe nullum dummodo pars opponat.& verſic.legitime,interpretatur ſecundum diſpoſitionem iuris ita Bald.in c.fina. de dila.& ibi Abba.plene.

Et idem Roma.qui alios citat, conſi.lx. mandatum.in princ.Bar.in l.quæ omnia.§. plane.ff.de procu. idem Roma.in l.qui bona.§.ſi alieno.Et ibi Alex.col.ſi.ff.de dam. infec.Iaſo.in l.quæ acta.col. pen.ff.de offi. procu.cæſa. Nicol.Pig.

1 *Poſſeßio rei abſentis venditæ an transferatur, ſi dicatur, vendo tibi talem rem, & trado tibi annulum? an vero tantum facultas intrandi propria authoritate?*

2 *Beneficij collatio fit per traditionẽ bireti.*

137 Cõſuetudo eſt,quod cum venditur res, 1 quæ eſt abſens, dicitur † vendo talem rem & trado tibi annulum. quærens quærebat 2 propter † beneficium,cuius collatio fit per traditionem bireti, an transferatur poſſeſsio? Et dic ꝙ non quæritur poſſeſsio, vt in capitulo tranſmiſſam,de elect.& ibi plene per Ioan.Andr.ſed intelligitur conceſſa licentia intrandi autoritate propria. dictũ eſt ſingulare Innoc.in c.ij.in cauda.de conſue.& Bald.ibi de hoc facit feſtum.

ADDITIO. Adde Innocẽ.in c.ij.de conſuetu.vbi allegat text.in l.ſi ex ſtipulatione.ff.de acqui.poſ.quę bene facit,ſed melius facit l.prædia.ff.de acqui.poſ.vbi plus probatur ꝙ ſi extra conſpectum rei ego dixi do tibi talem rem & trado non transfertur per hoc poſſeſsio, ſed videł data poteſtas intrandi poſſeſsionem propria autoritate.Et ibi Bar.poſt alios,& in l.ij.C.de acqui.poſſ.Idem dicit Inno.vbi ſupra referẽs Azo in inueſtitura vt poſsit propria autoritate ingredi &c.ſed quid de habente titulum beneficij ſine inueſtitura,dic vt per docentes in c.tranſmiſſa.de elect.

Et idem Roma.conſi.cccxxxvij.quo ad primum. colum.ij.Dy.in c.j.de reg.iur.lib. vj.late per Alexan.poſt eos quos allegat, in l.iij.col.iiij.ff.de acquir.poſſ.Iaſ.in l.ſi ex ſtipulatione.iij.limit.eo.titu.idem Iaſo.in l. quoties.nume.31.C.de rei vendi. Intellige niſi traditio bireti fieret in conſpectu beneficij,argumen.l.clauibus.C.de contrahẽ. emp.vt per ipſum Roma.in d.conſil. Alex. vbi ſupra Abb.et Fely.in c.cum aliquibus. de re iudi.vbi ponunt quid in caſu impedimenti. de quo per Ripam in tractatu peſt. ij.par.xix.priui.contract.limi.ij.niſi conſuetudo induceret:quia conſuetudo nullo actu interueniente poteſt transferre poſſeſsio-

nem,vt late per Tiraquel.in tracta.le mort ſaiſiſt. Nicol. Pigno.

1 *Inutilis diſpoſitio ſpeciei ſub genere conten-
tæ inter viuos factæ diminuit legatum.*

138 Inutilis diſpoſitio ſpeciei † ſub genere
1 contentæ inter viuos factæ diminuit lega-
tum.tex.eſt in l.fundum.ff.de fun.inſtru.&
ibi Bar.dicit non eſſe alibi.ſed do ſimilem
in l.legatum ſub conditione.§.fin.ff.de adi.
leg. Sed quid in vltima voluntate? dic ꝙ
inutilis diſpoſitio non diminuit, caſus ſing.
in l.fi.§.fi.ff.de au.& argen.lega.Et quæ ſit
ratio:non ti poſſo dir adeſſo. Et ſi opponis
de l.plane.in prin.ff.de lega.j.dic ꝙ ibi fuit
vtraq; diſpoſitio in ſpecie: ſecus in d.§.fin.
& quæ ſit ratio ponit Bar.in d.§.fin.qui eſt
ſicut vna margarita.

ADDITIO. Adde Bart.in l.fi.in fin.ff.de auro & arg.lega.vbi ad hoc ſpecifice allegat tex.in l.legatum.de quo hic per Roma. feci mentionem in additione ſecunda præcedenti.

Adde ꝙ Bar.in d.l.fundum.non dicit eſſe ſing.immo allegat d.ll.cōcord.Et in l.quæſitum.§.ſi.circa fi.ff.de fund.inſtru. Et facit l.cum dominus.& ibi Bart.not.ff.de pecu.leg. Ibi,ſed quid.Adde Alex.in d.l.plane.& ibi Iaſo.in iiij.limi.& ſeq.vbi dicunt eum ſing.& ponunt rationem. Nic.Pig.

1 *Doctor eſt vt pater ſcholarium,et ideo tene-
tur ſcholaribus indigētibus neceſſaria ſup
peditare.*
2 *Scholares in neceſsitatibus tenentur alimen
tare doctorem ſuum.*
3 *Doctor immorigeratus effici non poteſt.*

139 Volo vnum dicere, quando aliquis ve-
ſtrum indiget de aliquo veniatis a me quia
ſeruiam realiter, & merito, quia teneor.
1 quia†doctor eſt,vt pater ſcholaribus:vnde
dicit Inno.in c.j.de magiſt.quod ſcholares
2 † in neceſsitatibus tenentur alimentare do
cto.allegat.l.ij.verſi.fina.ff.de ori.iur. Et
hoc dico,quia aliqui veſtrum faciunt docto
res venales licitando,rogo non faciatis:ſci-
3 tis † enim immorigeratum docto.effici non
poſſe.vt l.magiſtros,& ibi Bart.C.de pro-
feſſo.& medi.

ADDITIO. Adde ꝙ ille text. ponit contingentiam facti in ſabino: vnde non poteſt ſumi validum argu.glo.in l.vnica.C.qua.non peten.part.Tamen docto.ſequuntur Roma.hic quos refert & pluribus medijs comprobat pręcep.meus Cagnol.in d.verſi.fi.nu.591. Nic. Pig.

1 *Arbiter debet laudare in loco, vbi com-
promiſſum factum eſt, alias laudum non
valet: Et locus hic accipitur pro ciuitate.*

140 Tu habes quod arbiter debet laudare
1 in locum † vbi compromiſſum factum eſt,
alias non valet laudum.l.ſi cū dies.§.ſi arbi
ter.ff.de arbi.Sed quomodo locus accipia-
tur? dic pro ciuitate.Specu.ſingulariter in
ti.de arbi.in.§.ſequitur.verſic.item quæri-
tur an ſtricte.nu.66.

ADDITIO. Intellige,niſi in loco vicino ciuitati habitet vt ſubiungit.verſic.quid tamen.d.§.ſi arbiter.vel inter partes conuentum eſſet de loco, vel aliud ex coniecturis appareret:vt per Marc.Blanc. in tract.de compro.inter coniunct.iiij.q.ix.q.prin.Et quot modis locus dicat᷑ tradit Nicol.Boer.deciſi.xcix.promittens. Nic.Pig.

1 *Compromittentium vnus ſi nomine pœnæ
mille promittit, alius centum,an ſtipula-
tio propter inæqualitatem, vitietur,an ve
ro ad æqualitatem reducatur?*

141 Quid dices:unus compromittentiū pro-
1 mittit mille † nomine pœnæ:alius centum,
an vitietur ſtipulatio propter inæqualitatē:
æqualitas enim ſeruanda eſt inter eos d.l.ſi
cum dies.in prin.ff.de arbi?dic ꝙ non vitia
tur:ſed reducitur ad æqualitatem pœnę mi
noris.Spec.ſingulariter in d.§.ſequitur.ver
ſi.ſed circa hoc quæro.nu.47.

ADDITIO. Sequitur Alexan. in.l.ſi de meis,in addi.ff.eo.ti. Nicol.Pig.

1 *Fideiubere ſi quis velit de iudicio ſiſti, vel de
defendendo pro eo, qui ad carcerem duci-
tur,an captus debeat relaxari, an vero ſo
lutio, vel præſtatio cautionis de ſoluendo
neceſſaria ſit?*

142 Vnus vult fideiubere pro vno qui du-
1 citur† ad carcerem pro executione ſenten
tiæ an debeat relaxari? diceres ꝙ ſic, vt l.
ſi vero.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſda.cog. dic
ꝙ ſi velit fideiubere de iudicio ſiſti,non au-

ditur, vel de defendendo: ſed debet aut ſoluere, aut præſtare cautionem de ſoluendo. iſtud fuit dictum originaliter Odoſ. & Bar. ſibi attribuit in l. neq; impuberes. §. j. ff. de in ius voc. Bal. refert & ſequitur in l. fi. §. & ſi præfatam, C. de iure delib. allegat tex. bene facientem in l. ſi pecuniæ. in fin. ff. vt in poſ. lega. & l. is conſequenter. ad fin. ff. fa. mil. erciſcun.

ADDITIO. Adde ꝙ d. l. ſi pecuniæ. non eſt alibi Bar. in l. cōſentaneum. C. quo mo. & quando iud. quem text. ſingulariter limita vt per Alex. poſt Angel. in l. de die, verſi. plane, ff. qui ſatiſda. cogan.

Et idem Roma. Alex. Iaſo. & alij in d. l. neq; §. fin. Nicola. Boer. deciſio. cccxiiij. iudex. ſub nu. 5. Nicol. Pig.

1 *Præuentio non habet locum, quando aliquis eſt impeditus.*

2 *Intellectus l. ſi maritus ſit in magiſtratum. in prin. ff. de adulte.*

143 Dico tibi aliquid in materia præuētionis. de qua in c. propoſuiſti. de foro compe. l. pluribus. ff. de lega. j. & l. ſi quis poſtea. ff.
1 de iudi. & l. j. de offic. conſu. vbi † eſt locus præuentioni. Fallit niſi aliquis eorum ſit impeditus. dictū eſt Bart. ſingulare & ibi probatur in l. ſi maritus ſit in magiſtratum. in prin ff. de adulte. quod ignorabam hac nocte; Et hodie didici: de quo verecundor cū
2 Bart. ſit communis doctor. Sed † ille tex. fecit Bar. errare vehementer: quia licet dicat ibi tex. habent maritus & pater æquale ius, nam intelligitur æquale ius, ſcilicet in genere: non in ſpecie: ſed ſi concurrerent præfertur maritus: etiam ſi inæquale ius haberet: vt eod. ti. l. ij. §. ſi. cum ſeq. & ideo illa l. nil facit pro Bart.

ADDITIO. Ad dictum Bar. adde c. ſi duo. de procura. in vj. & quod habetur in l. ſtudentibus. per illum tex. ff. de offic. præfe. vigi. & Ange. in l. ſi vacantia. de bo. vacan. lib. x. & ꝙ no. Barto. in l. ij. §. equidem. ad Tertul. & vide Bar. & mag. meum in d. l. j. de offi. procon. ſed Ang. in d. l. ſi maritus tenuit contrarium per d. l. j. ꝙ eſt verum ſecundum Alex. ibi niſi prioris iudicis aliqd intereſſe, vt quia debet habere ſportulas.

Adde Iaſon. in d. l. ſi pluribus. colum. vj. ij. fallen. ff. de legat. j. vbi refert doctor. pro vtraq; parte. Et contra Bar. tenet Augu. Bero. in c. quoniam contra. in glo. citationes. in prin. de probatio. Nic. Pig.

1 *Iudex maior poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni minoris iudicis.*

2 *Papa poteſt ſe ſubmittere iudicio imperatoris Et an concilio? nu. 3.*

4 *Papa de facto poteſt æquare quadrata rotundis.*

5 *Intellectus c. nos incompetenter. ij. q. vij.*

144 Lex receptum eſt. ff. de iuriſdi. om. iu.
1 di. dicit, quod maior † poteſt ſe ſubmittere
2 iuriſdictioni minoris iudicis. & hinc † eſt quod Papa poteſt ſe ſubmittere iudicio imperatoris. ij. q. vij. c. nos incompetenter. an hoc ſit uerum indiſtincte? & illa iura fuerūt
3 allegata hic per nos, an † Papa poſſit ſe ſubmittere cōcilio. & diximus per ea ꝙ ſic, & male, & non pigeat noſtros errores corrigere. vt in c. qualiter & quando. de accuſa. &
4 dico de iure: nam de facto † poteſt æquare quadrata rotondis. vt dicit Ioan. And. in c. cum veniſſent. de iudi. iſtud fui dictum Ioā. And. fons iuris canoni. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. reſpondit ad c. nos incom
5 petenter dupliciter. Primo, † ꝙ ibi de facto ſe ſubmittit Papa. Secundo, ꝙ verbum iudicium ibi poſitum, ponitur pro diſtinctione, non pro iudicio contentioſo. & mouet optimis rationibus, vide eum ibi. & no.

ADDITIO. Adde Sandeum vbi diffuſe & eleganter examinat iſtum articulū in c. eccleſia ſanctæ Mariæ, colum. ij. verſi. ex his infert. de conſtitu. & finaliter tenet diſtinctionem Roma. hic. Et vide magiſtrū meum in d. l. eſt receptum. hic alle. vbi non minus copioſe ꝙ̄ elegāter loquit more ſuo.

De hac quæſtione dicendum eſt, vt per Deci. in d. l. eſt receptum, licet in c. eccleſia. col. vij. late diſputet. Et adde eundem conſi. clj. maximi. col. ij. in ſecundo caſu. N. P.

1 *Iudex incompetens, quem in vno iudicio nō declinauit, an in alio iudicio poſſit a me vlterius declinari.*

2 *Doctores antiqui ſunt legendi.*

145 Vltimo dico tibi vnum ꝙ nunquam au
1 diuiſti. conſenſi † tacite in iudicem incompetentem, quia nō oppoſui declinatoriam: poſtea iudex fecit proceſſum nullū, & abſoluit me ab inſtantia: conuenior iterum coram eodem, an poſſum eum vlterius declinare? Quæras materiam prorogationis in l. j. ff. de iudi. l. ſi qui ex conſenſu. C. de epiſc.

audien.& c.P.& G.de offi.deleg.non inuenies certe hoc.dictum eſt Guil.mirabile,q̃d non poſſum declinare in l.eum qui.ff.de cõſtitu.pecu.allegat optimam l.ſi quis repetere.in princip.ff.ad Turpil. quam dicit ha-
2 bere pro peculiari.& ideo† legas doc.antiquos. Ang.refert illud & ſequitur in l.ſi q̃s poſtea.ff.de iudi.in recollectis quas Romæ fecit,quas habeo vna cum illis Bal.

ADDITIO. Intellige hoc q̃n conuenior ab eodem:ſecus ſi ab alio per.§.hoc beneficio.l.hos accuſare.iuncta theorica Bar.ibi.ff.de accuſa. Nic. Pig.

1 *Roma,ſeu curia ibi eſſe dicitur,vbi eſt Papa*

146 Adde quod vbi eſt Papa,† ibi eſt Ro-
1 ma ſiue curia.Innoc.in c.ego.N.de iureiur.& pro eo non eſt aliquis in mundo text.licet multi multos allegant.

ADDITIO. Dic q̃ eſt text.in c.vbi periculum.de electio.& in clementi.auditor.de reſcrip.

Et idem Innoc.in c.expoſuit.de dilat. Bald.in l.j.§.ait prætor.ff.de poſtu.Abb.in c.dura.de crimi.fal. Et vbi Papa reſidet illa dicitur cõmunis patria, & forenſes dicuntur de populo,& ibi poſſunt conueniri quæ prorogatiua non competit etiam Romæ illo abſente:vt per Fely.poſt alios in c.ſi.col.xiiij.in gl.ſi,de foro compe.Nic.Pig.

1 *Hypotheca tacita an trahatur ad futura, ſicut expreſſa.*

147 Fui hodie interrogatus, an tacita † hy-
1 potheca trahatur ad futura?de expreſſa habes caſum in l.ſi.C.quæ res pig.q̃ ſic.& idẽ eſt in tacita.vnicus caſus eſt ĩ l.hac edictali.§.omnibus,C.de ſecũ.nup.& ibi per Bal.

ADDITIO. Adde l.ſi cum pecuniam.& ibi Bal.C.de iure fiſ.& ſequuntur commun.doctor. in d.l.ſi.Bald.in l.vbi adhuc.C.de iure dot.Nicol.Buer.in loco a ſimili.Rip.qui alios citat, in l.quæſitum.§.ſi quis cum tutor.colum.iij.ff.de priuil.credi.Et in rub.ff.in quib.cau.pig.tact.contra. Neguſan.in tracta. de pignor.iiij.memb.ij.par.prin.nu.165. Nic.Pig.

1 *Vſuarius an teneatur ad expenſas paruas, ad collectas,& ad refectionem,ſicut vſuſfructuarius.*

148 Quæro vſufructuarius tenetur †ad ex-
1 pẽſas paruas,& ad collectas,& ad refectionem:ſed quid in vſuario? dic q̃ aut in commodo rei, cuius mihi legatur vſus,participat dominus,quia ſit domus ampla:& tunc tenetur dominus tantum ad expenſas, aut participat ſolus vſuarius:& tũc ſolus vſuarius tenetur.caſum habes vnicum in l.ſi domus.ff.de vſu & habita.& illum tex.habui de facto Romæ: & multi conſuluerunt, & non allegant illum text. Ego autem ſic, & habui tres florenos.

ADDITIO. Sed quid in ſimplici conductore? Vide Alex.conſ.iiij.videretur.lib.v. Nic.Pig.

1 *Iuriſdictio delegata an per actum nullum perpetuatur,quominus poßit reuocari?*

149 Glo.ordinaria in c.cum plures,de offi.delega.in vj.communiter approbata,dicit,
1 q̃ per actũ nullum† iuriſdictio delegata nõ perpetuatur quominus poſsit reuocari. Illud dico verum,vbi quæritur de reuocatione iuriſdictionis tacite per mortem delegãtis:ſecus ſi expreſſe, tunc enim non poteſt reuocari:ſed perpetuatur per actum nullũ. caſus eſt ſingularis in c.venerabili,de officio delegat.

ADDITIO. Adde Abba.poſt alios in d.c.venerabili,col.ij.verſ.aduerte, qui ponit plures intellect.quos omnes dicit Iaſo.diuinare.in l.more.col.xj.nu.60.ff.de iuriſdi.omni.iudi. Nicol.Pig.

1 *Reconuentio coram arbitro locum non habet, coram autem iudice delegato ſic. Et quid coram iudice prorogato?*

150 Coram arbitro non habet † locũ recon-
1 uentio.c.dilectus.de arbi.coram iudice autem delegato ſic.caſus eſt in c.j.de mu.peti.& l.ſi.& authen.ibi poſita.C.de ſentẽ. Sed quid diceres de iudice prorogato? dic q̃ ſic.glo.eſt ſingularis.ff.de iuriſdi.om.iudic. l.eſt receptum.

ADDITIO. Adde q̃ iſtam gl.ſequitur Bar.ibi & multum no.Ang. & Fulg.ibi dicit eſſe ſingulariſsimam pro extenſione regule.l.ſi.& authen.hic aſſe.& ibi refert ibidem magiſter meus.

Et ibi doc.ſequuntur commu.Rob.Maran.in Specu.aur.in quarta parte principa.vj.diſtinctio.numero 14.diſtinguit, vt per eum. Nicol. Pigno.

1 *Appellans ab interlocutoria, ſi poſt appellationem reuertatur ad iudicem a quo, & coram eo aliquem actum faciat, appellationi renunciare videtur, niſi ille actus impugnetur a parte aduerſa coram illo iudice a quo.*

151 Appellās ab interlocutoria, † ſi poſt ap-
1 pellationem reuertitur ad iudicem a quo, & coram eo fecit aliquem actum, videt renunciare appellationi. c. gratum. de offi. dele. & c. cum veniſſent. de teſti. de materia plene in c. ſi a iudice, de appel. lib. vj. ꝙ eſt verum, niſi ille actus impugnetur a parte aduerſa coram iudice illo a quo: tunc enim non videtur renunciari appellationi. gl. eſt ſingularis, in c. cū veniſſent. de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. adapta ad practicam.

ADDITIO. Pro iſta gl. quidam allegant tex. in c. mulieri. de iureiur. Adde Panor. in d. c. cum ueniſſent. hic alle. colum. iij. vbi dicit ꝙ illa glo. ponit limitationem ad tex. in c. gratum, de offi. deleg. vbi vide Fely. col. iij. ver. tertio limita. adde Panor. cōſi. ij. vol. j. ante fi. vbi dicit ꝙ eatenus videtur pars proprium actum approbare quatenus per aduerſariū approbatur allegat prędictam gloſam.

☞ Adde ꝙ eſt duplicatum, vt infra ſingul. dcclxxvij. Regula, in fi. Nic. Pig.

1 *Apoſtoli alij refutatorij, alij reuerentiales, & quid ſi dictum ſit ſimpliciter, talis appellauit, cui iudex dedit apoſtolos, de quibus ſit intelligendum?*

152 Dicam tibi vnum, de quo alias tota cu-
1 ria † Romana dubitauit: reperitur ſcriptū, talis appellauit, cui iudex dedit apoſtolos: non dicebatur nec refutatorios, vel reuerētiale: de quibus intelligi debetur? Dic ꝙ intelligitur de reuerentialibus dictum eſt Abbatis antiqui ſingulare, & ibi doct. in c. dilectus, de appel. legiſtæ hoc ignorant.

ADDITIO. Adde ꝙ doc. in d. c. dilectis. notant hoc ex illo text. ſed habemus alium tex. iuncta glo. ꝙ dicendo peto apoſtolos intelligimus de dimiſſorijs in c. j. & ibi gl. in ver. petat apoſtolos, de app. in vi.

☞ Et ſequitur Alex. qui alios citat, in l. j. ff. de libel. dimiſ. Nicol. Pig.

1 *Fideiuſſori an accreſcat id, quod accreſcit principali obligationi?*

153 Quæro an id quod accreſcit principali
1 obligationi, † accreſcit etiam fideiuſſori. quilibet diceret ꝙ non. ſed caſus eſt vnicus in contrarium quod ſic in l. ſi ab vno. ff. vt leg. no. ca. quod nota.

☞ ADDITIO. Adde late Hippo. de Marſi. in rub. ff. de fideiuſſ. q. viij. vbi dicit illum tex. ſingul. & Nicol. Boer. deciſio. cccxiiij. iudex. col. fin. Et adde alium caſum infra ſingul. ccccccl. Nic. Pig.

1 *Teſtator ſi tibi dicat cura rem filiorū meorum bene agere, & ipſi tibi dent mille, an ſi curaueris dicta mille petere poſsis.*

2 *Verba enunciatiua futuri euentus non inducunt legati, ſeu fideicommiſsi diſpoſitionem, niſi illa directa ſint ad filios vel nepotes.*

154 Quid ſi dixit teſtator, cura rem filiorū
1 † meorum bene agere, & ipſi dent tibi mille, vel medietatem hæreditatis: curaſti: an poſsis mille vel medietatem hęreditatis petere? Diceres quod ſic: quia verba ſunt clara. In contrariū eſt caſus unicus in l. iulia. §. ex his. ff. de leg. iij. & ideo illa l. ſemper alle-
2 gatur, quod † verba enunciatiua futuri euētus non inducunt legati ſeu fideicommiſſi diſpoſitionem. Quod tamen limita: niſi illa verba ſint directa ad filios vel nepotes. habes tex. notabiliſsimum in l. vnum ex familia. §. fi. ff. de lega. ij. quo ad filium. de nepotibus vero habes in l. fideicommiſſa. §. hæc verba. ff. de leg. iij.

1 *Teſtator ſi hæredi prædium prælegauerit, deinde dixerit, accipias cohæredem in prælegato prædio Sempronium, an Sempronius venire poſsit vt cohæres, an verò vt legatarius, vel fideicommiſſarius.*

155 Teſtator prælegauit prædium hæredi:
1 deinde dixit † accipias cohæredem in prælegato fundo Sempronium: quæritur, an Sēpronius poſsit venire vt cohæres, an vero vt legatarius vel fideicommiſſarius? Effectus eſt magnus propter falcidiam. Qui nō guſtaſſet de brodio iuris diceret quod poſſet vt cohæres venire. ſed tamen caſum habes apertum in contrarium in l. pater. §. fi. ff. de lega. iij. quem Dy. dicit non eſſe alibi. ſed vere eſt ſimilis de verbo ad verbum, in l. lucius. §. fi. eo. ti. miror de Dy.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

1 *Conſtituo Titium procuratorem meum in cauſa, quam habeo contra Sempronium, & generaliter in omni alia: an hæc verba comprehendant cauſas, quas habeo cum alijs perſonis, quam cum Sempronio.*

156 Cõſtituo Titium procuratorem meum
1 in cauſa † quam habeo contra Semproniũ, & generaliter in omni alia: an ex hoc intelligatur conſtitutus ad cauſas quas habeo cum alijs perſonis q̃ Sẽpronio? Hæc quæſtio fuit Romæ, reperimus vltimo glo. & Bartol. ſingulariter quod intelligitur quo ad Sempronium tantum. in l. ꝙ dicitur. ff. de tutel. nota. nullus contradicit ei. ſed ſcio quod illud non eſt verũ. ſed taceo pro nũc. quo me allegãte fuit deciſum ſecundũ eos.

ADDITIO. Adde ꝙ idem tenet gl. & Bart. in l. omnium. ff. de procurat. & in l. damni. §. ſi is qui edes. de dam. infec. & in l. hoc iure. de ſolu. & in l. de his rebus. de arbi. vbi tex. pro eo. & Ioan. And. in additio. Spec. ti. de procura. §. j. verſi. item op. &. §. ratione autem forme. verſi. ſed quid ſi procuratorium. valet ꝙ procurator ſimpliciter datus non trahatur ad futuras cauſas, ſed Spec. vbi ſupra tenet oppoſitũ, & ſequitur Ang. in l. inuitus. de procura. per l. ſeruitus. de ſerui. v rba. prædi. alle. per Specu. vbi ſupra licet Bar. reſpondeat in dicto. §. ſi is qui ædes. Adde notabile verbum Alex. dicentis ꝙ communis opi. eſt contra Bart. in addi. in d. §. ſi is qui ædes. in prin. Sed in actore non eſt idem ſecundum caſum ſing. in l. item eorum. §. ſed ſi ita. ff. quod cuiuſq; vniuer. nomi. quia debet interuenire decretum iudicis ꝙ non trahitur ad futura. l. fin. ff. de decre. ab ordi. faci. & eſt intellectus ad l. ſi actor. de appel. Quid autem in delegatione cauſarum, vide in c. ſi. de offi. deleg. in vj. et ibi per Gemi. Ad prædicta vide Bal. in l. ſi. §. j. in antepenul. col. C. de bon. quæ libe. & doct. in c. non iniuſte. de procu. in gl. ij.

☞ Et eſt ratio: quia noua perſona nunquã ſubintelligitur. l. ſi ita ſtipulatus. §. griſogonus. ff. de verb. obli. Et (quicquid dicat hic Roma.) hoc ſequitur Felyn. in c. ſedes. col. iiij. verſi. & ſequitur. de reſcrip. Deci. in cõſi. cccccij. ex duobus. col. ſi. Intellige niſi eſſet aliquod præambulum neceſſarium ad cauſam in qua expreſſe conſtitutus eſſet, vt per eundem Bar. in l. ad legatum. ff. de procurato. Nicol. Pigno.

1 *Vſusfructuarius tenetur ad collectam fundi, niſi collecta æquiualeret perceptioni fructuum, quia tunc proprietarius tenetur?*

157 Tu ſcis, quod vſufructuarius tenetur ad
1 † collectam fundi. l. quæro. ff. de vſufru. lega. l. apud iulianum. §. hæres. ff. de lega. j. & l. ſi pendentes. & l. hactenus. §. ſi quid cloacarum. ff. de vſufr. Sed limita, niſi tanta eſſet ſolutio collectarum ꝙ æquiualeret perceptioni fructuum: tunc enim tenetur proprietarius habes vnam glo. in mundo. in l. concubinam. §. qui hortos. ff. de leg. iij. allegat l. ſi res obligata. ff. de lega. j. Et illam gl. exclamat Dy. et Bar. in l. his verbis. §. idem teſtator. ff. de leg. iij. & ita obtinui de facto in ciuitate Florentiæ in ardua quæſtione.

☞ ADDITIO. Adde ꝙ eſt conſi. ccxxx. præſupponitur. & ſequuntur Alex. Are. & Iaſ. in l. ꝙ ſeruus. & in d. l. ſi res obligata. ff. de lega. j. Alex. in l. j §. ſi. col. ij. ff. de noui oper. nunc. Are. & ibi Iaſ. col. fin. in l. fructus. ff. ſolu. ma. Matth. de Aſſli. in §. præterea. nu. 57. de prohib. aliena. feud. per Feder. & in deciſio. cclij. magnificus. nu. 2. Petra ſancta ſingu. xxxv. & facit infra ſingul. ccccxxxvij. Nic. Pig.

1 *Legatum vſufructus infantis an valeat.*

158 Lego tibi vſumfructum ancillæ infan-
1 tis: † an valeat legatum? Diceres ꝙ nõ, propter qualitatem infantiæ adiectam verbo, vt l. in delictis. §. j. ff. de noxa. & infantis, nullus eſt uſusfructus. l. arboribus. ff. de vſufru. cũ ſi. Sed habes caſum contrarium, quia incipit valere cum ille adoleuit: aliud autem eſſet in fructuario, tu habes tex. ſingularem in l. ſi infantis. de vſufr.

1 *Hypothecaria agens contra donatarium debet probare prius rem ſibi hypothecatam, fallit in fiſco.*

159 Agens hypothecaria contra donatariũ
1 debet † probare prius rem ſibi hypothecatam. l. de rebus. C. de dona. ante nup. Fallit in fiſco: et caſus eſt ſingularis ſecundum Bart. in l. j. C. de iure fiſ. libr. x. nota illum ſi vis.

ADDITIO. Adde Bal. in l. ſi debitorem. C. de priuile. ſi. idem in dote ſecundum Bal. in l. ad exactionem. C. de dotis promiſ. per Bart. in l. & quæ nondum. §. j. ff. de pig. vide tamen ſingulariter Bal. in d. l. de rebus vbi præterq̃ in iſto caſu videtur ꝙ fiſcus

non habeat hoc priuilegium ſecundum pulchre no. per Bar. in l. ſi is qui. in ſi. ff. de iure fiſ. ſed contra dicta per Bart. in d. l. j. videntur facere quæ idem dicit in l. non puto. ff. de iure fiſ. per illum text. pro dictis hic bene facit quia fiſcus etiam in delictis habet priuilegium hypothecæ. l. j. & ibi no. glo. C. de pœn. fi. lib. x. notatur per docto. in l. poſt contractum. ff. de donat. & in l. reſcriptū. §. j. ff. de pac. Et opi. Bar. in d. l. j. de qua hic tenuit Franciſcus Lucanus de parma in tractatu de priuilegio fi. in lxxxiiij. caſu per tex. in l. ſi is qui. ff. de iure fi. faciunt quę idē dicit vbi ſupra lxxiiij. caſu.

☞ Idem ponit Corſet. qui alios citat, nota. verſic. actio hypothecaria. docto. in. §. item ſeruiana. inſti. de actio. & in l. j. ff. ſolu. mat. Neguſ. in tracta. de pigno. iiij. memb. ij par. prin. Fran. Rip. in l. ſi debitor. col. iij. ff. de pigno. Et per illum tex. dicunt ſupradicti docto. ꝙ data paritate probationum pro fiſco iudicandum eſt. Et dicit Alex. in d. l. j. ꝙ illa l. propter varios intellect. non poteſt allegari, vt per Bar. in l. in ambiguo. ff. de rebus dub. Quos intell. retuli in intellectu. l. non puto. ff. de iur. fiſ. de anno 1551. dum eſſem ſcholaris impreſſo: vbi poſui veros intell. dd. ll. ex ſententia ſubtiliſſ. do. Hieron. Tornieli præcepto, mei colendiſſ. Nic. Pig.

1 *Procurator poteſt ſtipulari vſumfructum domino.*

2 *Procurator legis non poteſt domino ſeruitutem conſtituere, ſed acquiſitam conſeruare poteſt.*

160 Procurator poteſt ſtipulari vſumfructū
1 †domino, & de hoc non eſt dubium. ſed an idem in procuratore legis, vt in vſufructuario: vt in l. j. cum ſequenti. ff. vſufru. quemadmo. ca. Glo. in l. j. in fi. ff. de no. ope. nunc.
2 dicit† quod procurator legis non poteſt domino ſeruitutem conſtituere. tex. eſt ſingularis in l. iij. §. ſed enim vſufructuarius. ff. de itine. actuque priua. licet illam conſeruare poſſit acquiſitam vt l. vſu. cum ſe. ff. quemadmo. ſerui. amit.

1 *Compromiſſum eſt nullum, ſi illud in arbitrum fiat cum pacto, quòd ferat ſententiam certā, & an idem ſit in arbitratore.*

2 *Intellectus l. j. §. poſt operis. ff. de no. ope. nū.*

3 *Compromitti non poteſt in iudicem vt arbitrum, ſed vt arbitratorem.*

161 Si compromittitur in arbitrum cū pa-
1 cto† quod ferat ſententiam certam, nullum eſt compromiſſum. l. qualem. ff. de arbi. Sed quid in arbitratore, an ſit idem ꝙ in arbitro? Dic quod tunc eſt ſecus: quia valet. Ang. dixit hoc ſolus. in l. ſi conuenerit. ff. de re iudic. & nil allegat. ſed pro eo ego noto caſum ſingularem in l. j. §. poſt operis. ff. de
2 no. oper. nunc. intelligendo † quod ibi fuit compromiſſum in iudicem vt arbitratorē, prout eſt neceſſarium intelligi in iudicem
3 enim vt arbitrum compromitti non poteſt, vt l. ſi ſeruum. §. ſi quis iudex. ff. de arbi. de iure ciuili loquor.

ADDITIO. Ad intelligentiā iſtius ſingularis, vide quæ ſcripſit Alexan. in. §. & poſt operis. hic alleg.

☞ Sequitur idem Rom. conſi. cxlj. eximie. dicens non inuenire cōtradictorem. Et Alexan. in d. l. qualem. Nic. Pig.

1 *Iudex qui admittit ad probationem inſtrumentum, quod admittere non debebat, nō ſolum facit litem ſuam, ſed etiam tenetur titulo quod quiſq; iuris.*

2 *Iudex ſi per imperitiam male iudicat, tenetur inquantum religioni iudicis videbitur, ſecus ſi dolo, quia tunc tenetur ad veram litis æſtimationem.*

3 *Litem ſuam facere quomodo & quando iudex dicatur.*

162 Iudex qui admittit ad probationē† in-
1 ſtrumentum quod non debebat admittere, non ſolum facit litem ſuam, ſed etiam tenetur titulo quod quiſque iuris. Inno. ſingulariter in c. cum venerabilis. col. penul. verſi. hoc tamē. de excep. & illud nos docuit Bal. in l. ſi. C. ſi certum peta. Attende iuuenis:
2 †iudex ſi culpa per imperitiā male iudicat tenetur inquantum religioni iudicis videbitur: ſecus ſi dolo, quia tunc tenetur ad ve-
3 ram litis extimationem. & hoc† modo dicitur iudex facere litem ſuam. & hoc pro iuuenibus.

☞ ADDITIO. Et ſequitur Iaſo. in l. j. in princ. v. notab. ff. quod quiſque iur. & no. doc. in d. l. penul. C. de pac. Et quādo iudex faciat litem ſuam tradunt docto. in d. l. j. in ſi. Bar. in l. ſi. ff. de var. & extraor. crimin. & in q. iudex qui per imperitiam.

Ang. Are. in. §. j. inſti. de oblig. ex qua. deli. & in. §. appellãtur. nu. 9. de excep. Et quid in arbitro, infra ſing. dccvij. Nico. Pigno.

1 *Iudex põt ſtatuere terminum appellãti, infra quẽ ſe præſentet coram iudice ad quẽ.*

2 *Appellatio an dicatur deſerta, poſt lapſum terminum appellanti præfixum ad ſe præſentandum coram iudice ad quem, & ad faciendum fidem de præſentatione iudici a quo.*

3 *Iudex a quo, quando poſſit executioni mandare ſententiam pendente appellatione coram iudice ad quem, nec executio irritari poſſit?*

163 Hoc neſciunt legiſtæ: Iudex † poteſt ſta-
1 tuere terminum appellanti infra quẽ ſe præſentet coram iudice ad quem, alias ſi non facit appellatio eſt deſerta: pone quod ita facerem, ſcilicet ꝙ dem duos mẽſes ad ſe præſentandum ſedi apoſtolicę, & alios duos ad faciendum fidem mihi de præſentatione, quæ quidem præſentatio facta fuit, ſed de
2 ipſa mihi fides facta non fuit: † an tũc per lapſum vltimi bimeſtris ſit deſerta appellatio? Dic ꝙ non, ſecundum Bal. in l. præſes. verſi. pone iudex. C. de appel. Sed ſi non reſultet effectus deſertionis ex ſecunda taxatione termini, an reſultet aliquis alius effectus? Fede. de Senis in conſilijs ſuis conſil. xxij. incip. punctus quæſtionis, dicit, ꝙ illa ſecunda præfixio termini habet effectum,
3 quod elapſo † termino poteſt iudex a quo ſtatim ſententiam mandare executioni etiã pendente appellatione: adeo quod non poſſit executio irritari, per ti. nil nouari appella. pen. Et hoc fuit notum do. Anto. in c. ex inſinuatione. de appella. dictum eſt notabile, & per neminem plus dictum, ſcribendũ literis aureis, & faciet tibi honorem ſi ſcieris conſeruare ipſum.

ADDITIO. Adde quod ſi poſt terminum immo etiam poſt executionem appellans proſequatur appellationem poterit reuocari ſententia & executio facta, ita no. dixit Alex poſt Bar. in l. pſes. C. de app. ☞ Et ſequuntur domi. de Rot. deci. xciiij. ſi iudex. in no. & deciſ. cccclj. nota ſi. in antiq. Cardi. poſt Imo. in clemen. j. q. xxiij. de appella. Cæpo. caute. xlv. ſi vis illaqueare. v. caut. Abb. & Fely. in c. perſonas. vbi Deci. colum. iiij. qui plures citat, de appella. & limitat dupliciter vt per eum. Nic. Pig.

1 *Compromitti non poteſt in duos, vt eligant tertium incertum, & quid in arbitratore, an idem, quod in arbitro?*

164 Tu habes in c. innotuit. de arbi. et ff. eo. l. item ſi vnus. §. ſi in duos. quod non poteſt
1 † in duos compromitti vt eligant tertium incertum. Sed quid in arbitratore an idem quod in arbitro? dicit Bal. in l. j. C. de his qui pœn. no. in lectura antiqua quod valet, allegat ſingulare dictum Ioan. Mo. in rubrica de elect. lib. vj. dico quod ipſe habet caſum rotundum ſecundum vnam lectu. gl. in c. cum a nobis. quod eſt penul. de arbi. mi. vor de tanto patre.

☞ ADDITIO. Sequitur Alex. in d. §. ſi in duos. in addi. Bar. Nic. Pig.

1 *Mater an tutrix conſtituta filijs dicatur per illa verba a teſtatore prolata, videlicet, committo filium meum matris cuſtodiæ?*

165 Committo filium meum matris cuſto-
1 diæ: an † videar eam nutricem filio meo feciſſe? Dic quod non: caſus eſt ſingularis in l. qui aliena. §. quanquam. ſecundum vlt. lectu. glo. ff. de nego. geſt.

☞ ADDITIO. Et eſt ratio: quia nomen cuſtodis nõ trahitur ad officium tutelæ: vt per Bal. ibi. Sed hodie contrarium dicendum eſt. authenti. matri & auiæ. C. qñ mul. offic. tut. quæ corrigit d. §. quanquam. vt per Caſtren. in l. ſed ſi hoc. §. ſi. ff. de con di. & demon. & late deducit Nicola. Boer. deciſio. cxxiiij. teſtator. poſt eos quos alleg.

1 *Solutio fieri non poteſt nullum mandatum habenti, ſed an vti negotiorum geſtorum ſolui poſſit?*

2 *Tutor ſi rem emat pupilli efficitur, & an illud procedat etiam ſi ematur a negotiorum geſtore.*

166 Tu ſcis, quod nullum mandatum habẽ-
1 ti † non poteſt fieri ſolutio, l. qui hominem. §. qui nullo. ff. de ſolu. Sed an vti negotiorum geſtori ipſi ſolui poſſit licet mãdatum non habeat? in hoc diſtingue vt facit l. ſingularis: ꝙ aut debitor ſoluit ſcienter, aut ignoranter in l. filiæ. ff. de ſolut. Et facit lex illa ad materiam. l. ſi vrbana. ff. de condi. indeb. & dicit ibi Barto. ꝙ illa l. filiæ, eſt

ſingularis ad aliud: ſcis enim quod empta res a tutore pupilli efficitur pupilli, vt l.ſi tutor.C.de ſeruo pi.da.ma.& l.curare.cum ſimi.C.arbi.tu. Quod eſt verũ, ſi emitur per tutorem: ſecus ſi negotiorum geſtorem d.l. filiæ.ſecundum Bar.ibi.Nota.

ADDITIO. Adde ꝙ Caſtren. & ibi Iaſ.in ij.notab.in l.ſi vrbana.ff.de cõdi.indeb.mirantur de Bar.dicente illam legem ſingul.quia eſt d.l.ſi vrbana.in fortioribus terminis, tamen dicunt eam ſing.idem Iaſ.& alij in l.filius paciſcendo.C.de pact.

1 *Iudex a quo poteſt præfigere terminum parti appellanti, infra quem proſequatur appellationem, ſi appellationi deſert, alias ſecus.*

2 *Innocentij dictum in conſiſtorio Papæ tenetur, vt ſacrum Euangelium.*

167 Iudex a quo poteſt præfigere terminũ
1 † parti appellanti infra quem proſequatur appellationem. Quod eſt verũ ſi deſert appellationi: alias ſecus. Inno.ſingulariter.in c.ſi.de accu.& ſequuntur domini mei deciſi.clxxxj.nota ꝙ iudex.in antiq Licet Specu.in ti.de appel.§.ſequitur.verſic.hac forma, reprehendat,& illa placet quibuſdam in c.j.de appel.lib.vj.Sed dictum Innocen.
2 † in conſiſtorio Papæ tenemus, vt ſacrum Euangelium.

ADDITIO. Adde ꝙ Inno.ſequitur ibi Ioan.And.& Imo.qui ſubdit nõ eſt ſimpliciter verum per id quod habetur in c. Abbate.de appel.& in c.cum appellationibus.de appel.in vj.ſequitur Sand.in c.cum bertoldus.colum.vj.de re iudi.& dicit eſſe tex.in c.peruenit.il j.de appell.& ibi Abb. in no.vbi tamen dicit quod communiter reprobatur dictum Inno.uide tamen eum qui latius loquitur.& vide eundẽ Fely.qui per plura etiam reprobat. in cap.prælatorum. col.v.verſi.ſecundo caſu.de accu.

Et dictum Innoc.eſt commune, & eum ſequitur Abb.& Deci. qui doct.pro vtraq; parte refert, in c.cum ſit romana.colum.ij. & ibi Augu.Bero.nume.17.de appel.conci uis meus Cæpol.caute.xlv.ſi vis illaqueare.caut.vj. Nic. Pig.

1 *Condictio an detur contra vxorem, vel maritum amouentem res vxoris?*

2 *Condictio datur domino contra furem.*

168 Sed nunqd condictio detur contra vxo
1 rem, † vel maritum amouentem res vxoris? Videtur ꝙ non: quia nulla condictio
2 datur domino, † niſi contra furem.l.fina.ff. vſufru.quemad.ca.inſti.de act.§.ſic itaque. In contrarium tamen eſt verũ.caſus eſt vnicus,& male notatus.in l.ſi concubina.§.nõ ſolum.ff.rerum amo. illud ergo quod dicitur ſpeciale in fure, dicas idem in viro ſeu vxore amouente.

ADDITIO. Adde Alexan.& Socin.in l.certi conditio.in iij.glo.ff.ſi cer. peta.& docto.in l.ſcire debemus.in ſi.ff.de verbo.oblig. Nic.Pignol.

1 *Dotem ab extraneo pro filia mea promiſſam, ſi vt i fideiuſſor ſoluam, a debitore nõ repeto.*

2 *Fideiuſſor ſoluens, quo caſu a debitore non repetat.*

169 Extraneus promittit dotem pro filia
1 mea: † ego fideiuſſor pro ea ſoluo: an poſſũ a debitore repetere? Videtur ꝙ ſic: per to
2 tum ti.de fideiuſſo.ſed caſum † vnicum habes cantantem cõtrarium,(notabilis limitatio ad totum tit de fideiuſſ) l.profectitia.in §.ſi pater non quaſi pater.ff.de iure do.

ADDITIO. Adde Ludo.Bolo.in d.§.ſi pater.i ſuis nouis interprę.N.P.

1 *Publicatio bonorum non transfert iura conditionalia in fiſcum, & de qua conditione intelligatur.*

2 *Fiſcus cenſetur loco hæredis extranei.*

3 *Contractus conditionalis tranſit in hæredem etxraneum.*

170 Glo.ordinaria.in l.nam ad ea.ff.de con
1 di.& demon.dicit, ꝙ iura † conditionalia ex publicatione non transfertur in fiſcum: ſed pro ea eſt caſus ſingularis in l.intercidit.ff.de condi.& demon. Quod tamen limita verum de iure conditionali conditione caſuali ſi nauis venerit &c.ſecus vero, ſi illa iura ſunt conditionalia mixta vel poteſtatiua cõditione, quia tunc transferuntur. caſus eſt vnicus in l.in facto.§.fiſcus.ff. de condi.& demon. Secundo limita in iure conditionali voluntate: ſecus ſi ex contractu, illud enim transfertur in fiſcum. Tu di
2 ceres, fiſcus cenſetur † loco hæredis extra
3 nei.l.j.de bon.dam.per gloſ.ſed † conditio-

nalis contractus tranſit in hæredem extra-
neum.§.ex conditionali.inſti.de verb.obli.
ſed tu habes caſum ſingularem in l.inter ſo
cerum.§.fi.ff.de pac.do.inhæreas tex.

ADDITIO. Adde ꝙ iſtam glo.mul
tum not.Bal.in l.j.col.penul.C.de hære.in-
ſtitu.& Felyn.in c.in præſentia. col.xv.de
probatio.

☞ Et idem Roma.in conſi.ccxlvij.primo
dici poteſt.Bal.in l.j.C.de bon.liber.Alex.
in additio.ad Bar.in l.ꝙ traditum.ff.de con
di.& demon.& in l.ſi marito.in princ.ff.ſo
lu.matri.& in l.quoties.ff.de noua.Auguſt.
Arimi.in tracta.malefic.in ver.& eius bo-
na publicamus.col.viij.Matth.de Afflic.in
titu.qua.pot.feu.alie.§.donare.iij.not.in fi.
Iaſ.in l.ſi ſtipulatus.§.fi.ff.de verb.ob. Et
an in publicatione bonorum ueniant res in
quibus quis habet ius ad rem infra ſingul.
ccccxxx. Nic. Pigno.

1 *Adultus quemadmodum poteſt facere teſtamentum, an etiam in eo poßit filio tutorem dare?*

171 Adultus poteſt facere teſtamentum,ſed
1 †an in eo poſsit filio tutorem dare? Text.
eſt ſingularis.quod ſic; in l.iij.§.quanuis.ff.
de adminiſtra.tuto.

☞ ADDITIO. Et quæ ſit ratio
vide doc.in l.ſi frater.C.qui teſta.face.poſ.
& in l.j.§.fuit quæſitũ.ff.ad Treb.Nic.Pig.

1 *Egregia perſona dicitur Epiſcopus, Cardinalis, & quilibet in dignitate conſtitutus.*

2 *Egregia perſona an poßit renunciare eius priuilegio.*

172 Tu audiuiſti.l.ad egregias.ff.de iureiu
1 ran.(egregia† perſona eſt Epiſcopus, Car-
dinalis,& q̃libet in dignitate conſtitutus,)
2 an poſsit † perſona egregia renunciare pri
uilegio illius legis? Cy.tenet quod non:
in l.nec honorem,C.de epiſco.& cle.& cre
do quod fuit ter allegatum. & eſt ratio: qa
illud priuilegium conceſſum eſt dignitati,
& nõ perſonæ igitur &c. ſed ſi quis tibi da
ret caſum ſingularem nonne gauderes?Ca-
ſus eſt in c.ij.de iudi.lib.vj.& ibi caſus ſin-
gularis pro dicto Cy.ſecundum me.

ADDITIO. Adde ꝙ licet reſponde
ri poſsit ad d.§.cæterum.ꝙ habet ſpecialẽ
rationem in monialibus:tamen ſuſtineri po
teſt dictum Cyn.ſecundum Fely.in c.ſi qui
teſtium.col.antepen.de teſti.ex notatis per
Bald.& Ang.in l.alia.§.eleganter.ff.ſol.ma
tri.vide Mod.in d.l.alia.& in l.pe.C.de pac.

1 *Diſpoſitio l.ad egregias.ff de iureiuran.an habeat locum in paupere, cui eſt verecundia domum exire?*

173 Item quæro:an illa l.ad egregias.habeat
1 † locum in paupere,cui eſt verecundia do-
mum exire:puta ſi eſſet quidam nobilis ho
mo? iſtud fuit Romæ de facto, & domini
mei determinauerunt ꝙ ſic; per glo.in c.ſi
qui teſtium.de teſtibus.

ADDITIO. Adde aliam in l.inuiti.
glo.magna.ff.de teſti.facit tex.in l.in eadẽ.
in fi.ff.ex quib.cau.ma.per quem tex.vide
quod dicit Bar in l.pecuniæ.in fi.ff.de adi.
lega.& in l.ſi fideiuſſor.in fi.ff.de fideiuſſo.
iſta limitatio non placuit magiſtro meo in
d.l.ad egregias.col.ij.& Fely.in c.ſi qui te-
ſtium.col.iij.verſi.glo.fi.ff.de teſti.

1 *Hæres vniuerſalis grauatus reſtituere quicquid ex hæreditate ad eum peruenerit, tenetur reſtituere prælegata,niſi ea alienari prohibita fuerint.*

174 Hæres vniuerſalis grauatus†reſtituere
1 quicquid ex hæreditate ad eum peruene-
rit, tenetur reſtituere prælegata . caſus eſt
in l.cum virum.C.de fideicõ. Quod eſt ve-
rum,niſi illa prælegata ſint prohibita ab eo
alienari: tunc enim ad iſta reſtituenda non
tenetur (iſtud non inuenies in d.l.cum vi-
rum.nec per Bar.in l.Marcellus.§.quidam
liberiſ.ff.ad Treb.)Caſus eſt vnicus in l.lu
cius.§.pluribus.ff.ad Trebelia. ſecundum
Barto.ibi.

ADDITIO. Tu dic ꝙ Alexã.facit
mentionem de tex.in §.pluribus.hic alleg.
in d.§.quidam.in prin.

☞ Adde circa intellect.illius.§.Socin. poſt
alios in d.§.quidam liberis.Iaſo.in d.l.cum
virum.vbi Ioan.Coraſ.nu.6. Nic.Pig.

1 *Hæres in parte grauatus non tenetur reſtituere prælegata,niſi is grauatus fuerit reſtituere portionẽ hæredita. filio teſtatoris.*

175 Tu habes text.in l.Titius.& l.Marcel-
lus.§.quidam liberis.ff.ad Trebel.ꝙ hæres
1 † in parte grauatus non tenetur reſtituere
prælegata; ꝙ verum eſt,niſi teſtator quem

1 *Filius naturalis inuitus non cogitur ſuſcipere legitimationem, niſi quando occultat ſuam matrem concubinam, quam pater vellet in vxorem ducere.*

230 Tu habes.§.generaliter.in authen.qui.
1 mod.natu.effi.ſui. qui dicit † q filius inuitus non cogitur ſuſcipere legitimationem: Quod eſt verum, niſi eo caſu quo filius ipſe naturalis occultet ſuam matrem concubinam,quam pater vellet libenter in uxorem ducere:caſus eſt vnicus in.§.ſit igitur.verſ. & hoc facto.qui.mo.natu.effi.le.Ange.allegat in diſputatione,quæ incipit:nobilis quidam genere.& facit magnum feſtum.

ADDITIO. Adde.§.j.verſic. nouimus.&.§.ſi quis ſane.& ibi glo.in ver. quæ non appareat.in authen.eo.titu.Card. Alexan. in c.per venerabilem.§.q autem. nume.15.qui filij ſint legi. Nicol.Boer. deciſio.clx.ſed circa. Et q conſenſus requiratur vltra allega.per Boer.vbi ſupra ponit Iaſo.in l.poſthumo,col.j.C.de contratabu. Deci.cõſi.cccxvij.in caſu.& cõſi.ccclxvij. domi.meus Cagnol.in l.inuito.in princi.ff. de regul.iur. Nic. Pig.

1 *Sententia lata per ſindicos,ſeu reuiſores rationum communis,contra adminiſtratores communitatis abſentes,licet non contumaces, valet.*

231 Valet ſententia lata per ſindicos & re-
1 uiſores† rationum communis,contra adminiſtratores communitatis abſentes,licet nõ contumaces.caſus eſt ſingul.ſecundum Barto. ibi. in l.ij.§.quod de frumentaria.ff.de adminiſtra.rerum ad ciui.perti.

ADDITIO. Adde Abba.in c. cum olim.de re iudic.& in c.j.col.ij.de cau. poſſeſ.& proprie.Fely.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.col.x.iij.limita.de conſtitu.Deci.in c.cauſam quæ.iij.notab.de reſcrip.Iaſ.in l. nec quicquam.§.vbi decretum.in xvj.fallen.ff.de offi.procon.& leg.Hippo. de Marſi.in reperi.l.de vno quoq;.in xvj.& xxvj. fallen.ff.de re iudic.& in practi.crimi.in.§. agredior.col.xix.nume.127.& in rubri.C. de proba.nume.218.Auguſt.Bero.in c.quoniam contra.in glo.citationes.nu.89. Intellige quando certum eſt ipſis abſentibus defenſionem aliquam non competere vt dicit Iaſo.(vbi ſupra,)ſe conſuluiſſe.& ita intelligit Hippol.& alij.& idem Augu.Bero. in c.j.nume.214.de iudic.& facit l.qui poteſt.ff.de reg.iur.& per Felyn.in c.cũ olim. col.vj.verſi.non eſt citandus is.de re iudi. & adde infra ſing.dclxxv.ſeculares. N.P.

1 *Diſpoſitio l.hac edictali.C.de ſecun.nup.an habeat locum in filiis vulgo conceptis?*

2 *Baldi maxima eſt authoritas.*

232 An l. hac edictali.C.de ſecun.nupti.ha-
1 beat † locum in filijs vulgo conceptis? Dic quod non:caſus eſt ſingularis ſecundũ Bal. ibi in l.cum pater.§.mater filiæ.ff.de legat. ij. Sed eſſet videre : an diſpoſitio.d.l.hac edictali.fuerit digeſtorum? Et certe non:& ideo forte Bald.non dicit verum,tene men-
2 ti propter authoritatem tanti viri.

ADDITIO. Adde eundẽ Roma.& ibi Alex.in l.mulier quæ.in prin.ff. ad Trebel.Iacob.Zoch.in c.per venerabilem.qui fil.ſint legi.Franc.Creme.ſingulari lxxxviij. Nic. Pig.

1 *Matricula extinguitur quinquennio,& an matriculari de nouo ſoluere teneantur?*

233 Matricula extinguitur † quinquennio,
1 idem in alijs matriculis.vt l.ij.C.de primice.& l.iij.C.de dome.& protec.lib.xij.Barto.allegat in l.aut facta.§.tempus.ff.de pœ. & in l.penul.ff.de teſta.mili. Sed an debeat de nouo ſoluere? Tu ibis ad l.ſi.§.quoties. ff.de publi.& vecti.& ibi glo.ſed nihil facit.dic quod non:caſus eſt ſingula.in l.pen. in ſi.C.de conſul.lib.xij.Bar.alle.in conſil. cxxxiiij.incipiente vniuerſitatis.

ADDITIO. Et hoc ſequitur

Alex.in d.l.iij.& in d.§.ad tempus.& in l. naturalem §.apium.ff.de acquir.rer.domi. & in l.matriculam.C.de agen.in reb.Bald. Caſtren.Alex.in l.filio quem pater.ff.de libe.& poſthu.Alexã.in l.ſcriniarios.colum. ij.C.de teſta.milit.Ang.Areti.in.§.pauonũ. inſti.de rer.diui. Nicol.Pig.

1 *Herbam pro equo tuo capere, tibi peregrinanti, & in via manenti inuito domino an liceat?*

234 Tu peregrinaris cum equo de menſe
1 Maij: in † ſi tibi licitum ſtare in via,& capere de herba pro equo tuo etiam domino inuito? Dic quod ſic; caſus ſingularis in.c. vnico.§.fin.de pace tenen.& eius viola.in vſibus feudorum.

ADDITIO. Et idem potes vuas colligere,& ſpicas conterere,& manducare non tamen exportare Deute.c.xiij. & c.j.vj.q.iij,c.diſcipulos.de conſecra.diſtin.v. Quod de conſuetudine obſeruari dicit Cæp.in tracta.ſerui.ruſti.prædi.c.xx. de meſſe & vindemia. Sed an intelligatur citra neceſsitatem, vide late per Fely.in c. omnes col.fina.j.diſtin.præceptor.meũ Cagnol.in l.quæ propter.ff.de reg.iur.Franc. Rip.in l.i j.col.iij.ff.de dam.infe.

1 *Conductorem propter neceſſariam refectionem rei locatæ expellere licet. Sed an ea refecta,poſsit conductor petere ſe in re locata reponi?*

235 Tu habes legiſta.l.edem.C.loca.Canoniſtam c.propter ſterilitatem,eo.titu.quod
1 licet † conductorem expellere propter neceſſariam refectionẽ. Sed an ea refecta debeat conductor, ſeu poſsit petere ſe reponi in re locata? Dic quod ſic.gl.eſt ſingularis, iuncto text.in l.ſi duo.§.cum inquilinus. in verſi.teſtari per dominum.ff.vti poſsid. & Barto.ibi exclamat ſummis laudibus.quod nota pro declaratione dictarum legum.

ADDITIO. Et ſequitur Fran. Cremen.ſing lxxj.tu ſcis.Hippol.de Marſ. qui plura ſimilia adducit,in l.vnica.colum. vj.C.de rap.virgi.& in l.etiam ſi redhibiturus ad fin.ff.de quæſtio.& in rub.ff.de fideiuſſ.q.xxxj.col.xxxiiij. Nic.Pig.

1 *Inuecta & illata in domo locata ſunt locatori tacite obligata, & an hoc procedat ſiue pro penſione pecunia ſoluatur, ſiue certa ſpecies?*

2 *Contractus innominatus ſequitur naturam contractuum nominatorum, qui ſibi ſimilantur.*

236 Tu ſcis,quod inuecta & illata in domo
1 locata ſunt locatori tacite obligata,vt in ti tu quib.mod.pig.vel hipo.ta.contra,l.certi iuris,C.loca.cum ſimil.multis. Sed quæro, an hoc ſit verum,ſiue locatio facta ſit pro penſionem ſoluendam in pecunia numerata,ſiue per penſionem in ſpecie ſoluendã? Tu habes in tribus locis. Primo in Spec.tit.de loca.§.poſtquam.col.vj.nu.24.& 27.verſi. porro,qui dic t quod non.ſed ſolum quando penſio eſt in pecunia.mouetur, quia tũc non eſt locatio.l.j.§.ſi quis ſeruum.ff.depo. & l.ij.ff.loca.& l.ſi olei.C.eod.ergo &c. Glo.ordi.& ſingularis in.§.item ſeruiana. inſti.de actio. tenet contrarium. Bal.in l. j.ff.loca.in lec.quam fecit Papię.dicit illam glo.eſſe æquiorem dicto Specu.& dicit verum.probatur, per glo.in l.licet.& l.excepto.C. loca.& in d.c.propter ſterilitatem quod not. Secundo probatur per caſum expreſſum in l.ſi gratuitam.ff.quib.mod.pigno.vel hipo.contra.& illum tex.tene mẽti,& ille eſt ſingularis.iuncta glo.vbi nõ eſt pecunia:& habet locum eadem regula. Vltimo facit regula.l.naturalis.§.ſed ſi facio.
2 ff.de præſcrip.verb.contractus † enim innominatus ſequitur naturam contractuum nominatorum qui ſibi ſimilantur.

ADDITIO. Adde quod iſtam opi. tenet expreſsius Bald.in d.l.certi iuris, in ij.q.C.loca.& magiſt.meus in l.item quia. in ij.col.in iij.limi.ff.de pac.

Et hanc vti magis veriorem & communem approbant Ang.Are.Iaſo.& Lud.Gomes.in d.§.item ſeruiana. in gloſ.in verbo quis.Soc.in regula.cxcij.fallen.ſi.Neguſa. in tracta.de pigno.iiij.memb.ij.par.princi. xij.caſu.iij.amplia. Nic.Pig.

1 *Conditio adiecta vni legato cenſetur tacite repetita in alio legato facto eidem perſonæ, & in eodem teſtamento.*

2 *Legatum pro dote,intelligitur factum quando mulier erit nubilis ætatis.*

3 *Aetas nubilis in muliere duodecim anno perficitur.*

4 *Conditio quæ in primo legato apponitur,ſi*

tacite ſubintelligatur, nunquam in ſecundo legato etiam eidem in eodem teſtamento facto, repetitâ cenſetur.

237 Dico tibi vnum in quo in ciuitate Peruſina plures doctores cõſuluerunt. Tu habes l. ſi in repetendis. & l. ſi tibi pure. ff. de lega. iij. & l. cum ſeruus. ff. de condi. inſtitu.
1 cum ſimil. quod conditio † adiecta vni legato cenſetur tacite repetita in altero legato facto eidem perſonę, & in eodẽ teſtamento. modo teſtator legat filiæ ſuæ pro dote centum, ſi quando nupſerit, fuerit nubilis ætatis.
2 Quæ conditio † intelligitur in ipſo legato dotis, vt l. hæc conditio. la. j. ff. de condi. & demon. & l. quod pupillæ. ff. quando di.
3 ſe. ced. & ideo † debet ſpectari annus xij. l. mulierem. ff. de ritu nup. deinde legauit patre domum, an in hoc legato videatur repetita conditio in primo poſita? domini mei Ioan. de Imo. & Pau. de Caſt. conſuluerunt quod ſic. Alij. ſ. do. Floria. de ſancto Petro, & do. Ioan. de Ana. contrarium, & hos vltimos ego fui ſecutus: allegaui caſum ſingularem in l. ſi iudicet. §. fina. de condi. & de-
4 mon. cõditio † enim, quæ apponitur & quę tacite ſubintelligitur, nunquam in ſecundo legato intelligitur repetita. caſus eſt ibi mirabilis. tene menti.

A D D I T I O. Ad hoc vide Paul. de Caſt. pulchre diſtinguentem in conſil. ſuo. cccc viij. circa vltima verba incip. viſo facto & dubijs in antiquis. vide Ludo. met in terminis. in conſil. xvij. vide Ioan. de Ana. in conſi. viij. incip. viſo puncto & his quæ in eo continentur vbi Ludo. Bolo. in addit. dicit bonum verbum in materia, quod ad hoc, vt fiat repetitio in legatis ſeu in alijs diſpoſitionibus requiritur ꝙ repetitio conditionis congruat ſecundo legato, ſiue ſecũdæ diſpoſitioni. Vide etiam Ioan. de Anan. conſi. xxxvij. incip. viſo puncto & alijs videndis. circa vltima verba.

☞ Adde Deci. conſi. cxc. circa primum. colum. ij. & iiij. in fi. Et quando conditio intelligatur repetita tradit Bar. in d. l. in repetendis. & in l. feiæ. §. caio. ff. de fun. inſtru. & in conſi. xxvij. & conſi. xxxix. Alexan. conſi. lxvj. viſo. lib. iij. Soci. in l. fi. ff. de reb. dub. Are. conſi. j. & Ioan. Dilec. de arte teſta. caute. lviij. tit. de legat. Et adde infra ſingulari dclxxj. ſcis quod. Nico. Pig.

1 *Inſtrumentum non probat, ſi in eo deſit dies et locus, niſi ꝓbetur eos in originali adeſſe.*

238 Tu ſcis, ꝙ inſtrumentum non † probat
1 niſi in eo ſit dies & locus, vt in c. inter. de fide inſtru. & de re iudi. c. j. lib. vj. & in glo. in l. generali. C. de tabu. lib. x. cum ſi. Quod eſt verum, niſi probetur dies ſeu locus eſſe in originali, licet ſit in inſtrumẽto omiſſus. ſingulare dictum Spec. in tit. de inſtrumen. edi. §. inſtrumentum. verſic. quid ergo ſi in notu'a. num. 8. & ita pronunciaui in magna cauſa. & eſt mirabile. allegat l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium. ff. de eden. ſed parum facit, & ſi vellemus diſcutere forte non eſt verum.

A D D I T I O. Adde pro dicto Spec. gl. j. §. fi. in verbo prothocollum in authen. de tabel. videtur ſequi Felyn. in c. j. colum. v. de fide inſtrumen.

☞ Adde ꝙ conſi. Rom. eſt nume. 165. liber regiſtri. & Specu. ſequitur Bar. in authenti. at ſi contractus. colũ. j. C. de fide inſtru. & in repe. d. §. ſi initium. col. ij. vbi Alexã. col. penul. & commu. docto. vt per Lanfran. in c. quoniam contra. in uerbo, inſtrumentorum produ. nume. 57. de quo late per Deci. poſt Alexã. in authen. ſi quis in aliquo. vj. fallen. C. de eden. & in c. cum cauſam. iiij. fallen. poſt Fely. de proba. Hippol. de Marſi. in rubri. C. de proba. col. xlviij. Nic. Pig.

1 *Inſtrumentum an ſit de falſo ſuſpectum ob diuerſitatem ſcripturarum, vel manuum?*

239 An diuerſitas ſcripturarum, † vel ma-
1 nuum, reddat inſtrumentum ſuſpectum de falſo? Dic quod ſic. caſus eſt ſingularis & vnicus. in authen. de trien. & ſe. §. quod & ſæpe Bal. dixit illum non eſſe alibi in contractus. C. de fide inſtrumẽ. ſed ſimilis in c. Iter dilectos. eo. tit. miror de iſto p̃re noſtro.

A D D I T I O. Intellige diuerſitatẽ manuum facere ſuſpitionem quando eſt diuerſitas inter ſcripturam & ſubſcriptionẽ quę dicit omnia eſſe de eadem manu, & ita intelligitur. c. inter dilectos. hic alleg. & quomodo poſsit tollerari diuerſitas ſcripturarum, vide per Felyn. poſt alios in d. c. inter dilectos. col. pe. & fi.

☞ Adde per Iaſo. in l. admonendi. col. lvj. ff. de iuretur an. Nico. Pig.

1 *Conueniri poſſum in loco, vbi procurator meus generaliter conſtitutus contraxit, licet ille e dicto loco receſſerit.*

240 Procurator meus contrahit Romæ, &

2 recedit: † ego ibi poſſum ratione contra-ctus per procuratorem generaliter cõſtitutum conueniri? Dic vt per Guil. in l. cum q. ff. de conſtitu. pecu. & nil dicit. ſed eſt caſus ſingularis in l. hæres abſens §. apud labeonem. ff. de iudi. ꝙ ſic. tene menti.

☞ ADDITIO. Et ibi Pau. de Caſtro Alexan. & Cremen. ſingul. lxxvj. Nic. Boer. qui alios citat deciſio. cxiiij. Florentinus. & Moder. Arimi. in tracta. de mercatu. titu. viii. ij. par. vlti. par. prin. nu. 21. Ni. Pi.

1 *Curator poteſt dari pupillo ad iudicium, & ad negotia.*

241 Tu habes, ꝙ curator poteſt dari pupil
2 lo ad iudicium: Sed an detur ad negotia? qd dices? dic quod ſic. caſum habes ſingularẽ in l. j. §. ſi curator. ff. de eo qui pro tuto.

☞ ADDITIO. Et ibi Bal. Alex. in l. qui habet. §. ſi pupillus. in addi. ff. de tutel. & tenet Bar. non allegando. d. §. in l. curator. ff. de tuto. & cura. da. ab his. & glo. fi. in §. penulti. vbi docto. tradunt, inſtitu. de curato. Nicol. Pig.

1 *Negotiorum geſtor poteſt recedere a geſtione quando vult, ſi non animo omnia gerẽdi acceperit, & in receſſu dominum minorem certiorare debet, ne alias teneatur ad intereſſe.*

242 Negotiorum geſtor poteſt recedere a
2 geſtione † quando vult ſi non animo gerendi omnia accepit. Sed an tunc in receſſu debeat dominum certiorare, ne alias teneatur ad intereſſe? In negotijs maioris nunquam reperi, & in l. ſi. C. de nego. geſt. & in l. ſi pupilli. §. videamus. eo. titu. parum de hoc dicitur. ſed in minore habes caſum ſingularẽ ꝙ ſic, in l. j. §. ſi. de eo qui pro tu. tene mẽti.

☞ ADDITIO. Adde Saly. Fulg. & Alexan. in l. tutori, C. de neg. geſt. Ni. Pi.

1 *Procuratorem meum Titium conſtituo, & ſi procurator eſſe noluerit, conſtituo Sempronium, an ſi Titius acceptauerit, & poſtea renunciauerit, Sempronius procurator eſſe poſſit?*

243 Conſtituo Titium procuratorem, & ſi
2 nolet † eſſe procurator, conſtituo Sempronium: ille acceptauit, & poſtea ex cauſa renunciauit: an Sempronius poſſit eſſe procuratorꝰ Iſtam quæſtionem habui de facto Romæ. Certe Dy. & Bal. in l. tutoribus. ff. de teſta. tut. concludunt ſingulariter quod non per tex. & glo. ibi.

☞ ADDITIO. Hanc quęſtionem examinant docto. in l. poſt aditam. C. de impube. &c. & in l. quidam teſtamento. ff. eo. titu. & in l. cum ſub hac. ff. de conditio. & demonſtra. Nic. Pig.

1 *Vaſallus non defendens dominum in pugna priuatur feudo.*

2 *Vaſalli ſi duo fratres ſint eiuſdem domini, & vnus tantum dominum in pugna defendat, alter vero non, an virtus fratris defendentis conſeruet alterum fratrem indemnem.*

244 Si vaſallus nõ defendit dominum † in
1 pugna priuatur feudo. Sed pone, ꝙ duorum fratrum vnus non defendit, alter vero tantum defendit quãtum ſi etiam extitiſſet ibi alter frater, propter nimiam eius virtu-
2 tem: an frater † non defendens debeat priuari? Dic ꝙ virtus incredibilis fratris conſerua fratrem indemnem. Bald. ſingulariter in c. j. in princ. col. iiij. nume. 12. qui. mo. feu. amit. allegat l. ſi is qui duos. ff. de liber. leg. ſcio ꝙ non eſt verum.

ADDITIO. Videtur ꝙ dictum Bal. non bene recitetur. nam in libro meo dicit ꝙ per negligentiam vnius ex duobus vaſallis non priuatur, qui fuit diligens ſequitur Fely. in c. cum ſuper. col. ij. ante fin. de offi. delega. vbi vide ſi faciunt ea quę paulo ante ibidem dicit ad iſtud dictum faciunt quę dicit Areti. conſi. xxix.

☞ Hoc comprobat Matthæ. de Afflit. in d. c. j. col. penul. in fi. & in titu. de alie. feu. §. & ſi clientulus. nume. 20. vbi infinita cumulat quæ ratione agnationis & conſangui. permittuntur. Hippoly. de Marſi. & ipſe comprobat in rub. ff. de fideiuſſ. ſub nume. 288. Nicol. Boer. deci. ccc. ciues. Nico. Pig.

1 *Religioſus non poteſt eſſe executor teſtamenti ſine cõſenſu ſui ſuperioris. Et quid ſi fuerit creatus, & exercuerit abſque conſenſu ſui ſuperioris, an geſta per eum valeant?*

2 *Miles procurator eſſe non poteſt, tamen nemine opponente ſi exerceat valent geſta per eum.*

245 Religioſus non poteſt eſſe executor teſtamenti

1 ſtamenti † ſine conſenſu ſui ſuperioris.c.re
ligioſus.de teſta.li.vj.& in cle.vnica.eo.ti.
Sed qd ſi fuit creatus, & executus eſt abſq;
conſenſu ſuperioris, an geſta per eum va-
leant? poſſet dici ꝙ non, per l.nõ dubium.
2 C.de legi.In contrariũ facit,quia † licet mi
les non poſsit eſſe procurator, tamen ſi ne-
mine opponente exercuerit valẽt geſta per
eum. Sed hæc nihil faciunt: quia miles ha-
bet velle & nolle, ſed religioſus non habet
velle neq; nolle,c.non dicatis.xij.q.j & d.
c.religioſus.Sed ego inuenio Fede.de Senis
conſi.cclxxxiij.vbi ſeipſum correxit ꝙ in
alio cõſi.tenuerat & ibi determinat hoc du
bium.& dicit,ꝙ valent licet nõ conſentiat
ſuperior,dummodo non contradicat.mira-
bile dictum eſt.ſerua memoriæ: quia faciet
tibi honorem.do.Anto.de cõſti.non recor
dor in quo.c.facit magnum feſtum de hoc.

ADDITIO. Ad hoc vide Bar.in l.a
filio.ff de alimen.& ciba.lega.& ibi Alex.
in apoſtil.

☞ Idem Roma.conſi.ccxxxv.quo ad pri-
mum.in iiij.dubio.& in conſil.cccccix.quo
ad primum.ij dubio. Iaſ.in l.patre furioſo.
col.iij.ff.de his qui ſunt ſui,&c.Hippol.in
l.ſi quis ne quæſtio.col.xvij.ff.de quæſtio.
& in pract.crimi.§.ſequitur, col.ij Fely.in
c.decernimus,col.j.et ibi Deci.col.vij.de iu
di.vbi comprobant per plura ſimilia.N.P.

1 *Procuratores duo ſi inſolidum cõſtituantur, cum clauſula, quòd occupantis conditio melior nõ ſit, ſed quod vnus incœpit, alius finire poſſit: ſi vnus litem ſit conteſtatus, an alius teſtes producere poſſit?*

2 *Limitatio ad c.ſi duo.de procur.in vj.*

246 Conſtituuntur duo procuratores inſo-
1 lidum†cum clauſula,ꝙ occupantis non ſit
melior cõditio, ſed ꝙ vnus incepit alius fi-
nire poſsit:vt in c.ſi duo,de procura.lib.vj.
& in l.ſi pluribus.ff.eo.ti.& l.ſi cum procu
ratorio.§.ſi.pone,ꝙ vnus conteſtatus eſt li-
tem,alter vult teſtes producere:an poſsit?
Dic ꝙ aduerſario contradicente,vel abſen
te illa clauſula nullũ habet effectum. ſingu-
lare dictum eſt Ioan.An.qui refert ita diſpu
taſſe Mar.Sil.in c.in nomine domini.de te-
ſti.in nouella,inter legiſtas ſoli Bal.notum
in l.ſi quando.q.viij.C.de teſti.quod nota
perpetuo in caput groſſum.& iſtud eſt di-
ctum ſatis rationabile.per l.ne in plures.ff.
2 de exerci.actio.ſed illud eſt verum ex par
te rei:ſecus ſi ex parte actoris.in prin.enim
ibi dicitur non licet diſtrahere, ſecus ergo
ex poſt facto, & ideo nota, & limita.dictũ
cap.ſi duo.

☞ ADDITIO. Adde Abba.in d.
c.in nomine.col.fin.verſi.vltimo ponit hic
Io.And.Fely.in vij.q.col.x.deci.in fi.N.P.

1 *Vſuſfructus ſi Titio legetur vſque ad decẽ annos Sempronij, mortuo Sempronio ante decimum annum,an extinguatur.*

247 Lego Titio vſumfructum vſq; ad de-
1 cem † annos Sempronij: moritur Sempro-
nius ante decimum annum: An extinguat
vſusfructus? In hoc plus ꝙ̃ quinquies con-
ſului.Et videt extinctus:quia extincta per-
ſona terminãte extinguitur vſusfructus ter
minatus.Vel relinquo uſumfructũ filio do-
nec alter filius furioſus erit in furore, an
mortuo eo extinguatur vſusfructus? Dic
quod non, ſed durat primo caſu vſque ad
illam ætatem,ſecundo vſque ad mortẽ vſu
fructuarij,caſus eſt ſingularis in l.ambigui-
tatem.C.de vſufruc.

☞ ADDITIO. Et ibi Bal.& Ca-
ſtren.dicunt non reperiri alibi.docto.in l.ſi
cui legetur.§.hoc autem.ff.de legat.j. vbi
ample examinant, an tempus certæ ætatis
in legato appoſitum faciat eum conditiona
le vel in diem. Nic. Pig.

1 *Soror,ſi ex ſtatuti diſpoſitione,ex teſtamento fratris exiſtentibus filijs fratris niſi tertia partem habere poſsit, vtrum,ſi ei relinquatur bonorum dimidia, ſub conditione, ſi dederit mille hæredibus ſuis, & mille ſint vltra tertiam partem,poſsit medietatem relictam habere?*

2 *Intellectus l.ſed ſi hoc.§.cuidam.ff.de condi.& demonſtra.*

248 Filius naturalis extantibus legitimis
non poteſt niſi tertiam partem habere: vel
1 pone ex forma ſtatuti,† quod ſoror ex te-
ſtamento fratris exiſtentibus filijs fratris
non poſsit habere niſi tertiam partem. Mo
do pone quod relinquat ſibi medietas ſub
conditione,ſi dederit mille hæredibus ſuis,
& mille ſint vltra tertiam partem,an poſsit
medietatem relictam habere? Dic ꝙ ſic:qa
recipiendo illud infra tantundem de ſuo
ſoluit, Caſus eſt ſingularis in l.ſed ſi hoc.§.

2 cuidam.ff.de condi.& demon. Et † illũ tex. intellige ſecundum l.plautius.§.item ſcinditur.eodem titu.

ADDITIO. Adde ꝙ plura ſimilia per illum tex.ponunt Alexan. & Iaſ. in l.non amplius.ff.de lega.j.Bar.Alexã. & Rip.in l.vbi pure.§.fi.ff.ad Trebel.Soci.in l.fructus.col.ij.& ibi Iaſ.col.fi.ff.ſol.matri. Iaſo.l.cum quædam puella.col.ij.verſic.tertio cum.ff.de iuriſdi.om.iudi.late per And. Tiraquel.in tract.de retractu conſangui.§. xv.gl.j.nu.5.poſt eos quos allegat. Et adde ſupra ſingul.cciij. Nicol.Pig.

1 *Teſtator ſi vni leget fundum, item eidem æſtimationem vſusfructus omnium bonorum ſuorum, an legatarius habere debeat æſtimationem vſusfructus dicti fundi.*

249 Lego Titio fundum, item † eidem æſti
1 mationem vſusfructus omnium bonorum meorum: debebit ne Titius habere æſtimationem vſusfructus dicti fundi ſpecialiter ſibi legati? legiſta induceret materiam.l.meuius.§.ſi duobus.ff.de leg.ij.duarum cauſarum lucratiuarum.nihilominus cõtrarium eſt verum: quia debet habere æſtimationẽ vſusfructus etiam fundi.caſus eſt ſingularis in l.ſi alij.§.rerum.ff.de vſufru. Nic.Pig.

ADDITIO. Ad iſtud faciunt quę dicit idem met Ludo.conſi.ſuo cccviij.incip. pro habenda plena deciſione.in ij.col.

1 *Proteſtationem eſſe mihi factam an per meũ iuramentum probetur.*

250 Tu repetis rem commodatam.ego dico mihi proteſtatum per legitimam perſo-
1 nam. an † hoc probetur per iuramentum. dic ꝙ ſic:caſus eſt ſingularis, in l.ſi quis.ad fi.C.depoſi.& ibi Bar.

ADDITIO. Adde eundẽ Ro. & ibi doc.in l.non ſolum.§.morte.ff.de dã. infe.& in c.cum M.de conſtitu.Iaſ.in l.ſi fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſda.cogan. Et caſus in quibus iuramentum faciat probationem collegit Hippol.de Marſi.in rubri.C. de proba.col.xxij.& ſeq. Nic.Pig.

1 *Mulier ſecundo nubens infra annum luctus, punitur: & quid ſi nubat de conſenſu mariti vel filiorum primi matrimonij, an euitet pœnas?*

2 *Mulier ſecundò nubens facit iniuriam animæ primi mariti.*

251 Tu ſcis, ꝙ ſi mulier † nubat ſecundo vi
1 ro infra annum luctus punitur pœnis, de quibus in l.j.C.de ſecũ.nup.de iure ciuili. poſt annum vero pœnis de quibus in l.fœminæ. & l.generaliter.C.eo.ti. Sed pone ꝙ mulier nubat ſecundo de conſenſu mariti in teſtamento dantis licentiam, an tales pœnæ habeant locum? Bald.ponit in l.filium quem habentem.C.famil.herciſ.& in l.j.C.de ſecun.nupti.& quicquid ipſe dicat, do vobis veram concluſionem: ꝙ aut maritus permittit ꝙ nubat infra annum, & tunc non euitat pœnas iuris.& moueor ratione, quia nubere infra annum eſt contra bonos mores de iure ciuili. caſus eſt ſingularis in d.l. j.(ibi:ne in his in quibus correctionem morum,)ſed in hoc teſtator non poteſt diſponere, vt l.turpia.& l.ſi quis inquilinis.ff.de de lega.j. Aut de ꝑmiſſione viri nubit poſt annũ, & tali caſu non incidit in pœnas. Bal. allegat.§.diſponat. in authẽ.de nup.qui nil facit.ego do glo.ſingularem in verbo, ſiue uiæ, in.§.vnum itaq;.in authen.eo. & ꝙ ſit vera probatur; ratio, quare mulier, ſi poſt
2 annum nubat, punitur, eſt: † quia facit iniuriam animæ primi mariti per ſecundas nuptias.in authen.de nup.§.quæ vero.verſic. nos igitur. ſed marito permittenti nulla fit iniuria: vt l.j.§.vſque adeo.ff.de iniur.& in regula ſcienti.de regul.iur.lib.vj.ergo ceſſat pœna. Sed quid ſi nubit de conſenſu filiorum primi matrimonij? Ange.in l.mater.C.ad tertul. dicit matrem euitare pœnam.alleg.glo.ſingularem.in authen.de nõ eligen.ſecun.nuben.§.j.in verſi.copulãtur. & per hoc conſului Florentiæ. Moueor & ratione: quia per ſecundum matrimoniũ facit iniuriam filijs primi matrimonij.§.proſpeximus itaq;.de non eligen. ſecundo nuben.& in authenti.de nup.§.ſoluto.ſed hoc ceſſat filijs cõſentiẽtibus, ergo ceſſat pœna.

ADDITIO. Et idem Ro.conſi.ccxix.ex themate.col.j.Cremen. ſingul. lxxiiij.ſi maritus.Cæpol.caute.ccxxxviij. ſi mater.Soci.in tracta.fallen. regu.cclxxij. Iaſo.in d.l.filium quem.col.v.Nicol. Buer. in loco a lege ad teſtatorẽ. Ioan. Coraſ.lib. iij.miſcella.c.j.late Deci.in rubr.C.de ſecũ. nup.& conſil.ccvj.& Nicol.Boer.deciſio. clxxxv.quo ad ſecũdam. poſt multos quos allegant.& diſcrepant ſolum in primo caſu.& Ioan.Dura.de arte teſtan.titu.de lega. caut.xviij.mulier. Nic.Pig.

1 *Fideiuſſoris datio pro dote reſtituenda, an faciat ceſſare beneficium authen. res quæ. C. communia de leg.*

2 *Dotis conditio per mulierem fieri nequit deterior.*

252 Ego habui caſum mirabilem in materia authen. res quæ. C. communia de leg. dedit enim maritus fideiuſſorē pro dote reſtituenda ſecundum formam ſtatuti Florentinorū: mortuo viro in caſu reſtitutionis do-
1 tis: dubitatur, an † datio fideiuſſoris faciat ceſſare beneficium illius authen? Facio rationes: primo, patrimonium fideiuſſoris & principalis efficitur vnum vt l. ſi plures. §. præterea. ff. de fideiuſſo. ergo ſi ſupereſt de patrimonio fideiuſſoris non habet locum beneficium illius authen. Secundo, inuecta, & illata ſunt tacite obligata pro penſione. §. item ſeruiana. inſtitu. de actio. ſed hoc facit ceſſare datio fideiuſſoris. l. penul. ff. qui. mod. pigno. vel hypo. ſol. ergo & hoc caſu. non enim alia de cauſa poteſt dicta authen. habere locum, ꝙ fiat ſolutio de bonis reſtitutioni ſubiectis, niſi quando vxor non habet aliud remediū, ſed hæc ratio ceſſat hoc caſu, ergo &c. Tertio mouebar per caſum ſingularem in l. j. §. illud ſciendum. ff. de ſeparatio. datio enim fideiuſſoris facit ceſſare beneficium diuiſionis, ergo & idem hoc caſu. Penultimo facit l. fi. C. de pact. conuen. in ratione ſui. Poſtremo allegabam l. & habet. §. cum quis. ff. de præca. quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis. Sed glo. ſingu. in d. l. fi. dicit ꝙ prouiſio mulieris non facit ceſſare prouiſionē legis.
2 facto † enim mulieris non poterit fieri deterior cōditio i dote mulieris. l. atilicinius. ff. de pac. dota. cum ſimil. & pro certo illa glo. veriſſima fecit me non conſulere.

ADDITIO. Et ꝙ iſto caſu habeat locum hæc auth. tenet magiſter meus in authen. res quæ. colum. xj. verſi. xv. extende. Pau. de Ca. in conſi. xiij. quia per ſupraſcriptum ad fi. & plenius conſil. cxxx. circa ea quæ ſuperius, vbi pro hoc adducit ſex principales rationes.

☞ Et opi. Roma. hic tanquam magis fauorabilem mulieribus diſputat, & tenet Ioan. Lup. in repe. rub. de dona. inter vir. et vxo. §. xiiij. & ſuper tex. §. xj. Nic. Pig.

1 *Sententia ſi caſſetur, vel nulla pronuntietur ad eius petitionem, cuius nil intereſt, an proſit illis, quorum intereſt?*

253 An ſi ſententia caſſetur, vel pronuncie-
1 tur, † aut nulla declaretur ad petitionē eius cuius nil intereſt, proſit illis quorum intereſt? Dic ꝙ ſic: ſecundum Inno. ſingulariter in c. in noſtra. de procurat. allegat l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffi. teſta.

☞ ADDITIO. Et idem Ro. conſi. cccxlvij. quo ad. in fi. Et circa intellect. d. §. ex his. vide ibi Bar. & alios. Corſe. verſi. ſententia. xiiij. tu habes. eundem Rom. Alexan. Iaſo. & alios in l. ſi titius. ff. de verbo. oblig. late Alexan. in l. ſæpe. nume. 30. ff. de re iudica. Nico. Pignol.

1 *Procurator primus per conſtitutionem ſecundi reuocatur. Et quid ſi duo inſtrumenta procuratoria eodem die confecta producātur, ita quòd non appareat, vtrum prius fuerit factum, quòd præferendum?*

254 Tu habes ꝙ per conſtitutionem ſecun-
1 di † procuratoris primus reuocatur. vt in c. non iniuſte. de procura. l. ſi quis cum procurator. ff. de procurato. Quid ſi producantur duo inſtrumenta procuratoria eodem die confecta, ita ꝙ non appareat quod nam prius factum fuerit: quod præferatur? Et videtur ꝙ vterq; admittatur, cum hoc ſit domino vtile. vt l. j. ff de procurat. melius enim & cautius tractabūt cauſam, cum melius quatuor oculi, quam duo, videant. ut in c. prudentiam. de offi. delegat. Secundo videtur ꝙ idoneor admittat. vt l. in reficiendo. ff. de dam. infe. l. ſi plures. ff. de accuſ. In contrarium videtur, ꝙ propter incertitudinem mutuo confundantur. argu. l. duo ſunt titij. ff. de teſta. tu. & l. quotiens. ff. de vſufr. Hæc q̄ſtio fuit Romę inter dominos meos. & quidam aduocati allegabant, quod dicitur de duobus teſtamentis per Bar. in l. j. §. ne autem. ff. de bono. poſſ. ſecundum tabu. & l. fi. C. de edic. di. & glo. in c. duobus. de reſcrip. libro vj. Sed demum ego comperi quæſtionem in proprijs terminis. per Ioan. And. in addi. Specu. titu. de procurato. §. ratione. col. pen. verbo, de hoc dicentis, quod iſti mutuo ſe confundunt. ſecundum glo. ſingularem in c. ſi quis iuſto. de elec. lib. vj. & ita fuit Romæ deciſum.

ADDITIO. Adde Dominicum in c. ſi duo. in prin. in iij. col. de procur. in vj. & Oldra. conſil. j. in iij. col. facit quod not. Bar. in l. j. circa medium. ff. de procura. allegando l. duo ſunt titij. de teſta. tut. Sed iſtud limitatur duobus modis per Sande. in c. im

putari.in princi.de fide inſtru.vt procedat niſi in vno inſtrumento daretur minor poteſtas q̄ in alio:ſecundum Bal.in l.falſus.in xiij.col. verſi.ſcias etiam. C.de fur.per l Sē pronius.de leg.ij. Secundo procedit,niſi in aliquo illorum inſtrumētorum eſſet clauſula non per hoc reuocando aliquem alium ſuum procuratorem ſecundum Ioan.And. in d.verſi.item ꝙ licet plures.

☞ Adde ꝙ iſtud fuit originale dictum Oldra,conſi.j.col.ij.verſic.attentam. quem ſequuntur idem Ioan.And. & docto.in d.c.ſi quis iuſto. Alex.in l.ſi quis ante.& ibi Soc. in ij.notab.ff.de acqui.poſſ.Hippo.in rubr. C.de probatio.col.lxiij.late Nic.Boer.deciſio.parlamen cccxj.d.Petrus poſt eos quos alleg. Nicol.Pigno.

1 *Limitatio ad l.ſi.ff.de hæred.inſti.*

2 *Teſtamentum ſecundum a teſtatore falſo rumore ducto confectum, comperta rumoris falſitate eſt inualidum quo ad inſtitutionem, & etiam quo ad legata, ſi ea adeò magna ſint,quòd quaſi totam ſubſtātiam exhauriant.*

255 Item limita l.ſi.ff.de hære.inſti.dum† di
1 cit, quod ſi teſtator facit ſecundum teſtamē tum falſo rumore ductus,comperta rumo-
2 ris falſitate ſecundum teſtamentum† eſt inualidum quo ad inſtitutionem hæredum legata autem firma remanent. Vt illud ſit verū,niſi legata adeo magna eſſent,ꝙ exhaurirent quaſi totam ſubſtantiā defuncti.tunc enim vitiatur ſecundum teſtamentum etiā quo ad legata.hoc dicit Bart.ſolum in vno loco ſingulariter, ſcilicet in l.demōſtratio. §.quod autem iuris.ff.de condi.& demon.

☞ ADDITIO. Adde circa intellectum illius l.fin.docto.in d.l.ſi.Bartho.Soci.poſt alios in d.§.ꝙ autem.Rip.in l.ſi vnquam.q.xvij.C.de reuo.dona. Nic.Pig.

1 *Hoſpitalitatum præteritorū annorum æſtimatio an peti poſſit ab eo, cui promiſſum fuit, quòd omni anno bis certo loco hoſpitabitur,ſi per plures annos, illuc non venit?*

256 Veni qua.promitto ego Senēſis te Floretinum omni anno bis hoſpitari, accidit ꝙ pluribus annis Senas non venis. & propterea petis æſtimationem hoſpitalitatum
1 annorum præcedentium, quæritur an poſſis.quilibet dicere ꝙ ſic per titu.ff.de ali.et ciba.leg.l.is cui annua. vbi de hoc videtur tex. Sed contrarium eſt verum ſecundum Ioan.And.in addi.Specu.in titu.de cenſi.§. ſi.in addi.maiori. vbi refert ita diſputaſſe Ricar.Malum. & Mar.Sil.ſuos magiſtros in l.quod nota. Et per dicta ibi per Io.And. feci fundamentum in vno meo conſilio his diebus procedendo de ſimilibus ad ſimilia.

☞ ADDITIO. Quod conſi.eſt nume.417.in propoſito col.j. Nicol.Pigno.

1 *Compenſationi an in decimis ſit locus.*

257 An ſit locus compēſationi† in decimis?
1 dic ꝙ non.glo.eſt ſingularis in verbo,tributa.in c.decimæ.xvj.q.j.

☞ ADDITIO. Adde ꝙ eſt duplicatum, vt infra ſingulari cccccij.an ſacerdoti. Nicol.Pig.

1 *Vxor ſi virum ſemper frigidum fuiſſe alleget, ipſe vero dicat frigiditatem poſt matrimonium proueniſſe, cui incumbat onus probandi ipſam frigiditatem?*

258 Item quæro: quæſtio vertitur inter vi-
1 rum † & vxorem:quia mulier dicit eū eſſe frigidum,ipſe dicit frigiditatem proueniſſe poſt matrimonium, & carnalem copulā: ipſa dicit ꝙ non,quia ſemper fuit frigidus: cui iſtorum incumbat onus probandi frigiditatem? dic ꝙ mulieri. glo.eſt ſingularis. in c.quod autem.xxxiij.q.j.

☞ ADDITIO. Et in dubio præſumitur frigiditatem præceſſiſſe matrimonium. Hoſtien.in ſum.§.quæ potentia.verſ. quid ſi dubitetur. Et Deciſio.capel.Tholo. ccclxxx.iij.dubio.& ibi Steph.Aufr.N.P.

1 *Statuto Senenſi dictante quòd damno dato ſtetur iuramento damnum paſſi,an ſi Florentinus Senis conueniatur ratione delicti,poſſit iuramentum deferri ad fundandam intentionem actoris Senenſis?*

259 Aliud dico, cōceſſum eſt priuilegium a Papa vel Imperatore, q̄d quis iniuriā tibi factam poſsit per ſuū iuramentū probare,
1 vel pone,ſtatutū eſt † hic Senis, ꝙ de dāno dato ſtetur iuramento damnum paſsi:an ſi Florentinus hic conueniatur ratione deli-

ſti, poſsit dictum iuramẽtum deferri ad fundandam intentionem actoris Senenſis? Dic quod non: ſecundum Ioan. Andr. referẽtem ſe ita diſputaſſe in c. Romana. de foro compet. lib. vj. in nouella. & hoc dictum ſolum Bald. notum fuit inter legiſtas in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtil publi. Facit quod notat Bar. in l. ſolent. ff. de alimen. & ciba. lega. & per Bal. in l. j. C. de reb. cred.

ADDITIO. Adde Bald. in l. j. in ij. col. C. de leg. & ibi hoc tenet Cy. idem Barto. in l. quanuis. ff. de dam. infec. & in l. eum qui. C. de procura. & vide ibi omnino Alexan. & Gemi. in §. contrahentes. hic alleg. col. ij. verſi. & ex iſto.

☞ Hoc commu. ſequuntur docto. in d. §. cõtrahentes. & Franc. Rip. in l. damnum. col. penul. ff. de dam. infe. Ncol. Pig.

1 *Vulneratus mortaliter, ſi ab alio realiter interficiatur, primus vulnerator de morte non tenetur.*

260 Quidã fuit vulneratus mortaliter per
1 ciuem magnum, & diuitem: & ſcis † quod eſt pœna mortis: ſtabat autem ille, qui fuerat vulneratus, proſtratus in via publica. familiaris illius ciuis iuit, et occidit eũ realiter: nos liberauimus ciuem illum, per l. itẽ mela. §. Celſus ait. ff. ad l. Aquil. & ſemel vidi Angel. ibi. & dicit, alias eundem caſum fuiſſe Florẽtiæ. & ex hoc lucratus ſum vnã cappam de ſerico.

☞ ADDITIO. Adde Cremen. ſingul. ſuo lv. Fely. in c. de cætero. de homi. Iaſo. in l. ſi ab hoſtibus. poſt Alex. ff. ſolu. matri. Conciuem meum Cæpo. in caute. v. verſi. quidam. Hippoly. de Marſil. in l. j. limita. xv. ff. de ſicar. & in l. nihil. nu. 18 eo. ti. & in §. opportune. col. ij. Ioan. Lupus in repeti. rubri. de dona. inter vir. & vxo. §. lxx. col. penul. late per Ludo. Carer. in tracta. de homicidij. in. §. j. in iiij. q. poſt multos quos allegant. In quibus locis habebis verum intellectum. d. §. Celſus. & aliarum legum quę videntur contrariari. d. §. Celſus. Limita iſtud ſingul. quo ad irregularitatem incurrendam. Nic. Pigno.

1 *Iudex an vti ſuſpectus poßit a parte recuſari, ſi aduerſarius ad eius aurem loquatur?*

261 Nunquid, ſi aduerſarius meus loquatur
1 † ad aurem iudicis, poſsit vti ſuſpectus recuſari? Dic ꝙ poteſt ille iudex ſuſpectus recuſari. ſecundum Specu. ſingulariter in tit. de poſi. §. vij. verſic. quid ſi ponens. allegat duos text. qui parum faciunt. c. cum ex iniuncto. de hæreti. xj. q. iij. c. nolite. el ij.

ADDITIO. Adde ꝙ iſtud tenet do. Anto. & alij doct. in c. accedens. vt lite non conteſta. tenet Phil. in ti. de appel. c. poſtremo. col. penul. vbi eleganter ponit quadraginta cauſas, quibus poteſt recuſari iudex inter quas ponit iſtam, & limitat niſi iudex releuet illud ꝙ dixit ſibi pars.

☞ Sequitur Ioan. Arno. problem. vij. Lanfran. in c. quoniam contra. verſi. recuſationes. in ſi. Rober. Maran. in Specul. aureo in materia appella. verſi. recuſatio. Nic. Pig.

1 *Depoſitarius tenetur de dolo, & lata culpa, commodatarius etiam de leuißima: & quo caſu hoc fallat.*

262 Depoſitarius tenetur de dolo & lata
1 culpa: † commodatarius etiam de leuiſsima l. contractus. ff. de regul. iuris. Intellige: niſi deponerem rem cuſtodiendã arbitrio tuo: tunc enim depoſitarius non tenetur de lata culpa, nec commodatarius de leuiſsima, ſi pariter illam in ſuis adhibuit. Bar. ſingulariter in l. j. col. ij. verſic. item oppo. ff. de ſolu. hoc tenet per illum tex. & ibi gloſ.

☞ ADDITIO. Quę ſequitur Caſtren. Imo. Alexan. ibi in additio. Bal. in l. j. ij oppoſi. C. de his qui pœ. no. Alex. conſil. xlvij. circa primum. nu. 7. lib. j. Deci. in d. l. contractus. num. 35. & ibi do. meus Cagnol. nume. 38. Nico. Pigno.

1 *Tabellio compellitur conficere inſtrumenta ſi rogetur, & quid ſi mandato ſuperioris nolit conficere, qua pœna puniatur?*

263 Tabellio compellitur conficere inſtru-
1 menta † ſi rogetur. quid ſi mandato ſuperioris, nolit notarius conficere, qua pœna puniatur? Dic, quod priuatur officio tabellionatus, ſecundum Bal. in l. prouidendum. C. de poſtu. per illum tex. bene probantem.

☞ ADDITIO. Et l. placuit. in ſi. C. de colla. fun. patri. lib. xj. Idem Roma. in l. j. in princ. col. iiij. ff. de arbi. Alex. in l. j. C. de tabu. lib. x Soci. in regula ccccxxxv. fallen. iij. Ioan. Arnon. problema. viij. Matthę. de Afflic. in. §. poteſtas. col. iiij. quæ ſint regal. Et vltra priuationem eſt periurus, vt per Hoſtien. in ſum. de fide inſtr. §. quibus.

verſic.ſed hi.Deci.in l.inuitus.ff.de regul. iur.& in c.quoniam contra.col.iiij.de proba.vbi limit.ſecus,quando multitudo agendorum ipſum impediret. Secundo limita,ſi rogaretur ſuper contractu illicito:quia tunc puniretur ,vt infra ſingul.ccclxxxv. pone. Tertio limita,vt infra ſing.cccliiij. tu habes. Quarto limita , quando prælatus,aduocatus,vel clericus factus fuiſſet.c. §.de ſimo.c.ſicut.ne cleri.vel mona. vt per Soci.vbi ſupra. Nico.Pig.

1 *Doctores ſalariati ſi a ſtatuto prohibentur ne vadant ad allegandum , ſeu aduocandum , ſi contrafaciant qua pœna puniri debeant .*

264 Prohibet ſtatutum, ne doctores † ſala-
1 riati vadant ad allegandum ſeu aduocandum:quid ſi aduocent vel allegent qua pœna punientur? Dic quod debent deponi a matricula aduocatorum , & priuantur ſalario illius anni. ſecundum Bal.ſingulariter in l. placet.per illum tex.in fi. C.de epiſ.& cle.

ADDITIO. Quem ſequit Felyn.in c.ex literis.col.iij.vbi plura ſimilia ponit,& ibi Deci.iiij.notab.de conſti.Et ſi ſtatutum prohibeat aduocare, num prohibeat allegare in ſcriptis? Iaſon. in l.j.ff.de verbo.obl.Et quid ſi ſint ſalariati Albe.de Roſa.in j.parte ſtatu.q.clxrj.

1 *Hæres lucratur fructus perceptos iudicio teſtatoris , nec veniunt in reſtitutione , niſi patrimonium teſtatoris pro magna parte caſu fortuito periret.*

265 Tu ſcis , quod fructus perceptos iudi-
1 cio † teſtatoris hæres lucratur, nec veniūt in reſtitutione,l.in fideicommiſſariam.ff.ad Trebel.Quod limita,vbi patrimonium teſtatoris periret pro magna parte caſu fortuito:tunc enim quatenus diminuitur eatenus tenetur reficere.caſus eſt ſingularis in l.ſcribit celſus.ff.ad Treb.quod eſt notabile.

ADDITIO. Adde quod illū text. dixit ſingul.Bar.ibi & Ang.prout eum refert Alex.in d.l.in fideicommiſſariam.col. iij.verſi.item pro ampliatione.& ibi Fran. Rip. in xiij.limita.j.regulæ. Soci.in regula clxxij.fallen.j. Limita illam l.non procedere in liberis primi gradus.ſecundum Bartol.& Alex.vbi ſupra.Et eundem Alexan. in l.poſtulante.§.j.eo.ti. Cōtrarium tamen tenent cæteri,& eſt verior in puncto iuris, vt per Rip.poſt Raph.vbi ſupra.in vij.fallen.ad l.iubemus.C.ad Treb.nu.34. N.P.

1 *Iudex nunquid poſſit denegare copiam allegationum iuris alteri parti.*

2 *Ludouicus Roma.fuit doctoratus Bononiæ.*

266 Fui interrogatus dominus meus Ioan. de Imo.(tunc eram ſcholaris Bononiæ)nū-
1 quid † iudex poſsit denegare copiam allegationum iuris alteri parti?Et obmutuit:&
2 dum † poſtea redij ad me doctorandū Bononiam,& me de hoc interrogauit: qa fuit ſibi dictum me reperiſſe theoricam Innoc. quod iudex nō compellitur dare parti aduerſæ copiam eorū, quæ ſibi dantur ad inſtructionem iudicis.in c.per tuas.de teſtib. aureum dictum eſt,& digito ligādum,quod ſibi placuit dum dixi.

ADDITIO. Adde quod doctor, etiam Moderni ſequuntur Innoc.in d.c.per tuas. videlicet quod copia interrogatoriorum non eſt danda parti vt euitet occaſio malignandi.Adde glo.idem tenentem in c.ij.verſic. interrogatoria.de teſtib.lib.vj.& ſentit gl. in c.imprimis.in verſi, præſente.iij.q.j.quā no.Bal.in l.data opera.col.xix.C.qui accuſa.idem tenet Spe.in titu.de teſte.§.iam de interroga. in prin.& Ang.allegando Inno. vbi ſupra.in l.quicquid.ff.de iudi.& Bald. in l.ij.C.vt lite pen.Et nota quod licet Innocē. nō loquatur in allegationibus prout loquitur Roma.hic tamen ponderat Rom.illud quod dicit Innoc.interrogatoria dantur ad inſtructionem iudicis. Ideo non eſt opus dare copiam parti.Et idem vult eſſe in allegationibus quæ etiam dantur ad inſtructionē iudicis.Dicit tamen Inno.vbi ſupra , quod nō peccaret iudex ſi daret dictam copiam. ſed in hoc reprobat Card.ibidem dicens ſignāter quod immo peccaret, & quod propter hoc poſſet appellari,quia conſuetudo cauſarum repugnat niſi alia pars conſentiret, ſed cōſentiens eſſet parum cautus ſecundū Imo.in d.c.per tuas.vbi dicit Bal.quod nomina teſtium bene debent edi. allegat gl.in l. j.§.editiones.ff.de eden.Adde tamen quod magiſter meus in l.is apud quem,col.iij.verſi. vltra ſcribentes.C.de eden.tenet oppoſitū videlicet quod immo iudex tenetur dare copiam allegationum parti petenti.Et dicit quod reperijt contrarium tenere practicum Papi. in for.pe.cop.inſtru.circa prin.vbi formaliter tenet quod quemadmodum de omni-

bus actis debet fieri copia parti,ita de allegationibus iuris & conſilijs ne iudex circunueniatur ex falſis allegationibus.l.j.C.ſi ex fal.alle.& l.ſi quis obrepſerit.ff.de falſis. & confirmat per duo bona fundamenta quæ videre potes. Deinde reſpondet Innocē.in d.c.per tuas.ꝙ loquitur in his quæ dantur ad inſtructionem examinatoris, & ſic in interrogatorijs in quibus verum dicit nō aūt loquitur de allegationibus iuris.

☞ Idem Roma.in l.j.§.edenda.ff.de eden. Alex.in l.iubemus.C.de iudic.Deci.in c.j. col.xxvj.de probatio.& in l.ij.C.de eden. vbi cæteri Moder.communiter ſequuntur: dummodo pro iudicis alleuiatione fiant, eiq; data ſint: ſecus ſi iudex velit ea redigi in acta,vel in actis producta ſint. Nic.P.i.

1 *Arma portare eſt prohibitum,& an ſi ruſticus ea ferat, puniatur eadem pœna, qua cæteri.*

267 Prohibitum eſt arma portare.l.j.ff.ad l.iuliam.de vi pub.& in authenti.de armis.
1 Sed † quid de ruſtico:an ſi portet arma puniatur ea pœna,qua alij? Dic quod eſt pœna perditionis armorū, vel ſolutionis xx. librarum.caſus eſt ſingularis in c.j.§.ſi quis ruſticus.de pace tenen.in vſib.feud.

☞ ADDITIO. Expone vel id eſt &,vt per glo.& Afflic.in d.§.ſi quis ruſticus. Et adde Iaſ.in.§.ex maleficijs.col.xiiij. inſtitu.de actio.Hippol.de Marſil.in practi. crimi.in.§.& pro complemento.col.j.dicēs iſtud ſeruari de conſuetudine.Auguſti.Ari. in trac.de maleſi.in verbo,dictus Andreas. Et de materia armorū ponit Spcin.in regula.xxx.& dicam infra ſing.cccccLxviij.inſultus. Nic.Pig.

1 *Occidens ſemetipſum an debeat carere ſepultura.*

2 *Sepultura carere in quibus caſibus quis debeat remiſsiue.*

268 Fui interrogatus:an occidens ſemetip-
1 ſum † debeat carere ſepultura? Dic ꝙ ſic:
2 xxiij q.v.c.placuit. Alios caſus eorum, † q debent carere ſepultura,vide per gl.& docto.in c.ex parte.il ij.de ſepul.

☞ ADDITIO. Vbi allegant d.c. placuit.& in c.j.& ij.de torneam.Ioan.Arnon.problema.iiij.Iaſo.in l.j.col.j.C.de ſeruis fugi.& in l.ij.col.ij.C.qui teſta.fac.poſ. Pala.Ruui.in repe.rub.de dona.inter virū. §.lxx.col.ij.intelligens quando eccleſię de hoc conſtet:alias ſecus,c.a nobis.de ſenten. excom.c.ſi.de ſepul. Nic.Pig.

1 *Vſura an ſit permiſſa,de hoſte ad hoſtem?*

269 An extra caſus dotis ſit vſura permiſ-
1 ſa? † Dic quod ſic:de hoſte ad hoſtem. caſus eſt ſingularis.xiiij.q.iiij.c.ab illo.qđ no.

☞ ADDITIO. Adde ꝙ commu. opin.eſt in contrarium ꝙ immo ſit prohibitum,vt per Ioan.de Ana.& ibi late Auguſ. Bero.nume.114.in c.j.de vſu.poſt eos quos allegant. Et adde etiam Hoſtien.in ſum.eo. titu.§.an aliquo.viij.fallen. docto.in d.c.ab illo. Ioan.de Arno.problema.v.Soci.in tracta.fallen.regu.iij.caſu xxix. Et adde aliū caſum infra ſing.cccxlj.ſcholaris. Nic.Pig.

1 *Prælatus ſi non ſoluat canonem pro re,quā eccleſia habet in emphyteuſim, an eccleſiæ præiudicetur?*

270 Tu habes, ꝙ omittendo poteſt prælatus præiudicare eccleſiæ: licet non faciendo. vt l.iubemus nullam.C.de ſacroſan.eccle.per Canoniſtas in c.delictum.de regul. iur.lib.vj.in c.cum dilectus.de ordi.cogni. & in c.j.de dolo & contu. Sed quid ſi prælatus non ſoluit canonem pro re quam ec-
1 cleſia habet in emphyteuſim: † an præiudicetur eccleſiæ.per c.potuit, de loca.& l.ij. C.de iure emphy? dic de hoc eſſe caſum ſingularem, in c.j.§.ſi.de capi.Corra.in vſib. feud.diſtinguentem:per quem ita conſuluit: priuatur enim in vita: poſt mortem autem eius reuertitur ad ſucceſſorem.

☞ ADDITIO. Adde ꝙ in ingratitudine prælati per illum tex.conſuluit: cuius conſ.eſt nume.284.triplici.de quo per Rip.in l.ſi.q.iij.C.de reuoc.dona. Sed in emphy.iſta fuit opinio Ioan.And.in c.conſtitutus.de relig.domi.vt per Abb.in c.j.nume.18.de dolo & contu.pro qua eſt l.ij.C. de fund.patri.lib.xj.Sed idem Abb.in d.c. conſtitutus. vbi plures citat, tenet contrarium.& eſt commu.opi.vt per Bal.& ibi Iaſo.col.penul.l.placet.C.de ſacroſan.eccleſ. Iaſ.in l.ij.col.xiij.q.x.C.de iu.emph. Et de illo tex.vide Bald.& alios ibi. docto.in c.j. de dolo & contuma.in c.verum.de foro competen. Nico.Pig.

1 *Prælatus an in dubio præſumatur quæſiuiſſe de bonis eccleſiæ?*

271 Tu habes gl.in authen.licentiam.C.de
1 epiſco.& cleri.an prælatus † præſumatur quæſiuiſſe de bonis eccleſię.per Cano.in c.j.& iij.de pœni.& remiſ.per Inno.in c.cum in officijs, de teſta. Quid in dubio propter duplicem præſumptionem cõtrariam? tex. eſt ſingularis,per quem ſæpe cõſului:ꝙ tũc diuiduntur res ſecũdum ratam patrimonij eccleſiæ,& hæredum prælati.xij.q.iiij.c.ſacerdotes.ſecundum lec.ibi.glo.in fi.

☞ ADDITIO. Adde ꝙ conſi.Roma.eſt nume.159.ſuper eo.in j.membro. & conſi.cccxlvj.col.fi.Abb.in c.cum eſſes.colum.xj.de teſta.& in c.vt vnus.in fin.de pecu.cleri.conciuis meus Cæpo. conſi.ciui.lj. in cauſa.col.pen. Nico.Pig.

1 *Reſtitutio in integrum ita competit eccleſiæ,ſicut minori. Quæ infra quatuor annos a tempore læſionis, & mortis prælati,cuius facto læſa eſt eccleſia,peti debet.*

272 Ita eccleſiæ competit † reſtitutio in inte
1 grum,ſicut minori.cle.j.de in integ.reſtitu. quæ tamen debet peti infra quatuor annos a tempore læſionis & mortis prælati,cuius facto ięſa eſt eccleſia.& hoc vltimum addo ſingulare ad dictam cle.j.& ita conſului in caſu hoſpitalis Senarum.ſecundum Innoc. in c.cum ex literis,de in integ.reſti.allegat text.opti.xvj.q.iij.c.ſi ſacerdotes.& iſtud ſequitur glo.fina.in c.j.de in integ.reſti.lib.vj.nota iſta:quia quotidiana,& ſæpe interrogaberis.

ADDITIO. Adde ꝙ contra iſtud dictum Ludo.tenent Archi.Ioan.And.& cõmuniter alij in c.j.de reſtitu.in integ.lib.vj. quia tempus vitæ prælati alienantis vel aliter lędentis eccleſiã non ſubducitur de quadriennio reſtitutionis petẽdę.Sed bene ſubducitur de tẽpore præſcriptionis,quia hoc exprimit.d.c.ſi ſacerdotes.dicitur tamẽ ibi ꝙ eccleſia in hoc videtur eſſe deterioris cõditionis ꝙ̃ minor vel filiusfa.quia nõ prius contra ipſum præſcribitur quam ſuæ poteſtatis eſſe incipiat,ita dicit glo.in d.c.ſi ſacerdotes.per l.quicunq;.C.de bo.quæ libe. Sed reſpõdetur ꝙ in præſcriptione verum eſt,vt ſupra dixi,pro hoc tamen videtur facere conſi.Ioan.Cald.in titu.de præſcrip.ꝙ eſt conſi.iij.vbi dicit ꝙ cum prælatus cõcedit exemptionem non ſubducitur tempus quo vixit licet ſecus ſit cum malę alienat.

☞ Adde ꝙ conſil.Roma.eſt nume.cccc vlj. cum præſupponatur,in fin.& hanc tenuit Imo.Domi.in d.c.j.lib.vj.Card.in clemen.j.q.xxvj.eo.titu.Abb.in c.j.ij.notab.& ibi Augu.Bero.col.j.eo.ti.in antiquis.vbi dicit ꝙ pro hac conſuleret & iudicaret.Idem Bero.in c.de quarta.col.iij.de præſcrip.intelligendo quando prælatus iniuſte: & malę alienaſſet:alias ſecus. Et vide Bart.in l.qui fundum.§.ſi tutor.ff.pro empto. qui forte voluit allegare Inno.hic alleg.Et hæc opinio videtur mihi magis æqua:quicquid dicat compoſtil.meus.

1 *Compromiſſum fieri poteſt, cum clauſula quòd arbiter ferre ſententiam poßit partibus præſentibus, vel etiam abſentibus. Et an hoc caſu ſententia arbitri, ſit nulla, ſi non citet partes ad ſententiam.*

273 Compromiſſum eſt in arbitrũ cum clau
1 ſula,† ꝙ poſsit ferre ſententiam, etiam præſentibus partibus & ipſis abſentibus(quod eſt validum,vt l.diem proferre.§.ſi quis ex litigatoribus.ff.de arb.)an iſte arbiter ſi nõ citet partes ſententia ſit nulla? Dic quod partes citare debet: alias nulla eſt ſentẽtia. ſecundum Specu.ſingulariter in ti.de arbi. §.excipitur.in fi.verſi.ſed pone ꝙ ſit actũ. quod not.quia non eſt alibi,& ita ego pronunciaui.

ADDITIO. Ad iſtud facit, quia cũ citatio ſit de iure naturali non poteſt omitti,clemen.paſtoralis.de re iudi.optime facit,quia ſtatutũ dicens,ꝙ iudex poſsit procedere prout voluerit etiam de facto, non tollit citationem ad ſententiam audiendam vel alias citationes,& ſic ordinem iudiciarium datum a iure naturæ, ita voluit Bart. in extrauaganti ad reprimendam in verbo citatio.& conſuluit pulchre idem Lud.conſi.ccxcviij.incip.hæc ſententia.

☞ Sequitur Alex.in.§.ſi quis ex litigatoribus.l.diem proferre.ff.de arb.& in l.ſi quis arbitratu,in iiij.limita.ff.de verb.oblig.Fely.in c.cum olim.col.vij.de re iudic.Iaſo. in.§.in bonæfidei.nu.17.inſti.de acti.Blanc. in tracta.de compro.int.coniun.q.ix.numero 4.Hippol.ſingu.dcxxxiij.materia.Nic. Boer.deciſio.cclxxxiij.de prorogatione. Limita ſi dictum ſit partibus abſentibus,et non citatis.vt per Alex.Soci.& Iaſo.in prima limi.in d.l.ſi quis arbitratu.Hippol ſingul.clxxiij.ſiant.& Nicol.Boer.vbi ſupra. nume.38. Nic.Pig.

1 *Notarius an debeat ad petitionem teſtatoris*

lacerare primum teſtamentum ſi teſtator ſecundum confecerit ſuam primum reuocauerit?

274 Teſtator facit primum teſtamentum,
1 & poſtea † reuocat & facit ſecundum: an notarius ad petitionẽ teſtatoris debeat primum teſtamentum lacerare? Dic quod poteſt, neq; debet facere illud ſi non vult. Fui Romæ interrogatus & poſtea reperi Bar. etiam fuiſſe interrogatum, mirabile dictum Bar. in l. ij. §. ſi plura. ff. quemad. teſt. ape.

Bal. in l. vnica. C. de confeſſ. & in c. cum di-
lectus. col. viii. de conſue. Imol. omnino qui
ponit communem opin. in c. perpetuus. de
fide inſtrumē. per Rotam deciſio. cclxxxij.
incip. Licet quis.

☞ Adde practi. Papien. in libello product.

inſtru.in ff.Iaſo.in d.l.Titię textores.col.ij.verſic.tertio adde.Alexan.in d.l.ſi finita.§.Iulianus.in addi.Bart.col.iij.& in lect.poſt Roman.nu.27.ff.de dam.infec. Et de illo dicto Bar.in d.l.cum ſeruus.vide cumulata per And.Tiraq.in trac.de retra.conuen.§.iiij.glo.vj.nu.19.& ſeq. Nic. Pig.

1 *Vxor propter adulterium perdit dotem, & bona paraphernalia, quæ marito applicantur.*

315 Propter adulterium vxor † perdit dotē
1 quæ applicatur marito.ſed an perdat bona paraphernalia.vnam glo.habes mirabilem ꝙ ſic in c.plerunq;.de donatio.inter vir.& vxo.quam nota.

ADDITIO. Cardi.conſi.cxj.col.ij.& Sande. in c.paſtoralis.col.iij.circa med.verſi.mulier impudica.& ibi ad materiam c.plerunq;.hic alleg.& l.ex conſenſu.C.de diuor.quærit an iſtud habeat locum in vidua & in adulterata per vim.

Adde ꝙ illam glo.ſequuntur communiter docto.Iaſo.in l.fideicōmiſſum.C.de fideicom.docto.in rub.C.de eden.& in rub.de iudi.extra.Are.in tracta.malefic.in verbo,che hai adulterato.nume.17.Girar.Petraſan.ſingula.xlviij.ſcias.Hippoly.ſingulari ccxxxiiij.paria. Lud.Carrer.in tract.de homic.§.vj.nu.253.Et Nicol.Boer.deciſio.cccxxxviij.quo ad ſecundā.q ponit vj.vel vij.limit.ꝙ propter adulterium non perdit dotem nec paraphernalia. Nic.Pig.

1 *Procurator pro me agens ſi ſit reuocatus, & hoc ſciat iudex vel pars, cum eo geſta ſunt nulla, niſi illa reuocatio ad eorum notitiā poſt cōcluſionem in cauſa peruenerit, quia tunc valebit ſententia.*

316 Tu ſay, ꝙ ſi procurator pro me agēs eſt
1 † reuocatus, quæ reuocatio peruenit ad noticiam iudicis vel partis, geſta cum eo ſunt nulla. vt l.j.C.de ſatiſda.& in c.mādato. de procu.vbi de materia per gl.& doct.Quod eſt verum, niſi hęc reuocatio peruenerit ad noticiam eorundem poſt concluſionem in cauſa, quia tūc valebit ſententia cum eodē procuratore. caſus eſt ſingularis in c.auditis.de procura. & miror ꝙ non ponatur in illis locis.

ADDITIO. Et idem Roma, conſil.ccclxvij.circa primum.in iiij.dubio.

Et eſt ratio: quia concluſio in cauſa producit eundem effectum quem producit ſententia: vt & alias, vt per Ro.conſi.cccxlvj.in hac.nu.8.Fely.in c.cum dilectus.col.j.de fide inſtru.& per Hippol.in practi.crimi.§.ſequens.col.ij. Et adde x.fallen.ad regu.d.l.j.C.de ſatiſda. per Felyn.in c.ex parte decani.de reſcrip. Nicol. Pig.

1 *Nuncius Papæ falſe aliquem eius mandato citans tenetur pœna falſi criminaliter, & ciuiliter ad intereſſe partis.*

317 Hodie fui interrogatus: nuncius, ſeu cur
1 ſor † domini Papæ, citat aliquem eius mandato & falſo qua pœna teneatur? Dic quod tenetur pœna falſi criminaliter, & ciuiliter ad intereſſe partis. caſus eſt ſingularis in l.qui nomine.ff.de fal.

ADDITIO. Et ibi Bar.Alex.in additio. Bal.& doct.in l.fin.C.de exhib.reis. Iaſ.in.§.quadrupli.in iiij.notab.Inſtit.de actio.præcep.meus do.And.Alcia.in iij.regu.præſump.xiiij.præſump. Fran.Rip.in c.j.num.87.de iudi.vbi poſt ſupradictos doctio.diſputat de reali citatione.an valeat ſine mandato iudicis. Nic.Pig.

1 *Litium redemptor, & perpetuus litigator non poteſt eſſe teſtis, nec eſſe accuſator.*

318 Nunquid redemptor litiū.& continuus
1 † litigator poſſit eſſe teſtis? Dic quod non, nec etiam poſſet eſſe accuſator. caſum habes vnicum, iij.q.v.c.ſuſceptos.

ADDITIO. Habes ſimilem text.in c.nullus.ea.ca.& q.& illum tex.Anto.Cor.in no.ſuis in verbo teſtis.fatetur ſe didiciſſe ab And.Barba.doctore ſuo in c.teſtimonium.de teſti.col.xviij.

Adde etiam c.ſimiliter.ea.cauſa, & q6.quem allegat & ſequitur idem Roma.ſing.dccxxxviij.Et adde Ioan.Arno.probl.ix.Ioan.Crot.in tract.de teſti.in iiij.par.nume.182.Rip.in l.ij.col.ix.ff.ſolu.mat. Et eſt ratio: quia omnia mala ſciunt, & omnia mala faciunt.glo.in l.ab Anaſtaſio.verbo morantur.C.manda. Nicol.Pig.

1 *Inimicitia etiam ſi nouiter ſit reconciliata, tamen repellitur quem a teſtimonio.*

319 Iuno, (\[illegible\]c,cum l,& A,de re iudi.) dicit

1 †quod ſi ſit inimicitia nouiter ſublata & facta amicitia repellit quē a teſtimonio. Bald. in l. præſcriptione. col. antepe. nume. 36. cū refert. C. ſi contra ius vel vti. publi. Sed tu habes caſum vnicum in c. accuſatores. ij. iij. q. v. licet illud dictum reputetur ſingulare, tamē ego erubuiſſem ſi quis mihi allegaſſet.

ADDITIO. Sequitur Abb. in c. cum oporteat. nu. 6. de accuſa. & ibi Fel. col. vj. idem Fely. in c. eam te. verſi. infidelitas. ij. limita. de reſcrip. Hiero. Cu. in tracta. maleſi. in verbo. & ad quærelam. verſic. viceſimo repellitur. ad ſi. Alex. in conſi. xcix. in cauſa. colum. j. lib. j. Deci. in c. j. in j. lectu. colum. iij. & ibi Rip. numero 17. de iudic. Hippo. de Marſi. qui alios citat, in l. j. §. præterea. nume. 4. ff. de quæſtio. & in ſingulari clxxviij. inimicus. & faciūt quæ dicit in ſingulari ſequenti. Phil. in c. poſtremo. verſic. xxxv. de appell. præcep. mei d. And. Alcia. regu. ij. præſum. xj. d. Soci. Iun. cōſi. lxxvij. licet. nu. 42. lib. j. do. Hierony. Gigas in ſuo tracta. de crimi. læſæ maieſt. lib. ij. rub. quo, & per quos &c. q. ij. nu. 25. Nic. Pig.

1 *Teſtator, ſi alteri nepotum, leget mille, & alteri alia mille, vt æqualis cum eo ſit, primoq; poſtea legatum adimat in codicillis, an & ſecundo legatum ademiſſe cēſeatur,*

320 Habeo conſulere in caſu pulcherrimo:
1 teſtator †legauit mille nepoti ſuo, alteri vero nepoti, vt æqualis ſit cum altero nepote legauit alia mille, poſtea teſtator ademit primum legatum in codicillis: an cenſeatur etiam ademptum eſſe ſecundo nepoti? Reperi caſum hoc mane ꝙ ſic, et gauiſus ſum. caſus eſt ſingularis. in l. alteri. ff. de adi. le.

ADDITIO. Facit, quia in dubio pater præſumitur voluiſſe æqualitatem inter eos ſeruare cum eos æqualiter amare credatur, vt dicit Bar. in l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de leg. ij. Cum alijs de æqualitate ſeruanda inter fratres allegatis per Areti. conſi. j. col. iij. Soci. in l. j. nume. 8. ff. de reb. dub. Soci. Iun. conſil. clx. col. v. lib. ij. & Deci. conſi. lix. licet. col. ij. Nico. Pig.

1 *Exceptiones competentes principali proficiunt fideiuſſori & ſponte ſe offerenti non præcedentibus precibus debitoris.*

321 Tu ſcis, quod exceptiones competentes
1 † principali proficiunt fideiuſſori, vt l. ex perſona. ff. de fideiuſſo. & manda. an hoc habeat locum in ſpontaneo fideiuſſore non præcedentibus precibus debitoris? Dic quod ſic: caſus eſt ſingularis in quo iuriſperiti dubitauerunt. l. ſi mulier contra ſenatuſconſultum Velleianum. §. ſi. ff. ad velleia.

ADDITIO. Sequitur Bal. in l. j. verſi. quæro ſi ſuccurritur. C. eo. titu. late per Hippol. de Marſi. in rub. ff. de fideiuſſo. q. xxxvj. in prin. Vbi etiam late ponit quæ exceptiones competant fideiuſſori, & quæ non. &c. in q. xxxvij. Nico. Pig.

1 *Filiusfamilias in iudicio intereſſe non poteſt ſine cōſenſu patris, fallit tamen in caſibus, in quibus minor poteſt ſine tutoris autoritate eſſe in iudicio.*

322 Tu ſay. §. neceſsitate. l. non ſolum. C. de
1 bo. quæ libe. quod † filiusfam. non poteſt in iudicio intereſſe ſine conſenſu patris. Sed do regulam no. quod in omnibus caſibus in quibus minor habet habilem perſonā eſſendi in iudicio ſine autoritate tutoris. in eiſdē caſibus poteſt filiusfam. in iudicio intereſſe ſine conſenſu patris. & iſtud eſt aureum & ſingulare dictum Specu. in ti. de actore. col. xvj. nume. 45. verſ. ſed nunquid in caſibus, de quo habes glo. ſingularem in c. ſi. in ver. regulariter. de iudi. lib. vj.

ADDITIO. Gl. ſi. hic alleg. iſtud mihi non dicit. & videtur tenendum oppoſitū per tex. in. §. pupillus. inſtitu. de inuti. ſtipu. & in l. vlti. §. j. ff. de verbo. ob. quia alia eſt tutoris vel curatoris autoritas. & alia patris voluntas. ſed reſpondetur ſecundū Io. And. in additio. ad Spec. in loco hic allega. quod. §. pupillus loquitur. extra caſus permiſſos ad. §. j. reſpondetur quod ſi excluditur autoritas, quæ plus artat fortius ergo voluntas.

Adde Ang. Aret. in. §. actiones autem. colum. penul. & ſi. inſti. de actio. Socin. regula clj. fallen. xj. Iaſ. authen. quod locum. iij. notab. C. de colla. Gui. Pap. q. liiij. Matthæ. de Affli. deci. clxxx. Are. conſi. lxij. vij. dubio. conſi. clxviij. dubio. & Alex. conſi cvj. lib. j. & docto. in d. §. neceſsitate. & d. c. ſi.

1 *Sacrum de ſacro auferens punitur vt ſacrilegus, non vt fur de iure ciuili, ſecus de iure canonico, quo in furtum, & in ſacrilegium incidit, & vna, vel alia pœna puniri poteſt, quòd ius canonicum ſequimur.*

323 Tu habes l.ſi nōdum.C.de furt.l.aut facta.ff.de pœn.l.diuus.ff.ad l.iul.pecu. quod
1 † auferens ſacrum de ſacro punitur vt ſacrilegus, non vt fur. Quod eſt verum de iure ciuili: de iure autem canonico incidit in furtum,& ſacrilegium, et poteſt una pœna vel alia pœna puniri. et tene menti: quia in hoc ſequimur ius canonicum.& nō inuenies alibi. dictum eſt ſingulare Archi. de conſecra. diſt.j.c.corpora. alleg.tex.opti.xxiij.q.iiij. c.quid ergo. quod nota perpetuo.

ADDITIO. Quæ autem ſit pœna ſacrilegij ponit Bart.in l.ſacrilegi.ff. ad l.iul.pecula.& quot ſint ſpecies ſacrilegij: & q ſtatu.de furto comprehendat ſacrilegium pulchre per Bal.in d.l.ſi nondū. Et cognitio ſacrilegij ſpectat tam iudici ſeculari quam eccleſiaſtico, & habet locum præuentio Abb.& alij in c.quam ſit.de foro compet.Cardi.in clemē.j.de pœ.late per Paul. Grilan.in tracta.de pœn.omniſa.col. in prin. Nic.Pig.

1 *Sindicus generalis ſi a republica conſtituatur ad exigendum omnes debitores: Et poſtea alius conſtituatur ad certa tātum debita,& debitores illi ſpeciales ob negligentiam ſecundi effecti ſint non ſoluendo, an primus generalis teneatur reipublicæ?*

324 Fiſcus ſeu reſpublica Senēſis conſtituit
1 generalem † ſindicum ad exigendum omnes debitores,& ſecundo fuit alter conſtitutus ſpecialiter ad certa debita, qui ſecūdus fuit negligens: & debitores illi ſpeciales effecti ſunt non ſoluendo,an primus generalis teneatur reipublicæ? Dic q primo conuenitur ſpecialis, & ſi ille non eſt ſoluēdo, tenetur primus: vnde non habet locum regula,generi per ſpeciem derogatur, vt in c. ſtuduiſti,de offi.leg.de reſcr.c. paſtoralis.§. quoniam. cum ſimil.caſus eſt ſpecialis in l. quoniam aurelio.C.de conue.fiſ.debi.li.x. Bal.inuenit in l.ij.col.ij.verſi. de vno quæro.C.qñ fiſ.vel priua.et ab eo ipſum habui.

ADDITIO. Et ſequitur Alexan.poſt Ioan.de Plat.in d.l.quoniam.

1 *Hoſpitale vtrum in dubio præſumatur conſtructum autoritate epiſcopi,nec ne?*

2 *Miſſa ſi in hoſpitali celebretur,epiſcopi autoritate conſtructum cenſetur.*

325 Tu Senenſis habes hoſpitale de Monageſi,do tibi vnum dictum pro eo.ſcis. q hoſpitale poteſt conſtrui ſine & cum autoritate epiſcopi.vt in c.ad hæc.de reli.do.& in c.quia contingit.eo.tit.in authen.vt nullus faciat ora.do.circa prin. & in authen.vt in priua.do.ſa.mi.non ſi.cum multis ſi. ſi autē cum autoritate epiſcopi fiat,habet maiora
1 priuilegia.Sed quid † in dubio? dicunt aduocati, q non præſumitur cum autoritate epiſcopi: quia ſolēnitas extrinſeca non pręſumitur.vt l.quæcunq;.ff.de publ.& l.ſcien
2 dum.ff.de verb.obliga,dic,q † eoipſo q in prædictis locis miſſa celebratur pręſumitur autoritate epiſcopi factum: & eſt ſingulare dictum Archid.legiſtis incognitum.de conſecra. diſtin.j.c.nemo. il j. adde in prædictis locis.

ADDITIO. Idem tradit Ro. conſi.ccccclxxvij.in caſu propoſitæ.colum. ij.conciuis meus Cæpo.caute.ccxj.hoſpitale.Abb.in c.parentibus.de priuileg.in c.ſopite.& c.ſi.de cenſi.late tradit Felyn.poſt eos quos allegat in c.de quarta.col.iiij.verſi.tertia declaratio. de præſcrip.vbi & alia ſigna ponit. Nic.Pig.

1 *Hæreſis libri ſi penes aliquem reperiantur, ille poteſt de hæreſi condemnari.*

326 Eoipſo quod libri hæreſis † reperiun-
1 tur penes aliquem poteſt ille de hæreſi condemnari, ſecundum Archidia.ſingulariter. xxiiij.q.ij c.ſane profertur. Et hoc per.§. et ſi forte.qui ſequitur.vbi de hoc vř caſus.

ADDITIO. Adde doctor.in c. ſi quis epiſcopus.de hæret.Hippol.de Marſi.in l.qui falſam.col.xij.nume.106.& in.§. diligenter.nume.92.in pract.crimi,& in cōſi.lij.colum. verſi.reſtat modo. Ludo.Carer.qui alios citat in tracta.de hæret.nume. 125. Limita, niſi reperiantur pœnes aliquem confutandi eos gratia: quia tunc magis commendandi ſunt quam puniendi, ſecundum Ioan.de Arnon.problema.x.& eſt tex.(licet ipſe non alleget) in c.legimus.ij. diſtin.xxxvij.Limita.ij. niſi eos combuſſerit,vt per Carer.poſt Archid.vbi ſupra. Limita.iij.niſi quis legeret eos ne ignoraret. d.c legimus.per q dicit Fely.in d.c.ſi quis epiſcopus.in ſi grauiſsimas coniecturas, cū iſta de inuentis libris, debere concurrere. Et adde l.quicunq;.in ſi.l.manichæos.l.mathematicos.C.de hæreticis. vbi comburendi ſunt. Nicol. Pigno.

1 *Mulier quibus caſibus ex fideiuſsione obliga*

tur, nec velleiano iuuetur.

327 Tu ſcis, ꝙ mulier non poteſt† obliga-
1 ri fideiubendo, vt in ti. ad velleia. non repe rio aliquem fideiuſſorem niſi mulierẽ, volo cõſeruare eam indemnem, an hoc faciat ei perdere beneficium velleiani? Dic, ꝙ aut conſeruatur indẽnis eo quia datur illa quãtitas pro qua fideiubet ſeu ſpecies, & tali caſu mulier eſt legitima fideiuſſor & nõ iuuatur velleiano. caſus eſt in l. ſi pro aliquo. & l. ſi mulieri. ff. ad velleia. Aliquando conſeruatur indẽnis eo quia ſibi datur pignus, & tunc poteſt opponere exceptionem velleia. tex. eſt ſingul. in l. quidam voluit. ff. eo. ti. quod nota: quia ita cõſului. adde ad l. antiquæ. C. ad velleia. & vide ad declarationem Bal. in l. j. C. eo. titu.

ADDITIO. Et ibi Saly. Alex. in d. l. ſi mulieri. & d. l. voluit. & in l. j. C. de conue. fiſ. debi. lib. x. Ang. Are. in. §. item ſi. col. xvij. verſi ſeptimus caſus. inſti. de exceptio. Hippol. de Marſi. in rub. ff. de fideiuſſ. q. xliiij. Nic. Pig.

1 *Contractus qui fit conſenſu, ad hoc vt per nuntium factus valeat requiritur quòd contrahentis voluntas alteri pateat per nuntium ad hoc ſpecialem. Et nunquid ſit opus per eundem nuntium, alterius voluntatem, cui mittitur per ipſum mittentem ſciri?*

328 Glo. ordi. in l. conſenſu. ff. de acti. & ob. & in l. j. in fi. ff. de contrahen. emp. ab omnibus approbata dicit, quod ad hoc vt cõtra-
1 ctus † qui fit conſenſu valeat cum fit per nuncium, eſt neceſſe ꝙ voluntas contrahentis pateat alteri per nũcium ad hoc ſpecialem: ſi enim aliunde eius voluntas alteri pateret, non valet contractus. Sed nunquid eodem modo ſit neceſſe per eundem nuncium ſciri voluntatem alterius cui mittitur per ipſum mittentem? dic ꝙ non: ſed poteſt ſciri per alium nuncium. ſingulare dictum Archi. xxx. q. v. nec illud. habui a Bald. in rub. C. de cõfeſ. col. ij. quod nota pro declaratione illarum glo.

ADDITIO. Idem Roma. cõſi. ccxcv. donatio. col. ij. verſi. quarto. vbi dicit ſe notare caſum not. pro illo dicto Archidi. in clemen. j. de procur. Fely. qui alios citat conſi. xxxix. nume. 3. Idem Archi. (loquens de matrimonio qui cõſenſu contrahitur) in c. fi. & ibi Ioan. And. Domi. & Philip. Fran. de procura. lib. vj. & Soci. Iun. qui alios citat conſi. xxix. circa. in princi. lib. ij. Fely. vbi ſupra. col. iiij. Nic. Pig.

1 *Creditor computat fructus rei pignoratæ in debitum, niſi ille creditor in re ſibi pignorata directum dominium habeat, & ſi debitor vtile tantum, vt eſt feudatarius vel emphyteuta.*

329 Creditor computat fructus † in debitũ
1 ex re pignorata. l. j. & ij. C. de pigno. actio. hoc fallit, niſi dominus rei vtiliter hãc rem in qua habet vtile dominium pignoret creditori, & domino eiuſdem rei in directo dominio: tunc enim fructus in ſortem nõ computantur, quod eſt mirabile. & pone exemplũ in feudatario & emphyteuta. caſus eſt ſingularis in c. j. de feu. & in c. conqueſtus. de vſur. quod nota.

ADDITIO. Adde c. j. in fin. & ibi glo. ſingul. & do. Angu. Bero. poſt alios. col. vij. iij. limi. & in d. glo. de vſu. Ioan. Arno. problema. xj. Soci. in tracta. fallen. regula iij. caſu. v. & Nugaſant. in trac. de pigno. in v. memb. v. par. princi. limit. iiij. Et adde aliam limi. ad regulã. infra ſing. cccccxlij. regula eſt. Nicol. Pig.

1 *Teſtis, qui accepit pecuniam vt dicat, vel non dicat teſtimonium a teſtimonio ferendo repellitur, & pœna legis Corneliæ de falſis punitur. Fallit quando per illum producitur, in cuius præiudicium fuit data teſti pecunia.*

2 *Teſti ſi detur pecunia, non vt non teſtificetur, ſed generaliter vt ferat auxilium parti in illa cauſa, admittitur; & eius teſtimonium valet.*

330 Tu ſcis tex. in l. iij. §. lege Iulia. ff. de te-
1 ſtib. qui dicit, quod † a teſtimonio ferendo prohibetur qui accepit pecuniam vt diceret vel nõ diceret teſtimonium, Et in l. j. ff. ad legem Cornel. de fal. talis punitur pœna legis Corneliæ de falſis. Quod eſt verum, niſi producatur per illum in cuius præiudicium data fuit teſti pecunia: tunc enim admittitur & valet. caſus eſt ſingularis, & mirabilis. in c. j. ſi de inueſti. fue. controuer. inter domi. & vaſal. in vſibus feudorum. Bal.

exclamat ibi illum tex. Item intellige verum quod accipiens † pecuniã ne ferat teſtimonium non eſt idoneus teſtis, ſi dantur ſibi ſpecialiter ne teſtificetur: ſecus ſi generaliter vt ferat auxilium parti in illa cauſa, tũc enim admittitur et valet teſtimonium eius, & ita limitat d.§.lege Iulia, Spec. mirabili, referens do. ſuum Hoſtien. in ti. de teſti.§.j. verſ. quid ſi dederit pecuniam, tene menti.

ADDITIO. Adde c.fin.& ibi Bal.& alij ubi Fely.col.ij.de teſti.cogen.Fely.in c.licet cauſam.ix.notab.de probat.& in c.j.vbi Deci.alios citat,de teſtib.Iaſo.l.j.nume.21.ff.de ſer.Ioan.Arno.dialo.50.Hippol.de Marſi.in l.j.nume.10.& in.§.ſed & ſi quis.nume.4.ff.de falſ.& in ſingu cxij.in ore.Matthæ.de Affli.in d.c.j.notab.xj.do.Auguſt.Bero.q.fami.lviij.fuit quæſtionis, qui pulchre declarat.(ibi item)ſequit Hippol.in d.l.j.nume.11.ff.de fal.Sed Spe.non inuenio & eſt corruptus Roma.hic.Credo quod voluit allegare Archid.in c.qui recte.xj.q.iij.quod licet dare teſti pecuniam publice vt verum dicat & ferat auxilium parti, quem ſequitur Bal.in c.ſi.de appel.Auguſt.in tracta.maleſi.verſ.falſario.nume.20.Deci.conſi.clxxxix.lætatus.col.vij.& Iaſo.in l.j.ff.de condi.ob turp.cau. Nic.Pig.

1 *Iudici pecuniam dans, vt pro eo iudicet, perdit cauſam, Et orans iudicem in camera, vt pro ſe iudicet, punitur centum aureis in cauſa criminali.*

331 Si do iudici pecuniam, vt pro me iudi-
1 cet, † perdo cauſam, Sed quid ſi in camera magnis præcibus oro iudicem, vt pro me iudicet, & mihi iudex ſit fauorabilis: qua pœna punior? dic quod punior centum aureis in cauſa criminali, text. eſt ſingularis, in l.j. in fin. iuncta glo. in verbo ingrediatur. ff.ad legem Iul.de ambitu.

ADDITIO. Et Bonifa.de Vitalli.in d.titu,nume.13.Et tentãs corrumpere iudicem punitur pœna falſi.l.j.§.ſed & ſi quis.ff.de falſ. Nico.Pig.

1 *Iudex, qui accipiens pecuniam, vt committat barratariam, an pœnam euitet, ſi antequam committat, eum pœniteat.*

332 Iudex capiens pecuniam vt committe-
1 ret barratariam † an euitet pœnam ſi pœniteat antequam committat barratariam? iſta quæſtio fuit Florentiæ ſecundũ Bal.in vno qui re integra pœnituerat, dic quod nõ, tex. eſt ſingularis in l.& generaliter.§.j.ff.de calũ. & ibi Bal. dicit ita determinatum.

ADDITIO. Et idem Bal.in l.j.§.beſtias.ff.de poſtul.vbi refert quæſtionem illam Florentiæ. Et in l.ij.§.ſi.ff.de cõdi.ob turp.cau.& hoc pro valde notab.refert.Iaſo.in.§.quadrupli.colum.penulti.nume.80.inſtitu.de actio Hippol.de Marſi.ſingul cccxxvj.pœnitentia.pulchre per Nic.Boer.deciſi.cliij.iudex pactus, vbi late declarat, & limitat poſt Bologni.in d.§.j.per eum allega. Nic.Pig.

1 *Pecunia quæ ab aliquo accipitur pro delicto committendo parti applicatur.*

333 Accipiens pecuniam, vt committat deli-
1 ctum: † cui quæratur illa pecunia? Glo.variat: quia aliquando fiſco vt l.Lucius.ff.de iure fiſ.& l.claudius.ff.de his qui.vt indig. aliquando patri. Sed quæ eſt verior? dic quod ſecunda, ſcilicet quod applicetur parti regulariter: tex. eſt in l.& generaliter.§.illud.& l. ſi quis ab alio.§.ſi vt filio.ff.de calum.

ADDITIO. Sequuntur doc.in l.j.& ſeq.ff.de condi.ob turp.cauſ. Abb. in c.in omni.col.ij.de vita & honeſta.cl eri. Nicol.Boer.in dicta deciſio.cliij.nume.23. Et adde Moder.in rub.extra de iudi.N.P.

1 *Statutum prohibens alienare rem immobilem in forenſem, non habet locum in re immobili parua.*

334 Hodie quidam procurator interrogauit
1 me: ſi ſtatutum † prohibet alienare rem immobilem in forenſem: an habeat locum in domicilio, vel in domuncula et parua caſa? Tu dices quod leue vulnus non eſt vulnus, & febricula nõ eſt febris: & ideo dicas quod nõ. tex. eſt, quẽ neſcio alibi, in l.ſenatus.§.marcellus.ff.de lega.j.ſecundum expoſitionem verbi, dictam, ibi poſiti, factam per Petrum Iaco.& Bar.ibi.

ADDITIO. Et Alexan. poſt Imo.in d.§.Marcellus.Iaſ.in l.ſciendum.nume.10.ff.qui ſatiſda.cogan.Hippol.de Marſil.in l.furem.col.iij.ff.de ſicar.& in practi.crimi.§.& quia.in prin.& in ſing.cclxxvj.parum.Confirma hoc ſingul.vt ſupra ſing.xvij.xcvij.& cxix. Nic.Pig.

1 *Dominium rei, quam poßideo, ſi apud aliũ*

ſit, & res pereat, damnum pertinet ad dominum, ſi ille de iure communi dominus ſit, ſecus ſi iure ſpeciali, tunc enim res poſſidentis periculo perit.

335 Tu ſcis, ꝙ regula eſt, ꝙ ſi rei quam poſ-
1 ſideo † dominium eſt apud alium, & pereat, damnum pertinet ad dominũ, vt l. quæ fortuitis. & l. pignus, cum ſimil. C. de pign. acti. Quod eſt verũ ſi alter ſit dominus de iure communi: ſecus ſi de iure ſpeciali, tũc enim perit res periculo poſsidentis glo. eſt ſingu. in l. non omnis. §. ſi pupillus. in verſic. facto eius. ff. ſi cer. peta. & intellige illam gl. nam pupillus non poteſt, ſi eſt debitor, ſoluere ſine tutoris autoritate. ſi tamen ſoluat remanet dominium pecunię non conſumptę penes pupillum de iure ſpeciali, & ideo perit periculo creditoris.

ADDITIO. Adde ꝙ dicta gl. ſequitur & dicit ſing. Ludo. mei ibidem & aſſerit ſe obtinuiſſe Florentiæ nõ erant ſex mẽſes contra omnes doctores & aduocatos illius ciuitatis, ſequitur etiam Pau. de Caſ. & magiſter meus in d. §. ſi pupillus.

1 *Poſſeſſor malæfidei poteſt deducere ante reſtitutionem rei, & fructuum, omnes expenſas factas in cultura fundi & pro eius cuſtodia.*

336 Malæfidei poſſeſſor põteſt † deducere
1 ante reſtitutionem rei & fructuum omnes expenſas factas in cultura fundi. l. ſi a domino. §. fi. ff. de petitio. hæred. & l. fundus qui, in fi. j. reſpon. ff. famil. herci. Sed an deducit impenſam factam pro cuſtodia fundi? Bart. in l. cum quæreretur. §. prędijs. ff. de leg. iij. determinat per illum text. ꝙ non. Bal. vero in l. j. col. j. C. de fruc. & lit. expen. tenet cõtrarium, allegat Specu. in tit. de contum. & non facit mentionem de Barto. Dic ergo ꝙ Bar. errauit vehementiſsime: quia dixit cõtra caſum ſingularem. d. l. ſi a domino. §. fi. & mirabile dictum eſt, ꝙ tantus homo dixerit contra caſum expreſſum. Et l. ſi ita. §. fi. ff. de fun. inſtruc. vbi expoſitum pro cuſtodia fundi dicitur fieri ad conſeruationem eius & fructuum.

☞ ADDITIO. Et ſequuntur Caſtren. Alexan. & Iaſo. & alij in l. diuortio. §. impendia. ff. ſolu. matrimo. & in l. ſumptus, quam aliqui legunt cum l. domos. ff. de leg. j. Andræ, Tiraq. qui plures refert, de retra. conſangui. §. xv. glo. fructus, nume. 22. Salua Bart. ex mente docto. vt in d. §. prædijs loquatur de impenſa tẽporali: ſecus de perpetua, & ita loquitur d. l. ſi ita. in fi. & hanc diſtin. comprobat Auguſt. Bero. in c. j nume ro 96. de vſur. Nic. Pig.

1 *Poſſeſſor malæfidei tenetur ad fructus perceptos, & quos percipere potuit ex fundo, melioratione a ſe facta ſecluſa.*

337 Malæfidei poſſeſſor tenetur ad fructus
1 perceptos † & quos percipere potuit, l. fructus. & l. ex diuerſo. ff. de rei vend. C eo. tit. l. domũ. §. j. c. grauis, de reſti. ſpol. Quod eſt verum, niſi loquimur de fructibus quos potuiſſet percipere ex fundo propter meliorationem a ſe factam: caſus eſt ſingularis, in l. cæterum. §. improbe. ff. de rei vendi. ꝙ nota perpetuo. & ita pronunciaui anno præterito. ideo nota.

☞ ADDITIO. Adde Bal. & Ange. in d. l. cæterum. Bal. in l. ſi traditio. col. fi. q. x. C. de actio. emp. Bar. in l. ratio. §. j. ff. eo. titu. & Saly. alleg. per Tiraq. vbi ſupra, nume 29. Et hoc extendit idem eſſe in creditore ex titu. pignoris, Auguſt. Bero. in d. c. j. nume. 24. de vſur. Nic. Pig.

1 *Inſtrumenti traditione cenſetur res de qua in inſtrumento fit mentio tradita: Et an retraditio inducatur per inciſionem dicti inſtrumenti a me factam.*

338 Per traditionem inſtrumenti cenſetur
1 † res tradita, de qua in inſtrumento mentio fit, l. j. C. de donatio. modo ego incido inſtrumentum mihi traditum, an propter hoc inducatur retraditio in primum tradentẽ? dic ꝙ ſic, glo. eſt ſingularis in l. ab emptione. ff. de pac. in glo. magna quam didici a Bald. in v lib. feu. in prohe. col. vj.

ADDITIO. Adde ꝙ Ange. in d. l. ab emptione. dicit ꝙ glo. de qua ibi eſt ſingulariter notanda. & non eſt alibi in iure. & magiſ. meus ibidẽ dicit eſſe caſum quotidianũ.
☞ Et idem Bal. in l. ſi non ſortem. §. adeo. ff. de condi. indebi. Alex. in l. iij. in princ. colum. iij. vbi late examinat d. l. j. ff. de acqui. ren. poſſeſ. Nicol. Pig.

1 *Malefactor amplectens ſacerdotem portantem corpus Chriſti per ciuitatem an licite poſſit capi.*

339 Dicamus ad ſolatium duo pulchra. Tu ſcis totum tit. C. de his qui ad eccle. confug. & extra de immunit. eccleſ. quod quis exiſtens in eccleſia non poteſt a sbirris capi.
1 Sed quid † ſi videns corpus Chriſti per ciuitatem ire, amplexus eſt ſacerdotem portantem, an licite poteſt capi? Hãc quæſtio, habeo de facto in Vrbino. vide xiij. q. ij. c. quæſitum. vbi gloſ. determinat ſingulariter ꝙ iuſte fuit captus. Archid. autem tenet ibi contrarium per pulchras rationes. Et iſtud ego conſulendo ſequar nunc.

ADDITIO. Adde quod dictum Archid. ſequitur Hoſtien. in ſumma de immu. eccleſi col. vij. ſcilicet tenendo ꝙ nõ poteſt capi. doc. in c. ſane. de cele. miſ. communiter tranſeunt cum opi. Hoſtien. Anto. Corſe. in ſingula. verbo Cardinalis. poſt ea quæ allegat. Et in verbo priuilegium immunitatis. Et Rom. hic per plura motiua ſequitur Abb. in c. ſane. vbi Hoſtien. dicit eam defendendam vſque ad effuſionem ſanguinis. & ibi communiter docto. de celeb. miſſa. Alexan. in rubri. ff. de no. ope. nuncia. col. iij. Et conſulendo comprobat Felyn. conſi. iij. habent. j. dubio. Quæ videtur multum rationabilis & honeſta: quia ſi hoc eccleſiæ conceſſum eſt propter Chriſtum: a fortiori concedi debet propter Chriſtum. authen. multomagis. C. de ſacroſan. eccle. & hanc ſequitur Ludo. Gomes qui plures citat, in. §. pœnales. col. pe. inſti. de actio. Nic. Pig.

1 *Vſurarius non poteſt repetere vſuras quas alteri ſoluit, niſi vſuras, quas alij extorſit, prius reſtituat.*
2 *Intellectus c. quia fruſtra. de vſur.*

340 C. quia fruſtra de vſur. dicit, quod vſu-
1 rarius † vſuras quas alteri ſoluit, nõ põt repetere, niſi vſuras quas alijs extorſit, prius reſtituat. Sed an illud c. loquens in iudice delegato habeat locum quando eadẽ cauſa vertitur coram iudice ordinario? ſolus Lapus de Caſtel. in allegatione lv. (& ſuper eo puncto conſuluerunt valentiores homines Italiæ) determinat ꝙ non: & ſatis bene colorat, & arguit. Sed non dicit verum: & ꝙ idem ſit in ordinario, allego caſum ſin-
2 gularem in c. michael. de vſur. eo. titu. & eſt mirum quomodo tantus canoniſta dixerit contra illud c.

ADDITIO. Et idem Rom. in l. viro atque vxore. ff. ſolu. matri. & conſil. cclxxxv. omnia. licet in conſil. ccxxxviij. pro habenda. colum. penul. verſic. ſecundo & iſta, teneat opin. Lapi. Et Lap. ſequitur Alex. in d. l. viro. dicens Ro. male intelligere. d. c. michael. Et an illi tex. extendunt ad iudæos vſurarios, vide Hippoly. de Marſi. ſing. dcix. aduertas, Nic. Pig.

1 *Vſurarius an ille dicatur, qui pecuniam accepit ſub vſuris, & illam dedit alij eius ſocio, vt cũ hoc, quòd ipſe vſuras ſolueret?*

341 Pone quod ſcholaris accepit centũ † ad
1 vſuras, quibus habitis, ſtatim ꝙ domum rediit, a patre habuit denarios, dedit illa centum conſocio, cum hoc ꝙ conſocius ſolueret vſuras. An ille ſcholaris dicatur vſurarius? Vide Ioan. Cald. in c. fin. de vſur. Archi. plenius. xiiij. q. iiij. c. vſura. qui determinat per plures rationes ꝙ non: immo hanc cõuentionem eſſe validam: referens diſputantem. Bartho. Brixien.

ADDITIO. Sequitur Iaſ. qui alios citat in l. cunctos populos. col. ij. in j. lectu. C. de ſacroſan. eccle. Ludo. Gomes in §. actionum. nume. 18. inſti. de actio. Auguſ. Bero. in rub. de vſu. nume. 71. Ioan. Lup. in c. per veſtras. char. ccxlvj. col. j. de donatio. inter vir. &c. Alex. qui in ſimili caſu conſuluit, in conſil. ccxxj. ſuper titulo. col. ij. lib. ij. Et adde alium caſum ſupra ſingular. cclxix. Nicol. Pignol.

1 *Sponſalia contracta per hæc verba, promitto quòd accipiam te in vxorem, & de cætero ita te tenebo, an ſint de futuro, vel de præſenti?*

342 Tu ſcis, ꝙ ſponſalia per verba de futuro diſſoluuntur per ſponſalia de præſenti: ſed non econtra. Modo cum veniſſet quidã Corradus de Alemania protulit hæc ver-
1 ba: promitto ꝙ † accipiam te in vxorem, & de cætero ita te tenebo: an hæc ſpõſalia ſint de futuro, vel de præſenti? Hæc quæſtio fuit Romæ inter domi. meos Hoſtien. ſingulariter determinat ꝙ ſint de futuro inſpecto initio verborum: ita tenet ipſe in c. ex parte. de ſpon. refert & ſequitur Archidia. xxvij. q. viii. c. fin.

ADDITIO. Quia verba præcedentia denotantia ſponſalia de futuro reſtringunt ſequentia, id eſt caſu quo te accipiam, vt per Abb. & alios in d. c. ex parte. & eundem Hoſtien. in ſumma. de matrimo.

§.qualiter.col.fi.verſi.quid ſi ita dicat.Alexan.conſi.clij.viſo.col.ij.verſic.ad ꝙ facit.lib.v.& conſi.ſeq.num.3.Deci.in c.iurauit,col.j.de probat. Nicol.Pig.

1 *Poſſeſſor malæfidei ſi habet iuſtum titulum non tenetur de fructibus percipiendis, & quid ſi a principio titulum non habeat, ſed ex poſt facto ſuperuenerit, an tunc iuſtus titulus excuſet a percipiendis?*

343 Tu ſcis, quod malæfidei poſſeſſor, ſi ha-
1 bet iuſtum † titulum, non tenetur de fructibus percipiendis l.ſi fundum.C.de rei vendi.& l.ſi & partus.cũ ibi plene not.ff.quod metus cau.Sed quid ſi non habeat titulum a principio, ſed ex poſt facto ſuperuenit: an tunc iuſtus titulus excuſet a percipiendis? Reperio tactum per Cynum in l.apud antiquos. in.§.finali.C.de furtis, & determinat ibi ꝙ ſic, & eſt mirum quod ipſe hoc vltra alios conſiderauit. Sed credo ꝙ non ſit verum propter duo, primo, titulus procuratus in publiciana non tollit quominus contra eũ agere poſsit publiciana.l.ſiue autem §.fi.cum ibi not.per Bar.ff.de publici. eadem ratione in malæfidei poſſeſſore vt titulus procuratus eum non excuſet a percipiendis, Secunda ratio, quia titulus procuratus non excuſat eum quo minus teneatur petitione hæreditatis Cy.in l.cogi.in q.fin.C.de peti.hære.& ita teneo. & addas ad d.l.ſi fundum, miror quod moderni eam non reprehendant.

ADDITIO. Et hoc idem dicit idem Ro.cõſil.ccccxxiiij.in propoſito.Sed Cy.ſequitur Bar.& confirmat Bal.ibi. Tu diſtingue vt dictum Roma. procedat quando ille titulus pendente lite fuiſſet procuratus,& ita loquitur Bar.in d.§.fi.vel ante litem,ſed haberet titulum lucratiuum.Secus ſi ante litem & oneroſum haberet titulum, & tunc loquuntur Cy.& alij. Nic.Pig.

1 *Hæreditatis petitio non datur contra titulo poſsidentem, niſi titulus ſuperueniens ortũ habeat ab eo, in quem antea poſſeſſor alienauerat.*

344 Regulariter contra titulo poſsidentem
1 non datur † hæreditatis petitio.l.regulariter.ff.de peti.hære.Fallit, niſi titulus ſuperueniens ortum habeat ab eo in quem antea poſſeſſor alienauerat, caſus eſt ſingularis in l.ſi rem & pretium.ff.de peti.hæredi.quem nota perpetuo.

ADDITIO. Sequitur idẽ Ro. conſil.ccccxxiiij.in propoſito.circa princi. Soci.in regul.ccxcvj.fallen.iiij.Bart.& alij in d.l.ſi rem & pretium. Et per illũ tex. ſentit glo.ibi aliam ſingul.limit.ad d.l.regulariter.quam ſequitur Bal.in l.fi.x.oppo.& ibi Caſtren.& Salyc.multum commendat. C.de edic.diui Adria.tollen.Quam glo.reprehendit Bar.ibi & Iaſ.in.§.actionum.nume.219.inſtit.de actio.& poſtea nume.221. in fi.eam ſaluat. Nic.Pig.

1 *Teſtimonium de auditu proprio, ſeu alieno non probat. Et an faciat inditium, ſeu præſumptionem, quia transferat onus probandi in aduerſarium?*

345 Teſtimonium de auditu proprio ſeu
1 alieno † non probat, vt plene in l.ſi arbiter. ff.de proba.& l.teſtium.de teſti.et in c.licet ex quadam.de teſti. & l.ij.§.item labeo.ff. de aqua plu.arcen.cum ſimil.Sed an faciat indicium ſeu præſumptionem: quia transferatur onus probandi ad aduerſarium, vt l. diuus.& l.ſiue poſsidetis.C.de probati.dic ſingulariter quod ſic,& eſt mirabile, ſecundum Archi.xxij.q.v.c.hoc videtur.

ADDITIO. Et idem Rom. conſi.ccccxxiiij.in propoſito.circa fi.Fely. in c.tam teſtibus.in fi.de teſti.Moder.Hiſp. in tracta.Ioan.Crot.de teſti.in j.q.fallen.iij. Alex.conſi lxxvij.in cauſa.col.ij.lib j.Iaſo. in repeti.l.admonendi.col.iiij.ff.de iureiu. Deci.conſi.cclxxij.viſo. col.ij.Hippoly.de Marſi.in pract.crimi.§.examinanda.nume. 29.& ſing.cccclvij.tu ſcis. Et cuius ſit effectus illa qualis qualis præſumptio vltra Roma.hic, & Iaſo.vbi ſupra, vide Hippol. ſingu.ccclxxij.teſtis. Et quando teſtis de auditu probet, vide. infra ſingula.dccliij. omni. Nicol.Pigno.

1 *Damnorũ appellatione an veniant expẽſæ?*
2 *Damna remittens, nõ videtur remittere expenſas in contractibus, ſecus in iudicijs. Et quid in vltimis voluntatibus?*

346 Nunquid appellatione damnorum ve-
1 niant † expenſæ? De hoc fui hodie interrogatus: glo.in c.ij.de offic.ordi.lib.vj.& l. iij.ff.de dam.infec.dicit, quod damnum eſt diminutio patrimonij: ſed expenſæ diminuunt patrimonium: ergo &c. Sed in cõtrarium eſt caſus ſingularis in c.in noſtra, de

inior.& dam.da.vbi remittendo damna nō
videtur remittere expenſas. ſingularis tex.
eſt quem nota.Sed quid reſpōdes ad d.l.iij.
Bal.in repetitio,l.j.C.vnde vi,non allegat
aliud, niſi d.c.in noſtra. & Archidia.quod
2 † aut loquimur in contractibus, aut in iudi
cijs. primo caſu non venit expenſa.d.c.in
noſtra:cum ſtricte in contractibus fiat inter
pretatio.l.quicquid aſtringende.ff de ver-
bo.oblig.ſecundo caſu ſecus,cum fiat larga
interpretatio.l.ſi quis intentione.ff.de iudi.
& Inno.in c.cum dilectus.de ordi.cogni. &
ita loquitur d.l.iij. Sed quid in vltimis vo-
luntatibus? non determinat:nec ego.

ADDITIO. Pro diſtinctione de qua
hic vide etiam Panor.in d.c.in noſtra, hic
alleg.circa princ.verſi.ſecundo no.& vide
Bald.poſt glo.in l.j.§.fina.ff.quis ius dicen.
non obtempe.

Dic ꝙ immo in iudicijs etiam non ve-
niunt expenſæ,c.ſi vbi no.Abb.de reſcrip.
& de hoc vide docto.in d.c.ij.Fran.Rip.in
d.l.iij.ff.de dam.infe.col.iij.Iaſo.in l.vnica.
§.fin.col.iij.vbi & alij ponunt alias q.ff.ſi
quis ius dicen.non obtempe.& Nic.Boer.
deciſi.lij.latum fuit. Nic. Pig.

1 *Agere volens pluribus actionibus, ſi diuer-
ſos iudices, vnum in qualibet actione im-
petrauerit, talis impetratio eſt nulla: &
quid ſi reus patiatur ſe conueniri, an va-
leat proceſſus?*

347 Dicit Papa in c.nonnulli.de reſcrip.q̄d
1 ſi agere † volens pluribus actionibus impe
trauerit diuerſos iudices vnum in qualibet
actione,talis impetratio eſt nulla: pone q̄d
reus patiatur ſe cōueniri,an valeat proceſ-
ſus? Videtur quod ſic,per no.per Innocen.
in c.cum M.de conſtitu.Contrarium eſt ve
rum:nam parte etiam non opponente non
valet proceſſus, glo.ſingularis in c.diſpen-
dia.in verbo valeat.de reſcrip.

ADDITIO. Adde glo.in c.ij.in ver
ſi.quorum.eod.titu.& ii.quas gloſ.ſequitur
But. in c.ſuper literis.xxiij.col.verſicu.ſed
aduerte.de reſcrip.& Domi.ſuper dictis gl.
& Imo.in l.ſi quæramus.col.iij.verſi.tertio
fallit.ff.de teſta.Idem Bald.in l.j.penul.col.
C.de ordi.iudic.& Panor.in c.paſtoralis.in
vj.col.verſi.modo prædicta. de excepti.&
originaliter fuit dictum Innoc.in c.ij.de di-
lat.& ibi per alios maxime Imo. in ij.col.
dicentem eſſe valde vtilem pronunciatio-
nem expreſſam ſuper competentia.

Adde remiſsiones per Fely.in c.ſubor-
ta.col.v.limita.iiij.de re iudi.& Deci.in c.
ſi duobus.col.iiij de appel. Nicol.Pig.

1 *Statutum fraternitatis,quòd quis fraterni-
tatem intrare non poßit,niſi primo ſoluat
libras decem an valeat?*
2 *Statutum inhoneſtum ſi reperiatur a pote-
ſtate in aliqua ſocietate,poteſtas ſtatim po
teſt ipſam ſocietatem caſſare.*

348 Nunc habeo conſulere nouum caſum:
quædam fraternitas laicorum eſt in ciuita-
te Aretina, (vt batutorum)in qua eſt ſtatu-
1 tum † quod ſi quis vellet intrare fraternita
tem hanc non poſſet niſi primo ſoluat li-
bras x.An valeat hoc ſtatutum? ego multū
quæſiui:finaliter inueni Archi.lxxij.diſt.c.
ſi quis deſpicit,vbi dicit ſe cōſuluiſſe,quod
aut ſtatutum ſit per verba affirmatiua, aut
negatiua.primo caſu eſt validum, ſecundo
non:ſcilicet nullus admittatur.vel quilibet
admittatur. allegat text.in c.ad apoſtolicā.
de ſimo.qui tex.bene probat.ſed credo cō
ſulere contrarium,non dico tibi vbi hoc di
cit Bal.quin primo conſulam. Et hoc eſt
2 vtile ad dictum Bar.alibi,ſi poteſtas† repe-
rit in vna ſocietate ſtatutum inhoneſtū po-
teſt ſtatim eoipſo caſſare ſocietatē, in l.ſub
prætextu.ff.de extraordi.crimi.refert & ſe
quitur Bald.in c.j.§.conuenticulas.de pace
tenen.in vſib.feudo.

ADDITIO. Adde Alb.de Ro
ſa.ſuper ſtatu.j.part.q.lxvj. Franciſ.Rip.in
tracta.peſt.parte vltima princ.col.penul.Et
tale ſtatu.obſeruatur hic Venetijs, & in ci
uitate mea Veronæ. Ibi & hoc. ſequitur
Alexan.in d.l.ſub prætextu.idem Bal.in l.
collegium.C.de hære.inſtit. Nic.Pig.

1 *Statutum epiſcopi,quòd quilibet excommu
nicatus, antequam abſoluatur,decem ſoli-
dos ſoluere debeat pro quolibet menſe, an
valeat?*

349 Statutum epiſcopi dicit,ꝙ quilibet ex-
1 communicatus † antequam abſoluatur de-
bet ſoluere decem ſolidos pro quolibet mē
ſe:an valeat? dicebam quod non: per c.ad
noſtram.& c.nemo.de ſimo.Sed in contra-
rium determinat Hoſtien.& Ioan.Andr.in
c.ad aures.eod.titu.

ADDITIO. Et ratio iſtius eſt ſecun
dum Hoſtien.in loco hic alle.quia non exi-

gitur pro abſolutione, ſed propter cõtumaciam, nam etiam quandoq; pœna exigit de iure canonico.c.longinquitatis.xij.q̃.ij.& c.dilectus.de pœn.& ita tranſeunt omnes. ſubdit tamen Hoſtien.honeſtum eſſe quod prius abſoluatur poſtea exigatur pœna quod ſecundum Cardi.eſt de equitate,ſed nõ neceſſarium,quia in contumaciam ipſius hoc petitur non pro abſolutione.& adde Ioan. de Ana.in c.ad aures.de ſimo.quod tale ſtatutum eſt rationabile, vt excommunicatus citius inducatur.Et ibi dicit Sand facere in ſimi.in c.quod quidam.de pœ.& remiſs.Et addit Ro.deciſi xxxvij.an iſti qui,vbi approbant prædicta.

☞ Et ſequuntur Butr.Cardi.Abb.Ioan.de Ana.Fely.ibi.Et idem Felyn.in c. irrefragabili.col.iij.de offi.ordi. Nic.Pig.

1 *Notarius an poſsit inſtrumentum conficere de ea donatione, quam Sempronius fecit, cui poſtea notarius ſucceſsit?*

350 Veni qua:notarius poteſt rogari vt conficiat inſtrumentũ contra ſe,ſed pro ſe non,
1 de hoc habes mille tex.ff.de fal. Modo† pone, notarius eſt rogatus de vna donatione facta per Sempronium,cui poſtea notarius ſucceſsit:quæritur,an notarius poſsit de dicta donatione inſtrumentum conficere? videtur ꝙ non: quia pro ſe non poteſt vt dixi.In contrarium eſt verum:caſus eſt ſingularis ſecundum Dyn.in l.de eo.§.illud conſtat.ff.de fal.& ibi Bar.

☞ ADDITIO. Et Alex.in addit. Ioan And.& alij in c.cum quid.de reg.iur. lib.vj.Auguſt.Arimi.in tracta.malefic.ver. falſario.colum.xij.nume.34. Deci.conſilio xliij.ij.dubio. Nic.Pig.

1 *Sacerdos tabellio eſſe non poteſt,ſi tamen inſtrumenta conficit, valent.*

2 *Sacerdos ſi tanquam notarius ſcribat legatum ſuæ eccleſiæ, an talis ſcriptura faciat probationem?*

351 Tu ſcis, quod ſacerdos † non poteſt eſſe
1 tabellio, ſi tamen conficit inſtrumenta valent,c,ſicut.an cler.vel mona.Bar.in l.vniuerſis.C.de decurio.libr.x.pone, ſacerdos
2 † ſcribit legatum ſuę eccleſiæ, vt notarius; an talis ſcriptio faciat probationem? Tu diceres quod ſic; cum poſsit eſſe teſtis,c.cum nuncius.de teſt.b.Sed in contrarium poſſet argui ex eo quod dicimus, quod pater non poteſt conficere pro filio inſtrumentum, cũ ſentiat lucrum vſusfructus.vt eſt glo.ſingularis in l.impuberem.§.j.ff.de fal.ergo eadẽ ratione idem in ſacerdote. Sed tamen contrarium eſt verum,& ſic valet ſcriptio, nec punitur.c.cum inter vos.de re iud.vbi hoc determinat Ioan.And.per illum tex.

ADDITIO. Adde Math.qui idem tenet in no.lxxxviij.& magiſt.meum d.Iaſo.referentem.in l.j.§.huius ſtudij, colum. iij.in verſi.tertio limita.ff.de iuſti.& iu.Alexan.in l.vniuerſos.in addi.C.de decu.li.xj.

☞ Et ibi Butri.Hoſtien.& Fely.col.iij.verſi.ſubdit hic.Bal.in marg.verb.prælatus ſecundo, Alexan. in l.impuberem.§.ij.ff.de fal.Matheſi.ſing.lxxxviij.Hippol.de Marſi.ſing.clxxiiij.ille qui. Et ſi ſacerdos aſcripſerit patri ſuo,an valeat,conſuluit Bart.in conſi.lxj.filiusfamil.lib.j.Et remedia vt pater filio,& econtra, poſsit aſcribere tradit Ioan. Dilect.de arte teſtan.tit.de lega.cautela.j. Nico.Pig.

1 *Tabellio an quandocunq; velit tabellionatus officio renuntiare poſsit?*

2 *Renuntiare officio ſibi conceſſo nemo poteſt, niſi in manibus ſuperioris concedentis.*

352 An tabellio, quandocunq; vult, poſsit
1 renunciare† officio tabellionatus? dic quod non.& eſt ratio:quia nemo poteſt renunciare officio ſibi cõceſſo,niſi in manibus ſuperioris concedentis.l.legatus.ff.de offic.præſi.c.admonet.de renuncia.& c quod in dubijs.eo.ti.Bald.inducit ad hoc in l.falſus.colum.antepenul.C.de fur.

☞ ADDITIO. Et idem Roman. conſ.ccccxliiij.an dictum.ij.dub.Matth.de Affli.in c.j.§.poteſtas.col.iiij.ver.ſed vltra. nu.56.q̃ ſint regalia. Et ecõtrario princeps officio quo quis fungit ſine cauſa priuare non poteſt nec debet.Roma.pulchre conſi. cccclxvij.vt clara.& conſil.ccccxcij.in caſu.Et de illo tex.vide Soci.ff.quis & a quo appel.char.pen. Nico.Pig.

1 *Laicus poteſt eſſe rector hoſpitalis, et coram quo iudice conueniri poſsit.*

353 Laicus poteſt eſſe rector† hoſpitalis.cle
1 men.quia contingit.de reli.do. Sed an poſſit coram iudice laico iſte rector conueni-

ri? dic q̃ ſi eſt rector hoſpitalis fundati autoritate epiſcopi: tunc non poteſt conueniri, niſi in foro eccleſiæ, etiam ſi habeat vxorem: quia quæ religioſis adherent religioſa ſunt. l. quæ religioſis. ff. de relig. & ſump. fune. ſecundum Hoſtien. in ſum. in titu. de regu. §. j. verſic. quid de ruſticis. do. An. refert in c. ij. de foro compe.

ADDITIO. An & quando familia gaudet priuilegio domini, vide per Bald. late in l. j. C. de epiſ. & cleri. & vide Felyn. bene diſting. in c. nullus iudicum. col. j. de foro compe. bene facit conſi. Oldra. xj. inci. thema tale eſt. & Panor. & Imo. in d. c. nullus. tenent q̃ vxores gaudent priuilegio clericorum referentes ad vxores clericorũ græcorum, quia in diſpoſitione ſtricta conceſſa marito cenſentur conceſſa vxori. glo. iij. in c. admonere. xxiij. q. ij. & i c. omnino. xxxj. diſt. ubi maritus ſtipulando alimenta pro ſe ſtipulatur etiam pro vxore. eſt bonus text. in l. cæterum. §. mulier. ff. de vſu & hab. vbi vſu relicto gaudet vxor limitatur tñ iſtud vltimum, vide Mode. in d. c. nullus. vide Federi. de Sen. conſi. cvj.

☞ Contrarium q̃ laicus non poſsit eſſe rector quando habet vxorem & filios, tenet Stepha. & Imo. in d. clemen. ij. & ibi diſtinguit Card. & Fran. Rip. in c. ij. nume. 66. de iudi. Et an tales ſint de foro eccleſiæ tradunt docto. in d. c. ij. de foro competen. & Ant. de Butr. conſi. xi. nulla dubitatio. & refert Fely. in c. de quarta. colum. iij. de præſcriptio. Nico. Pignol.

1 *Notarius eſt ſeruus publicus, & ideo inuitus rogatur niſi vna cum officio notariatus habeat officium annexum & illud per quinquennium exercuerit, tunc enim non poteſt inuitus rogari.*

354 Tu habes quod notarius eſt ſeruus pu-
1 blicus: † & ideo inuitus compellitur eſſe rogatus. Hoc eſt verum niſi vna cum officio notariatus habeat officium annexum, & illud per quinquenniũ exercuerit: tunc enim non poteſt inuitus rogari, de hoc eſt caſus vnicus & ſingularis & ibi hoc notat Ang. in l. j. C. de tabu. lib. x.

☞ ADDITIO. Et ibi Alexan. in additio. Socin. in regu. ccccxxxv. fallen. iij. Quod intelligo de quinquennio cõtinuo & abſoluto, vt dicit tex. item de voluntate notarij non neceſſario, item quando officiũ eſſet pœnitus diuerſum iuxta l. ij. eo. ti. iuncta l. vniuerſos. cum ſimil. C. de decuri. & c. ſicut. ne cleri. vel mona. vt dixi ſupra ſing. cclxiij. tabellio. Nic. Pig.

1 *Notarius qui aliquo defectu laborat, propter quem rogari non poteſt ſi ſe rogari à partibus ignorantibus patiatur, an eis teneatur ad intereſſe.*

2 *Intellectus ad l. fi. C. de magiſt. conue.*

355 Si ſit aliquis notarius habens defectum
1 † propter quem non poteſt rogari a partibus, nunquid ſi patiatur ſe rogari a partibus, & nõ reuelet partibus defectum, (quia infamis) teneatur ad intereſſe? Tu diceres quod nõ tenetur detegere dedecus ſuũ, vt in euangelio, ſed parti imputãdum, qui non perſcrutauit, vt l. qui cum alio. ff. de regul. iur. cum ſimi. l. in ciuile. C. de fur. ſed cõtrarium eſt verum. caſus eſt ſingularis in l.
2 generali. C. eo. titu. lib. x. Et adde † hoc ad l. fi. C. de magi. cõue. ibi enim erat notarius & poterat conficere, ſed quia non obſeruat ſolẽnitates tenet partibus ad intereſſe.

ADDITIO. Adde glo. & Bar. in d. l. generali. C. de tabu. lib. x. & ibi dicit Bald. eſſe notandum. faciunt quæ dicit Ana. in c. q̃ perniciosum. col. vlti. de vſu. & Abba. in c. ſciſcitatus. de reſcrip. & quæ adducit San de. ibi in verbo non ſe excuſat. & Mar. de Senis in repe. c. qualiter & quando. il ij. qõ. v. ar. xvij. ad fi. de accuſ.

☞ Hoc generaliter in electo tradit Abb. in c. ſciſcitatus. vbi Fely. plene. col. iiij. limita. vj. de reſcrip. & concord. refert Deci. in c. j. col. xxiij. de proba. Nic. Pig.

1 *Exceptio declinatoria ſuperueniens poſt litem conteſtatam, poteſt poſt litem conteſtatam opponi, niſi ſuperueniat poſt concluſum in cauſa. Idem etiam eſt in arbitro.*

356 Tu ſcis, quod exceptio declinatoria ſu-
1 perueniens † poſt litem conteſt. poteſt poſt litem conteſtatam opponi. l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condi. indeb. & l. iij. C. de cõſor. eiuſdem litis. & c. inſinuante. de officio deleg. Quod eſt verũ, niſi ſuperueniat poſt concluſum in cauſa. & idem in arbitro, vt l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arbi. & hoc eſt dictum ſingulare Ioan. And. in c. cum dilectus. de ordi. cogni. per c. auditis.

de procura. Ratio eſt: quia in notorijs non poteſt iudex ſuſpectus recuſari, caſus eſt in c. præpoſuit, & c. conſuluit, il j. de appel. ſed poſt concluſionem cauſæ acta faciũt no torium, vt eſt glo. in c. ſignificauerunt, de te ſti. in verbo liquere. & no. Inno. in c. ex inſi nuatione. de appel. ſed poſſumus tenere cõ trarium ſi non eſſet autoritas Ioan. Andr. & reſpondere in contrarium adductis.

ADDITIO. Adde quod dictum Io. And. refert & ſequitur But. & Abb. in c. pa ſtoralis. de excep. & ibi Fely. colum. vij. in princ. ratio quia vbi opus eſt cauſæ cogni tione tunc obſtat concluſio in cauſa, d. c. au ditis. c. cum dilectus. de ordi. cogni. ad hoc vide Fely. in c. inſinuante. col. iij. verſ. fallit quinto. de offi. & po. iudi. dele.

Adde Abba. qui hoc dictum multũ com mendat, in d. c. cum dilectus. col. vj. ver. ſed circa. Fely. in d. c. inſinuante. col. pe. & in c. paſtoralis. nu. 8. & 17. de excepti. vbi refert plures limita. ad hoc ſingu.

1 *Clericus ſi ære alieno ſit grauatus, & etiã eccleſiæ teneatur quotãnis certum cenſum ſoluere, an eccleſia poßit primo deducere?*

357 Clericus habet multa debita, inter alia
1 tenetur† eccleſiæ quolibet anno in certo cẽ ſu: eſt non ſoluẽdo, an eccleſia poſsit primo deducere? videtur primo quod non: quia inter perſonalia non habet locum prælatio. l. priuilegia. ff. de priuileg. credi. quæſtio eſt vnius gl. antiq. diſtinguentis, an clericus cõ trahat eccleſia ſciente & patiente: & tunc nõ habet prælationem eccleſia: ſi ſciente & contradicente, vel ignorante ſecus. & hoc ſingulariter refert Ioan. Andr. in c. eam te. de æta. & quali.

ADDITIO. Et ibi vide Abb. & alios. Nicol. Pig.

1 *Statutũ quòd pro exequijs fiendis non poſſit niſi tantum expendi a laicis factum, an valeat?*

358 Reuerendus dominus Cardinalis ſancti Marcelli ſcripſit mihi, ſuper duobus volẽs
1 conſuli. Primo,† ſtatutum eſt Romæ, ꝙ pro exequijs fiendis non poſsit niſi tantum ex pendi: quæritur, an valeat, cum ſit factum a laicis? in ſero reperi text. rotundum quod non. licet enim non ſit factum ſuper ſpiri tualibus, tamen eſt factum ſuper connexis eiſdem. arg. l. quod ſi nolit. in. ſi. ff. de ædili. edic. in c. cum laicis. de reb. eccle. non ali. Et ita no. pro mortuarijs. & ita conſulam plu ra adducendo.

ADDITIO. Ad hoc vide Sande. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. xxxviij. de cõ ſti. vbi limita niſi ſtatutum limitet impẽſam funeris concernentem pompam inutilẽ cle ricis: puta circa veſtes lugubres & ſimilia: ſed iſtud procedat in concernentibus cle rum: vt in cera & ſimilibus.

Et hanc diſtin. tenet Abb. in d. c. cum lai cis. & in conſi. xxvj quidam. & conſi. lxiij. lib. j. Deci. in d. c. eccleſia. col. xviij. ver. xj. non valet. Contrarium tamen (eccleſiaſti cis dolentibus) obſeruare videmus in ple riſq; locis. Et certe attenta mente facientiũ ſunt magis ſolatia viuorum quam mortuo rum. Et ſtatu. concernit bonum publicũ: & d. c. cum laicis. loquitur de mortuarijs quæ fiunt in eccleſijs. Et videmus pleroſq; reli gioſiſsimos & nobiliſsimos iubentes ſe hu mari cum duobus cereis totidemque pre sbyteris. Nic. Pig.

1 *Procuratorem ſuum ſi quis in ſupplicatio ne, principi oblata, aliquem cõſtituiſſe nar ret, per talia verba enunciatiua probatur quòd talis ſit procurator conſtitutus.*

359 Secundo,† in ſupplicatione, quam offe
1 ro principi, narro me talẽ meũ conſtituiſſe procura. an hæc verba enunciatiua probẽt illum procuratorem? diceres ꝙ non: quia verba enunciatiua inter alios nõ probant, l. ex hac ſcriptura. ff. de dona. Sed in contra rium eſt verum, caſus eſt ſingularis, in l. ne ſatiſdatio. ff. rem ra. hab. quem habui a Bal. in quodam ſuo cõſilio. & nunꝗ alibi vidi.

ADDITIO. Adde eundem Lud. cõ ſi. lxiij. ſolum eſt videre. non tamen probat in fauorem conſtituentis, vt per Spec. in lo co per eum allegato. Adde etiam Fely. in c. cum in iur. colum. pe. ver. ſunt duo caſus. de offi. delega. vbi ampliat etiam ſi eſſet mate ria requirens ſpeciale mãdatum: quia pro batur contra dominum ex verbis enuncia tiuis. ita d. Ant. in c. nonnulli. §. ſunt & alij. penul. col. verſi. aduerte. de reſcrip. dicens generaliter ꝙ inſtrumẽtum enuncians quẽ procuratorem probat eum procuratorẽ cõ tra eum qui dedit cauſam inſtrumento de quo dicto exclamat ibi do. Abb. Adde etiã magiſt. meum vbi aliqua allegat in l. iuriſ gentium. §. quod fere. in ij. no. ff. de pact.

Et idem Roma. conſi. lxiij. ſolum eſt vi dere.

dere,conſi.cccxix,præſens.circa fin.Alex. conſi.cxcj.perſpecto. lib.vj.Compat,meus Cæpol.conſi,ciui.lxvj.col.xiij.Iaſo.in l.ex his.col.fi.C.de teſta.mili.Fely.in c.nonnulli.§.fi.col.v.de reſcrip.Claud.Acquen.poſt alios in authen.ſi quis in aliquo col.fi.C.de eden.Nico. Boer.deciſi.cclxxxj. venditio. in prin.intelligentes ſecus eſſe quo ad præiudicium tertij. Nic.Pig.

1 *Vſurarius an quis probetur per teſtes deponentes, quòd ſcit ipſum vſurarium, quia mihi mutuauit ad vſuras?*

2 *Teſtis,qui habet ſimilem cauſam illi,quam habet contra illum contra quem producitur, eſt ſuſpectus.*

360 Volo probare quem vſurarium:produ
1 co † multos teſtes,qui dicũt,ſcio ipſum vſurarium:quia mihi mutuauit ad vſuras: an probent? Feder.de Sen.conſi.lxiiij incip. pridie cum procurator. determinat ꝙ non. allegat duas rationes Prima:quia iſti teſtes ſentiunt commodum ex hac depoſitione, (quia vero ſimiliter vſuras repetere poſſunt,)quæ commoditas facit eos ſuſpectos.
2 Secunda:quia ille† qui habet ſimilem cauſam,cum illo pro quo producitur,eſt ſuſpectus.c.perſonas.de teſti.& c.cauſam. de iudi.Ioan.Cald.in titu.de teſte.conſi penul.tenet opi.contrariam,nil allegat,niſi l.j. ff.de teſti.& eſt prohibitorium &c.Bald.in l.dictantibus.C.de teſta.ſequitur opinio.Fede. licet eum non alleget. & ita ego conſulam propter rationes Fede.tene menti.

ADDITIO. Adde quod opin.Fede. videtur ſequi Fely.in c.veniens. col.vj. verſic.glo. in verbo confeſſio.de teſti.Lau.de de Rod.in tracta.de vſur.q.cxvij. Limita tamen hoc ſecundum Bal.in d.l.dictantibus. niſi ille qui accepit mutuo ad vſuram proteſtetur quod non intendit ex hoc teſtimonio aliquod ius quærere.

Et hoc ſequitur Alexan.in d l.dictantibus.& in cõſi.lxxij.inſpecto.col.iiij.conſil, cvij.in cauſa & lite.col.ij.lib.j.Fely. in d.c. perſonas.in fi.Soci. in reg.cccc.xxij.fallen. j.Io.Arno.in ſolu,xxxvj. Tho.Fera.caut. xl.limitãtes, vt hic per coapoſt,meũ. N.P.

1 *Statutum per regem non recognoſcentem ſuperiorem, quòd vnus teſtis ſufficiat ad probandum non valet.*

2 *Teſtimonio Epiſcopi, vel Marchionis ſolius quòd cauſa decidi poſsit, an per communitatem ſuperiorem non recognoſcentem ſtatui poſsit.*

361 Tu ſcis,quod diſpoſitio eſt iuris diuini, quod in ore duorũ vel trium ſtat omne verbum.c.nouit.de iudic.c.cum eſſes.c.relatũ. de teſta.cum ſim:lib.Ex hoc infertur,quod
1 † aliquis rex non recognoſcẽs ſuperiorem non poſſit ſtatuere, vt vnus teſtis ſufficiat: quia non poteſt contra ius diuinum aliquid ſtatu.glo.eſt in l.fi.ff.de conſti.& l.fi.C.ſi cõtra ius vel vti.publi.& eſt caſus.xxv.q.j.c. ſunt quidam,vbi eſt tex.optimus.Hoc præ
2 ſuppoſito:nunquid †communitas non recognoſcens ſuperiorem poſſit ſtatuere, vt teſtimonio ſolius Epiſcopi vel Marchionis quælibet cauſa decidi poteſt? videtur quod non:per ſupradicta. Sed in contrarium eſt verum,caſus eſt ſingularis xj.q.j.c.quicunque.verſi.omnes,ibi,teſtimonium &c.ſecũdum intellectum Inno.in c.nuper.de teſtib. dictum eſt ſingulare,quod no.

ADDITIO. Adde Inno.Abb. Fely.& alios in c.nuper,de teſti.Abb.& Fely.in c.cum a nobis.eo.ti.Iaſ.in l.admonendi.col.lxxj.nume.193.ff.de iureiuran.Et ꝙ ille tex.ſit correctus & ſublatus ponit glo. in d.c.quicunq;.Spec.in tit,de teſti.§.reſtat, xxij.fallen.Inno.& alij ſupraſcripti.& do. Augu.Bero.in c.ſicut num.53.de probat.Et adde infra ſing.dccxv.an papa. Nic.Pig.

1 *Procurator conſtitutus ad exactionem debitorum fiſcalium, num poſſit a priuato procurator conſtitui ad exigendum debita ſua?*

362 An procurator,conſtitutus ad exactio-
1 nem † debitorum fiſcalium,poſſit conſtitui a priuato ad exigendum debita ſua? dic ꝙ non:caſus eſt ſingularis.in authen.de colla. §.hoc quoq;.quæ not.

ADDITIO. Idem in procuratore conſtituto ab vniuerſitate. caſus nota, in l.ij.ff.quod cuiuſq; vniuer.no. vt per ipſum Ro.conſi.cccc.& ccccxxxvj.Deci.cõſi.lxj.& pro tenui,uq.3. Nico.Pig.

1 *Statutum,quòd credatur teſtibus deponentibus de creduitate, non valet.*

363 Valet ne ſtatutum, quod credatur teſti-

bus † deponentibus de credulitate.(de quo in l.j.ff.de ven.inſpi.& l.quid tamen.ff.de arbi.Spe.in titu.de teſte.§.j.in ver.quid de credulitate.do.Ant.plene in c.quotiens.de teſti.vbi non valet dictum teſtis per verbũ credo?) dic quod non valet ſtatutum:ſecundum Hoſti.&d.An.in c.j.de appella.

ADDITIO. Adde Bald.in l.ſi non ſpeciali.in fi.C.de teſta.Alex.conſil.iij. col.iij.lib.ij.late docto.in d.c.j.& in c.licut, vbi Deci.col.vij.in prin.de proba.Io.Crot. in tracta.de teſti.nu.316. Nicol.Pig.

1 *Vſuras repetens, ſi probet reum conſuetum fœnerari ad decem pro cẽtenario, & quòd ipſe habuit mutuo ab eo,& ſoluit, an præſumatur etiam vſuras ſoluiſſe vt propter hoc condemnari poſsit?*

364 Volo repetere vſuras,& probo ipſum
1 conſuetum † fœnerari ad decem pro centenario,& me habuiſſe mutuum ab eo & ſoluiſſe,an præſumatur me vſuras ſoluiſſe: vt propter hoc condemnetur? Cy.& Bald.in l.j.C.de proba.per illum tex.tenent hoc nõ ſufficere.ſequitur Ioan.Cal.in conſilijs ſuis in ti.de teſti.vbi diſputauit.Ioan.Andr.in c. ex literis.de iureiuran.videtur contrarium tenere,& hoc vidi de conſuetudine obſeruari,ſed prima opin. videtur verior neſcio quid conſulam.

ADDITIO. Et conſi.Rom.(ſi iſtud eſt) eſt nu.419.in primis.vbi ſequitur Cy.& Bal.& eos ſequitur Alex.in additio. Bar.in l.ij.ff.de fur.& al.j quos refert Phil. Fran.in c.quanquam.§.cęterum.col.penul. & fina.de vſur.lib.vj.vbi late hoc tractant docto. Nico.Pig.

1 *Teſtibus tabellionibus magis creditur, quã alijs perſonis.*

365 Duo teſtes deponunt vnum,& duo alij
1 teſtes † notarij contrarium, quibus magis credi debet? videtur quod dignioribus:c. in noſtra.de teſti,no.in l.ob carmen.§.ſi teſtes.ff.de teſti.Sed gl.in l.cum quid.ff.ſi certeta.dicit quod ſenioribus magis creditur. Hoc non inuenies ibi,dic, quod magis tabellionibus creditur.gl.eſt ſingularis.in authen.de hære.& fal.§.ſi vero abſunt.in verbo,tabularijs.Et hoc habui à Bald.in auth. ſed cum teſtator.C.ad l.fal.quod nota.

ADDITIO. Adde Anto.Sicu.in no, ſuis in litera T.in verb.teſtis, ii v.

ADDE glo.in verbo,officij.iuncta gl.pro dignitatis.& ibi Ange.no.in.§.ſancimus.in authen.de teſti.Fely.in c.in noſtra.col.pen. de teſti.Thom.Gram.deciſio.lx.nu.10.poſt Iaco.de ſancto Georg.per eum allega. Limitarem illam gl.ſingularem non procedere in cauſa criminali quãdo tabelliones deponerent pro accuſatore & nõ tabelliones pro reo,qui tunc non tabelliones pręferuntur tabellionibus: ſicut in ſimili dicit Bald. in l.data opera,C.qui accuſ.non poſſ.de gl. ſing.in c.clerici.lxxxj.diſt. Nic.Pig.

1 *Doctor & miles, quibus veſtibus vti debeat,an doctoralibus,vel militaribus?*

366 Tu habes Senis multos doctores & milites ſimul: idcirco ſemel fui interrogatus
1 quibus veſtibus † vti debeant,vel doctoralibus,vel militaribus? In primis muſitaui,poſtea reperi glo.ſingularem,quod cum exercet actus doctorales,doctoralibus:cùm militares,militaribus vti debet: ſemota tamen conſuetudine,xxiij.diſtin.c.eccleſiaſtica.quam approbat & ſequitur Ioan.Andr. in c.vt quiſque.de vita & hone. cleri. bene eſt verum ꝙ gloſ.non loquitur in proprijs terminis: ſed in clerico diacono vel ſubdiacono. Et ita reſpondi me interrogantibus. Stude, ſtude:ſtudium enim facit memoriam.& non dormias.

ADDITIO. Adde tamẽ quod non habent neceſſe vti illis veſtibus, etiam vbi eſt princeps,ſed poſſunt ſi volunt. Bar. ſingul.per illum text. iuncta glo.in l.j.C.de hono.vehicu.lib.xj. Nico.Pig.

1 *Vicerector an debeat gaudere priuilegijs et præeminentijs rectoris.*

2 *Conſuetudo modo alba eſt,modo nigra.*

367 Bart.in l.filius.ff.de legatio. quærit: an
1 vicerector † debeat gaudere priuilegijs rectoris,& an debeat habere rectoris præeminentias?De hoc fui Romæ interrogatus,& poſtea quærens reperi caſum ſingularem quod ſic. Tu diceres quod ita eſt conſuetum:ſed qui diceret tibi vbi eſt text.macarone nõne gauderes? quia conſuetudo modo alba modo nigra: vt dicit Hoſti.in principio ſummæ ſuę.Et ideo allega caſum vnicum in c.præcipimus.quod eſt ſi.xciij.diſt. quod nota:quia practicabilia ſunt.

ADDITIO. Adde Abb.in c.cũ olim. in j.notab.de offi.delega,vbi Fely.ſequitur

Cardi.in clemen.j.in vj.oppo.de offi.iudic. Barba.in c.ſane.il ꝑcol.j.de offi.dele.& melius Alex.in rub.ff.de offi.eius,in antepen. colum.Ang.Are. in rub.inſtit.de exceptio. in vj.col.verſi.ſecundo ex dicto glo.aduerte tamen ꝙ tex.allegatus per Roma.venit illatiue.nam dicit quod minor qui ſubſtituitur maiori ſedebit in loco maioris &c.

Et ſequitur Abb.& Deci.in c.ſane.il ij. de offic.ordi.Abb.& Fely.in c.mandata, in prin.de præſump.Fely.in rub.de maiori.& obed.Alex.& Moder.in rub.& Iaſo.in l.j. nume.71.ff.de offic.eius &c.Ludo.Gomes qui alios citat,in.§.fuerat.inſtit.de acti.Ange.Are.in.§.cum autem.col.ij.inſti.qui.mo.ius pat.pote.tol.Nicol.Boer.in addi.tracta. de aut.mag.conſ.nume.66.Iaſon.in l.ſed ſi hac.in ſi.ff.de in ius voc. Intellige quando illud priuilegium vel præeminentia debetur ratione alicuius qualitatis quæ æqualiter reſidet in vicerectore ſicut in rectore:ſecus ſi æqualiter non reſidet, vt pulchre diſtinguit do.meus Alcia.in rub.de offi.ordi. colum.viij. Nico.Pig.

1 *Pactum de retrouendendo appoſitum in contractu emptionis, & venditionis an faciat præſumi contractum in fraudem vſurarū?*

368 Quæro, an pactum de retrouendendo
1 appoſitum † in contractu emptionis & vēditionis faciat præſumi contractum in fraudem vſurarum? Canoniſtæ hoc habent de materia in c.ad noſtram.de emp.& ven.& in c.illo vos.de pigno.& c.conqueſtus, de vſur.in glo.Archid.xiiij.q.iiij.c.pleriq;.Hoſti.in ſumma ſua in tit.de vſur.§.an aliquo. del verſi.non mi ricordo. Bal.in l.fin.C.de condi.inſer.& in rub.C.de vſu.& in c.j.de feud.da.in vi.l.commiſ.ego ſi deberem legere, ponerem in l.ij.C.de pac.inter empt. & vendi.Pro deciſione dic: ꝙ vbicunque contractum factum cum pacto de retrouendendo præceſſerit contractus mutui, ſemper præſumit vſurarius:& ideo debet nullus declarari, & fructus venditori reſtitui. dictum eſt ſingulare Odofre. relatum per Bal.in l.emptione.vbi etiam Paul.de Caſt. & Cy.C.plus valere quod agitur.& ita cō ſului.non poſſum alia tibi dicere, quia longum eſt, vide conſilium meum.

ADDITIO. Adde quod eſt cōſi.cccc xxiij.pro pleniori. col.ij.& ſequuntur plures allegati per conciuem meum Cepol.in tracta.de ſimul.contra.præſump.j.coſum.j.Deci.conſi.clxvij.in cauſa.col.ij.verſic.nec obſtat quod nonnulli.vbi limitat in datione inſolutum. Et facit quod ſcribunt Bar.Bald.Caſtren.& alij in l.pacta nouiſsima.C.de pact. Nic.Pig.

1 *Citatio partis in examinatione teſtium, requiritur. Fallit in ſeptem caſibus.*

369 Fuit vnus ex vobis qui me hodie rogauit, vt colligerem caſus fallentiæ: in quibus non requiratur citatio in examinatione te-
1 ſtium. Regulam † enim habes quod ſic, vt l.ſi quando C.de teſti.& extra.eod.tit.c. in nomine domini. Primo fallit, vbi venit mulier examinanda vt teſtis: quia tunc iuramētum debet ſibi præſtari in domo eius, & valet ſine citatione partis.iſtud eſt ſingulare dictum Bar.poſt Guil.in l.ad egregias. ff.de iureiur.pulchrum dictū eſt. Sed non eſt verum:quia ſi vadit notarius,multo fortius & pars.caſus eſt rotūdus & unicus contra eum in l.ij.§.ſinautem dignitas.C.de iura.calum. Secundo fallit vbi teſtes recipiuntur in cauſa inquiſitionis.vnicum eſt ſingulare dictum Hoſtien.& Ioan.Andr.in c.qualiter & quando.il ij.de accuſa.approbat ibi dominus An. Sed non eſt verū.fundamentum enim eorum eſt tex.in d.c.qualiter.in.§.debet.vbi dicitur,quod iudex debet dare noīa teſtium parti, Et ex hoc inferunt quod non debet citari,quia ſi deberet eſſe pręſens nō oporteret ſibi nomina exhiberi,ſed non ſequitur.nam pone quod eſſet teſtis ignotus,puta in criminalibus vbi debet procedi ad ſimilitudinem cauſarum ciuilium.vt l.abſentem.ff.de pœn.ſed in ciuilibus requiritur per iura allegata.ergo &c. immo multo magis.cum cautius ſit agendū. ar.c.vbi maius eſt periculum:de elec.in vj. cum ſi. Tertio fallit,vbi agitur de examinatione teſtium ad perpetuam rei memoriam contra illum,cuius timeo tirannidem, ſiue potentiam.verbum eſt ſingulare Hoſt. & Ioan.Andr.in c.quoniam frequenter. vt lite non conteſt. Quarto fallit, vbi teſtes recipiuntur per cognitorem ad cognoſcendum an quis ſit idoneus ad dignitatem ſeu beneficium: ſecundum Inno.no.in c.fin.ad fin.de transla.præla.& ſentit etiam ipſe in c.dudum.de præſum.& c.bonæ. de poſtul. pręla. Quinto fallit,ubi ſit recipiendus teſtis in cauſa hæreſis, contra inquiſitum de hæreſi:puta contra potentem dominum.caſus eſt notabilis in c.fina.de hæreti.lib.vj.

Sexto fallit, vbi iudex recipit ex officio ſuper notorio ſeu fama publica ad eius informationem, an fama vel notorium præcedat, ſecundum Inno. in c. bonæ, de elec. et in c. cum in tua. de ſpon. refert Bal. in l. qui teſtamento. §. per contrarium de teſtamen.

Vltimo fallit, vbi vltima die termini recipiuntur in contumaciam citati, & hanc fallentiam collige ex his quę dixi poſt Bar. in l. qui ante kalendas. ff. de verbo. obligat. Nota iſtos. vij. caſus fallentiæ: quia quotidie veniunt de facto. & ſe ne trouate altro cauatime gli occhi.

ADDITIO. Adde Sand. in c. in nomine. col. ij ver. collige. de teſti. vbi ponit limitationes ad iſtam regulam. Et vide ibidẽ per Are. poſt ea quæ allegant.

Adde vltra ſocium meum Corſet. nota. xviij. teſtis. Soci. in trac. fallen. regu. c. ccvj. Deci. in d. c. in nomine. Hippol. de Marſil. in l. de vnoquoq;. colum. xij. cum ſeq. ff. de re iudi. & in ſing. xxiiij. clarum. Ioan. Crot. in tract. de teſti. nume. 25. & ſeq. Augu. Bero. in c. quoniam contra. in gl. citationes. nume. 99. & ſeq. de proba. dicẽtes, poſt ea quę dicunt, Ro. hic luere pœnas. Nic. Pig.

1 *Conſuetudo an valeat, quòd teſtes recipiatur publicatis atteſtationibus.*

370 An valeat conſuetudo, quod teſtes † re
1 cipiantur publicatis atteſtationibus? videtur quod non: quia conſuetudo quę dat occaſionem delinquendi, non valet, c. penul. & fi. de conſue. ſed hic datur occaſio delinquendi propter ſubtractionem. ergo &c. In contrarium eſt verum: ſecundum Ioan. Andræ. in addi. Spe. in ti. de excep. in. §. dicto, col. iij. refert do. An. in c. ſeries. de teſti. non recordor de verbo. ibi vide per do. An.

ADDITIO. Adde Panor. in d. c. ſeries. licet dicat quod Ioan. And. in loco hic recenſo non vult, ſed quod loquitur in alia quæſtione nunquid in eo liceat publicatis atteſtationibus nouam exceptionem proponere & probare, & ſic non loquitur de eiſdem capitulis vel directe contrarijs: tamẽ putat verum, quia ſi partes poſſunt hoc communi conſenſu. c. fraternitatis. de teſti. multo fortius poterit induci ex conſuetudine quæ eſt fortior, licet ſit contra ius cõmune. & in d. c. ſeries notatur et eſt glo. mag. in fi. in c. per tuas. eo. ti. de teſtib. Et quod valeat iſta conſuetudo tenet etiam Spe. in tit. de teſte. §. ſatis vtiliter. in ij. colum. verſicu. quid ergo ſi peto.

Adde Fely. in c. fraternitatis. colum. vj. de teſtib. Nic. Pig.

1 *Procurator poſt litem conteſtatam reuocari non poteſt. Et quid ſi ſuperueniat amicitia, vel conſanguinitas cum aduerſario, vel nuper exorta ſit inimicitia cum domino conſtituente?*

371 Tu ſcis, quod procurator nõ poteſt † re
1 uocari poſt litem conteſta. c. j. de procurat. li. vj. & l. poſt litem. ff. eo. fallit in aliquibus caſibus. Primo propter ſuperuenientẽ amicitiam cum aduerſario, vel conſanguinitatem: vel propter inimicitiam nuper exortã cum domino conſtituente. Modo dominus petit his cauſis reuocari: an in hac quæſtione requiratur ſolemnitas iudiciorum? dic quod non: de hoc habes glo. ſingularem in l. in cauſæ §. hæc autem cognitio. in verbo, prætoris. ff. de procu. quam glo. ſemper no.

1 *Citatio, qua quis citatur ad voluntatem iudicis audiendam, an valeat ſi iudex diffinitiuam ſententiam proferat?*

372 Citatur quis ad audiendum volũtatẽm
1 † iudicis: iudex fert diffinitiuam ſententiã: an valeat? dic quod non: ſed oportet quod citetur ad audiendam ſententiam diffinitiuam. verbum ſingulare Domi. de Rota deciſio. cccxlij. recento. in nouis, quod approbat & refert do. An. in c. ſæpe. de appell. & ideo: quia citatio generalis eſt nulla, ſecundum glo. iuncto tex. in c. fin. in verbo indeterminate. de reſcri. facit l. aut qui aliter. §. ſi quis denunciauerit. ff. quod vi aut clam. ſed hæc eſt huiuſmodi. ergo &c. intellige rationes.

ADDITIO. Adde glo. ſingul. in clemen. ſæpe. in verbo, ad id. de verbo. ſigni. Matheſi. notab. viij. eandem. Rom. in conſi. ccclxix. circa primum. col. ij. Bart. in tract. ad reprimen. in verbo, ſuper dicto crimine. Alex. in conſi. cv. nu. 5. lib. v. Felyn. in c. conſuluit. nume. 16. de offi. deleg. late per Moder. Arimi. in tracta. nullita. in rubri. ex defectu citationis. nume. 56. cui adde d. Augu. Bero. in c. quoniam contra. in gl. citationes. nume. 88. Hippol. de Marſi. in rub. C. de probatio. nume. 369. & ſin repeti. l. de vnoquoque. nu. 142. ff. de re iudi. poſt eos quos allegant. Nicol. Pig.

1 *Fundus ſterilis in emphyteuſim datus, ſi em-*

phyteut e labore factus ſit fertilis, an in æternum emphyte. duret, licet actum ſit, quòd vſque ad tertiam generationem tantum duraret?

373 Fundus ſterilis datus in emphyteuſi, fa-
1 ctus † eſt fertilis emphyteutæ induſtria, & labore. An durabit in æternum hęc emphyteuſis, licet ſit actum, quod duraret vſq; ad tertiam generationem tantum? Dic quod ſic, ſecũdum Bar. ſingulariter in l. quicunq;. C. de omni agro deſer. lib. xj. ſufficit tibi autoritas ſua, ſed non dicit verum, & illa lex nil facit.

ADDITIO. Adde quod immo illa lex probat, & dato quod non probaret, eſt tex. optimus pro dicto Barto. in c. ad aures. de reb. eccleſi. non alienan. & late per Hippol. qui docto. qui pro & contra tenent, enumerat. ſing. cl. ſtatui. & Bart. ſequitur Rip. in tract. peſt. in vlt. par. prin. nume. 355. poſt eos quos allegat. & in l. j. col. iij. ff. de priui. credi. & a docto. communiter approbatur, vt per d. Augu. Bero. in c. in præſentia. núme. 379. de proba. & in c. dilecti. nume. 49. de arbi. Nic. Pig.

1 *Priuilegium mihi conceſſum motu proprio principis in cauſa agitanda non extenditur ad aduerſarium, ſi illud concernat deciſoria iudicij, ſecus ſi ordinatoria.*

374 Regula l. iij. ff. quod quiſque iur. relata per glo. in c. ij. de mu. peti. vult, quod priui-
1 legium † mihi conceſſum in cauſa agitanda proprio motu principis, nõ extendatur ad aduerſarium. Quod eſt verum ſi priuilegiũ concernat deciſoria iudicij: ſecus ſi ordinatoria: vt libellus & cætera, vt in authen. offeratur. C. de litis conteſta. dictum eſt Bart. magnæ autoritatis, per illum tex, in l. fin. C. de fruc. & lit. expen.

ADDITIO. Vide etiam Bal. in c. ij. §. in quibuſdam. de conſue. rec. feu. vbi etiã dicit idem eſſe ſi priuilegiatus nollet vti. & vide etiam Dy. in regu. in iudicijs. de regu. iur. in vj. & in regu. ob gratiam. eo. titu. per doc. in c. ij. de mu. peti.

Et ille eſt commun. intel. ad d. l. fi. vt per Fely. in d. c. ij. in j. limi. Alexan. & ibi Iaſ. & Deci. in d. l. iij. in prin. vbi Claud Acquen. & per Phil. Fran. in c. in iudicijs. de regu. iuris lib. vj. Et licet docto. vbi ſupra multipliciter reſpon. verus tamen intellec. eſt, vt ibi declarat Caſtren. & Deci. in l. non eſt nouum. C. de eden. Nic. Pig.

1 *Appellans per errorem a ſententia pro ſe lata, an videatur ei renuntiare, adeo quòd reſcindi debeatur.*

375 Sententia lata eſt pro te: tu errans ap-
1 pellas, † & petis per appellationis iudicem reſcindi: an noceat tibi hic error, vt iudex debeat ſequi tuum errorem? Videtur quod ſic tribus rationibus, primo error iuris non prodeſt in damno vitãdo. Secundo quia iudex debet præſumere quod tu nõ erres in iure. l. ij. C. de iur. & fac. ignor. ſed potius ꝙ renunties: quod potes. c. inter monaſteriũ. de re iudi. & l. duobus. ff de excep. rei iudi. Tertio ſententia debet eſſe cõformis libello. l. vt fundus. ff. cõmu. diui. Nihilominus contrarium eſt verum, de hoc eſt caſus ſingularis. in l. ſeiæ amicæ. ff. de au. & argen. lega. ſecundum Bal. in l. præſes. C. de ſenten. & in l. j. col. pen. C. quando prouoc. non eſt neceſ. quod no.

ADDITIO. Et idem Bal. in c. ex parte. ij. in c. cum dilecta. de reſcrip. & in c. ij. de probat. & in c. ſuper eo. de appel. Anto. Corſe. verſi. appellatio. vj. Nic. Pi.

1 *Tabellio ſi dicatur fuiſſe rogatus de inſtrumento, & ideo ab eo illius copia petatur, ille vero dicat non recordari, ſed probatur per teſtes quòd fuit rogatus, an poſsit de falſo accuſari: Et ſi dictum inſtrumẽtum in ſuis protocollis non reperitur, an poſſit ex dictis illorum teſtium inſtrumentum conficere?*

376 Tabellio dicitur fuiſſe rogatus † de quo
1 dam inſtrumento, & ideo petitur ab eo copia illius: tabellio dicit non recordari, probatur, quod fuit rogatus, oriuntur duo dubia. Primum, an poſsit accuſari de falſo, ex eo, quod dicit ſe non recordari. Secundum, quid, ſi nõ reperitur hoc inſtrumentum in ſuis protocollis, an poſsit ex dictis illorum teſtium cõficere inſtrumentum, ſicut poteſt ex ſuo originali conficere? Circa primum habes ſingularem deciſionem Ioan. And. referentem fuiſſe diſputatum per Lambertũ de Rampo. in ti. de inſtru. edic. §. inſtrumentum. circa prin. in addi. in verbo, in fine. & fuiſſe deciſum, quod aut hoc fuit a longiſſi

mo tempore, & non poteſt de falſo accuſari. Ratio: quia dolus in falſo requiritur vt l.nec exemplum.C.eo.titu.ſed dolus regulariter non præſumitur, l.quoties.§.qui dolum.de probat. Item propter longum tẽpus præſumitur obliuio. vt l.peregre,ff.de acqui.poſ.hoc dictum refert & ſequitur Bal. in l.vbi exigitur §.fi. alias.l.quædam.ff.de eden. Aut fuit facta quæſtio de recenti, & tunc poteſt de falſo puniri. præſumit enim doloſe dixiſſe ſe non recordari, & voluiſſe celare, ſed ita punitur de falſo qui celat, ſicut qui falſificat.l.falſus.in fin.& l.qui teſtamentum.ff.de fal. & habetur in c.j.de cri.fal.& ibi not.ergo &c. Sed quis debet probare fuiſſe rogatum, vide Bald.in rub. C.de fide inſtru. Quo ad ſecundum dic, quod terminatur in tribus locis.Bar.in l.de tabulis.ff.de tabu.exhib.& l.ſi quis.§.prætor ait.ff.de eden.Bal.in l.fin.C.de eden.& determinant quod ſic, vide bonam glo.in l. edicto.C.de ædil.edic. Et vide eos quia debes habere, non refero.

ADDITIO. Ibi ſed quis debet. Adde eundem Bal.in l.fi.in vlt.col.eo.ti.C.de fide inſtru.& Ioan.An.in additio.ad Spec. in titu.de inſtru.edic.§.oſtẽſo.& in.§.inſtrumentum.in prin.in verſi.autem hic poſito. ibi quo ad ſecundum, adde magiſt. meum in illo.§.prætor ait.col.ij.circa fi.iij.

☞ Adde quod docto. communiter ſequuntur.j.q.vt per Bal.Alex.Iaſo.Soci. & alios, in l.qui accuſare.C.de eden.Bal.l.eum qui. C.de fal.Gandi.in rub.de falſ.col.vij.Fely. in c.accepimus. nu.26.de fide inſtru.Deci. in c.j.col.xxvij.de proba.plene per Nicol. Boer.deciſio.ccxcij.ſed vidi,nu,5.limitantes alio modo vt per eos. Circa ij.q.docto. tranſeunt cum Bart.in d.l.de tabulis, quod notarius non poſsit niſi probet amiſsionẽ, vt per doc.in locis hic alleg. Nic.Pig.

1 *Tertius quilibet pro intereſſe ſuo poteſt in cauſa inter alios vertente comparere, & an poſsit petere ſibi ſoli fieri publicationem teſtium?*

377 Quilibet tertius pro intereſſe † ſuo po
1 teſt in cauſa inter alios vertente comparere, vt in c.veniens.de teſti.glo.in l.ſuſpecta. C.de inoffi.teſta.authen.nec ſi hæres.C.de litigio.& c.cum ſuper.de re iudica. Sed an poſsit petere ſibi ſoli fieri publicationem teſtium? dic quod non. caſus eſt ſingularis ſecundum vnum intellectum & communẽ in c.conſtitutus, de teſtib.& adde in dicta l.ſuſpecta.

1 *Conſuetudo an valeat, quòd probato delicto per teſtes idoneos delinquens liberetur ſi velit iurare ſe non deliquiſſe, vel ſi velit probare negatiuam per teſtes leuis famæ?*

378 Valet ne conſuetudo, vt probata affir-
1 matiua † delicti per teſtes idoneos liberetur delinquens, ſi vellet iurare ſe non deliquiſſe, vel ſi vellet probare per teſtes leuis famæ negatiuam ſe nõ deliquiſſe, prout eſt in Ybernia, & in Saxonia? dic quod eſt nulla & non præſcriptibilis. caſus eſt ſingularis in c.ad noſtram.de probat.& cum queſto vattene a caſa.

☞ ADDITIO. Et ibi doct.maxime Deci.in iij.notab. Et idem Deci, poſt Fely.Abb.& alios, in c.ſicut.in ij.conclu. Abba.eo.titu. Et non valet etiam conſuetudo, quod poſtquam actor plene probauit teneatur iurare, caſus ſingula.in d.c.ſicut.vt per ipſum Roma.in l.admonendi.vbi Iaſo.col. xxxiiij.nu.81.ff.de iureiur. Nic. Pig.

1 *Scriptor poſitus ad ſcribendum introitus cõmunis, ſi deficiat in ſcribendo aliquẽ particularem introitum, pœna manus punitur, & quid ſi ſcribat diminute?*

379 Poſitus ad ſcribendum introitus com-
1 munis: † ſi deficit in ſcribendo aliquem particularem introitum, punitur pœna manus. in authen.de manda.prin.§.coges,& eſt ſingulare ſecundum Bald.in l.vbi exigitur.§. dolo.ff.de eden. Sed pone quod ſcribat, ſed diminutiue, & ita non totaliter omittit: qua pœna punitur tunc? dic quod pœna dupli eius, quod tacuit. caſum do ſingularem in l. excellentia.C.de ero.milit.an.lib.xij.

☞ ADDITIO. Adde conci.meos Cæpol.in authen.ſed nouo. nume.15.C.de ſer.fugi.& Iacob.de Ardizo.in ſua ſumma feudo.in fi.vbi ponunt caſus in quibus pœna manus venit imponenda. Et adde Fran. Rip.in tract.peſtis in vlti.par.in.§.ij.de modo vbertatis conſeruan.col.j. Nic.Pig.

1 *Vinum nouum debet incipi potari in primo die menſis Nouembris, & omitti potatiõ antiqui.*

2 *Baldus dicebatur omnia ſcire.*

380 Scires tu mihi probare per legem quod
1 vinum † nouum debet incipi potari in pri mo die menſis Nouembris, & omitti potatio antiqui? dic quod eſt tex. in l. iubemus. C. de erog. mi. an. lib. xij. & ibi alleg. Bar. cōtra tutorem. Et ita fuit interrogatus Bald. a Duce Mediolanenſi, (qui dicebatur omnia ſcire,) an ſciret quo tempore incipiendum ſi vinum nouum potare, ipſe bene reperit, qa ſtudebat. ſed tu qui non vis ſtudere nunquam reperies.

ADDITIO. Et illum tex. allegat idem Roma. in tutore poſt Bar. conſi. cccc xxv. quo ad primum. Ludo. Gomes in epil. caſuum negligentiæ poſito in regulis cancel. de trien. poſſe. iux. caſu. Et Frā. Rip. in tracta. peſt. par. viij. §. ij. nume. 143. limitans niſi qualitas familiæ pupilli exigeret vinum vetus. Nic. Pig.

1 *Inſtrumentum in iudicio productum, lacerans ira, quomodo puniatur?*

381 Dum contra aliquem producerem in-
1 ſtrumentum † in iudicio, ille lacerat ira motus inſtrumētum meum, qua pœna punitur? Ego non dico vtrum probetur contra eum per iuramētum, vt l. ſi de poſſeſſione, C. de probat. Dic, quod punitur extraordi. pœna criminaliter ſecundum Ioan. And. ſingulariter de fide inſtru. in c. accepimus. & non eſt alibi ſecundum Bald. in l. j. C. de fide inſtru. quod perpetuo not.

ADDITIO. Quod credatur iuramēto damnum paſſi contra lacerantem, vide Bal. in d. l. ſi de poſſeſſione. & in l. qui accuſare. C. de eden. & Specul. in titu. de teſte. §. ſatis vtiliter. in fi. & Moder. in d. c. accepimus. ibi hoc non reperitur &c. vide tex. cū gl. in l. Paulus. in verſi. ſurripuerit. ff. de fal. & Sal. in l. cum. C. de fal. & in l. j. §. qui in rationibus. ff. de fal. et Saly. in l. cum qui, C. de fal. & Bald. in c. peruenit. il j. de probat. vbi dicitur ꝙ ſi hoc fit ut ueritas nulli appareat imminet pœna falſi alias autem extraordinaria per l. iij. §. ſi quis dolo. ff. de tab. exhi. & conueniri poteſt acquilia. l. in lege Aquilia ſi deletum. ff. ad l. Aquil. l. qui tabulas. in fine. ff. de furtis.

Adde Alex. in l. reſpicien. §. delinquunt. ff. de pœ. & Fely. in d. c. accepimus. col. iiij. ponentem de verbo ad verbum ea quæ dicit hic coapoſt. meus. & latius in c. ſicut. colum. v. verſi. quarta concluſio. de re iudi. & in c. cum cauſam. nume. 16. de teſti. Hippol. de Marſi. in rub. C. de proba. nume. 135. Nicol. Boer. deciſio. ccxcij. ſed vidi, poſt eos quos allegant. Nicol. Pig.

1 *Vendita ſi duobus ſit res aliqua ille eſt potior cui illa eſt vendita: et in dubio cui præſumatur prius tradita.*

382 L. quotiens. cum ſimil. C. de rei vendic.
1 † dicit: quod, ſi duobus res venditur, potior eſt ille, cui res traditur. Sed pone quod ambo probent ſibi traduā: ſed nemo cui prius fuerit tradita: cui præſumetur prius tradita? Iaco. de Are. ſingulariter concludit ibi, quod pręſumitur prius traditā cui prius vēdita fuit. prioritas ergo nihil inducit præſumpta prioritate traditionis. refert Bal. in l. & ſi quidem. ff. de publi. Quod eſt verum ſi prior emptor prius pretium numerauit aliter, ſi ſecundus prius probat pretium numeraſſe, præſumitur tunc prius ſibi tradita, ita dicit ibi ſingulariter Bal. in c. j. §. ſi facta. ſi de feu. defun. fue. cōtro. inter do. & agna. & ita dicit ſe cōſuluiſſe in ciuitate Anconę.

ADDITIO. Quod ſequit Alexan. in l. ſiue autem. §. fi. ff. de public. acti. & in l. j. C. de edic. diui Adria. Iaſo. qui plures citat, in d. l. quoties. nu. 37. Hippoly. de Marſi. in l. qui duobus. col. ij. ff. de fal. Nic. Pig.

1 *Quicquid plantatur, ſeritur vel edificatur omne ſolo cedit, radices ſi tamen egit & hoc eſt de iure naturali: vt imperator, vel ciuitas hoc tollere non poſſit.*

383 Tu hai audito la inſtituta in tit. de iure naturali gen. & ciui. & habuiſti quid ſit ius
1 naturale. Et ſcis quod regula † eſt: quicquid plantatur, ſeritur, vel ædificatur: omne ſolo cedit, radices ſi tamen egit, & hoc in mille locis inſti. de rer. diui. §. cum in ſuo. & §. ratione. & §. ſeq. & de acqui. re. domi. & de rei ven. Sed an hoc ſit de iure naturali? dic quod ſic. vnde ſequitur, quod ſi imperator vellet illud tollere non poſſit, nec ciuitas vt in §. ſed naturalia. inſti. de iure natu. ſed de hoc caſus eſt vnicus in l. qui domum. ff. ad l. Aquil. decipites barbatos cum illo.

ADDITIO. Et quando procedat illa regula tradit idem Ro. & Alex. in l. j. §. nunc tractemus. ff. de no. ope. nun. Soci. in reg. fallen. cxj. Nicol. Pigno.

1 *Cōſuetudo an excuſet notariū a pœna falſi.*

384 Fui interrogatus, ſunt hic tres conſerui

tores monetæ:dum vnus debitorum cõmunis ſolueret notarius narrat quod ſolut in præſentia omniũ trium,cum non fuerit niſi vnus præſens ſecundum conſuetudinem:an
1 † hæc conſuetudo excuſat notarium a pœna falſi? Hoſti.in c.quanto,de his quæ fiunt a præla.quem refert Bal.in c.j.de feu.cog. in vſibus feud.dicentem,quod aut notarius aſſerit illos præſentes,quibus ex eorũ præſentia infertur magnum præiudicium: & tunc hæc conſuetudo quantocunq; tempore obſeruata & inueterata non excuſat a pœna falſi.Pone exemplum ſecundum materiam l.quæ dotis.ff.ſolu.mat.Aut nullum poteſt habere præiudicium, vt in caſu noſtro:& tunc excuſatur notarius ſecundum eum.& ita intellige Bal.in rub.C.de fid.inſtru.col.iiij. ver.quæro ergo quid de eo.

A D D I T I O. Dic quod licet Bal.in dicta rubri.iſtud expreſſe non dicat,poteſt tamẽ aliqualiter colligi ex verbis ſuis iuncta autoritate Roma.hic.ſicut in ſimili dicitur.nam ſi epiſcopus committat alicui ſigillum ille ex conſuetudine ſigillat in perſona epiſcopi abſentis & ignorantis, vt ibidem per Bal.et per eundem in l.ij.de rebus alie. non alie.vbi etiam dicit quod non requiritur alia ſubſcriptio.

☞ Et hoc ſequitur Areti.in tracta.maleſic. verſi.falſario.& ibi Augu.Alex.conſi.lxx. videretur.col.ij.lib.j.& conſi.xxxix.viſis. in prin.lib.iij.Iaſ.in l.j.in prin.col.j.ff.quod quiſque iur.Nicol.Eueral.in loco vſitato, ſeu a conſuetis.Deci.conſi.clxxv.in cauſa. col.viij.Hippoly.de Marſi.in l.j.nu.100.ff. de ſicar.& in.§.quoniam. nume.98.in practi.Petraſan. ſingul.iiij.tene.& adde ſupra ſingul.xix.an conſuetudo. Nic.Pig.

1 *Notarius ſcribens falſum inſtrumentum immunitatis ignis pœna punitur.*

2 *Notarius ſcribens ſimulatum inſtrumẽtum perdit manum.*

3 *Notarius ſcribens inſtrumentum vſurariũ eſt periurus,nec amplius poteſt inſtrumenta conficere, & infamis pronuntiatur.*

385 Pone,quod notarius ſcribit † falſum in-
1 ſtrumentum immunitatis : qua pœna debet puniri? dic ignis: caſus eſt ſingularis in l.j.in C.de immu.nemini cõceden.l b.x. De ſcri-
2 bente † ſimulatum inſtrumentum habes q̃ perdit manum. vt in c.imperialẽ.§.ſcriba.
3 de prohi.feu.alie.per Fede.Sed quid de no † tario ſcribente vſurarium inſtrumentum? qua pœna debet puniri? dic q eſt periurus, & non poteſt amplius conficere inſtrumenta,& poteſt pronunciari infamis,dictum eſt Hoſti.in ſumma,in titu de vſu.§.an aliquo. circa fi.verſi.quid de notario. Archi.refert illud & facit ſeſtum,xlvj.diſtinctio,c.ſicut. quod nota.

A D D I T I O. vide etiam Moderni.in d.c.ſicut non ſuo. referentes Archi.& vide Lau.de Rod.in tracta.ſuo vſurarũ.q.lviij.

☞ Sequitur plene Alexan.in d.l.j.& in l.ſi quis iniquũ.§.ſi procurator col iij.ff.quod quiſque iur.Fely.in c.ſi aduerſus.de hæret. Corſe.verſi.falſum.Hippoly.de Marſi.in l. ſi ff.paricid.& in ſing.clxxxj.et ccccclxiij. & in alijs locis. Nic. Pig.

1 *Aurum,vel argentum an deſinat eſſe meum ſi me inſcio, vel ignorante ex eo factus ſit calix?*

386 De auro vel argento meo† factus eſt ca
1 lix me inſcio vel ignorante, nunquid deſinat eſſe meum? Tu ibis ad c.ex antiquis. liiij.diſtinct.ſed dic quod deſinit eſſe meum argentum , loquor enim in re inanimata.c. autem ex antiquis.loquitur in re animata. poſſum tamen æſtimationem petere : caſus eſt ſingularis in c.penul.xiiij.q.vj.quod incipit comperimus.

1 *Venditio facta cum pacto, quòd venditor non teneatur de euictione: re euicta tenetur ad pretium,ſi generale fuerit pactum, a quocunque euincatur , ſecus ſi ſpeciale, quia tunc nec pretium reſtituitur.*

387 Si vendo rem cum pacto,†quod nolo te
1 neri de euictione,teneor ad pretium re euicta.l.emptorem.§.ibidem.ff.de emp. Quod eſt verum quando in genere eſt factum pactum a quocunque euincetur:ſecus ſi ſpecificatur,puta a Sempronio,tunc enim etiam pretium non reſtituo.caſus eſt ſingularis in l.qui libertatis.in prin.ff.de euic.

A D D I T I O. Ad illud vide notabile conſilium Alex.conſil.clxxxviij.incipien. ſi vendo.

☞ Et ibi Bar.& Bal.idem Bal.in l.non dubitatur.ſub eo.titu.& in l.j.q.ij.C.de peri.& commo.rei vendi.Soci.in tracta.fallen.regu. cccclxxxvij.fallen.j.Caſtrẽ. in d.§.ibidem. Ang.Are.in §.actionum, col.xij.verſicu,&

quod dixi.inſti.tu.de actio. Hippol.ſingulari dclvj.venditor.Andr.Tiraq.qui plures citat,de retractu conſ.ingui.§.xvj.glo.j nume ro xiiij.porro.Matthæ.de Affli.in ti.de inueſti.de re alie.fact.in prin.col.fina.& in.§.rurſus.in ti.quib.mod.feud.amit.vbi illum tex.extendunt. Nicol.Pigno.

1 *Teſtium, & eorum dictorum reprobatio eſt permiſſa, quæ tamen vltra tertiam non admittitur.*

2 *Reprobatio teſtium in iudicio ſummario nõ admittitur, quando illud poſtea venit examinandum in iudicio ordinario.*

388 Reprobatio perſonarum teſtium† & eo
1 rum dictorum eſt permiſſa.c.præſentium.
de teſti.& C.eo.ti.l.ſi quis teſtibus.licet nõ
admittatur vltra tertiam productionem.c.
2 licet dilectus.de teſtib.Tñ fallit hoc† in iudicio ſummario in quo non admittatur reprobatio:quando illud poſtea venit examinandum in iudicio ordinario, dictum eſt abbatis antiqui,quem refert ibi Hoſtien.& Ioan.And.& do.Anto.in c.veniens.ij.ij.de teſti.Et eſt ratio:quia ſi hoc admitteret non eſſet ſummarie procedere, ſed magis ordinarie, & ſic eſſet differre exemplum pone in filio petente alimenta, & probante ſe filium. per l.ſi iudex.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iuris.iuncta l.ſi quis a liberis.ff.de lib.agno. quæ filiatio poſtea venit probanda in iudicio ordinario.Item exemplum in tertio comparente ad impediendum executionem. vt l.a diuo pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudica.

ADDITIO. Et ſequit ibi Abba.colum.v.in princi.& ibi Felyn.in vj.colum. Quod intellige ſecus, quando in iudicio quantuncunque ſummario non expectaretur alia ſentẽtia in principali cauſa,vt per Areti.conſil.lxj.in cauſa illorum.in fin Hippol.de Marſi.in rub.C.de proba.in fin. & in l.de vnoquoque.nume.135.ff.de re iudi.Et eſt de mente Roma.hic.& diſtinguit idem Areti.in d c.veniens. col.ix.vt refert Marãt.in practi.de repulſa teſtiũ.in fi.N.P.

1 *Redditus relictus quolibet anno, intelligitur tunc debere ſolui, quando hæres fructus colligit: Et quid ſi vna cum redditu legati ſint etiam viginti, an illa viginti ſtatim adita hæreditate peti poſſint?*

389 Redditus relictus quolibet† anno intelligitur tunc debere ſolui quando hęres fructus recolligit.l firmio.§.pater.& l.nec ſemel.§.ſi in habitatione.ff.quando dies leg.ced.Modo lego Titio ſextam partem fructuum talis fundi,et xx.An viginti poſſunt immediate peti adita hæreditate,an ſaltem poſt aliquod tẽpus. per l.quod dicimus.ff.de ſolu.l.j.§.belliſsime.&.§.ſub cõditione,ff.vt leg.no.ca.dic quod non:ratione cõnexionis:ſecundum Bar.per illum text.in l ſi legatarius.§.j.ff.de legat.iij.qui notabiliter hoc probat.

ADDITIO. Adde quod illam doctri.Bar.dicit ſingul.idem Roma.conſil.ccxxxj præmiſſorum.Fely.in c.ij.col.xvj.in v.fallen.vbi Rip.nume.46.de reſcrip.Idem Rip.in c.j.col.xxxij.de iudi. Iaſo.in l.j.col.iiij.ff.de iuſti.& iur.& in l.qui hoc anno.col.ii.ff.de verbo.obli. poſt Ro Nic.Eueral.in loco a natura copulæ ſecũdo modo.Soci.iun.conſi.clx.circa præſentem. colum.iij.lib.ij. Nic.Pigno.

1 *Medico in ciuitate exiſtenti ſi dietim decem promittantur vt ad ægrotum in comitatum veniat, an decem debeantur diebus quibus eſt in itinere?*

390 Medico exiſtenti in ciuitate promitto
1 x.dietim, † vt veniat ad egrum in comitatum. an decem debeãtur diebus quibus eſt itinere? dic quod ſic:tex.eſt quem no.Bar.in l.quid niſi.verſi.ſed qui dies.ff.de ope.li.& ibi Bar.facit magnum feſtum.

ADDITIO. Et ibi Alex.Bald.in l.liberti.col.iiij.C.eo.titu.idem Alexan.in l.de diuiſione.col.ij.ff.ſolu.matri. Franc.Rip.in tracta.peſt.vlti.par.titu.de medi. & ſala.col.xj.vbi alios citat.& in l.de quo minus.col.v.ff.de flumi.Et idem in aduocato, vt per Bal.in l.j.C.de ſuffra.& Fely.in c.j.in fi.de libe.obla.Iaſo.in l.diem functo.nu.42.ff.de offi.aſſeſſ. Ncol.Pig.

1 *Inuecta & illata per ſecundum conductorẽ,an ſint tacite obligata primo locatori?*

391 Inuecta, & illata per inquilinum & colonum ſunt pro penſione tacite obligata.l.certi iuris.C loca.cum ſimil.licet diuerſimode in colono & inquilino. & inquilinus & colonus poſſunt alij locare.ſed an inuecta & illata per ſecundum cõductorem ſint

tacite obligata primo locatori? dic quod
1 nõ: † caſus eſt ſingularis i l.ſi in lege.§.ſi colonus.ff.loca.quem nota perpetuo.

ADDITIO. In contrarium eſt veritas, & eſt text.in l.ſolutum.§.ſolutam.ff.de pigno.actio.& ſequitur Socin.in regula.cxcij.fallen.vj.Ludo. Gomes in §.item ſeruiana.nume.15.& 32.inſtitu.de actio.Neguſ. late in tracta.de pigno.iiij.membr.ij.par.princ.xij.caſu.ij.amplia.& ad d.§.ſi colonus.vide infra ſing cccxcvj.vnus. N.P.

1 *Procurator debet habere ſpeciale mãdatum ad petendum relaxationem carcerati.*

392 Ad petendum quem relaxari a carceribus quilibet admittuntur.vt de li.ho.exhiben.in multis locis. Sed nunquid poſsit ge-
1 neralis procurator † illud petere? diceres quod ſic: quia ſufficit generale mandatũ ad agendum. Dic quod requiritur ſpeciale mãdatum.l.Pomponius.ff.de procura.Bar.allegat,ad hoc in conſilio ſuo lxxxiiij incip. in cauſa ſtatij.lib.j.Adde ad c.qui ad agendum,de procura.lib.vj.

ADDITIO. Adde quod idem Roma.conſi.ccxlj.ſpectabiles.circa fin.dicit illud dictum Bar.eſſe falſiſsimum.Et cõtra Bar.tenet Alex.conſi.cxxxiij.circa executionem.lib.vj.de quo vide late Ioan.Bapti.de ſancto Seueri.in tracta.de debito.fugi.xiij.q.prin.& Fely.in c.j.col.v.ver.prima itaq;.de iudi. Nic.Pig.

1 *Statutum ſi prohibeat habentem vnum officium aliud acceptare quam pœnam, ſi acceptet, patiatur?*

393 Si ſtatutum prohibet habentem vnum
1 officium † acceptare aliud. an patiatur aliquam pœnam ſi acceptat? dic quod caret acceptato,& priuntur beneficijs & ſalario primi.tex.eſt ſingularis. in l.quiſquis.C.de cohorta.lib.xij.& ibi Bar.no.

ADDITIO. Et Fely.poſt Are. in c.ex literis.col.iiij.limi.j.vbi Deci.reclamat,de proba.Limita niſi diſpẽſetur cõtra ſtatutum:vt per Bar.in l.fin.C.de execu. & exact. declarando vt per Deci.vbi ſupra, colum.penul. Nicol.Pignol.

1 *Minor non debet occupare locum maiorũ, & contrafacientem qua pœna puniatur?*

394 Non debet minor † maioris locum oc-
1 cupare: vt fit per aliquos in collegio noſtro Senenſi,ſed qua pœna puniuntur illi tales? dic,quod debent poni in loco viliori,& priuari loco aſſumpto: caſus eſt ſingularis in c.præcipimus.xciij.diſt.quod no.

ADDITIO. Et ſequitur Petraſancta ſingul xxxiij.& eſt doctri.Chriſti Matthæ.Euang.xxiij.Lucæ xij.Cum inuitatus fueris &c.Et tales ſacrilegi cẽſentur. caſus notab.in l.j.C.vt digni. ordi.ſeru.lib.xij.Sed tex.in l.ij.ibi,in locum ex quo inde center emerſerat reuertatur,C.de offi.mag.offi.dicit,quod ponatur in priſtino loco: Et ita tenet Fely.in rub.de maio.& obedi. col.iiij.dicens,d.c.præcipimus.ſeruari in caſu ſuo:& ita ſentit Nicol.Boer.in ſ.additi. tracta.de autho.mag.conſ. Nic.Pig.

1 *Poteſtas debet etiam vltra tempus ſui officij exercere iuriſdictionem quouſque ſucceſſor in officio veniat, & an pro hoc reliquo tempore debeat habere conſuetum ſalarium?*

395 L.meminiſſe.ff.de offi.procon.& l.eum qui.ff.de iuriſ.omni.iudi.Canoniſtæ in glo. in c.& ſi Chriſtus.de iureiurã.dicunt; quod
1 † poteſtas debet etiam vltra tempus ſui officij exercere iuriſdictionem quouſque veniat ſucceſſor in officio. Sed quæro,an pro reliquo tempore quo ſedet vltra tempus ipſius officij debeat habere ſalarium conſuetum ſecundum ſtatutum officij? dic quod ſic.caſus eſt ſingularis in authenti.de adminiſtra.§.illud.

ADDITIO. Idem Roma.in l. diem functo.& ibi per alios.ff.de offi.aſſeſ. Nicol.Pigno.

1 *Intellectus l.ſi in lege.§.colonus.ff.locati.et l.ſolutum.§.ſolutam.ff.de pigno.actio.*

396 Vnus veſtrũ dicit mihi, quod volebat
1 † me declarare.l.ſi in lege.§.colonus.ff.loca.& l.ſolutum.§.ſolutam.ff.de pigno.acti. contrariantes inter ſe.Sed Bar.ſoluit aliud in tacita:aliud in expreſſa.ſed diuinat. Tu dic,aut loquimur in colono, & ſic in prædio ruſtico, & tunc loquitur.§.ſi colonus. Si autem in inquilino,tunc loquitur cõtrarium. moueor per l.certi iuris.C.loca. vbi facilius inducit hipotheca in inquilino,quã in colono.vide ad hoc l.ſi gratuitam.ff.qui.mod.pigno.tacite contrahitur.

ADDITIO. Dicas quod vera reſolutio eſt illa Bart in d.§.ſi colonus,quã ſequuntur communiter doct.vt per Neguſa.in tracta. de pigno.iiij.memb.ij.par.princi.xij.caſu,ij.amplia,Iaſo.in l.item quia.colum.j.ff.de pac.& Ludo.Gomes, qui poſt alios late tractat,in § item ſeruiana.nume.15.& rurſus nume.32.vbi ponit duas alias ſolu.inſtit.de actio.Et adde ſupra ſingulari cccxcj.inuecta, Nic.Pig.

1 *Perſonæ egregiæ, vt ſunt milites, clerici,et ſimiles,ad iudicium venire non compelluntur,et an hoc procedat in cauſa criminali?*

2 *Iudex licet in ciuili poßit committere alteri examinationem teſtium, tamen hoc in criminali non poteſt.*

397 Perſonæ egregiæ,(vt milites,clerici,&
1 ſimiles) non† compelluntur venire ad iudicium.vt in c.ſi qui teſtiũ,de teſti.l.ad egregias.ff.de iureiuran. Sed an habeat locum
2 in cauſa criminali? Scis,quod licet† in cauſa ciuili poſsit iudex alteri committere examinationem teſtium,tamen hoc non poteſt in cauſa criminali.vt in authent.apud eloquentiſsimum,C.de proba.l.iij.§.diuus.ff.de teſt.iij.q.vj.c.teſtes.nota.in c.cum cauſam.de teſti.& c.conſtitutus.de fideiuſſo.& Ioan.And.in c.Romana.§.contrahentes.de foro compet.lib.vj.& c.mulieres.de iudic.eod.lib.dic quod non. gl.eſt ſingularis in c.j.de teſt.cogen.

ADDITIO. Adde iij.q.viij.c.teſtes.& Gemi. qui ita limitat in c.præſentiũ.de teſti.lib.vj.ratio eſt quam aſsignat Roman.hic,nam certe equius eſt egregiam perſonã totius venire ad iudicem quam econtra.ſecus ergo eſſet quando ratione importantiæ venire nõ poſſent,vt inquit magiſter meus in d.l.ad egregias.col.ij.circa fi.ad hanc limita.vide Panor.in c.ſi qui teſtiũ.de teſtib.& ibi per Fely.colum.antepenul.& magiſt.meum vbi ſupra.

1 *Teſtificari certæ perſonæ inuitæ non compelluntur, & quid ſi veritas aliter haberi non poßit?*

398 Tu habes in l.iiij.ff.de teſtibus,q̃ certæ
1 † perſonæ inuitæ non compelluntur ad deponendum.Sed illam intellige,quando poteſt per alios probari;alias ſecus, ratio eſt; quia non eſt anguſtanda facultas probationum.l.quoniam.C.de hæret.verbum eſt ſingulare Hoſtien.& Ioan.And.in d.c.j.de teſti.cogen.quod nota perpetuo.

ADDITIO. Adde Specul.idem tenentem in ti.de teſte.§. de teſtium compulſione.in prin.do.Anto. in c.cum a nobis.in vlti.col.de teſti.& glo.in ver.occultetur.in c.quicquam.xiiij.q.ij.& d.Ant.poſt Hoſtiẽ.in c.cum nuncius.in vlti.col.de teſti.d.Anto.& do.Abb.in c.dilectorum.de teſt.cogẽ.& Imo.in c.iij.eod.tit.& Archi.in c.ſtatuendum.ij.q.vj. iſtud tamen ſublimitatur niſi aliqui eximerentur a teſtimonio non quia eſſent priuilegiati,ſed aliter inhabiles,quia etiam in auxilium veritatis aliter non admitterentur quando materia eſt talis quæ de ſui natura aliter ſciri poſſet,vt per gl.fi.in l.inuiti.la j ff.de teſti.quam ſic intelligũt neoterici in d.c.j.de teſti.cogen.

Adde ibi Abb.& Fely.nume.8.qui alios citat.& in c.dilectorum.eo.ti.Lanfran.in c.quoniam contra.verſi.teſtium.nume.42.ad fin.de proba.vbi ponit cui incumbat onus probandi quod veritas aliter haberi nõ poteſt. de quo etiam per Deciſio.Tholoſa.iij.& cccliiij & ibi Aufre.late Soci.in regula cclix.fallen.iiij. Et an hoc ſingul.procedat in cauſa criminali ponunt docto.in d.c.dilectorum.& Socin.in tracta. fallentia.regula ccccxvij. Nic.Pig.

1 *Confeßio extraiudicialis ſine cauſæ expreßione non probat: ſecus in iudiciali, quia probat & quid in arbitro?*

399 Quamuis confeſsio extraiudicialis† ſi-
1 ne cauſæ expreſsione non probat,vt l.cum de indebito.§.fin.ff.de proba.& l.generaliter.C.de non nume.pecu.c.ſi cautio.de fide inſtru.itẽ cõfeſsio iudicialis inducit probationem ẽt q̃ſit ſine cauſa: quia calor iudicij ſupplet defectum.tex.eſt in l.voluit.in princi.&.§.fi.ff.de interro.act.& nota.in l.j.C.de confeſ.& Canoniſtæ in c.fi.eod.ti.Quid diceres ſi confeſsio fieret coram arbitro? Tu diceres quod ſic:quia ſunt redacta arbitria ad inſtar iudiciorum, vt l.j.ff.de arbit.Sed ratio eſt in iudice propter iuriſdictionem ſuam,quæ nõ eſt in arbitro:qui habet tantum notionem, tamen idem eſt in arbitro:glo.eſt penul.ad fi.& ſingularis in l.j.ff.de interrog.actio.allegat l.penul.ad fi.C.de arbi. ſed parum facit, non tamen inueni glo.reprobatam.

ADDITIO. Adde quod illam gl.ſequitur ibi Bal.& Lud.Bolog.vt eſt ibi eius additio. Bart.poſt alios in l.j.in fi.C.de confeſſ.Abb.poſt Imo.in c.præſentata.col.iij.de teſti.vbi Fely.colum.penul.refert docto.pro vtraque parte. Quæ opin.mihi verior videtur quãdo arbiter iuris ordine ſeruato ad inſtar iudicis proceſsit & confeſsionem recepit: cum arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum.d.l.j.& ibi Bart.ff.de arbi. Vide tamen Alex.conſi.xiij.ex his.colum.ij.lib.j.quod eſt duplicatum conſil.xix.lib.iiij.Fely.vbi ſupra. Deciſi.Neapo.clxviij.in cauſa.nume.10. Nico. Pig.

1 *Contumax ſi ſit reus in reſpondendo, actor in poſſeſsionẽ rei petitæ a iudice mittitur, præmiſſa inquiſitione ſummaria. Secus in gratia, vel dignitate beneficiali. Et quid in dignitate ſeculari?*

400 Quando reus eſt contumax in reſpon-
1 dendo † iudex mittit actorem in poſſeſsionem rei petitæ inquiſitione ſummaria. Hoc fallit vbi agitur ad obtinendum beneficiũ, ſeu gratiam inde cõceſſam, ſeu dignitatem: casus eſt in c.j.de eo qui mit.in poſ.cau.rei ſer.libr.vj.quod intelligit ibi glo.& docto. quando agitur de poſſeſsione: non de titulo.& dicitur ibi ſingulariter quod põt procedi propter contumaciam rei lite non cõteſta.in cauſa beneficij. Sed quid, cum petitur officium ſeu dignitas ſecularis, an ſit idẽ quod in dignitate eccleſiaſtica? dic quod ſic, ſecundum Spe.ſingulariter in titu.de ſecundo decre.§.videndum.verſi.quid ſi electus.nume.12. Vide ibi rationes ſuas, & illud dictum refert & ſequitur Ioan.Andræ.in c.contingit.de dolo & contum,quod nota tu legiſta.

ADDITIO. Adde eundem Ro.in l.ſi vero.§.de viro.fallen.xl.verſi.xix.ff.ſolu.matri.Abb.poſt alios in d.c.contingit.v.colũ,quem vide dum ſingulariter declarat.d.c.j.vt habeat locum in beneficio obtinẽdo,ſecus in obtento reſtringendo. Et intelligẽ quod iſtis caſibus non fiet miſsio,ſed procedetur contra contumacem ad diffinitiuã vt per Spe.in loco hic alleg.

1 *Interpellatione extraiudiciali non præcedente, reus an poſſit cõdemnari in expenſis primæ citationis & libelli oblationis.*

2 *Intellectus l.quidam Hyberus.ff.de ſerui. vrba. prædio.*

401 Alio ſero dominus Manuel dixit mihi, quod reperit ſuper litera moderna i decretalibus vnum dictum: ſcis enim quod de honeſtate eſt quod antequam aliquem conue-
1 niam interpellẽ † ipſum extraiudicialiter. caſus eſt in l.quidam hiberus.ff de ſer.vrba.prædio.& dicunt Moderni, quod ſi hæc interpellatio non præcedit, non poteſt reus condemnari in expenſis primæ citationis & libelli oblationis. & nil allegant, & hac occaſione volo tibi declarare hoc. Dic ergo, quod aut reus citatus non monitus extraiudicialiter comparet, & confitetur petita:& tali caſu confeſſus nõ poteſt condemnari in expenſis primæ citationis neque libelli.ratio eſt: quia imputandum eſt creditori quare eũ non monuit: præſumere enim debuit reum confeſſurum debitum extraiudicialiter: igitur q fuit in culpa merito perdit expenſas. Aut reus negat:& tunc condẽnatus per ſententiam debet in omnibus expenſis condemnari, & citationis & libelli: & ratio eſt: quia iudex præſumere debet illum reum negaturum debitum extraiudicialiter, ſicut negauit iudicialiter per rationes naturales. ſingulare verbũ Gui.de Cu. in l.edita.C.de eden.& ita intellige d.l.quidam hiberus.quod tene menti: quia millies de facto habebis.

ADDITIO. Adde Abba.in c.ij.de accuſ.col.ij.& Fely.in c.nouit.colum. pen. in fi.verſi.fallit primo.de iudi.Bur.in c.j.colum.iiij.de libel.obla.Anan.in c.licet heli. col.iiij.ad princi; de ſimo.& de materia,l. quidam hiberus.vide Bald.in locis allegatis vbi ſupra per Ana.

Adde Caſtren.in l.ſi reus paratus ff.de procura.& in l.deſtitiſſe.ff.de iudi.Fely.& Deci multipliciter limitantes in c.nouit.colum.ſi.de iudi.& in c.quoniam contra glo. dilationes.de probatio.Abb & Felyn.in c.ij.de accuſa.Deci.& Cagnol.in l.qui in alterius.ff.de regul.iur.

1 *Interpellatio extraiudicialis reo debitori facta a quo debeat probari an ab actore affirmante, vel a reo negante?*

2 *Clericus loquens cum puella hodie non præſumitur ei velle benedicere.*

402 Quis debet probare hanc monitionem
1 extraiudicialem: † actor affirmans, vel reũ

negans? tu diceres quod actor: per l.actor quod aſſeuerat.C.de proba.& c.bonæ.j.de elect.et male diceres.Sed dic quod incum-
2 bit onus probandi reo neganti,† & ſic præſumptio eſt pro actore. caſus eſt ſingularis. in l.in fideicomm.ſsi.in prin.ibi, tamen ſi nõ facile, &c.ff.de vſur.dicit enim ibi text.illud communiter accidit.ſed locus à cõmuniter accidentibus transfert onus probandi in negantem.glo ordi.in l.neque natales. C.de proba.ſicut dicimus quod loquẽs clericus cum puella non præſumitur eam benedicere velle hodie in c.abſit.xj.q.ij. & iſtud adde ad l.ſciendum.ff.de verbo.obli. & quod ibi dixi,& quære hoc in c.finem litibus.de dolo & contuma.& l.properandũ. C.de iudi.& non inuenies.

ADDITIO. Ad hoc vide Fely.in c. c. nouit.in vltimis verbis,de iudi.vbi ſequẽdo Ro.hoc dicit, quod onus probandi incumbit neganti ſe monitum dicit tamen cogita,quia iſta eſt mera negatiua ergo improbabilis.c.quoniam,de proba.ſed aduerte ꝙ ipſe tenuit oppoſitum & forte melius per vnum bonum argumẽtum in d.c.quoniam. colum.ix.

☞ Adde quos nunc proxime citaui.Et do. meum Cagnol.in l.vinum.nume.22.limitã tem non procedere in materia quanti plurimi:quinimmo allegãti diem interpellationis factæ incumbit onus probandi.Et quando argu.a commu. accidentibus valeat vel ne late ponunt Alexan.& Iaſo.in l.nõ hoc. C.vnde cogna.Hippol ſingul.j & Nic.Bucrai.in ſuis locis legalibus. Nico.Pig.

1 *Cautela ad euacuandum, & irritandum ſententiam,quæ ferri poſſet contra tutum in integrum reſtitutione.*

403 Volo tibi dare cautelam (ſcis quod mi-
1 nor,et eccleſia,habet in integ.reſti.)ad † euacuandum ſententiam quæ ferri poſſit contra tutum in integ.reſtitu.Facias quod præcedat tractatus tranſactionis lite pendente, & ꝙ aduerſarius aliquid tibi remittat de eo in quo forte potuiſſet condẽnari minor, deinde noli ſtare dictæ concordię:ga ſi contingat ipſum condemnari in plus quam fuit tractatum,habebitur tranſactio perfecta,& ſententia irritabitur.caſus eſt ſingularis, & Bar.ibi gloriatur in l.ſi ex cauſa.§.nunc videndum.verſi.ergo & ſi.ff.de mino.& dicit pluries practicaſſe,& eſt caſus ſingulariſs.

ADDITIO. Adde Franc. Cremen. no,xxviij.incip,obtinui Bald,& Alb,in,§. nunc videndum.hic alleg.& Bald.in repe. l.ij.col.ij.C.de reſcin.vend. Bartho.Cæpo. in cautel.vj.quando aliquis litigat.

☞ Et Bal.in c.ſi.& ibi Fely.circa ſi.de probatio.Nicola.Boer.deciſio.lxiij.minor.colum.ij. Nico.Pignol.

1 *Limitatio ſingula.ad clemen. appellanti.de appellatio.*

404 Attende quod clementi.appellanti.di-
1 cit,† quod appellatio ab interlocutoria nõ poteſt iuſtificari niſi ex antiquis actis, non ex nouis.dicit Bar. hoc verum quando ſententia interlocutoria fertur in præſentem: ſecus in abſentem.tunc enim poteſt iuſtificari ex nouis actis coram iudice appellationis,& hoc ſcribas cordi.Bar.in l.ait prętor.§.quid tamẽ.ff.de mino.ratio huius eſt: quia iudex debet pro abſente probationes inducere, vt authen.qui ſemel.C.quomo.& quando iudex.vnde ſi non fecit iudex poteſt abſens illud ſupplere in cauſa appellationis, ne negligentia iudicis ſibi noceat.

Sed non valet: quia pro perſona iudicis præſumitur.vt in c.in præſentia,de renuncia.c.ſicut.de re iudi.c.bonæ.de elec.l.herẽnius.§.gaia.ff.de euict.oportet ergo probare iudicem ſciuiſſe,alias non eſſet negligẽs, vt in c.quia diuerſitatem.de conceſ.præbẽ. quia authen.qui ſemel.non imponit neceſſitatem iudici:ſed poteſt ſi vult,l.non quicquid.ff.de iudi.Bald.in l.ij.C.de reſcin.vendi.in repetitione allegat illud dictum, & ſequitur: reprobat tamen rationem Bar. non autem per rationes meas,& allegat Spe.in titu.de offi.iudi.§.exprimit.verſic.cum autem.ſed nil facit in c.in noſtra.de teſtib. & in c.in præſentia.de in integ.reſtit.alias de renuncia.ſed id dictum non video quomodo poſſit procedere:cum ſi pręſens non poteſt,qui obedit: non debet poſſe abſens & inobediens.vnde teneo quod ſiue in abſentem,ſiue in præſentem feratur poteſt iuſtificari ex nouis actis.non enim debet eſſe melioris conditionis abſens ꝗ̃ præſens.c.eum qui.de præben.lib.vj.

☞ ADDITIO. Et Bar.in d.l.ait prætor.ſequitur Alexan.in l.iij.colum.fin. ff.de appel.recip.Rober.Maran.in Specu, aure.verſicu.appellatio. nume.157.Et iiij. alias limi.ad d.clem.ponit idem Roma.ſupra ſingu.cclxxxij.clemen. Nic. Pig.

1 *Disiunctiua poſita inter hæredes, vel lega-*

tarios, reſoluitur in coniunctam, niſi eæ ſimul in eadem oratione poſitæ fuerint.

405 Tu habes l. cum quidam. C. de verb. ſi-
1 gniſ. quod † diſiunctiua poſita inter hæredes vel legatarios reſoluitur in coniunctiuam, de quo in l. ſæpe. ff. de verb. ſig. quod eſt verum, niſi eadem oratione fuerit ſimul poſita coniunctiua & diſiunctiua: tūc enim ſtat in ſua ꝓpria ſignificatione: vt lego Titio & Sempronio vel alteri eorum. Et erit effectus quod tranſit res ad collegatarium non per ius accreſcendi, ſed per ius nō decreſcēdi. caſus eſt ſingularis in l. ſi fundum ſub conditione. §. his verbis. ff. de lega. j. & ibi Bal. quod tene menti.

ADDITIO. Adde Iaſo. q alios citat, in d. l. cum quidam. col. iij. in vij. fallen. Nicol. Bueral. in loco a natura copulæ, in v. modo. Franc. Rip. in l. re coniuncti, nume. 51. ff. de leg. iij. Nico. Pig.

1 *Intereſſe aduerſus doloſum probatur per iuramentum, ſi dolus in faciendo conſiſtat, ſecus ſi in omittendo, nam tunc eſt teſtibus probandus.*

406 Intereſſe aduerſus doloſum † probatur
1 per iuramētū. l. ſemper. §. in hoc interdicto. ff. quod vi aut clam. & l. ſi quando. C. vnde vi. de materia in l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo. & in c. fi. quod metus cau. & glo. in c. dilecti. de foro compet. Quod limita verū ſi dolus conſiſtat in faciendo: ſecus quando dolus reſultat ex nō faciendo, vel omittendo: quoniam tunc teſtibus eſt probādus. caſus eſt ſingularis in l. argentarius. §. cum autem. ff. de eden. quod no.

ADDITIO. Ad iſtam limitationē: vide magiſt. meum in d. §. cum autē. & Alexan. in l. qui accuſare. ad fi. C. de eden.

Contrarium tenent communiter docto. in d. §. cum autem. et in l. qui accuſare. C. de eden. & late præcep. meus Cagnol. in d. l. vnica. ſub numero 126. C. de eo quod inte. Bar. in l. ſi prius. q. ij. & ibi Iaſo. col. xv. ff. de no. oper. nuncia. Intelligentes d. §. cum autem. procedere in eo, qui ſolum tenebatur officio iudicis nobili. Sed Roma. hic ſequitur Alexan. conſi. ccxiiij. quando dolus. lib. vij. & in d. l. qui accuſare. Nic. Pig.

1 *Frater an teneatur conferre, vel ſibi imputare dotem, quam eius filiæ viuente patre, dedit.*

407 Pone caſum quotidianum, vnus † fra-
1 trum viuente patre de patrimonio maritat filiam ſuam: mortuo patre alter fratrum petit a fratre illam dotem conferre, vel cōmunicando, vel ſibi imputando in partem: an teneatur? videtur quod ſic per l. certum. C. famil. hercif. Bal. in l. fi. col. penul. verſi. ſed pone quod vnus. C. de do. promiſ. dicit eſſe caſum ſingularem in l. pater filiæ. ſecūdum vnam lecturam. ff. de euic. quod non teneatur imputare in partem ſuam. Sed ego dico quod vos habetis caſum clariorem in l. dedit dotem. ff. de colla. bo. in gl. fi.

ADDITIO. Hoc idem voluit Bal. in authen. res quæ. col. ij. verſic. quæro an tenear. C. commu. de leg. & in authen. ex teſtamento. verſi. xvij. C. de colla. Idem Roma. in l. j. ff. ſolu. ma. Franc. Are. conſi. xvij. conſideratis. col. ſi. intelligens niſi ad patrē reuerſa eſſet. Et conſuluit Decius poſt eos quos allegat indubitatū dicens, conſi. lxvj. de duobus col. fi. Cōtrarium quod teneatur imputare, quādo auus dotauit, tenuerūt Cy. in l. ſcimus. q. v. C. de inoff. teſta. Ange. Alexan. colum. pen. do. meus Alcia. & Moder. in l. in quartam. ff. ad l. falci. Deci. conſi. lxxxj. in vj. dubio. Niſi contemplatione aut dotata fuiſſet. dic vt per eos. Nic. Pig.

1 *Sententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij, requirit peremptoriam partis citationem, niſi agens cauiſſet ſe proſecuturum, & finiturum litem infra certum tempus.*

2 *Sententia ſine citatione partis quo caſu valeat?*

408 Sententia abſolutoria ab obſeruatione
1 iudicij † requirit citationem partis, & perēptoriam. caſus eſt in l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudi. Innocen. in c. conſuluit. de offi. deleg. allegat illum tex. Quod verū
2 eſt, niſi † agens caueret ſe proſecuturum & finiturum litem infra certum tempus. tunc enim ſi expectatus per decem dies, computandos a lapſu termini, quem ipſemet ſibi præfixit, non compareret, poteſt ab inſtantia abſolui abſque citatione. caſus eſt ſingularis in authen. quæ fieri. C de dilat. Bar. allegat in authen. qui ſemel. col. iij. verſic. vlterius venio. C. quomo. & quan. iudex. placet do. An. in c. cauſam. de dolo & contuma. & ſic valet ſnīa ſine citatione partis, qđ no.

ADDITIO. Adde quod dictā Bart. placet etiam Panor. in c. cauſam. hic alleg. in penul. col. circa medium. ſequitur ſimpli

citer Alexan.in apo.in d.auth.qui ſemel.

☞ Adde Alexan.in addi.ad Bar.in d.auth. qui ſemel.& in d.l.properandã.§.& ſi quidem in iiij.not.& ibi Iaſo.in vij.Hippol.de Marſi.in l.de vno quoq;.ff.de re iudi.in x. amplia.poſt eos quos allegat. Nic.Pig.

1 *Intellectus auth.qui ſemel.C.quomodo & quando iudex: & an ſolennitas illius authenti. habeat locum de iure canonico?*

409 Authen. qui ſemel.C.quomo. & quan.
1 iud.loquitur quando † actor ſe abſentat,& reus petit vt cauſa expediatur. Actor citatur tribus citationibus,et poſtea expectatur per annum, & poſtea diffinitiue abſoluit. Sed quæro,an hæc ſolemnitas authenti.qui ſemel.habeat locum de iure canonico? dico quod non:immo iudex poſtea poteſt diffinitiue abſoluere non expectando per tantum tempus,ſingulare verbũ do.An.in d.c.cauſam.qui fundat ſe per illum tex.qui optime probat.mirabile verbum ſi eſt verum, ſed nõ puto quod ſit verum:immo illud debet ſuppleri per l.Iuſtiniani, vt in c.adiutoriũ, x.diſtin.& c.j.& ij.de no.ope.nunc.ſed modo tranſeamus cum eo.

ADDITIO. Hoc dictum Hoſtien.fatis placet Panor.ibi in v.colum. argu.illius tex.hic alleg.Item quia dilationes breuiantur ex conſuetudine fori,vt no.Bar.in d.authen.qui ſemel tetigit idem Panor.in c.j.de dila.& iſte dilationes non ſeruantur in foro eccleſiaſtico,vt ibi per eum.

1 *Prælatus,tutor vel curator, ſi bona eccleſiæ, pupilli, vel adulti dilapidauerit, & ob id contra eos ad pœnam procedatur, an contra eos procedi poßit lite non conteſtata ad teſtium receptionem, & ad diffinitiuam ſententiam?*

2 *Intellectus l.ne diu.C.de pœn.*

3 *Intellectus c.veritatis.de dolo & contuma.*

410 Tu ſcis duas regulas. Prima quod lite non conteſtata non poteſt procedi ad diffinitiuam ſententiam uel teſtium receptionẽ, l.prolatam.C.de ſenten.& Canoniſtæ in rubro & nigro, vt lite non conteſta. Secunda regula quod abſens in cauſa criminali in qua venit pœna imponenda ſupra relegationẽ non poteſt condẽnari.l.abſentem.ff.de pœ. & l.abſentem.C.de accuſat. Canoniſtæ habent glo.plenam in c.veritatis.de dolo &
1 contuma.Modo † proceditur contra prælatum,vel tutorem, ſeu curatorem ad puniendum eum tanquam dilapidatorem bonorũ eccleſiæ, pupilli, vel adulti:an contra eos poſſit procedi lite non conteſta,ad teſtium receptionem,& ad diffinitiuam ſentẽtiam? Dic quod de hoc eſt duplex gl.vna.iij.q.ij. c.quia ea.alia iij.q.ix.in ſumma quę concludunt ſingulariter quod ſic,allegãt.l.ne diu.
2 C.de pœn.quæ nil facit.loquitur † enim in nuncio publico,qui differt a prędictis perſonis, ſed de hoc videtur caſus in d.c.veri-
3 tatis.vbi † procedebatur contra prælatum dilapidantem: ſed poſſet reſponderi quod ibi erant plura delicta.ſed melior tex.eſt in l.ij.C.vbi de cri.agi opor.in authen.

ADDITIO. Adde Bar.in authen.ſi omnes.C.ſi vt ſe ab hæred.abſti.& Panor. in c.tuæ.vt lite non conteſta. ſed plenius in c.veritatis.in iiij.& v.col.hic alle.per Bar. etiam in l.quidam conſulebat.de re iudi.& in l.iij.C.de accuſa.

☞ Adde Soci.in tracta.fallen. regu.ccxlij. & ſeq.doc.i c.venerabili.de offi.dele.N.P.

1 *Actor immiſſus in poſſeßionem rei petitæ ex primo decreto an poßit infra annum reum compellere ad recuperandum poſſeßionem vel ad proſequendum litem?*

411 Si reus conuentus eſt contumax, conſtito ſummarie de petitis actor agens ad rem debet mitti in poſſeſſionẽ illius rei ex primo decreto, Et ſi infra annum reus comparet recuperat poſſeſſionem ſolutis expẽſis, ſi vero non comparet infra annum immiſſus efficitur poſſeſſor, licet ante annum ſit detentator,vt Aſinus qui fert baſtum.auth. eius qui.C.de bon.auth.iudic. poſſ.& in c. quoniam frequenter. vt lite non conte.Mo
1 do pone,† quod actor immiſſus infra annũ vult reum compellere ad recuperandũ poſſeſionem,& ad vlteriorem litis proſecutionem an poſſet?non inuenies in.§.Iulianus. l.ſi finita.ff.de dam.infec.neq; in l.ij.& ibi credo ꝙ dicat Bald.ff.ſi ex noxa. cau.agatur. Videtur quod non, per c.indultũ. de regul.iur.libr.vj.cum reus poſſit vſque ad annuꝫ comparere. Secundo pœnis legalibus debemus contenti eſſe,l.ſtipulatio.ff.de verbo.oblig.ſed iſte damnatur in expenſis, ergo &c.Sed in contrarium tenent Archid. & Ioan.Andr.in rub.de eo qui mit.in poſſ. cau.rei ſer.lib.vj.allegat duas leges optime

probantes.l.ſi legati.ff.vt in poſſ.lega.l.j.§. quid ergo.ff.de ven.inſpi.vbi caſus.licet.d. An.in c.ij.de dolo & contuma.ſatis dubitet quam velit tenere, quia caſus eſt ibi & vade domum cum iſtis paſſeris, & nota iſtud.

ADDITIO. Adde quod Ioan.de Ligna.in c.ij.hic alleg tenet opi.Archi.& Ioã. And.quia poteſt renuntiare miſſioni actor ſicut quiſq; poteſt renuntiare iuri ſuo de regul.iur.ad apoſtolicam.l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac.& maxime hoc poteſt petere ratione expẽſarum vel alterius intereſſe.Idem videtur ſentire Archid.in c.ij.de dolo & contu. iſtud tamen dictum non videtur placere do.Ant.in eo.c.ij.quia ſufficit quod reus patiatur pœnam iuris, ſed vide D. mi.plene loquentem in rub. hic alle. & diſtinguentem ſecundum Paul.de Leaz. vide etiam Panor.in c.quoniam.vt lit.non conteſt.& quod no.Bar.in l.conſentaneũ.C. quomo.& quan.iud.in verſicu.ſed quæro. vbi ſentit in ſimili opi.Ioan.de Lig.per l.j. §.quid ergo.ff.de ven.inſpi.

☞ Et illud dictum Archi.ita commu.intelligitur: vt per Pau.de Eliaz.do. Nico.Phil. Franc.in d.rub. Alexan. in d.§.Iulianus.colum.xx.nume.75.Deci. multipliciter comprobans in c.inter cęteras.colum.penul.de reſcrip.& in conſil.xij.& pro tenui col.ij. Nicol.Pignol.

1 *Inimicus an poſſit accuſare, quando crimen eſt notorium.*

2 *Iudex alias ſuſpectus in notorijs non poteſt vt ſuſpectus recuſari.*

412 Regulariter inimicus non poteſt † ac-
1 cuſare.c.recuſatur.& c.cum p.de accuſa.& l.qui accuſare.ff.eo.titu.ſed an hoc ſit verũ ſi crimen ſit notorium: Diceres quod non: quia in notorijs non requiritur ordo iuris.
2 c.ad noſtram. de iureiuran. † Item iudex in crimine notorio non poteſt ſuſpectus recuſari, vt in cap.propoſuit.de appellatio. ergo eodem modo ibi. Sed contrarium dico.caſus eſt ſingularis.iij.q.v.c.epiſcoporũ nulli. & hoc addas ad dictam l.qui accuſare. quod nota.

☞ ADDITIO. Adde etiam c.fin. §.veniamus.ibi.& ſi manifeſta.eadem cauſa & quæſtio.Et ſequitur idem Roma.conſil.cccxxiiij.in propoſita, Alexan.conſilio cxxvij.viſa inquiſitione.in fi.lib.iiij.Hier. Cuca.in tracta.Angel.malefic.verbo, & ad querelam.verſi.xx.repellitur. Ioan. Arno, problema.xij.& pulchre do.Auguſt.Bero. in c.j.nume.49.de accuſa.Et do.meus Hierony.Gigas.in tracta.crimi.læſæ maie.lib. ij.rubri.qui accuſa.poſ.q.vi.nume.4.& ibi in fi.limitat in hæreſi ſtricto modo ſumpta. Nicol.Pignol.

1 *Miſſus in poſſeſſionem rei ex primo decreto, debet a reo recuperante poſſeſſionem habere expenſas tam in lite factas, quam etiã in ipſa re etiam ſi non ſint vtiles.*

2 *Diſpoſitio l. prætor ait.§.quod ait prætor. ff.de bon.autho.iudi.poſſi. an habeat locum de iure canonico.*

413 Tu habes text.in l.prætor ait.§.quod ait prætor.ff.de bon.autho.iudi.poſ. quod
1 immiſſus † in poſſeſſionẽ rei ex primo decreto, debet habere expenſas factas a reo recuperante poſſeſſionem in lite,& omnes expenſas factas in re, etiam ſi non ſunt vtiles.caſus eſt ſingularis in d.§.quod ait.licet ſecus ſit regulariter: quia non ſufficit.l.ſed
2 an vltro.ff.de nego.geſt.Sed † an ille.§.habeat locum. de iure canonico? dico quod non.dictum eſt ſingulare Hoſti.quod commendat Ioan.And.in nouella.in c.cum veniſſent.de eo qui.in poſſ per illum tex.in fi.

☞ ADDITIO. Et hoc tenet Alexan.in d.§.quod ait prætor. Sed contrariũ tenet Abb.in d.c.cum veniſſent.col.penul. in fi.per pulchram rationem. Nic.Pig.

1 *Reus contra quem facta eſt miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto infra annum poteſt poſſeſſionem recuperare: & an poſſit dictum tempus anni prorogari?*

2 *Intellectus c.cum veniſſent.de eo qui mittitur in poſſeſſio.*

414 Ille cõtra quem facta eſt miſſio ex pri
1 mo † decreto habet annum, infra quem poteſt recuperare poſſeſſionem, vt in c.quoniam frequenter.§.in alijs,vt lite non conteſta.& authen.eius.C.de bon.autho.iudi. poſ.Sed an poſſit prorogari dictus annus? ſu ires ad l.ij.ff.de feudi.& c.cum ſit Romana.de appella.& c.pia.de excep.lib.vj. Dy.in regula indultum.de regul.iur.lib.vj.
2 dicit quod † licet tex.eſt ſingularis in d.c.cũ veniſſent.de eo qui mitti.in poſſeſ.licet Hoſti.& Ioan.And.ibi in nouella. dicant iudicem alterare terminum ſtatutum de terræ conſuetudine:

conſuetudine: ſed diuinare eſt. nota ergo, quia ſingulare eſt.

ADDITIO. Et idem Roman. in d.l.ij. prout eum refert Alexan. in l.ſi finita.§.Iulianus,col.xviij.ff.de dam.infe. Deci.in d.c.cum ſit Romana.col.iiij.de appel. tamen circa illum tex. verior mihi videtur opi.Hoſtien.& Ioan.And. Nic.Pig.

1 *Actor iuſſus immitti in poſſeſsionem rei petitæ ex primo decreto ratione contumaciæ rei conuenti ſi impediatur, habetur pro poſſidente, & an hoc etiam ſit verum quo ad inchoandum præſcriptionem?*

415 L.quamuis.ff.de bon.autho.iud.poſ.& c.contingit.de dolo & contu.dicunt, quod
2 iuſſus † immitti in poſſeſsionem rei petitæ ratione contumaciæ, ſi impediatur, habetur pro poſsidente. Sed an hoc ſit verum quo ad inchoandum præſcriptionem? Legiſtæ hoc neſciunt: dic ꝙ iſta ficta poſſeſsio non prodeſt ad inchoandũ præſcriptionem gl. eſt ſingularis in c.ſine poſſeſsione.de regul. iur.lib.vj.in glo.ſi.nota.

ADDITIO. Pro veritate huius dicti. Adde Sande.in c.illud.col.penul.de præſcrip. Nam licet hoc dictum videatur verũ intelligendo de præſcriptione in qua non ſufficit citatio vt etiam ſentit Bar.in l.ſi.circa medium ibi ſi vero agebatur.ff.ex quib. cau.ma.& Bal.in l.conſentaneum.viij.col. verſi.dictum Bart.eſt nouum.C.quomo.& quan.iud.tamen gl.in regula ſine poſſeſsione hic alleg per Roma.non dicit hoc,ſcilicet quod interrumpatur præſcriptio per illam poſſeſsionem quam quia fingitur habere quãdo fuit impeditus immitti ex primo decreto,ſed quod nõ iuuat ad inchoandam præſcriptionem,& ita intelligit Lud hic.

Idem dicunt Fely.in c.illud.col.fina.de præſcrip.Franc.Rip.in tract.peſt.par.ij.priui.xix.contractus. Bal.in tracta.præſcrip. iij.q.iij.par.iij.part.prin.Facit quod de ficta poſſeſsione a ſtatuto inducta tradit Alex.et Iaſ.in l.ſi forori.C.de iure delib.& Andræ. Tiraq.in ſuo tracta.ciui.poſſeſſ.

1 *Maritus qui eſt in poſſeſsione copulæ carnalis, pendente lite cum vxore ſuper matrimonio, an prohiberi poſsit ne eam carnaliter cognoſcat?*

416 Lite pendente poſſeſſor † non eſt turbã-
1 dus in poſſeſsione.c.j.vt lite penden.& in titu.nil innouari appellat.pen.Pone caſum in matrimonio,quod de iure nõ valebat,& tamen maritus habebat copulæ carnalis poſſeſsionem,nunquid pendente lite prohiberi poſsint ne adinuicem rem agant,poſtquam lis eſt conteſta,vel poſt publicationẽ teſtium? dum quærerem in locis extraneis non inueni:poſtea reperi quod hoc caſu ꝓhiberi poſſunt poſt concluſionem in cauſa, ſeu poſt factas probationes.caſus eſt ſingularis ſecundum do.Anton.in c.laudabilem. vt lite pendente.

1 *Imperio vacante, iuriſdictio terrarum Imperij Papæ competit, & an eadem competat legato ſedis apoſtolicæ?*

417 Vacante imperio iuriſdictio terrarum
1 Imperij † competit Papæ.c.licet.de ſuſcepto.de foro compe. Sed quid in legato ſedis apoſtolicæ,an ille poſsit idem? videtur quod ſic:quia legati ſunt de gremio Papæ. c.ſub militibus.ij.q.vj.& eius vice funguntur.Sed in cõtrarium eſt verum, dictum eſt Spe.in ti.de lega.§.nunc oſtendendum. verſi.xix.Ratio,quia nemo debet ponere manum autoritate generalis commiſsionis in his,quæ ſpeciali prærogatiua Papę competunt.c.quod tranſlationem. de offi.delega. ſed hoc eſt Papæ conceſſum ſpecialiter in ſignum præeminentiæ ſingularis. ergo &c.

ADDITIO. Adde quod Cardi.in c. licet ex ſuſcepto, negat commune dictum omnium quod vacante imperio Papa ſuccedat.eſt enim hoc turbare iuriſdictionem imperialem contra.c.nouit. cum ſimil.Ideo expectandus eſt ſucceſſor.fallit in caſu d.c. ex ſuſcepto.ubi oppreſsi in iuſtitia deficiente vltimo capite ſeculari appellant ad Papam:quia cum appellatio debeat fieri ad ſuperiorem non eſt tunc alius ſuperior.& ibi vide etiam Fely. Moder.fatentur non eſſe iure expreſſum illud commune dictum, ꝙ tamen tenent allegãdo Bart.in l.j.§.deniq. ff.de aqua plu.arcen. vbi dixit Imol.quod iſta ſucceſsio Papæ non facit quod præſeribi poſsit contra imperium vacans.pro quo allegant illi Inno.in c.olim.il j.de reſti.ſpo. & fuit ponderatio Cardi.in c.cum contingat.de foro compet.vſurpata a Panor.in c. cum deputati.de iudi. Sed quid in legato, adde quod legatus non ſuccedat imperio vacanti eſt glo.in clemen.paſtora.in verbo ſuccedimus.de re iudi.Sed quicquid eſt de-

ciſum a Ioanne.xxvj.in extrauagan.Si fratrum & coepiſcoporũ more: vbi inter alia grauiter puniuntur omnes qui prętenderēt ſe vicarios imperij vacantis cui Papa ſuccedit prout de iure liquidum eſt iam pridē inconcuſſe ſeruatum: tamen diſputatiue teneretur oppoſitum, & de hoc dixit Fely.in c.j.de præſcrip.in ver.ad illud Innoc.

☞ Adde, q̄ ſuccedat Papa vacāte imperio eſt etiam clemen.paſtoralis.§.fi.ibi nos tam ex ſuperioritate &c. Sequitur Ioan.Fab.in notab.q.in.§.j.inſti.de adop.Bar.in l.naturaliter.col.fi.ff.de vſucap.Bal.in l.j.fi.col.fin.lectu.j.C.de quadri.præſcri.in l.cum notiſſimi.§.immo.col.ij.C.de præſcri.in margarita, imperium Iaſ.in l.imperium, col.x.& ibi per alios.ff.de iuriſdi.om.iudi. Intellige in his rebus quæ miniſtrationem & expeditionem ipſius imperatoris ſpectabant, vt loquuntur dicta iura: ſecus vbi alius iudex poterat explicare, & ad eum ſpectabat. Et ſingulare eſt quod electoribus imperij non competat. Nic. Pig.

1 *Papali ſede vacante, an Imperator ſuccedat in iuriſdictione in temporalibus & ſpiritualibus?*

418 Quid econtra, an vacante ſede papali
1 ſuccedat † imperator in temporalibus & ſpiritualibus? dic quod non. caſus eſt ſingularis in c.qualiter, de iudi.

1 *Papa an poßit facere legem, quòd clerici poſſint conueniri coram iudice ſeculari?*

419 Sed an poteſt Papa facere legem, quod
1 † clerici poſſint conueniri coram iudice ſeculari? dic quod non: quia antequam eſſet Petrus clerici non erant ſubiecti ſeculari, per illud Dei, nolite tangere &c. glo. eſt ſingularis, xcvj.diſt.c.ſi imperator, ergo nō poteſt per Papam tolli, vt l.fi.C.ſi contra ius, & hoc tenuit Franc.de Zabar.in repeti.c.perpendimus.de ſenten.excommun.coram Papa per illam glo.

ADDITIO. Adde quod ſequitur idē Ludo.in l.ſi vero.§.de viro.in vij.fallen.ff.ſolu.ma. Abb.in repe.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in prin.de conſtit.vbi vide per Sande.col.iij.in princ.& per eundem quamplures quotas referentem in c.ſi quis.in princi.de maio.& obed.

☞ Sequuntur Innocen. Abb. Felyn. & alij in c.ij.de maio.& obed. Alexan. conſi.viij. videtur.lib.j.& conſi.cxlix.in cauſa.lib.vj. Deci qui extēdit ad clericos in minoribus conſtitutos, & ad voluntariam iuriſdictionem, conſi.cl.dubitatur.col.ij.& cōſi.ccxlj. ſcripſi. vbi in pulchro caſu conſuluit. Tho. Gram. Deciſio.xxix.magnificus.col.penulti.& deciſio.lxj.venerabilis.col.iij.& in cōſi.j.nu.29.poſito poſt deciſio. Quandoq; tamen ex aliquibus rationabilibus cauſis poſſunt cognoſci a ſecularibus iudicibus, ut remiſſiue ponunt Moder. Arimi. in ſuo tracta.de nullit.titu.ex defe. iuriſdi.ordin.nume.161.& alibi. Nic.Pig.

1 *Teſtator viuens ſi rem legatam in aliam transmutat, an legatum extinguatur, an vero duret in re mutata? Diſtinguit & ponit tres limitationes.*

420 Quæſitum fuit a me tan, ſi viuens teſta-
1 tor † transmutat rem legatam in aliam, legatum extinguatur: an duret in re mutata? Diſtingue: quod aut mutatur res per cuius æſtimationem, liberatur hæres, vt in caſu l.apud Iulia.§.ſi titius, & l.legatum.& l.ſi ſic legatū.§.ſi mihi quod pure, & l.non quocunq;.§.qui Caium, de lega.j.& l.vt hæredibus.§.fi.de leg.ij.& l.ex legato nominis.C.de leg.& tunc legatum non extinguitur. de hoc caſus eſt no.in l.fideicōmiſſa.§.ſi rem. verſi.cum tamen quidam, de leg.iij. Aut legatur res, a cuius præſtatione non liberatur, niſi corpus rei legatæ præſtet: & tunc legatum extinguitur, probatur in l.ſeia.ff.de auro & argen.lega.& l.lana.& l.legatis.§.j.et l.item legato.§.penul. iuncta glo.ff.de leg.iij.l.cętera.§.fi.& l.ſeruum filij.§.ſi pocula, ff.de leg.j. Probatur ratione: quia per alienationem volūtariam perimitur legatum; neque reuiuiſcit ſi res legata redimatur, vt eſt caſus notabilis in l.cum ſeruus.ff.de adimen.lega.l.quotiens.§.ſeruus cum libertate.ff.de hæred.inſti.niſi fauore cauſæ piæ. l.verum.ff.de manu.teſta. ergo multomagis ipſius legati transmutatio eiuſdem peremptionem inducit. Item probatur alia ratione: quia ſi legatum rei propter eius rei deſtructionem in totum dicitur perimi, & nō reuiuiſcere ſecuta refectione, vt eſt caſus in l.quod in rerum.§.fi.& l.ſi ita legatum.§.fi. ff.de leg.j.& l.quid tamen.§.ſi nauis; ff.qui.mod.vſusfruc.amit. ergo multo magis ipſum legatū perimetur ex permutatione rei legatæ. Fallit primo vbi et rei, in qua res le

gata e ſt tranſmutata, ſit appoſitum nomen rei legatæ, tunc enim durat, caſus eſt ſingularis in l. filiæ. §. titia, ff. de cor. di & demon. vt ſi lego braccum vocatum Paſſalacqua, deinde alij idem nomen impono. Secūdo fallit, vbi tranſmutatio ſit facta augumentatiue, caſus eſt in l. ſeruum liiij. §. ſi areæ ff. de leg. ij. & l. ſi chorus. §. area, ff. de lega. iij. ſecundum vnum intellectum. Tertio fallit, vbi teſtator viuens legatum ædium legatarum ad conſtructionem loci religioſi, quē ſibi hęredē eſſe voluit, tranſmutauerit alias ædes, tunc fauore pię cauſę, vt inſtitutio nō deficiat, durat legatum in tranſmutatis edibus, vt eſt caſus in l. placet. cum l. ſe. ff de libe. et poſthu. Et per illum tex. ita conſuluit Bar. cōſi. xxvj. teſtator in teſtamento diſpoſuit &c lib. j. quod nota.

☞ ADDITIO. Primo fallit, glo. Bar. Alexan. Iaſo. & alij in l. placet. in fi. ff. de liber. & poſthu. Franc. Rip. in l. ſtichum. num. 20. ff. de lega. j. pulchre Soci. Iun. conſ. nunc alleg. col. fi. in princ. & Abb. poſt Calde. in c. quoniam Abbas. & ibi late Deci. & do. Augu. Bero. de offi. deleg. vbi ponit plures intelligentias. Secundo fallit, & quomodo intelligatur, vide docto. in l. ſi ex toto. ff. de lega. j. Tertio fallit, ſequitur Alexan. in l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de legat. iij. Bal. Ang. Alex. in additio. & in lectura, & ibi commu. alij in d. l. placet. Iaſo. in l. iij. colum. fi. verſi. poſſunt prædicta. C. de lega. pulchre per do. Soci. Iun. conſi. clxij. inſpectis. col. iij. li. ij. Et de intellectu l. placet tradunt docto. in d. c. quoniam Abbas. Nic. Pi.

8 *Clericus an eſſe poſſit ille, qui ex neceſſitate ægritudinis factus eſt chriſtianus.*

421 An factus Chriſtianus ex neceſſitate
1 †ægritudinis poſſit eſſe clericus? dic quod non, niſi in duobus caſibus. Primo, ſi deficiant clerici in ciuitate: vel vbi ſanctitas vitæ eius ſuadeat contrariū, puta per lapſum biennij. Et ita reſpondi heri cuidam curiali, qui nouiter venit. caſus eſt nota. l vij. diſt. c. ſi quis in ægritudine.

☞ ADDITIO. Adde Deci. & poſterio. in c. eam te. vlti. notab. de reſcrip. Nicol. Pigno.

2 *Statuti verba debent intelligi ſecundum cōmunem cōſuetudinem loquendi in patria, vbi eſt ſtatutum. Niſi in volumine ſtatutorum dicatur, quòd verba noſtrorum ſtatutorum debeant intelligi nullo extrinſeco addito, vel diminuto.*

422 Cōmunis doctrina eſt, quod verba ſta-
1 tuti † debent intelligi ſecundum communē conſuetudinem loquendi in patria vbi eſt ſtatutum: vt l. cum delanionis. §. aſinam. ff. de fun. inſtru. Quod eſt verum, niſi in volumine ſtatutorum dicatur, quod verba noſtrorum ſtatutorū debet intelligi nullo extrinſeco addito, vel diminuto, tunc enim itelligitur ſecundum iuris interpretationē. Ratio eſt: quia vſus communis loquēdi eſt quid extrinſecum. dictum eſt ſingulare Iacob. Butrig. in l. j. ff. de fide inſtru. refert do. An. & dicit non eſſe alibi in prohe. decre. in iij char. & per hoc obtinui Florentiæ magnam quæſtionem.

ADDITIO. Ad hoc adde quod ſcribit magiſt. meus Alex. col. vj. & poſt Paul. de Caſt. in l. j. ff. ſi cer. pet. & vide plenas remiſsiones per Fely. in c. ex parte. verſi. verbum præciſe. de reſcrip. Pau. conſil. cxcvj. incip. ſuper hoc puncto. col. v. ibi ſed his nō obſtantibus Fran. de Aret. conſi. cix. coegiſtis me. in prin. & plenius conſi. cxlv. licet ſtatuta & pulchre Zaba. conſ. lxxiiij. titius nunc ſunt et eſt bonus tex. ab omnibus fere allegatus in extrauagā. in col. iij. Exiſt qui ſeminat ad fin. ibi gloſ. non ſtant niſi forſan &c. Adde etiam Bart. Soci. in eleganti repeti. l. j. xxviij. char. verſi. nono limita. de vulga. & pup. Adde etiam Sand. vbi in ſpecie ponit iſtam limitationem poſt eos quos allegat in c. per tuas. col. iij. de proba. & in prohe. decre. in glo. j. col. iiij. nu. 14. Et tale ſtatutum viget in patria mea Genuenſi. Et multas remiſsiones per Fely. in c. qualiter & quando. il j. col. xv. de accuſat. conſuluit etiam Anchar. conſil. ccccxiij. viſo puncto in vj. colum.

☞ Et ſequuntur Alexan. Iaſon. & Moder. in rub. ff. de no. oper. nuncia. Idem Alexan. conſi. ccxj. ponderatis. poſt prin. lib. vj. Nicol. Buer. in loco legali ab opin. vulgi. Quibus diſſentit præcep. meus Alcia. lib. ij. de verbo. ſignific. colum. ix. & x. in magnis impreſsis. Nicol. Pig.

1 *Confeſſio adminiſtratoris non inducit obligationem, ſed probationem aduerſus dominum, cuius negotia gerit. Et quid in non adminiſtratore.*

423 Confeſsio adminiſtratoris † nō inducit
1 obligationem, ſed probationem aduerſus dominum, cuius gerit negotia. l. fi. ff. de inſti. & l. publia. §. fi. ff. depo. (vt faciunt iſti garzones bācorum,) ſed an inducat obligationem contra confitentem non adminiſtratorem? diceres quod non, d. l. publia. §. fin. ff. depoſ. dic ſecus: quia inducit obligationem conſtituti, licet alias confeſsio ſolum probet regulariter: vt d. l. publia. §. fi. (nota ad limitādum d. l. & hic caſus non eſt alibi, & ſingularis) l. quidam. ff. de conſti. pecu. nota bene. & Bal. allegat in authen. ſi quādo. C. eodem tit. & dicit ſingulare, & ideo nota perpetuo.

ADDITIO. Idem dicunt Caſtren. Alex. & alij in d. l. quidam. Bar. & doct. in d. l. fi. Hippol. de Marſi. in rubr. C. de proba. col. xlvij. Nicol. Pig.

1 *Clauſula reſcripti, videlicet ſupplentes defectū omnem ſi quis in eo interuenerit, de noſtræ plenitudine poteſtatis, quid operetur?*

2 *Motus proprius principis non inducit diſpenſationem defectus perſonæ ſupplicantis.*

424 An verba reſcripti dicentis, ſupplētes
1 † defectum omnem ſi quis in eo interuenerit de noſtræ plenitudine poteſtatis (de qua clauſula habetur in c. inter dilectos. de fide inſtru. et c. paſtoralis. de reſcri.) aliquid ope
2 rētur? dic † quod confirmat defectus omnes præter illos qui concernunt perſonam ſupplicantis. ſingulare verbum Spe. in tit. delegato. §. nunc oſtendendum. verſi. xviij. Archi. refert & ſequitur. lvj. diſt. in c. cenomanenſem. & ratio eſt: quia etiam motus proprius principis nō inducit diſpenſationem defectus perſonę ſupplicantis. de hoc eſt gl. ſingularis in clemē. ſi romanus pontifex. de præben. quod no. perpetuo.

ADDITIO. Vide Cardi. Alexan. in d. c. cenomanenſes. hic alleg. poſt Gemin. & alios. & per Vitalem de Gamban. in tracta. clauſularum. in verbo clauſula ſupplētes.

Sequitur Felyn. in c. ex parte. col. xviij. de reſcrip. Cardi. in clemen. paſtoralis. §. penul. iij. notab. de re iudi. Deci. qui alios citat, in c. de confirma. col. penul. & ibi Auguſti. Bero. nume. 27. de confir. vtili vel inutil. Idem Deci. conſi. cccccxvj. colum. iij. conſi. cccccxij. col. penul. & fin. Franc. Rip. in c. ſi quando. nu. 34. de reſcrip. Nic. Pig.

1 *Iudex ſecularis poteſt declarare quem periurum.*

2 *Periurus pœna extraordinaria punitur, & fuſtigatur, & infamis efficitur.*

425 Ego coram magnis dominis huius ciuitatis dixi, quod dominus rector erat iudex
1 competens in declarando † capitaneum ciuitatis periurum, licet aliqui ignorantes & beſtioli de hoc dubitent: ſed non debēt dubitare. Primo, quia lex punit periurum: ergo iudex ſecularis poteſt declarare periu
2 rum, vt l. ſ. ff. ad Turpil. Item † propter periuriū punitur quis pœna extraordinaria. vt l. de periurio. ff. ad l. iuliam pecu. Item fuſtigatur infamis. vt l. ſi duo patroni. in fi. ff. de iureiuran. Item efficitur infamis. vt l. ſi quis maior. C. de tranſa. & vide glo. in l. lucius. ff. de infam.

ADDITIO. Adde quod iſtud ſingulare ſequitur Sande. in c. cum ſit. col. vj. verſicu. limita quarto, quia iudex ſecularis poteſt punire, & per conſequens declarare, quia declaratio eſt facti, ſecus tibi eſſet dubium per c. venerabilem. de elect.

Idem Fely. in c. j. col. v. verſi. poteſt etiā. & in c. ij. col. x. verſi. quarto limita. de ſponſa. Et quæ ſint pœnæ & effectus periurij, vide Bal. in l. ij. C. de rebus credi. Fely. in c. teſtimonium. de teſtib. & in c. querelam. de iureiuran. Gui. pap. q. clxxviij. de periuro. Stepha. Aufre. Deciſio. Tholoſa. xvij. Rip. late in c. ij. in princ. de reſcrip. & dicam infra ſingula. cccccxvj. Et adde infra ſingulari ſeq. Nicol. Pig.

1 *Iudex ſecularis cognoſcere pōt de periurio, & punire pœna iuris ciuilis quando clarū eſt quòd peierauit, ſecus ſi dubium ſit, an iuramentum valeat, quia tunc id ad iudicem ſecularem non ſpectat.*

2 *Iuramentum non eſt fori mutatiuum, ſed cumulatiuum.*

426 Canoniſtæ in c. teſtimonium. de teſtib. (ſuſcipe autoritates) Ioan. Andrę. in c. cum Clarcus. de foro compet. lib. vj. in nouella. & in c. licet mulieres. de iureiuran. eod. lib. do. Anto. plene in c. cum ſit. de foro compe
1 ten. tenent, quod iudex † ſecularis poteſt punire periuriū pœna iuris ciuilis. Et ideo Bal.
2 dicit alibi quod † iuramentum non eſt fori mutatiuum, ſed accumulatiuū, vnde vterq; iudex ſecularis & eccleſiaſticus poteſt cognoſcere. Et hoc intellige quando eſt clarū quod periurauit: ſed ſi eſſet dubium de iura

mento an valeat, tunc non ſpectat ad iudi-
cem ſecularem, vt in c.venerabilem.de ele
ctio.& in c.quanto.de iureiur.

ADDITIO. Adde quod eſt ra
no iſtorum.ij.ſingul.quia crimē periurij eſt
crimen cōe, vt per eundem Rom.in conſil.
ccccccxij.quo ad primū.in iij.dub.& per Fe
ly.in c.cū lit.col.v.in ij.limit.de fo.cōpe.&
in c.ij.col.x.verſ.ſecundo limita.de ſponſa.
Guid.Pap.q.clxxviij.& per precep.meum
Cagnol. in l.ſi quis maior.nume.122.C.de
tranſact. poſt eos quos allegant. Et adde
alium caſum infra ſingul.cccccxcvij.vbi iu-
dex ſecularis poteſt cogere partem ad rela
xandum. Nic.Pig.

1 *Tutor vel curator an poſſint cōſtituere pro-
curatorem ad interponendum decretum iu
dicis in alienatione rei minoris?*

427 Poteſt ne tutor vel curator conſtitue-
1 re † procuratorem ad interponendum de-
cretum iudicis in alienatiōe rei minoris?
caſus eſt ſingularis quod nō, in l.minorum.
ſecundum ſecundam lectu.gl.communiter
approbatam.C.de pri.mino.

ADDITIO. Quem ſequit Iaſ.
in l.necquę.§.vbi decretum.col.iij.in fin.ff.
de offi.procon.idem Rom.& Iaſ.in l.ij.vbi
Deci.tenet ꝑ lectu.ff.de offi.eius.Nico.Pig.

1 *Conſuetudo diſponens quòd aduocati non iu
rent de calumnia an valeat?*

2 *Aduocati magis nouerunt calumniari, quā
partes ſimplices.*

428 Tu habes in l.rem nō nouam.§.patro-
ni.C.de iudic. quod aduocati in initio litis
debent iurare de calumnia. dicit glo.ibi le
ge cauetur, ſed de conſuetudine nō habet,
1 & ita notant ibi doct.quod valet † conſue-
tudo diſponens quod aduocati non iurent
de calumnia. Sed eſt ne verum? tu diceres
quod ſic: quia eſt cōmunis opinio, ergo va-
let.ſed non ſequitur, immo contrarium eſt
verum ſecundum Hoſtien. & Io.And.in c.
Romana.§.ne etiam.de foro compe.lib.vj.
vide ibi rationes, iuramentū calumniæ præ
ſtandum a parte partis non poteſt tolli con
ſuetudine. caſus eſt in c.cæterum. de iura.
2 calum.ergo multo magis † in aduocato &
procuratore, qui magis nouerunt calumnia
ri, quam ſimplices partes. vt eſt glo.in l.ab
Anaſtaſio, C.manda.vbi dicitur, ꝙ aduoca-
ti oīa mala nouerunt: & no.hoc: & ſtudeas.

ADDITIO. Adde ꝙ idem tenet Ge
mi.in d.§.nec etiam. per rationem de qua
hic & per aliam, ſcilicet, quia ſi talis cōſue-
tudo ualeret laxaret et pareret pericula ani
marum.c.penul.de con.c.pen.& vlt.de pre
ben.extirpande.& idem tenet ibi Ioā.Mo.
ad gl.in d.l.ab Anaſtaſio.vide in authen.cō
ſtitutio quæ ab aſcriptitio & libera natos.
in princ.colum.v.

Idem Ioan.And.poſt Spe.in tit.de aduo
ca.§.j.verſi.item quod eſt procurator. Sed
vide Iaſo.in l.rem non nouam. col.j.C.de
iudi. Tho.Ferat.cau.xij ſi quis, & alios cu-
mulat Matth.de afflictn.§.in quibuſdam.de
conſue.recti feud. Nic.Pig.

1 *Interpellatio vnica ſufficit ad conſtituendū
quem in mora, & an hoc habeat locum,
quando inferior vult conſtituere in mora
ſuperiorem.*

429 Ego dixi in l.ſi legati cauſa.ff.de ver-
1 bo.oblig.quod ſufficit † vnica interpellatio
ad conſtituendum quem in mora. Innoc.in
c.cum nobis olim.de elect.glo.in clemen.j.
in ver.requiſiuit. de hæretic & c.cupientes
in verbo propoſita.de elec.lib.vj.in l.titia.
§.vſuras.ff.de leg.ij.Sed an habeat locum
cum inferior ſuperiorem in mora conſtitue
re vult? do.Anto.in c.cum cauſa. de offic.
deleg.concludit ſingulariter quod requiri-
tur trina citatio, dicit eſſe caſum in c.fin.de
ſupplen.negli.præla.& alias ſum hoc ſecu-
tus in l.de pupillo.§.ſi qs ipſi.ff.de no.ope.
nuncia.tamen heri euenit mihi de facto, &
dixi cōtrarium: quod vna tantum ſufficit.
& notaui caſum in clemen.quāuis.de appel
la.vbi dicitur quod ſufficit vno contextu
multiplex interpellatio ad petendum Apo
ſtolos, & per illam cōſtituitur iudex in mo
ra tamen illa ita facta non multiplex, ſed
vna cēſetur quemadmodum geminata vni-
co cōtextu appellatio vna eſt.c.Lotharius.
xxxj q.ij.glo.in c.cum ab eo.de appel.lib.
vj.& l.ſi conuenerit.§.j.ff.de pigno.act.&
hæc eſt veritas.

ADDITIO. Adde rationem, quia
illa vnica interpellatio illo modo facta ha-
betur pro trina.gl.in d.l.ſi conuenerit.ff.de
pigno.act.ad c.primum. de ſupplen.negli.
præla.reſpondetur quod loquit in caſu ſpe
ciali.& ſequitur Cardin.in c.cum cauſa.de
offi.delega.& ibi Fely.in vltimis verbis, &
plenius in c.ex literis.de conſti.

Adde quod conſil. Roma. eſt nume. 427. in propoſito caſu, col. j. quem ſequitur Alexan. conſi. lxxxj. ſtantibus. col. j. lib. iiij. Fely. in c. ex literis, col. v. de conſti. Deci. in c. ex parte. ij. col. ij. de app. & eſt veritas niſi contrarium expreſſe reperiatur. Nico. Pig.

1 *Confiſcatis bonis alicuius vniuerſaliter, an tranſeant in fiſcum bona, in quibus alius ius habet ad rem?*

430 Nunquid cõfiſcatis bonis alicuius vniuerſaliter, tranſeant † in fiſcum bona in quibus alius ius habet ad rem: puta ſi vendidi domum & non tradidi? dic quod ſic: caſus eſt ſingularis in l. ſi fundus quem mihi locaueras. verſi. nam & ſi vendideris. ff. loca. & non tranſit cum onere quod eſt mirabilius licet regulariter fiſcus cenſeatur loco hæredis, licet tertius contra vendentem agat ad pretium.

ADDITIO. Idem tenet Ioan. de Arno, in ſoliloq. lxxxviij. in caſu. Bal. & ibi Iaſ. nume. 36. in l. diuortio. ff. ſolu. matri. Matthæ. de Afflic. in titu. de fratri. de no. bene, inue. in prin. xviij. priuileg. fiſ. Et in publicatione bonorum quæ bona conditionalia veniant ſupra ſingu. clxx. & an veſtimẽta, anulli, infra ſing. cccccxlviij. et bona mobilia & immobilia extra territoriũ exiſtentia cui communitati applicentur, infra ſingul. cccccclxxviij. Nicol. Pig.

1 *Grauatus reſtituere hæreditatem cum voluerit, ſi is non declarata voluntate deceſſerit, cenſetur poſt mortem de reſtituendo grauatus.*

431 Inſtituo Titium hæredem, & grauo eũ de reſtituendo cum voluerit: nõ declarata voluntate deceſſit Titius: an fideicommiſſarius poſſit petere hæreditatem? & videtur quod non: quia voluntas morte finitur, l. iiij. loca. ff. de legat. j. l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. de reſcrip. c. ſi gratioſe. lib. vj. & videbis in l. centeſimis. §. fi. ff. de verbo. obli.

1 Sed contrarium eſt verum: cenſetur † enim poſt mortem de reſtituendo grauatus, caſus eſt vnicus in l. vxorem. §. ſceuola. ff. de lega. iij. quod eſt mirabile.

ADDITIO. Amplia illũ text. ſi dictum fuerit cũ voluerit extraneus. Bar. in d. l. vbi Alex. nume. 12. ff. de lega. ij. Secundo amplia ſi hæres declaraſſet ſe nolle. Ang. quem ſequitur Alexan. in d. nume. 12. in fi. & ibi præcep. meus And. Alcia. in tex. ſed cum ita. Tertio amplia, vt procedat in legato. l. xj. §. hoc autem legatum. ff. de legat. iij. cum declaratione inter honoratum & grauatũ per Alex. & do. meũ vbi ſupra. Et adde doc. in d. §. fi. Ro. cõſ. ccccliij. circa.

1 *Legatum ſi his verbis fiat, Titio cum eccleſia mea iure patronatus lego fundum, an fundus videatur pro dimidia legatus ipſi Titio, & alia dimidia eccleſiæ, an vero legato Titij cedat, & fundus & ius patronatus?*

432 Accidit mihi Romæ, ut ſcis, q ſecundũ cõmunem opi. & veram (de qua in c. illud. de iure pa.) ius patronatus poteſt legari: modo legatum eſt factum: Titio † cum eccleſia mea iuris patronatus lego fundum. quæritur an fundus videatur pro dimidia legatus ipſi Titio, & alia medietas eccleſiæ: vel an cedat legato Titij & fundus, & ius patronatus. Prima pars videtur verior. ſcis enim quod ſumma eſt ratio quæ pro religione facit l. ſunt perſonæ. ff. de relig. & ſump. fun. & debet fieri interpretatio quæ facit pro cauſa pia ſeu eccleſiaſtica. item quia in legato venit illud quod eſt minus. l. apud iul. §. ſcio. ff. de legat. j. ſed minus eſt quod veniat ſolus fundus. ergo &c. facit c. ex parte, de cenſi. Sed dic contrarium, caſus eſt vnicus in l. ſi is qui. §. ſi quis ita. ff. de reb. dub. vbi venit in legato non ſolum fundus, ſed etiã ius patronatus.

ADDITIO. Sequitur Roch. Curt. in tracta. iuriſpatro. in verbo, ipſe vel is. quæſtio. iij. in fi. Et vide Socin. dicto. §. ſi quis ita. Nico. Pig.

1 *Frater nomine ſuo rem emens, ſi eam ſuo, et fratris nomine in libro communis diſcribi patiatur, an ex hoc dominium pro parte in alterũ fratrem tranſlatum cenſeatur, præſertim ſi alter frater pro rata ſua collectas ſoluit.*

433 Emo rem nomine meo, eandẽq; patior in libro communis deſcribi nomine meo et fratris mei. item & pro eadem, me patiente, frater meus ſoluit collectas pro rata ſua: an ex hoc † ſit tranſlatum dominium pro parte in fratrem meum, licet non ſit tradita vt l. traditionibus, C. de pact. dic q ſic. (eſt

enim ſpeciale in ſocietate.l.iij.ff.pro ſocio. quia loquitur in vniuerſalibus.) caſus eſt ſingularis in l.rura.ſecundum Barto.ibi.C. de omni agro deſer.lib.xj.ſed do conſimilem in l.cenſualis.C.de dona.l.ſolemnibus. C.de rei vendi.cum ſi.& hoc adde ad gl.in l.ſi ager.ff.de rei vendic.& l.ij.ff.de publi. quod nota.

ADDITIO. Et idem Ro.conſi.ccxcj.cum iſti fratres.nume.7.Caſtren.in l.ſcriniarios.C.de teſta.mili.Iaſo.in l.decẽ. col.viij.ff.de verbo.obli. præcep.meus Alcia.in tracta præſump.reg.iij.prçſum.xvij. Deci.conſi.xxj.viſo.colum.penul.verſi.ſecundo.qui alios citat. Intellige vt probet dominium quo ad ipſos conſentientes deſcriptioni æſtimi,vt per Alex.conſi.cxlvij. in ſi.lib.v.conſi.lvij.col.pen.conſi.clxxxij. colum.ij.lib.vij.Deci.conſi.cxlvj.& pro tenui.col.vj. Nicol.Pig.

1 *Legata tertia parte fructuum certi fundi, an hæres poſsit dare tertiam partem æſtimationis fructuum,inuito legatario?*

434 Lego Titio tertiam partem fructuũ fun
1 di mei:nunquid† hæres poſsit dare tertiam partem æſtimationum fructuum eo inuito? dic quod ſic:caſus eſt not.in l.fundum trebatiani.ff.de vſufru.lega. facit l.liberto.in prin.ff.de annu.lega.l.nihil ff de leg.j.

ADDITIO. Quod intellige quando legatum eſt factum ob aliã cauſam quam alimentorum: ſecus ſi alimentorum cauſa factum ſit, quia tunc illæ fundus eſt tacite pro alimentis hipothecatus ſecũdum eundem Roma.conſi.cccIxxxviij.in caſu. col.j.Et adde infra ſingu.ſeq.in ſi.Et crederem illos text.non procedere quando legatarius aliquod intereſſe poſſet prætendere, puta,quod illa tertia pars fructuũ eſſet melior quam æſtimatio.Et adde Iaſo.in l.ij.§. mutui,vij.fallen.ff.ſi cer.pet. Nic.Pig.

1 *Legatum prophanum an extinguatur, ſeu reuocatum cenſeatur,ſi teſtator viuẽs alienet rem,ex qua voluit legato a ſe facto ſatisfieri:& quid in legato pio?*

435 Quæritur,an teſtator viuens † alienan
1 do rem, ex qua voluit legatum a ſe factum ſatisfieri, videatur legatum extinxiſſe,ſeu reuocaſſe? Dic quod aut illa res poſita eſt in diuerſa oratione ab ipſo legato, & tunc alienando non extinguitur legatum.Ratio: quia ponendo teſtator in diuerſa oratione cenſetur poſuiſſe vt legatum facilius ſoluatur, non vt præciſe ex illa re ſoluatur. caſus eſt in l.quidam teſtamentum. in prin.ff. de leg.j l.paulo calimaco.§.fi.ff.de lega.iij. bene facit quod notat Bar.in l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de verbo.oblig.& Cy. in l.ſi quis argentum.C.de donati. Aut illa res adijcitur in eadem oratione, & tunc ſi non apparet quod rem aliquam ſubrogauerit loco illius rei alienatæ, extinguitur legatum.Ratio: quia cenſetur teſtator ponendo rem in eadem oratione poſuiſſe,vt illud legatum neceſſario ſoluatur ex illa re,l.Lucius.il ij.§.ciuibus.ff.de leg.ij.l.ſic legatũ.§. ſi mihi quod titius.& l.ſeruus.§.quicunq;. ff.de leg.j.Aut poſuit in eadem oratione,& conſtat quod ſubrogauit alium loco alienatæ,& tunc legatum non eſt extinctũ ſed manet integrum ſubrogatum legato.caſus eſt vnicus in l.pater inter filios.ff.de adimen. lega.Et hæc procedunt in legatis non pijs. ſed quid in eis? dic,quod poſito quod teſtator in eadem oratione poſuerit legatum & rem,ex qua voluerit legatum ſatisfieri, tamen nunquã legatum extinguitur per alienationem rei illius.Ratio: quia non cenſetur,vt præciſe ex illa legatum ſoluatur:ſed vt ſit pro legato obligata.glo.eſt in l.Cãius. ff.de annu.leg.alia in l.Lucius.ff.de adimẽ. lega.alia in l.fi.ff.de contrahen.empti.nota iſtas tres glo.ordinarias & ſingulares:& habui de facto Romæ pro eccleſia ſancti Pauli de Vrbe quæ fuit cõmiſſa.d.Ioan.de Millis.& do.Ioan. de Roma valentiſsimis, & mihi.Tene menti.

ADDITIO. An & quomodo per alienationem rei legatæ reuocetur legatum,tradunt Bart.in l.rem legatam.ff.de adimen.lega.& docto.in l.iij.C.de lega.Soci.in tracta.fallen.regul.ccxviij.Socin.Iun. conſi.clxij.lib.ij Sed quid in eis, Quod illæ gloſæ ſint veræ in alimentis conſuluit Bar. conſi.ccxj.& eſt de mente Bart.& aliorum in l.cum hi.§.ſi vni.ff.de tranſac.ſecundum eundem Roma.qui hoc ponit pro conſtanti conſi.cccIxxxviij in caſu.col.j.Felyn.in c.ad audientiam.ij.col.vj.in ſin.de reſcrip. Ioan.Durant.de arte teſta.caute.xvij.ti.de hæredi.inſti.Et Nicol.Eueral.in loco legati ab alimentis ad piam cauſam vbi ſequitur Ro.hic.cum pluribus ſimilibus. N.P.

1 *Criminis læſæ maieſtatis quis etiã poſt mortem poſsit accuſari, & puniri,& eius me*

moria damnari. Et ius accuſandi quanto tempore poſt mortem rei duret & quid in hæretico.

436 De crimine læſę maieſtatis poteſt quis
1 accuſari † etiam poſt mortem delinquētis & puniri: quia damnatur eius memoria. l. fi. C. ad l. iul. maieſt. & inſti. de hære. quę ab inteſta. §. per contrarium. Sed intra quantū tempus poſt mortem durat illud ius accuſandi: tu habes in l. ij. C. de apoſta. quod ius accuſandi hæreticum mortuum durat quinquennio. Sed quid in crimine læſæ maieſt. dic idem: glo. ſingularis in l. manicheos. C. de hæret. vide glo. xxiiij. q. ij. in ſumma. Et iunge ad dictam glo.

ADDITIO. Adde Panor. in c. cū nobis. in penul. col. de præſcrip. vbi Felyn. col. v. & vj. in princi. quod dicit notandum quid vero in crimine hæreſis, vide per Fely. poſt Abb. vbi ſupra.

Adde caſus, quos remiſsiue allegaui, qū contra mortuum procedatur infra ſingulari dcclxxxv. & dccxlij. Et adde quod illam glo. ſingul. ſequuntur Bar. Alexan. in l. fi. ff. ad l. iul. maieſta. Aret. in tracta. malefic. verbo, che hai tradito. col. iiij. cōciuis meus Cæpol. conſi. crimi. xvij. viſa commiſsione. nume. vij. vbi plene ponit de hoc ſingula. Abb. & Fely. in c. a nobis. de præſcrip. excellen. do. Hiero. Gigas in ſuo ſolemni tracta. crimi. læſæ maieſta. huma. lib. j. rub. qua. in crimi. læſæ maieſt. proced. q. xxiij. vbi reſpondent ad glo. in c. ij. de præſcrip. li. vj. & c. accuſatus. de hære. eod. libr. & Ludo. Carer. in tracta. de homic. §. vj. nu. 373. & in tracta. de hæreti. nu. 142. Nico. Pig.

1 *Legato generali non comprehenduntur venalia, & ea, quæ cauſa mercandi teſtator habebat, ſi alia ſuperſunt, in quibus legatum ſubſiſtere poſsit, alias ſecus.*

437 In legato generali non comprehendun
1 tur ea, † quæ teſtator habebat cauſa mercandi. l. generali. §. vxori. cum ſimil. ff. de vſufru. leg. Quod eſt verum vbi ſunt aliqua in quibus legatum ſubſiſtere poſsit: alias comprehendit etiam vænalia: tex. eſt ſingularis ſecundum verum intellectum glo. in l. pediſſeis. §. item cum quæreretur. ff. de auro & argen. lega.

ADDITIO. Adde l. fundus qui locatus. in fi. ff. de ſun. inſtru. et hoc ſequitur Bar. in d. §. cum quæreretur. Bald. in rub. q. iij. Caſtren. & Iaſo. in l. j. C. de verbo. ſignif. idem Iaſo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. colum. xxiij. in princ. & in §. calimachus. col. iiij. ff. de verbo. obli. & in l. ſi ſtipulatus fuerim. §. fi. col. ij. eod. titu. Ludo. Gomes in §. item ſeruiana. nume. 19. inſti. de actio. Ioan. Curant. caute. xix. titu. de lega. idem Rom. conſi. xxxj. vilis. in fi. vbi allegat plures leges. & facit ſupra ſingu. clviij. Nicol. Pig.

1 *Statutum an ciuitate fieri poſsit, per quod denegetur clericis illud quod ſemel eis per longiſsimum tempus acquiſitum fuit.*

438 Pone, quod populus huius ciuitatis propter deuotionem conſueuit a longo tempore, cuius contrarium memoria hominū non exiſtit, relicta pro male ablatis vel pauperibus conuertere in vtilitatem alicuius eccleſiæ, (vt videmus Romę nūc in eccleſia ſancti Pauli, licet illud ſit ex conſtitutione Pa-
1 pæ.) an † ciuitas poſsit facere ſtatutum, quod talia relicta conuertantur in vtilitatē eccleſiæ alterius? videt quod ſic: quia eius eſt tollere cuius eſt condere. l. digna vox. C. de legi. ergo &c. & ſi dicis quod laici nō poſſunt ſtatuere ſuper eccleſijs. c. quę in eccleſiarum. et c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de cōſti. dic quod non ſtatuit ſuper re eccleſiaſtica, ſed ſuper rebus ſubditorum, ne relicta per eos &c. vt l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. Sed in contrarium eſt verum. & de hoc duplex eſt caſus in c. ad apoſtolicam. de ſimo. item in c. veſtra. de loca. & illum tex. alleg. Ioan. And. & Bar. in l. priuilegia. vbi hoc tenet. C. de ſacroſan. eccleſi. per tex. in d. c. ad apoſtolicam. & Ioan. And. in additio. Spec. in titu. de inſtru. edi. §. nunc vero aliqua. in fi. tenet illud idem per d. c. veſtra.

ADDITIO. Adde quod cum Barto. tranſit Gemi. in c. j. in vij. col. de conſtit. lib. vj. Rom. mei. in authen. ſimiliter. in ij. chart. verſi. nono &c. C. ad l. falci. Moder. in c. fi. de reb. eccle. non alie. licet contra Barto. teneant Cyn. Imo. & Alex. in l. non amplius. in prin. ff. de leg. j. & Rapha. & Pau. de Ca. in l. priuilegia. hic alle. & Salyc. in authen. caſſa. in v. q. C. de ſacroſan. eccle. ſed contra eum & ſequaces, & ſic pro opin. Bart. tenet Bald. in d. c. ad apoſtolicam. de ſimo. vbi facit quamplura elegantia fundamenta per Bar. vide etiam Fely. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. xxxvij. verſicu. duodecimo quæro de conſtituto.

Adde quod communis opinio eſt cõtra Bar.& Roma.hic,vt per Deci.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ,col.xxj.vbi refert docto. pro vtraque parte & diſtinguit vt per eũ, & contra Bar.tenet Alex.conſi.ccix.ſtatutis,col.antepenul.lib.ij.Soci.cõſi.ccxlj.circa primam.col.ij.& ſeq.lib.ij.do.meus Alcia.in tractatu præſump.regu.iij.præſump. xxxiij.circa fin.Et vide aliam diſtinctionẽ per Iaſo.in l.non amplius. in principio colum.fi.ff.de leg.j. Nicol.Pig.

1 *Bona ingredientis religionem incapacem, cui applicentur, an eccleſiæ Romanæ, an vero ſuccedentibus ab inteſtato?*

2 *Bona ingredientis religionem incapacem ad pias cauſas erogatur, ſi ingredienti ea fuerint relicta ſub conditione,ſi deceſſerit ſine liberis,reſtituenda.*

439 Heri conſului:tu ſcis ꝙ ordo mendicantium incapax eſt acquiſitionis bonorum in particulari vel communi.|clementi. exiui. de verbo.ſigni.quærebatur,(& eſt magna
1 dubitatio) cui † applicantur bona ingredientis religionem nõ capacem acquiſitionis bonorum? plures in hac q.fuerunt opiniones,vt per Inn.& Ioan.And.in c.in præſentia.de proba.Specu.in tit.de ſta.mo.§.j. verſi.iij.Bar.in tracta.minoricarum.in vlti. q.quarti lib.Bal.in authen.ingreſsi.C.de ſacroſan.eccle.Feder.de Sen.conſi.xxvj. Prima enim opinio eſt, quod applicentur eccleſię Romanæ,ſed non inſiſto:quia (vt no. per Ioan.And.in c.fi.de pac.in nouella)Papa in extrauaganti ad conditorem,renūciauit huic acquiſitioni.Secunda eſt opinio,ꝙ ſunt ab inteſtato ſuccedentium,& hęc communis,per authen. bona.C.de bo.præſcri.
2 Sed do † tibi limitationem,vt ſit verũ,niſi hæc bona fuerint relicta ipſi ingredięti ſub cõditione,ſi deceſſerit ſine liberis reſtituenda:tunc enim debent erogari ad pias cauſas.caſus eſt ſingularis in authen.de ſan.epiſco.§.ſed hoc præſenti.ver.hoc autem. Tu milies uidiſti,ſed ad hoc non notaſti.& hoc didici ab Ang.in diſputatione quæ incipit, nobilis quidam genere.quod dictum eſt aureum.tene menti.

ADDITIO. Adde ꝙ conſi.ipſius Roma.eſt nume.296.circa declarationem,vbi hanc limit.tenet & Augu.Bero.in d.c.in præſentia.nume.491. Et ille verſi. hoc autem loquitur voluntarie, non neceſſarie,vt hic per Roman.Et quod monaſterium incapax nõ excludat ſubſtitutum eſt commu. opi.vt late Alex.conſi.xiij.j.dubio lib.iij.Deci.conſi.cclix,viſis.col.fi. Nic.Pi.

1 *Frater emens rem ſuo, & fratris nomine,de cuius pecunia ſoluiſſe cenſeatur?*

440 Emeram rem tam nomine meo quam
1 fratris mei,vel alterius:ſoluo † pretium:de cuius pecunia intelligor ſoluiſſe? ſi nomine meo tantum emerem non eſt dubium quod intelligor emiſſe de propria,l.ſi defunctus. C.arbi.tu.& de materia.in l.ſi.de pigno.l.ſi venter.§.fi.ff.de priui.credi.Dic, quod etiã iſto caſu intelligor emere de propria pecunia:caſus eſt ſingularis de quo Bar.ibi gaudet in l.ij.C.pro ſoc.& iſtud addas ad Bart. in l.ſi patruus.C.communia vtriuſq; iudic. & l.titium.§.altero.ff.de admi.tu.

ADDITIO. Et idem Roma.in conſi.iij.viſo.verſicu.item hoc.conſi.ccxcj. cum iſti fratres.col.ij.Abba. conſi.xlvj.tria mihi.in fi.lib.j.Alex. cõſi.lxxviij.diſcuſsis. lib.ij.Deci.conſi.xxj.viſo.col.penul.verſi. & in dubio.conſi cccxlviij.de duobus.col. ij.& conſi.ccccxlij.in cauſa.in fi.vbi plures allegat. Et Nicol.Boer. Deci.ccxiiij.Rex. in princ. Auguſti.Bero.q.famil.xlvj.filius. verſi.tertio, Nicol.Pig.

1 *Fortuiti caſus promiſsio & obligatio valet, niſi caſus culpa eius,cui promittitur adueniat,tunc enim promittens non tenetur.*

441 Tu ſcis, quod quis poteſt ſe ad caſum
1 fortuitum obligare,† licet regulariter de iure ad illud non teneatur.Quod intellige talem de omni caſu fortuito promittente teneri,niſi talis caſus adueniat culpa eius,cui promittatur,de hoc habes duos caſus nota. primum in l.cum proponas.C.de nauti.fœnore:alium in l.qui officij.§.fi.ff.de contrahen.emp.& hoc obuenit mihi de facto Florentiæ,et ita conſului per dictas duas leges, & habui quatuor ducatos pro vnaquaque. Ita vẽdo leges,ſcias tu eodẽ vendere, nota.

ADDITIO. Quod conſi.(ſi iſtud eſt,)eſt nume.clxxxiij.in caſu. verſic. quarto.Iaſo.in l.j.col.ij.verſi. confirmatur. C.de inſtitu.& ſubſti.Deci.in c.ex parte.ij. col.fi.xxij.fallen. de offi.dele. Fran.Rip.in tracta.peſt.j.par.ij.par. priuci,nu.81.& 87. Hippol. ſingulari xcvj.renuncians.& com-

ſoluit Alexan. conſil.lxxxiiij. ponderatis. lib.vj. Are.conſil.cxj.cõſideratis.in fi.N.P.

1 *Periculi verbum caſum fortuitum non comprehendit. Fallit quando aliter operari nequit.*

442 Tu habes caſum in l.opus quod in aduerſione.ff.loca.& ibi glo.volentem, quod appellatione periculi non venit caſus for-
1 tuitus. Iſtud tamen limita, † vbi verbum periculi non poſsit aliter operari niſi cõprehendas caſum fortuitum.caſus eſt vnicus in l.item quæritur.§.ſi gemma.ff.locat.& ad materiam l.ſi.ff.eo.ti.tu mittes ad c.ſi papa. de priui.lib.vj. & ad l.ſi quando.ff.de leg.j. quod verba debent aliquid operari.

ADDITIO. Adde text.in l. & ariſtoni.ff.manda.& glo.Bar.& alios in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.ſi quis cau.Canoniſt. in c.j.extra de commod.Rip.in tracta. peſt.j.par.ij.part.prin.nu.80. Et quid ſit aduerſione locare,do.meus And.Alcia.lib. vij.parerg.c.xxviij. Nic.Pig.

1 *Accuſatus de crimine pendente accuſatione ad honores non admittitur, ſi propter ſolam accuſationem, accuſatus apud bonos & graues viros eſt infamis.*

443 Accuſatus de crimine,†pendente accu-
1 ſatione,nõ admittitur ad honores, vt l.reus delatus.ff.de muner.& hono.& in l.j.C.de reis poſtulatis lib.x.& in l.reum criminis. cum materia ſua.C.de procura.Cano.in c. omnipotens.de accuſat.lxxxj.diſt.c.tantis. & vide materiam in c.accedens.de accuſa. & c.accuſatum. de ſimon. Quod eſt verum quando propter ſolam accuſationem ipſe accuſatus eſt infamis apud bonos graues viros:alias ſecus,dictum eſt ſingulare Hoſt. & Ioan.And.in c.meminimus.per tex.in c. omnipotens.de accuſa.& ita conſului heri apud montem Alcinum.

ADDITIO. Adde quod iſtam limitationem ſequuntur alij doct.in d.c.meminimus.& ſequitur Fely.in c.omnipotens.

Et Alexan.in additio.ad Bar.in d.l.j.C. de reis poſtu.lib.x.& ſentit idem Ro.conſi.ccxcvij.in caſu.in fi. Nic Pig.

1 *Vaſallus an domino inuito feudum alienare poſsit ſi ille cui alienatio fit, omne onus ferre velit.*

2 *Intellectus c.j.de duobus fratri.de no.beneſi.inueſti.in vſib.feud.*

444 In iure ſunt regulæ, quod vaſallus nõ
1 poteſt† domino inuito feudum alienare.vt in c.quæ in eccleſiarum.de conſti.& in vſib. feu.per totum Quod eſt verum:niſi ille cui ſit alienatio velit ſupportare omne grauamen:dictum eſt ſingulare Bart.in l.murileguli.C.de murileg.lib.xj.per illum text.qui eſt mirabile,& pro eo facit l.ij.in prin.ff.ſolu.matri.Sed hoc dictum non eſt verum,& contra caſum in c.j.de duob.fra.de no.beneſi.inueſti.in vſib.feu.vbi non poteſt ſeruire per ſubſtitutum, neq; alium ſubrogare.
2 Et ſi dicis † non apparet ibi quod voluerit ſupportare onera:reſpõdeo,quod ſubrogatus debet eſſe æque idoneus, vt l.agentes. C.de agen.in re.lib.xj.& facit l.ſi quis ex corpore.C.de murileg.eod.lib.ergo debet intelligi quod ea,quæ promiſit ſicut principalis.alias non haberet dubium.

ADDITIO. Adde quod Bart. ſequitur ibi Angel.& Anto.Corſet.notab. feudum.& plura ſimilia refert Hippoly.de Marſi.in rub.ff.de fideiuſ.q.xxx.Sed vide Soci.in regul.cccccxxxiiij.fallen.j.Fely.plene in d.c.quæ in eccleſiarum.col.xxix.Cæpo.caute.xxij.& quos allegaui infra ſingulari cccccxviij. Nic. Pig.

1 *Emptio nominis debitoris non ſoluendo a cõſueto fœnerari præſumitur in fraudẽ vſurarum facta.*

445 Quæro nunquid contractus emptionis
1 a debitore † factus a conſueto fœnerari de actione debitoris non exiſtentis ſoluendo, præſumatur in fraudem vſurarum, vt ſcilicet ipſe fœnerator ſibi mutuet pecuniam & dic quod ſic.caſus eſt ſingularis & ibi Bart. in l.cum vir.ff.de iure do.

ADDITIO. Sequitur Bal.in l. cum allegas.col.iij.ver.modo quæro.C.de vſur.& illum notab.dicit Cæpo.in tract.de ſimul.contra.iij.caſu.præſump.xxvj. N.P.

1 *Statutum,quòd extantibus maſculis fœminæ non ſuccedant,an habeat locum in ſucceſsione Cardinalis?*

2 *Clerici an veniant appellatione diſtrictualium, vel prouincialium.*

3 *Secularis princeps in quibuſdam caſibus ha-*

bet poteſtatem clerum reſtringendi, & iu-
dicandi.

446 Habeo caſum in facto. Cardinalis No-
uarienſis nuper mortuus Romæ eſt relictis
pluribus filijs & filiabus, qui propter ſcien
tiam ſuam peruenit ad cardinalatum. Eſt
1 conſtitu. in ciuitate Nouarēſi: † quod extan
tibus maſculis fœminæ non ſuccedant, an
habeat locum in ſucceſsione huius Cardi-
nalis? Tu diceres quod non, vt in c. eccle-
ſia ſanctæ Mariæ, & c. quæ in eccleſiarum,
de conſti. & c. bene quidem. xcvj. diſt. cum
ſimi. ſed nil faciunt, quia ſtatutum loquitur
prohibendo perſonam laicam ſuccedere.
multum dubito in hoc caſu. Sed dicam tibi
aliqua pulchra. Appellatione populi nō ve
nit clerus, vt in c. j. de præben. & c. ſi ſenten
tia, de ſenten. excommu. li. vj. Sed an appel-
2 latione † diſtrictualium veniant clerici, pu
ta ſi Regi & diſtrictualibus ſuis conceſſum
ſit priuilegium? tu diceres quod non, quia
clerici non ſunt diſtrictuales Regis, ſed Pa
pæ, & ſi non veniunt appellatione populi
quod eſt maius, ergo nec appellatione di-
ſtrictualium, quod eſt minus. Dic contrariū,
quia veniunt, quanuis domino temporali
priuilegium concedatur: dictum eſt ſingula
re Ioan. And. in c. ſi. de offi. delega. lib. vj. in
3 nouella per illū tex. ratio eſt, † quia in qui-
buſdam caſibus habet poteſtatem ſecularis
clerum reſtringendi. xxiij. q. v. c. principes.
& ibi gl. enumerat, quam vide & not. Quid
ſi eſt cōceſſum Regi, et prouincialibus ſuis,
an veniunt clerici? dic quod ſic, caſus eſt in
c. dilecti. de foro compe.

ADDITIO. Adde quod idē tenuit
Mathe. no. cxj. & Anch. in repe. c. j. in xxij.
char. ver. opi. Bal. de conſtitu. Sed tu dic q
communis cōcluſio eſt in oppoſitum quod
etiam clerici gaudeant beneficio dicti ſtatu
ti contra fœminas, ita tenet Sand. in d. cap.
eccleſia ſanctæ Mariæ, col. xxx. q. vij. addu
cit, Lapum alleg. c. & latius alle. ſeq. Cardi.
in repe. c. perpendimus, col. xxiij. verſi. ſed
quæro, de ſenten. excom. Panor. in c. quod
clericis. col. xiiij. ver. hæc vera. & in repet.
xxiij. col. verſi. ſecundus caſus. & in c. cōſti
tutus. colum. ix. de reſtitu. in integ. per text.
ibi. & in c. cum dilecti, de foro compe. & in
c. ſi in adiutorium. x. diſt. per quæ iura idē
tenet Bal. in l. cunctos populos. in lec. xj. co
lum. verſic. ſed hic vlterius quæritur. C. de
ſumma trini. quibus non viſis aliter termi-
nata fuit quæſtio iſta per Rom. & Matheſi.
Ad tex. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, reſpō
de ut per Abb. in d. c. quod clericis. pro qua
reſponſione, vide Gemi. in c. fin. in princ. in
ij. col. de offi. dele. in vj. & ad hanc q. faciūt
quæ dicit Sande. vbi ſupra, col. xxviij. ver-
ſi. octauo quæro. ibi opin. tamen Bar. & in
c. rodulphus in verbo diſtrictus. de reſcrip.
& in c. licet. col. j. de probati. Ibi dictum eſt
ſingulare. Adde Bal. in l j. §. huius ſtudij. ff.
de iuſti. & iur. per illum tex vbi alleg. iſtud
dictum, & ibi vide mag. meum col. j. verſic.
ſecundo. vbi allegat Roma. hic. & Bal. in ru
bri. quæ ſint regalia. Pe. de Ancha. & Card.
in c. dilecti. de foro competē. ſed Imo. ibi &
Gemi. in d. c. ſi. de offi. deleg. in vj. de hoc du
bitant ſequitur tamen idem Gemini. in c. ſi
ſententia. in princi. de ſenten. excom. in vj.
ad quod vide Fely. in c. eccleſia ſanctæ Ma
riæ. in iij q. de conſti. & adde quod pro di-
cto Io. And. conſu. Pau. de Ca. conſi. ccxcvj.
ad primum. & Anchar. conſi. cl. optimis. &
Oldra. conſi. xxxij. quæſtio eſt.

☞ Hanc q. diſputant late decio. in d. c. eccle
ſia ſanctæ Mariæ. & in c. quod clericis vbi
Barba. col. xxxiij. & xxxv. de foro compe.
Albe. Bru. in tracta. exclu. fœmi. viij. articu.
quæſtio. ij. Nico. Pig.

1 *Conſtitutio laici inferioris imperatore, etiā*
in fauorem eccleſiæ non valet, ſi præcepti-
ua, ſeu inhibitiua ſit, ſecus ſi ſit ſimplici-
ter permiſsiua.

447 C. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu.
1 vult, quod conſtitutio † laici inferioris impe
ratore, etiam in fauorem eccleſiæ, non va-
let. Quod eſt verum vbi conſtitutio eſt præ
ceptiua ſeu inhibitiua: ſed vbi eſt ſimplici
ter permiſsiua tunc valet, & comprehēdit
clerum in fauorem eius. De hoc eſt caſus,
qui non eſt alibi, de in integ. reſti. c. conſti-
tutus. bene facit c. cum veniſſent. de eo qui
mit. in poſ. & c. eccleſiæ. vt lite pen. habui a
Lap. allega. c. in quæſtione. & cj. in ciuitate.
col. v. ver. quod autem. conſtitutio enim im-
perialis cleri valet quando Papa approba-
uit. x. diſt. c. ſi adiutorium.

ADDITIO. Vide plene per Felyn.
Deci. & alios, in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ.
col. xij. verſi. extra glo. de conſti.

☞ Sequitur Bal. in l. j. col. vij. verſi. ſed hic
vlterius. C. de ſum. trini. Alexan. conſi. ccxj.
ponderatis. col. pen. & conſi. ſeq. col. j. lib. ij.
Deci. qui plures citat conſi. cxiiij. & pro te-
nui, col. ij. verſic. ſed tamen his. & in d. c. ec-
cleſia, colum. xx. verſic. ſecunda concluſi

vbi oſtendit & id procedere ſi conſtitutio ſpecialiter loqueretur de clericis ex multorum ſententia quos ibi citat, & in conſilio cclxxxiij, viſo puncto. circa fi. Nic. Pig.

Iudex eccleſiaſticus ſi poßit pœnam pecuniariam imponere, cui ea pœna appli cari debebit?

448 Sed poſito caſu quod iudex eccleſiaſticus poſsit pœnam pecuniariam imponere. de quo in c.ij.de pœn. & c.ij.de delic.pue. & per Ioan.And.in c pro humani.de homi
1 ci.lib.vj.in nouella cui hæc† pœna applicabitur? dices, quod iudici in fructibus.clem. præſenti.de cenſi.& clementi. ne Romani. de electio.& elec.poteſta. Dic, quod medietas eccleſiæ, & medietas ſua erit.caſus eſt ſingularis in c.ij.de pœ.nota bene illũ text.

A D D I T I O. Adde Archi.in c.ſi vos prope fin.xxiij.q.v.& Ludo.in l ſtipulatio iſta.§.alteri.in fi.de verbo.oblig.facit gl.fi. de iure patro.quia clerici. & c.ſi canonici. §.ſi autem.de offi.ordi.in vj.vbi dicitur ꝙ pœna appoſita contemplatione tertij applicatur ſibi.& no.idem Ludo.in ſing.dcc. incip.regula eſt. eſt autem potius emendatio damni in caſu prædicto ꝙ pœna hic eſt, ꝙ vbi pœna duplicatur reſpectu damni non debetur læſo niſi ſimplum reſiduum vero pauperibus.de immu.eccle.quia plerique.

☞ Adde Abb.in d.c.iij.in fi & in d.c.ij.de pœn.late per Fely.in c.irrefragabili.§.cæterum.ff.de offi.ord.vbi examinat totã hanc materiam cui applicentur pœnæ de iure canonico. Et cui applicentur pœnæ a teſtatore in teſtamento appoſite, vide infra ſingulari dcxcix. Nicol. Pig.

1 *Iuramentum excludit facultatem purgandi moram in foro iudiciali: & quid in foro pœnitentiali?*

449 Iuramentum excludit facultatem pur
1 gandi † moram, commune dictum eſt legiſtarum per l.ſi quis maior. C.de tranſic.ſed iſtud eſt verum in foro iudiciali; ſed an ſit idem in pœnitentiali? dic quod non, glo. eſt ſingularis.xxxij.q.j.c.apud miſericordem. per illum tex.

☞ A D D I T I O. Adde aliam glo. in ca.beatus.xxij.q.ij.Sequitur idem Roma.conſi.ccccxxvij.in propoſito.& docto. in d.l.ſi quis maior.vbi præcep.meus Cagnol.nu.152.& in l.ſi inſulam vbi Rip.nu. 93.& in l.fi.q.xxxij.C.de reuoc.donat.docto.in l.iiij.§.Cato. vbi do.meus Alcia.nu. 126.Deci.in conſil.cxxxviij.& ccccl'ij.nu. 15.in quibus locis tractant, an iſtud ſingul. procedat in foro pœnitẽtiali, an in foro cõtentioſo etiam de iure canonico. Et tradunt intellect.c.ſuam.de pœ.& illam gl.dicit ſingul. etiam Lanfran.in c.quoniam contra verbo, teſtium produ.nu.136.vbi Celſ.inuehit cõtra quendam aduocatum.Nic.Pig.

1 *Teſtis qui celeriter & repentine reſpondet antequam totus articulus ei legatur an falſum dicere præſumatur, & alij teſtes ei præferantur?*

450 An ille, qui celeriter & repentine re
1 ſpondet † antequam totus articulus ei legatur præſumatur falſum dicere? dic quod ſic.caſus eſt ſingularis.& ibi glo.v.q.v.c.ſi. §.labium.& ideo alij teſtes ei præferuntur.

A D D I T I O. Adde quod idẽ etiam ſi multum conſiſtat in mora, quia videbit dubius.& de iſta gl.tanquam ſingul.facit mentionem Panor.in prohe.grego.col.j.d.Anto.Cardi.& Panor.in c.cum cauſam.de teſti.& ibi Fely.col.x.vide etiam ad hoc Fely.vbi adducit aliqua ſimilia in prohe. decre.in glo.primi libri circa prin.& plenius in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.colum.xij.circa medium.verſi.vlt.no.de conſti.& cum iſtis poteſt addi quod notat Bald.in l.vnica.C. de emen.iuſti.vbi dicit quod fides teſtium dicitur vacillare propter nimiam obſcuritatem vnde Bar.in l.ea.ff.de contrahẽ.emptio.teſtem obſcurũ equiparat taceti verũ.

☞ Adde Alexan.& ibi Hippol.de Marſil. nume.9.in l.j.ff.de falſ.Ioan.de Arno.problema.xvij. Dicas idem in teſte offerente ſe ad teſtificandum, vt per Bart.in l.poſt. §.his vero.ff.de his quibus vt indig.& per Hippol.de Marſi.ſingul.cxl. Nic.Pig.

1 *Matrimonium an probetur per inſtrumentum dotis, & quomodo?*
2 *Intellectus c.illud.de præſump.*

451 Nunquid per inſtrumentum dotis pro
1 betur † matrimonium, & in hoc habeo conſulere? quomodo probetur matrimonium habes in l.donationes in concubinam, in prin.de dona.& in l.in liberæ.ff.de ritu nupti.glo.nota.xxx q.v.c.aliter.& ibi melior gloſ.quæ ſit in iure. Et quod non probetur

2 †videtur caſus in c.illud.de præſum.& ibi firmat hoc Innoc.ſed parum facit:quia loquitur in donatione propter nuptias, quæ fieri poteſt in nuptijs non contractis: & ſic non probat hoc eſſe &c. ſecus in dote quæ non poteſt eſſe ſine matrimonio.l.iij.ff.de iure dot.Et ſi tu dicis quod dos ẽt dari poteſt pro futuro matrimonio.reſpon.quia cõmuniter dos fit exiſtente matrimonio.l.pe.ff.de donati.inter vir.& vxo.Item pro iſta parte negatiua videtur caſus in l.neq; ſine nuptijs.C.de nup.facit l.iubemus.C.de repu.ibi.non enim dotibus, ſed affectu matrimonia contrahuntur.Bal.ponit hanc quæſtionem in authenti.ſi quis in aliquo.C.de eden.in l.ab executione.C.quorum appell.non reci.& in rubri.C.de priuil.do. Veritas eſt, quod aut quærimus an probet quo ad dotis reſtitutionem:& dicas quod ſic.caſus eſt ſingularis in.§.illud. in authẽ.vt fra.filij.an quo ad iudicandum ſuper matrimonio, ſcilicet an fuerit vel non fuerit matrimonium contractum:& tunc plene nõ probat,ſed ſemiplene, vel præſumptiue.caſus eſt in d.c.illud.in fin.& in iſta materia vide duas glo.nota. vna eſt in l.in concubinatu.ff.de concubi.alia eſt in l.penul.in ver.confeſſus.C.de fideiuſ.quas nota.

ADDITIO. Et quod per inſtrumentum dotis non probetur in matrimoniũ Hoſtien.Ioan.And.Bal.Imo.But. & Abb.in d.c.illud.ſolet tamẽ hoc diſputari.& ſi teneatur contraria opinio ſolet modificari duobus modis.Primo quantum ad ipſas partes inter quas conficitur inſtrumentum per l.optimam.C.de contrahen.& committen.ſtipul.ſecus quo ad tertium,& ſic forte in præiudicium alterius matrimonij ſecundũ Bal.in l.ij.ad fi.C.de execu.rei iudi.& in auth.ſi quis in aliquo.C.de eden.Secundo modificari ſolet, dummodo inſtrumentum dotis dicat de matrimonio contracto vel contrahendo.ſecus ſi nihil diceret de matrimonio ſecundum Bal.in rub.C.de priuile.dot.vlt.col.& in l.ab executione.col.v.C.quorum appel.non reci.ſed nihilominus prima opi.videtur verior ſecundum Mod.vbi ſupra.

☞ Et per hoc habetur limi.ad l.optimam.C.de contrahen.& commit.ſtip.vt per Anto.de But.& alios in d.c.illud. Mathe.nota bi.lxxx.Fely.in c.per tuas.colum.iij.& ibi Deci.iiij.de probatio.Iaſo.Deci.& poſter.in d.authenti.ſi quis in aliquo.Deci.conſil.cxix.cccx,cccxlviij.in fi. Nic. Pig.

1 *Procurator,ſi de condemnatione agatur, cõdemnari debet, nõ dominus. Et an ſit idem in abſolutione.*

452 Tex.in l.j.C.de ſen.dicit,quod cum ſu-
1 mus† in condemnatione debet procurator condemnari,non dominus.Sed quid in ſententia abſolutoria, an ſit idem? glo.eſt ſingularis de iure ciuili in l.ſi remunerandi.§.maurus.ff.mand.& Bal.in d.l.j.col.ij.dicit non eſſe alibi. Sed pro glo.eſt caſus ſingularis in c.inter dilectos.in fi.de fide inſtrumẽ.miror de Bal.

☞ ADDITIO. Et ibi glo.penul.& Fely.poſt alios col.pen.docto.in c.querelam.de electio.gl.& ibi Abb.in c.ſuſcitata.de reſti.in integ.Et adde ſupra ſingula.xx.quod l.j. Nic. Pig.

1 *Doctor,ſeu ſtipendiarius,tempore peregrinationis ſalarium habere debet,ſi de licentia domini itineretur.*

453 Doctor,ſeu ſtipendiarius, tempore pe-
1 regrinationis † debet habere ſalarium, ſi de licentia domini itineretur. Bal.in l.ſi ea conditione.C.de condi.inſer.dicit eſſe glo.ſingularem in l.deſertorem.§.ſi ad diem.ff.de re mili.ſed miror de eo:quia caſus eſt ſingularis in l.hac lege.C.de proxi.ſa.ſcri.lib.xij.quod nota.

☞ ADDITIO. Et idem Bald.in authen.habita col.vj.verſi.ſed quid de doctore.C.ne fil.pro pat.Bart.& Alexan.in d.l.in hac.Iaſo.in l.diem functo. nume.41.& ibi domi.meus Cagnol.nume.189.ff.de off.aſſeſ.Deci.conſi.lxx.& pro termi. col.iij.verſi.nam certum eſt. Et idem dicas ſi ſine licentia tempore vacationis itineretur, vt tradit idem domi. meus vbi ſupra. numero 190. Nico.Pig.

1 *Teſtator ſi executori ſui teſtamenti det poteſtatem diſtribuendi eleemoſinam cuicunq; voluerit, an is poſsit duos, vel tres eligere?*

454 Teſtator dicit, relinquo Sempronium executorem meum,cũ poteſtate diſtribuendi eleemoſinam cuicunque voluerit ad pias
1 cauſas:an iſte executor†poſsit eligere duos vel tres? videtur quod non propter verbum,cuicunq;,ſingularis numeri.Sed tamẽ fuit terminatum contrarium de facto: quia eſt autoritas Bar.immo caſus nota.in l.unũ ex familia.§.ſi duos.iuncto prin.ff.de lega.ij.bene facit l.cum quidam.il ij.eo.ti.

ADDITIO. Sequitur Fely.plura ſimilia aducens in c.omnes leges.colum.ij.j.diſtin.Et præſupponunt docto.nunc ꝓxime allegandi. Nic.Pig.

1 *Teſtator ſi executori ſui teſtamenti det poteſtatem per verbum pluralis numeri, an vnum tantum poßit eligere?*

455 Sed quid econtra, ſi teſtator loquit̃ per verbũ pluralis numeri: an poſsit vnũ eligere? dic ꝙ eſt dubium.& Bar.fuit ſibi contrarius in l.j.ff.de op.le.vbi tenet quod debet eligere tres hoc caſu per illum tex. Sed in contrarium facit l.vnum ex familia.§.ſed ſi fundum ff.de leg.ij.et ibi videtur caſus pro hac parte.Item videtur caſus in d.l.cũ quidam.ff.de leg.ij.nota bene iſtum paſſum.

Hanc ſecundam opi.ſequitur Raph.Comen.& Imo.in d.§.ſed ſi fundum.Alexan.late examinans in l.qui quartam.§.j.vbi Claud.Acque.dicit commu.ff.de lega.j.Idẽ Acque.in l.Gallus.§.quod ſi is.ff.de libe.et poſthu.domi.meus Cagnol.ad vtranq; partem diſputãs poſt alios in l.ſingularia.v.notab.ff.ſi cer.petat.& hanc ſentit Deci.dum ſe remittit ad Alex.in d.§.j.in c.prudentia.§.j.col.ij.de offi.deleg. Nic.Pig.

1 *Statuto diſponente quòd tertia pars bonorũ occidentis applicetur hæredibus occiſi, an ſi monachus occidatur, monaſterium debeat illam tertiam partem habere, an filij legitimi & naturales dicti monachi, quos ante ingreſſum procreauerat?*

456 Statutum vrbis Veteris vult,quod ter-
1 tia † pars bonorum occidentis applicetur hæredibus occiſi: quidã modo occidit vnũ monachum: an monaſterium debeat habere illam tertiam partem bonorum, an filij legitimi & naturales dicti monachi, quos creauerat ante ingreſſum? Vidi multa conſilia doctorum de hoc, ſed nihil boni allegabant. Sed Federicus de Senis conſilio clxxiiij.incipien.ego putarem, quod conſilium eſt Ioannis de Paglar.de Senis, reſpondit monaſterio cuidam, quod tertia pars debet eſſe filiorũ per tria iura.Primo: quia appellatione hæredum in dubio venit filius.l.ex facto.§.fin.ff.ad Treb.& in c.j.§.profecto.de lege Cor.in vſib.feud.& eo.ti.de aliena.feu.§.ſi clientulus. Præterea vbi verba legis ſunt dubia & æquiuoca in dubio ſunt naturaliter intelligenda, non ciuiliter vt l.fi.C.de his qui ve.ætā.l.ſi ita quis.§.fi.ff.de lega.ij.l.fideicommiſſum.ff.de cõdi.& demon.ſed monaſterium de iure ciuili ſuccedit.c.in pręſentia.de proba.& §.ſed & hoc præſenti.in authen.de ſan.epiſco.& authen.ingreſsi.C.de ſacroſan.eccle. Filius autem ſuccedit naturaliter.l.cum ratio.ff.de bon.dam.ergo &c. Sed idem Fede.conſi.xxxiiij.incip.quidam.concludit contrarium.ea ratione:quia appellatione hæredis etiam extraneus cõprehenditur vt l.in conuentionibus.l.ſciendum.& l.hæredis appellatione.ff.de verbo.ſigni.ſed monaſterium eſt hæres monachi,ut dicta authen.ingreſsi.& authen.ſi qua mulier.C.eo.titu.ergo &c. monachus autem quicquid acquirit,acquirit monaſterio.xviij.q.j.c.j.& d.authenti.ingreſsi. Ad iura Ioan. reſpondit quod loquuntur in caſibus ſpecialibus,& bene. & hanc opi. fui cõſulendo ſecutus per plures rationes,quas pro nunc non refero.

ADDITIO. Iſtud quod hic dicitur vide plene examinatum per Fely.de San.poſt Abb.in c.in præſentia.col.xiiij.in principi.verſi.& per iſtam glo.de proba.

Adde quod prima opinio eſt communis quam tenet Butri.Fely.Areti.Barba.& Pariſ.in c.in præſentia,de probat.& alij quos referendo ſequitur Nicol.Boer.deciſi.par.la.cxxj.ſed dubium fuit.licet do.meus Alcia.in l.iiij.§.Cato.col.fi.ff.de verbo.oblig.dicat ſecundam commu.quæ placet.d.Auguſt.Bero.in d.c.in præſentia.nume.473.licet diſtinguat.dic vt per eos.& conſil.Ro.non eſt impreſſum:quia eum non inueni inter ſua conſi. Nico.Pig.

1 *Præſcriptio contra eccleſiam xl. annis finitur. Et an idem ſit in re clerici?*

457 Tu ſcis generale illud dictũ,quod cle-
1 ricus † in rebus proprijs gaudet eo priuilegio,quo eccleſia.c.fi.de vita & hone. cleri.gl.in c.ex literis.de pigno.xvj.q.j.ſi mulier & in clemen.præſenti.de cenſi.et in c.quanquam.eod.titu.lib.vj.Canoniſtæ ponunt in c.ſi diligenti,& c.fi.de præſcrip.Modo pone:tu ſcis, quod contra eccleſiam non præſcribitur niſi annis xl.vt in c.de quarta.de præſcrip.& in authen.quas actiones.C.de ſacroſan.eccle.an erit idem in re clerici? videtur quod ſic:per dictam regulam.Sed cõtrarium eſt verũ:quia ſallit in præſcriptio-

nibus, niſi a die præſcriptionis cœptæ xxx. annis contra eos præſcribitur.glo.eſt ſingu la.xvj.q.iiij.c.poſſeſsiones.

ADDITIO. Adde quod in ſimili dixit Specu.in titu.de reſtitu.in integ.§.qualiter.verſi.ſed nunquid.& glo.ij.in clemen.ſi.j.de reſti.in integ.quod in bonis patrimonialibus non competit clerico reſti.in integrum eomodo quo competit in bonis eccleſię.ſimiliter dixit glo.in c.ſi tributum.in verbo poteſtatem xj.q.j.quod prædia clerici ceſſantis a ſol.tributi vendi poſsunt licet ſecus in prædijs eccleſiæ.& dicit do.Card.in c.j.in ij.col.ver.ex his infero.de dolo & contu.quod non per omnia cenſentur eodē iure bona eccleſiarum & clericorum, & q glo.in d.c.ex literis, hic alleg.per Roman. procedit quo ad alia priuilegia, vt quo ad immunitates,& idem dicit do.Card.in c.ſi. hic etiam alleg.per Rom.ſimiliter dixit gl. in c.nouum genus.de deci.& gl.in c.ſi quis laicus.xvj.q.j.quod licet de bonis eccleſiarum clerici non ſoluant decimas.d.c.nouū. tamen ſecus de patrimonialibus, quaſdam illationes ad hoc, vide per Fely.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ,colum.v.in prin.verſicu, & hinc eſt.

Et glo.in verſic.ipſarum.vbi Archidia. & alij,in d.c.quanquam.Abb.in c.eccleſia, nume.7.de conſti.Abb.& Fely.in c.ij.in ſi. de præſcrip. Idem Abb.in c.j.colum iij.de conſuetu.Et plenius in c.ſi diligenti.q.ſiua, de præſcrip.Iaſ.in dicta authen.quas actiones.in ſin.late Balb.in tracta. præſcrip.v.q. j.part.iij par.princi.& Ioan.Arno, problema.xviij. Nic.Pig.

1 *Monachus, vel religioſus, poteſt ad ſtrictiorem regulam tranſire petita licentia, licet non obtenta.*

12 *Monachus, vel religioſus non poteſt tranſire ad regulam laxiorem ſine Papæ licentia: & quid ſi velit tranſire ad regulam parē, cuius licentia requiratur?*

458 Domini mei presbyteri conſuluerunt
1 me de hoc:monachus † vel alius frater religioſus poteſt tranſire ad ſtrictiorem regulam petita licentia, licet non obtenta, vt in c.licet.& c.non eſt,de regula.& eſt caſus in l.qui ſub prætextu.C.de ſacroſan.eccle. &
2 ibi gl.ſi† vero velit tranſire ad regulam laxiorem non poteſt ſine Papæ licentia.Modo ipſi quærunt: quid ſi velit tranſire ad regulam parem cuius licentia tunc requiratur? ſuperiores enim poſſunt eſſe plures,ut generalis,abbas,vel miniſter &c.Vere ego multum dubitaui & quæſiui iſtos commentantes in d.c licet.& non inueni.demum reperi auxilio Dei Innocen.in c.final.de renuncia.Archidia.xix.q.iij.ſtatuimus. Ioan. Andr.in c.religioſus de electio.lib.vj.& in c.ij.de teſta.eo.lib.in nouella.Paul.de Liaza.in clemen.fina.de electio.Lapum allegatione lxij.& cxxx.& ibi iſti docto.variant. Mihi videtur, quod requiratur licētia Abbatis,nec ſufficiat habere a priore conuentuali, per d.l.qui ſub prætextu. vbi repute caſum ſingularem.Secundo moueor per dictum c.ſtatuimus.quia pater totius ordinis eſt Abbas. Sed facit me multum dubitare.c.ſina.de pac.libr.vj.vbi dicitur, quod valent conuentiones inter priorem cōuentualem cum alijs eccleſijs,abſque alia ſuperioris generalis licentia.ergo eadem ratione debet valere impetratio licentiæ ab eodem priore. Sed primam partem puto veriorem, cum vult tranſire ad parem debet habere licentiam totius conuentus glo.ordinaria in c.cum ſingula officia, in verbo, canonice.de præben.lib.vj.

ADDITIO. In ſin.ad hoc vide Gemi.in c.religioſus.hic alleg.circa princ.ver ſi.quæro an quilibet & Zaba.in clementi. cum conceſſa.de electio. bene etiam diſtinguit do.Cal.in conſi.iij.de regularibus.

ADDITIO. Adde eūdem Roma.conſi.cccxlj.circa primum. Et docto.in c.hic alleg. Nic.Pig.

1 *Forum quis ſortitur ratione delicti, vbi deliquit, in foro temporali: Et an ſit idem in pœnitentiali.*

459 Ratione delicti quis ſortitur forū vbi
1 delinquit,† quod eſt verum in foro temporali.Sed an ſit idem in pœnitentiali, vt alter alterius parochiæ poſsit iniungere pœnitentiam? Dic quod non. glo.eſt ſingularis.xvj.q.j.c.j.quam nota, & adde eam ad c.licet. de foro compet.& l.j.cum auth.C. vbi de crimi.agi opor.

ADDITIO. Sequitur Abb.in c.j.in vlti.notab. de rapto. Abb. & alij in c.cum contingat.de foro competen.Cardi. in clemen.ij.§.ruſus.in j.oppoſi.de re iudi. domi.meus Alcia.qui alios citat, in c.pernicioſam,in glo.in verbo iudicare, de officio ordina. Nic.Pig.

1 *Papa imponit pœnitentiam tranſmutando votum.*

2 *Nunquid epiſcopus poßit eam immutare, vel alterare, quod ſic ex cauſa.*

460 Papa imponit pœnitentiam tranſmu-
1 tando † votũ ſed nunquid epiſcopus poſsit
2 illam † pœnitentiam immutare & altera-
re? hoc fuit de facto Romæ in perſona Cardinalis de Vrſinis, qui eſt ſummus pœnitentiarius, dicebatur, quod non: quia minor nõ poteſt legem ſuperioris tollere. l. minor magiſtratus. ff. de arbit. Sed in contrarium eſt glo. ſingularis. xxvi. q. vij. c. tempora pœnitudinis. de quo verbo habes tex. in l. ſi quis libellos. C. de appella. mouetur ex text. l. ſi hominem. ff. manda. qui optime probat. tene menti: quia lucratus ſum duo birreta de illa gloſa.

ADDITIO. Et idem Roma. conſi. ccccxxviij. in terminis. in ſi. Iaſo. in l. omnes populi. col. iij. verſic. confirmo. ff. de iuſti. & iur. & in l. j. in j. notab. C. de præci. imperat. offer. Fely. in c. accuſaſti. in ſi. de accuſa. Hippol. in l. j. §. ſi. nume. 28. ff de quæſtio. & in l. j. §. ſed & ſi quis. col. j. ff. de falſ. & in ſing. clxxxij. iudex. Intelligentes hoc ex cauſa ſolummodo procedere, vt etiam per Deci. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. col. iij. de iudi. & facit infra ſingul. ccccxcj. & relationes Hippoly. ſingulari ccxxxj. iuſta cauſa. Nic. Pig.

1 *Delegatus non poteſt cognoſcere, niſi in loco inſigni, vbi eſt copia peritorum. Et quid ſi vna pars dicit locum inſignem, & idoneũ altera vero negat, an ad hoc diſcutiendũ arbitri eligi debeant?*

461 Si allegatur cauſa ſuſpitionis, debent arbitri eligi ad cognoſcendum de illa ſuſpitione, c. cum ſpeciali, & cap. ſecundo requiris. de appella. l. apertiſsimi. C. de iudi. cum
1 ſimil. Scis † etiam quod delegatus nõ poteſt cognoſcere, niſi i loco inſigni ubi eſt copia peritorum. caſus eſt in c. ſtatutum. de reſcri. li. vj Modo pone quod delegatus eligit certum locum, quem vna pars dicit inſignem & idoneum, altera non: an in hoc diſcutiendo debent arbitri eligi? dic quod ſic: ſecundum glo. in d. c. ſtatutum. ſingularis notabilis & mirabilis, quæ eſt glo. Ioan. Andræ. in verſi. copia. Sed conſulam contrarium per regulam Ioan. And. quod nunquam arbitri debent eligi niſi in caſibus, in quibus hoc a iure exprimitur in c. pia. de excepti. lib. vj. in nouella. j. q. v. c. quia ſuſpecti. per Archi. ſed in caſu noſtro non eſt tex. dicens arbitrum eligẽdum. ergo &c. & illa regula fundatur in duobus. Primo, quia nemo inuitus compellitur compromittere. l. iij. ff. de arbi. Secundo quia continentia eiuſdem non recipit diuiſionem, vt l. nulli. C. de iudi. adeo quod iudex in principali, eſt iudex in incidenti. vt l. quotiens. C. eo. ti. & gl. in c. ex tenore. de reſcrip.

ADDITIO. Pro opi. Ioan. Andr. in d. c. pia. vide ibi Gemini. col. ij. ibi ſecunda opinio. & Archi. iij. q. v. quia ſuſpecti ibi iudicas & ibidem Gemi. col. ij. Abb. in c. verum. col. v. de foro compe. ſed in contrariũ adducit multa ſimilia exempla Sand. in c. paſtoralis. col. ij. de reſcrip. noluit tamen firmare concluſionem quam dicit ſe nundum reperiſſe firmatam & demũ dicit quod volens ſubtilizare materiam haberet ſe reducere ad regulam extenſionum cum fallentijs regula eſt quod caſus correctorij & exorbitantes non extenduntur. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matri. vbi plene per ſcribentes fallentijs ponit etiam. xij. Gemin. in c. j. col. iiij. de tempo. or. in vj. per Fely. in c. tranſlato. de conſtitu.

Dic quod arbitri poſſunt eligi in caſu omnino ſimili expreſſo in quo eadem ratio videatur c. tranſlato. de conſti. Secus ſi caſus non reperitur ſimilis expreſſo, ſpecialiter in aliquo dubio, & tunc non eliguntur, quia ita factum in iure reperitur; quia hoc ſolum habet locum in caſibus expreſsis. Hanc diſtinctionem facit Deci. in c. paſtoralis. colum. ij. de reſcrip. & in c. cum ſpeciali. col. j. de appel. & adde Nic. Bueral. in loco ab exceptio. ad regulam. iij. limi. Ni. Pi.

1 *Iudex motu proprio, parte non petente, an poſsit ex officio minori concedere in integrum reſtitutionem.*

2 *Intellectus c. cum veniſſent. de inſtitu.*

462 Quod iudex motu proprio, parte non
1 petente, † poſsit concedere ex officio minori in integrum reſtitutionem, probatur: quia aduocatum & procuratorem dare ex officio poteſt minori. vt l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de offic. proconſul. Item quilibet, etiam fœmina poteſt cõparere pro pupillo, & opponere: vt eſt caſus ſingularis ſecundum intellectum Bar. in l. ij. C. de nego. geſt. ſed

geſt.ſed hoc, quod dico, non habes in l.iiij. §.hoc autem.ff.de dam.infe.& in c.j.de poſtul.præla.iſtud eſt dictum ſingulare Ioan. And.in c.cum veniſſent.circa fin.de inſti.in notabi. mouetur per illum text.dum dicit per noſipſos.& minor. & eccleſia æquiparantur.c.j.de in integ.reſtit.in l.reſpublica. C.ex quib.cau.maiori. licet de hoc legiſtæ (ſecundum eum) dubitent, ſed non inuenio legiſtam hoc ponentem, ſed forte nõ eſt

2 verum: † quia ille tex.loquitur in Papa, ſecus in alio iudice inferiori per regulam d.l. iiij.§.hoc autem iudicium.ff.de dam.infe.

ADDITIO. Adde Imo.ibi poſt alios in v.colum.verſi.quartus intellectus. adde no.Fely.in c.j.col.ij.in prin.de re iud.& ad hoc faciunt multa exempla quæ vtrobique adducit ad iſta [vide ſi faciunt quæ dicit Fely.in c.ad petitionem.de offi.delega.col.ij. verſi.& quantum poſſit.

Et hæc opi.Roma.eſt communis prout tenet Bart.in j.q.in d.§.hoc autem iudiciũ. & ibi poſteriores. Et eſt text.clarus in l.nã & poſtea.§.ſi minor.in verbo, debebit replicari.ff.de iureiur.Item reſtitutio in integrum non conceditur niſi cauſa cognita.l. in cauſæ.§.cauſa cognita.ff.de mino.ſed ex eo quod quis ſit minor non ſequitur quod ſit læſus.d.§.ſi minor, ergo &c.Ad.§.aduocatos reſpon.quod talis actus non præiudicat tertio, nec ſuper eo ſperatur diffinitiua, vt per Bart.in d.q.j.Ad tex.in d.c.cũ veniſſent, vltra ſolutio. Roma. Reſpon. quod Papa interpoſuit officium ſuum non poſtulatum ad vtilitatem publicam, quæ in eccleſijs & ſacris ſacerdotibus conſiſtit.l.j.§.publicum ius.ff.de iuſti.& iu.& ita procedat quæ not.docto.in d.c.& quæ tradit do.Auguſti.Bero.in c.j.nu.3.de reſti.in integ.& in q.famil.xl.vtrum. Nico. Pig.

1 *Iudex habens priuilegium, quòd poſſit omnia facere, quæ ipſe princeps, etiam de plenitudine poteſtatis, an poſſit tollere ius alterius ſine cauſa, dato quòd princeps poſſet.*

2 *Priuilegium poteſt Imperator reuocare, niſi pro eo pecuniam acceperit, quia tunc venale priuilegium fecit, & Imperator ex eo contractu ligatur.*

463 An iudex Mediolani, habens priuile-

1 gium † ab imperatore, quod poſſit omnia quæ ipſe princeps etiam de plenitudine poteſtatis facere, poſſit tollere ius alterius ſine cauſa dato quod princeps ipſe poſſet? dum quærerem, inueni vnum dictum not. Bal.qui in l.qui ſe patris. colum.vij.verſic. hoc ſcias.C.vnde li.dicit quod licet impe-

2 rator † poſſet priuilegium reuocare, vt eſt caſus in c.veniens.de præſcrip.tamen hoc eſt verum, niſi pro illo priuilegio pecuniã capiat imperator: tunc enim videtur vænale facere priuilegium: & ſic ex illo contractu imperator ligatur vt in c.j.de natu.feu. in vſib.feud.& in c.j.de proba.notat Cy.in l.digna vox.C.de legi.cum ſimil. Sed contra hoc dictum habes caſum in terminis in l.titius puerum.ff.de obſeq.a liber.patro. præſta.vbi ſeruus poteſt reuocari in ſeruitutem propter ingratitudinem, licet pecuniã acceperit patronus, ibi, Etenim ille, etiam ſi non gratuitum beneficium tamen præſtitit, nota tex.aureum.

ADDITIO. Adde eundẽ Ro. conſi.cccclxiij.quod indultum.col.iij.verſi cu.ſecundo idem.Alex.conſi.ccxvj.nec arguendi.ij.volu.Iaſ.in l.j.colum.v.C.de iur. emphi.late per Moder.in c.nouit.de iudic. & in c.quæ in eccleſiarum, de conſtit.& in d.c.j.de proba.Ioan. Lup.in rub.de donat. inter vir.§.50.col.ij.Deciſi. Neapo.cccixj. monaſterium. Thom.Gramma.deciſi.lxv. colum.vj. Nic.Pig.

1 *Appellatur a delegato ad delegantem.*

2 *Epiſcopus ſi canonico cauſam deleget, an ab eo ad Vicarium epiſcopi appelletur.*

464 Tu habes titulum legiſtarum, quis & a quo appell. Canoniſt. de offi.deleg. quod

1 † a delegato appellatur ad delegantem, modo Epiſcopus Senenſis delegat canonico

2 cauſam: nũquid ad eius vicarium poſſit ab eo appellari? Archid.in c.ij.de conſue.lib. vj.determinat quod ſic: mouetur, quia epiſcopi & vicarij idem eſt tribunal.d.c.ij.& c.Romana.de appell.lib.vj.Sed dubito quia videtur mihi caſus contra eum: nam appellare & recuſare æquiparantur.c.ſuper eo, de appel.ſed habeo caſum, quod ſi delegatus allegatur ſuſpectus illa cauſa debet agitari coram epiſcopo.c.ſi contra vnum.j.reſponſo.de offi.deleg.lib.vj.non obſt.ratio quia fallit quando epiſcopus delegat cauſam: nam tunc delegatus eſt maior vicario in illa cauſa. probo: quia Legatus ſedis Apoſtolicæ habet ordinariam iuriſdictionem, c. ij.de offi.lega.lib.vj.& tamen delegatus ſedis Apoſtolicæ eſt maior eo, c.ſtuduiſti. de

offic.lega. & ideo ad Papam appellatur & non ad Legatum vt ibi:ita dicas in caſu noſtro eadem ratione.

ADDITIO. Adde quod opi.Ludo. tenet etiam Pau.in c.dilecti.il iij.colū.ij. de appel.& in c.ſi quis contra.de foro compe. Limitatur niſi epiſcopus eſſet abſens, vt p Abb.vbi ſupra.Sed verior eſt opi.quod ſiue ſit abſens,ſiue præſens Epiſcopus, ſit in arbitrio appellantis appellare ad vicarium vel Epiſcopum: vt eſt deciſio.Rot.cccl.licet in nou. vt per Fran. & Deci.in d.c.dilecti.& Fely.in d.c.ſi quis contra.colum.ij.

1 *Debitori condemnato quem conſtat ſtatim poſſe ſoluere, an terminus humanitatis, & miſerationis cauſa indultus ſit dandus?*

2 *Debitor condemnatus ſi dicat ſe ſoluere paratum, an perdat beneficium dilationis ad ſoluendum miſerationis cauſa indulta?*

465 Tu habes de termino humanitatis gratia cōdemnato dando in l.promiſſor ſtichi. §.j.de conſti.pecu.ff.de verbo.oblig.l.eum
1 qui calendis.§.quotiēs.in gl.Sed† nunquid, ſi conſtat debitorem poſſe ſtatim ſoluere, ſit ſibi illa dilatio danda? Cy.in l.j.§.exactio. C.de rei vxo.actio.tenet quod non,allegat, certum eſt quod cōdemnato actione perſonali.l.dat menſes quatuor ad ſoluendum.l. ij.& iij.C.de vſur.rei iudi.& in c.quærenti.de offi.deleg.ſed hic terminus poteſt per iudicem tolli, ſi conſtat condemnatum ſoluendo eſſe, vt l.ij.& l.debitoribus.ff.de re iudi.et c.ad conſultationem.eo.ti.ergo &c. nota quia ſingulare: Sed credo non eſſe verum, quia iura per eum allegata nolunt ꝙ poſsit iudex tollere, ſed diminuere ſic ex cauſa.Et quod nō poſsit tollere,patet,quia terminus datus a lege nō poteſt tolli per iudicem, vt in regula, indultum,cum ibi not. per Dy.ergo.Et de hoc puto eſſe caſum in d.§.exactio.ſi bene ponderas contra Cyn.

Et per d.§.exactio, reprobat Cyn.& vltramon.Bar.in l.diuortio.§.interdum.col.j. verſi.ſed quæro quæ eſt ratio.ff.ſolu. matr. dum loquitur de iuribus quorum eſt facilis reſtitutio quod debēt reſtitui poſt annum.

Sed an ſi confiteatur & dicat ſoluere ſe
2 paratum †an perdat beneficium dictæ dilationis miſerationis cauſa indultę? dic quod nō.caſus eſt ſingularis in l.ſi debitori.ff.de iudi.nota,quia quilibet diceret contrariū.

ADDITIO. Ad hoc vide Alex.in l. debitoribus,col.penulti.verſi.capio glo.in verbo reddere,de re iudica.vbi dicit quod illi qui nolunt reddere cum poſsint ſi ſint contumaces in ſoluendo debent ſtatim ad ſoluendum compelli cum aliquo tamē temperamento arbitrio iudicantis, quia quis cū ſacco paratus accedere non debet iuxta l.quod dicimus.ff.de ſolu.de materia habetur per ſcribentes in locis hic alleg.per Canoni.in c.conſultationi. de re iudic.& in c. quærenti.de offi.deleg.

Adde quod opi. Cy.ſequitur ibi Iac.de Aret.& Alber.de Roſa.Fely.in d.c.quo ad conſultationem.col.v.Areti.& Franc.Rip. in l.ita ſtipulatus.ff.de verbo.oblig.Et hæc videtur verior:quia nulla humanitas dictat quod debitor habēs pecuniam in promptu gaudeat hoc beneficio ex humanitate conuerſo, immo potius eſt in dolo cum habeat facultatem ſoluendi ſi non ſoluat. argu.l.j. §.eſt autem.& ibi Caſtren.no.ff.depo.Nec obſtat d.§.exactio. quia grauātur hæredes alere vxorem intra annum vt ibi per gl.& docto.ergo in alio debent releuari vt interim ſoluere non teneantur,argumen.l.eum qui.cum ſimil.ff.de iureiuran. & vide Caſtren.diſtinguentem in l.diuortio.§.non ſolum,ff.ſolu.matri. Et quando iudex poſsit minuere vel tollere tempus a lege conceſſum pleniſsime tradunt doct.in l.ij.ff.de re iudi.Fely.poſt alios in c.cum ſit Romana. de appel.(ibi ſed an ſi)adde d.l.ſi debitoribus.in verſi.fatebuntur.& ibi glo.j.& Alexan. nume.7.& adde ſupra ſingula.cxcij. & cxciiij. Nic. Pig.

1 *Pacem an is facere poſsit, qui habet mandatū generale, an vero requiratur ſpeciale?*

466 Nunquid ad faciendū pacem ſufficiat
1 generale † mandatum? hic caſus eſt de facto? dic quod non.ſed requiritur ſpeciale, ſecundum Specu.in titu.de treu.& pa.verſi.hoc quoque nota. & in tit.de procura.§. ratione igitur ſui.colum.v.in xxij.caſu.Et 1
adde ad l.Pomponius.ff.de procu. & c.qui ad agendum.eo.ti.in vj.not.quia ſingulare & habeo de facto conſulere. 2

ADDITIO. Et hoc ſequitur Ange.Areti.inſtit.de his per quos ager.&c. in xvij.caſu.Bar.Alexan.& alij in l.conuētionum.ff.de pact.Alexan.conſi.lxxviij.viſo.col.iiij.verſic.præterea dictus ſer.lib.v. quod eſt duplicatum lib.vj.conſilio xxvj. Nellus in tracta.bannito,in iij.par.ij.temp.

Deci.in l.eius qui.§.placebat.ff.ſi cer.peta. vbi poſt alios ponit aliud ſing. Nic.Pig.

1 *Occidens teſtatorem, tanquam indignus hæreditate priuatur, & fiſco applicatur. Et quid in occidente filium eius, cui ſuccedere poteſt?*
2 *Intellectus l. codicillis .§.matre.ff.de leg.ij.*
3 *Intellectus l.ij.§.ſi fratris.ff.ſi quis aliquẽ teſta.prohib.*

467 Occidens teſtatorem priuatur hæredi
1 tate † tanquam indignus, & applicatur fiſco.l.cum ratio,in fi.ff. de bon. damna.Sed nunc eſt quæſtio de facto: quid in occidente filiũ teſtatoris, ſeu eius cui quis ſuccedere poteſt? Bar.in d.l.cum ratio,dicit, quod priuatur,ſed hæreditas non ad fiſcum, ſed parti in eodem gradu applicatur. allegat l. ij.§.ſi fratris,ff.ſi quis aliquem teſta.prohi. Sed in l.codicillis.§.matre.ff.de lega.ij.mo
2 uet & non determinat: dicit tamen † quod in §.matre.videtur caſus, quod non priuatur hæreditate occidẽs filium teſtatoris. ſed poteſt reſpõderi,quod ibi plures erant fratres, ita ꝙ alius frater non occidens ſucce-
3 dat, vt ibi patet, & † ille.§.ſi fratris.nil facit pro opi.Barto.ſi bene aduertis: quia de portione fratris occidentis non loquitur.

Bal.vero in l.hæreditas.C.de his qui. vt indig.allegat caſum ſingularem de hac qõ. optime probantem,quod priuatur, & fiſco hæreditas applicatur.l. his conſequenter, .§.j.ff.famil herci.& ita conſului.

ADDITIO. Dic quod Bart.in l.cũ ratio:iſtud non dicit neq; loquitur de occidẽte filium teſtatoris bene loquitur de portione fratris vel illius qui debebat ſuccedere cum occidente, & tenet quod non applicabitur fiſco.Sed eum reprobat Bal.in l.hęreditas.hic alleg.in fin.per l.his conſequenter.bene eſt verum quod Barto.in l.codicillis.§.morte ponit.q.de qua hic per Roma. & Bald.eam determinat.in d.l.hæreditas prope fin.per d.l.his conſequenter.& ibidẽ Bal.ponit de eo qui interfecit fratrem teſtatoris & remittit ſe ad c.j.de eo qui interfecit fratrem domini ſui col.x.Quid autem ſi frater occidit fratrem an ſequẽtes in gradu ſuccedant Bal.in l.eam quam.C.de fidei commiſ.& ibidem etiam tangit.Adde etiã quod ſi ſtatuto cauetur quod ſi filius occidat patrem non ſuccedat, quod tunc nihilominus ſuccedit nepos ex filio niſi eſſet ne pos culpabilis,puta cõſentientis ponit Alexan.in l.cum ratio.§.præterea.hic alleg.& no.Bald. per illum tex.in l.ſi quis inceſti. in fi.C.de inceſt.nup.& vide Bart.in l.ex parte.de adimen.leg.

☞ Intellige quod occidens, & eius filij veniunt ad ſucceſsionem occiſi: ſed eis vt ab indignis a fiſco aufertur.Iaſo.l.ſororem.C. de his quib.vt indig.plene per Nico.Boer. Deciſio. Parla.Burdega.xxv.frater occidit fratrem.poſt eos quos allegat.Et do.Hiero. Cagnol.in l.ſi.nume.123.C.de pac.Et idem in feudo quod frater occidens fratrem vel filium fratris priuetur feudo.c.j.§.itẽ ſi frater.vbi Bal.Matthę.de Affli.& alij.quibus mod.feu.amit. Nic.Pig.

1 *Emptor ſuccumbens per ſententiam arbitri, non habet regreſſum de euictione contra venditorem, niſi emptor in venditorem compromiſſerit.*

468 Emptor ſuccumbens per ſententiam
1 arbitri,† non habet regreſſum de euictione contra venditorem.l.ſi dictum.§.ſi compromiſſero.ff.de euictio.Quod eſt verum, niſi emptor compromiſſerit in venditorẽ: quia tunc habet de euictione regreſſum.ſingulare verbum Specul.in titu.de arbi.§.poteſt, circa fin.verſicu.ſed pone, nota bene, quia non eſt alibi.

☞ ADDITIO. Et hoc ſequitur Bal.& Ange.in d.§.ſi compromiſſero. Cremen.ſingul.xxx.tu ſcis.Alexan.in l.ſi domus.§.de euictione.in prin.ff.de leg.j.& facit,damnũ quod quis culpa ſua &c.vt per Hippol.ſing.cccl,damnum,& idem in prorogatione,ut ſupra ſing.xij.nunquid. N.P.

1 *Teſtis infamis infamia facti non admittitur,quando agitur de probanda ingratitudine feudatarij, donatarij, vel filij exhæredati.*

469 Dubitatio eſt magna, an teſtis infamis
1 infamia facti † admittatur ad teſtificandũ, quæ infamia non poterat aboleri niſi a ſolo Deo, quem ſemel horrendis &c.de quo in l.Caſsius.ff.de ſena.& l.cunctos populos.C.de ſum.trini.& fide cath.& extra de teſt.c.teſtimonium.Sed hæc dubitatio ceſſat,quando agitur de probanda ingratitudine feudatarij,vel donatarij, vel filij exhæredati:tunc enim nõ admittitur infamis in.

famia facti. caſus eſt ſingularis in c.j.verſ. ſummæ, atq; integræ opin,quot teſtes ſunt neceſſarij,in vſib.feud,

ADDITIO. Et hoc tenet ibi Bal,Soci.in regula ccccxvj. fallen.iij.Iaſo. in d.l.cunctos populos. in vtraque lectura, & in l.admonendi. colum.xciij.nume.287. ff.de iureiuran.Ioan.Crot.in tracta.de teſti. in iiij.par.princ.q.xij.nume.159.qui cõprobat vt per eum. Fran.Rip.in l.fin.q.lvij.in fi.C.de reuocan.don. Qui ponit an ad probandam ingratitudinem deferatur iuramẽtum in ſuplementum. Nic. Pig.

1 *Actio publiciana cui competat, & a quo denominetur. Et quando contra dominum intentari poſſit.*

470 Tu bene ſcis quæ ſit actio publiciana:
1 quia eſt actio competens † ei,qui alias fuit poſſeſſor,licet ille nõ ſit dominus,a publio inuentore dicta,in qua nõ requiritur quod vendẽs habuit fidem de pretio.l.de pretio. ff.de publi.Quod eſt verum niſi quis vellet intentare publicianam contra dominũ rei: glo.eſt ſingularis in l.ſi a titio.ff.de rei ven. tunc enim non poteſt niſi habita fuerit fides de pretio vt ibi,quod no.perpetuo.

ADDITIO. Adde Ioan.Criſp. in tract.termini actionum.nume.1.in fi.dicto.in.§.ſed iſte.inſti.de actio. Nic.Pig.

1 *Tranſactio an cadat ſuper quæſtione tutelæ.*
2 *Intellectus l.in eos.ff.de tutel.*

471 An ſuper quæſtione tutelæ † cadat tran
1 ſactio? dic q nõ,quod eſt mirabile, & iſtud ſingulariter tenet Bar.in l.prætor.in fi.ff.de tuto.& cura.da.ab his.allegat l.in eos.ff.de tute.quæ nil facit ſecundum te,ſed inducas ſic:tranſactio non fit niſi aliquo dato vel retento.l.tranſactio.C.de tranſa. ſed in tutela non licet aliquid dare.d.l.in eos,ergo &c.

ADDITIO. Ad iſtud faciũt not.per eundem in l.ſi quis in conſcribendo.C.de pact.& no.idem in l.fin.C.vbi & ap.quem per Specul.in titu.de arbi.§.reſtat. verſicu. quid ſi pater.

Sequitur idem Roman.conſi.ccxcix.in propoſita conſultatione.col.ij.verſic. præmiſſis tamen do.Mar.Blan.in tract.de compro.int.coniun.q.iiij.nu.7.& 11. Nic.Pig.

1 *Cauſa ſtatus compromitti non poteſt. Et an arbiter poſſit de ea incidenter cognoſcere.*
2 *Intellectus l.quotiens.C.de iudi.*

472 Cauſa ſtatus non poteſt † compromit-
1 ti.caſus eſt in l.non diſtinguemus.§.de liberali.ff.de arbi.& in c.cauſa reſtitutionis.de in integ.reſtitu.& ibi habetis. Sed an de ea poſſit arbiter incidenter cognoſcere? videtur quod ſic,ut l.quoties.C.de iudic.cum ſi.
2 ſed non facit,† quia loquitur in iudice:nõ in arbitro,qui nõ poteſt excedere formam compromiſſi.l.non diſtinguemus.§.de officio.ff.eo.titu.de arbi.ſed nihilominus,dicas idem in arbitro. caſus eſt ſingularis ſecundum vnam lecturam vltimæ glo.in l.cum proponas.C.de reb.cre. quod eſt notandũ.

ADDITIO. Adde Sande.idem tenẽtem in c.cum oporteat.colum.pen.verſicu. quo dicto.de accu.

Sequitur idem Roman.conſi.ccxcix.in propoſita,circa princi.Ang. Alexan.in d.l. quoties.& ibi Iaſ.in prin.C.de iudi. doct.in l.penul.C.de pac. do.Mar.Blan.in tract.de compro.inter coniunctos.q.iiij.numero 21. Auguſt.Bero.in c.quoniam contra.numero 29.de proba. De cauſa autem ſtatus poteſt tranſigi & arbitratori demandari.l.fina. & ibi domi.meus Alcia.C.de tranſa.Nic.Pig.

1 *Procurator, ſi contra dominum ſententia feratur, appellare tenetur, dubium tamen eſt an proſequi teneatur appellationẽ. Et quid in defenſore.*

473 Procurator, ſi ſententia feratur contra
1 dominum,† tenetur appellare: licet ſit dubium an teneatur proſequi.l.inuitus.C.de procurat.& c.non iniuſte,eod.titu.ſed pulchrum dubium eſt quid in defenſore,an teneatur appellare? quilibet diceret q non: quia negotiorum geſtorum voluntas gerentis finem facit,ſatis enim eſt ſi quæ vult gerat,& in paucis laboribus conſulatur,text. eſt in l.tutori.C.de neg.geſt.& l.tutores qui poſt.§.j.verſi.non idem.ff.de admi.tut. ſed contrarium eſt verum. caſus eſt ſingul.in l. liberto.§.litem.ff.de neg.geſt.

ADDITIO. Adde do.Auguſ. Bero.q.fami.cxxxij.vtrum.nume.8.Alex. in d.l.inuitus. num.12.vbi tractat an teneat proſequi appellationem. Et an cauens de iudicato ſoluendo poſſit conſtituere procuratorem ante litis conteſtatio.Deciſi.Tholoſa.ccccxiij. Nic.Pig.

Teſtator ſi mandet ſub pœna hæredi eccleſiam conſtrui in eius domibus, an ſi epiſcopus ſine tuius ſpeciali conceſsione id fieri non poteſt, conceſſerit quod alibi poßit conſtrui, hæres in pœnam incidat.

474 Teſtator mandauit ſub pœna per hæ-
1 redem eccleſiam conſtrui † in domibus ipſius, (ſcis quod non poteſt ſine ſpeciali conceſsione Epiſcopi fieri, vt in authen. vt in priua. domi. &c.) Epiſcopus conceſsit quod alibi poſſet conſtruere & non in illis teſtatoris. an incidat hæres in pœnam per teſtatorem adiectã ſi non fiat in loco præcepto? dic quod non: quoniam diſpoſitio hæc eſt alterabilis. caſus eſt ſingularis in l. teſtamento quidam, la grande, ff. de condi. & demonſtra. & habui a Bal. in l. j. q. ix. C. de his quę pœ. no. & ita conſului pridie.

A D D I T I O. Adde quod eſt cõſil. ccccix. quo ad primum. vlt. dub. Et adde l. multa teſtamento. cum ibi not. ff. eo. ti. Soci. poſt alios in d. l. in teſtamento, iij. nota bi. Iaſo. in l. vnica. col. iij. in iij. limi. C. de his quæ pœn. nomi. Et illum tex. dicit ſingu. ad hoc idem Bal. in c. vnico. colum. fi. qual. do. prop. feud. priu. quod in pœnis liquida debet eſſe probatio. Et ſequitur Alex. in conſi. xxxiij. in prin. lib. ij. Deci. in l. factum. §. in pœnalibus. ff. de regu. iur. & cõſi. cccclij. in princ. & conſi. ccccccxxxj. Soci. Iaſo. vbi ſupra inferentes ad alia, vt per eos. Intelligetamen quod non ædificando incidit in pœnam legalem. §. ſi quis ædificationem, in authen. de eccleſiaſt. titu. per Bal. & Roma. in dicto conſi. Nicol. Pig.

1 *Emphyteuta ſi fecit pactum cum domino vt poßit alienare cuicunque voluerit an poterit alienare irrequiſito domino.*

2 *Creditor nõ poteſt alienare pignus niſi prius requiſito conſenſu domini: & quid ſi factum ſit pactum in contrarium.*

3 *Intellectus l. ſi quando. C. de inoffi. teſta.*

475 Emphyteuta non poteſt alienare † ſi-
1 ne licentia domini. l. fi. C. de iure emphy. c. potuit. loca. ſed pone quod eſt adiectum pactum inter dominum & emphyteutam, ꝙ poſſit emphyteuta vendere rem emphyteuticã: an intelligatur poſſe vendere ſine eius conſenſu Specu. in titu. de loca. §. nunc aliqua. verſi. xciiij. tenet, quod teneatur requirere hoc caſu dominum: intelligitur enim hæc facultas conceſſa ſecundum veram diſpoſitionem legis. l. ſi quando. C. de inoffi. te-
2 ſta. Sed hoc dictum non eſt verum, nã † creditor poteſt vendere rem pignoraticiam, licet fuerit pactum in contrarium, ſi tamen præcedat trina monitio. l. ſi conuenerit. ff. de pigno. actio. quod non procedit ſi nullũ pactum adſit: quia tunc creditor poteſt vendere præcedente vna monitione, caſus eſt in l. fi. C. de iure do. impe. Pone modo quod ſit factum pactum, quod creditor poſsit vẽdere: an requiratur monitio? ſecundũ Spe. ſic: ſed eſt falſum. caſus eſt in d. l. ſi conuenerit. j. reſpon. Item allego glo. nota. in l. creditor. ij. in verbo, teſtato. C. de diſtract. pign. Item habens ſeruitutem non poteſt illã cedere in alium, niſi ſimul cum fundo. l. via cõſtitui. §. ſi fundus, ff. de ſerui. ruſti. modo pone quod dominus fundi ſeruientis dedit ſibi licentiam ꝙ poſsit in alium transferre: tũc enim poteſt abſque fundo cedere vigore pacti, caſus eſt ſingularis in l. cum eſſent. §. j. ff. de ſerui. ruſti. Non ob. d. l. ſi quando.
3 quia † ibi priuilegiũ poterat operari aliud quia habilitat quem ad teſtandum: merito non operatur contra ius commune: ſecus in caſu noſtro, vbi nil operatur. Et miror de Ioan. And. in addit. ꝙ non reprobat Spe.

A D D I T I O. Vide mag. meum plene loquentem in repet. l. ij. col. cxiiij. C. de iure emphy. & Alex. conſi. clxxiij. incip. viſo themate. lib. ij. & de hoc vide etiam plene per Bartho. Cæpo. in cautelis xxij. incip. cõſilium. Et vide etiam infra ſing. cccccxix. tu habes, & quæ ibi addidi.

Et opin. Roma. tenet Bal. in l. fi. colum. j. & ibi Iaſo. qui alios citat, colũ. ij. C. de iure emphy. Alexan. conſi. clxxiij. viſo, lib. ij. ꝙ eſt duplicatum. nume. 91. lib. iij. & eſt commu. opin. quam late diſputat & tenet. d. Auguſti. Bero. poſt Imo. in c. potuit. colum. iij. de locat. & cond. Socin. in regula cxv. fallen. ij. Nicol. Pignol.

1 *Florentinus ſi cum Florentino Senis cum iuramento contrahat, an a iuramento abſolutionem petere poſsit ab epiſcopo Senenſi altera parte abſente?*

2 *Citatio requiritur in petitione abſolutionis a iuramento.*

476 Florentinus contrahit Senis cum iura-
1 mento † cum Florentino, vult petere abſolutionem a iuramento ab Epiſcopo Senẽſi,

altera parte abſente an poſsit? iſtud eſt pul
chrum dubium, & habeo in facto. videtur
quod non: quia ſtante veritate quod requi-
2 ratur partis citatio in petitione abſolutio-
nis a iuramento, Forenſis non poteſt conue
niri in loco contractus, niſi ibi inueniatur,
c. Romana. §. contrahentes. de foro compe.
libr. vj. & l. hæres abſens. §. qui tutellam. ff.
de iudi, Item illud eſt verum vbi agitur ad
executionem contractus: ſed in caſu noſtro
agitur de diſſolutione, vnde non videtur
quod poſsit ibi conueniri, nec citari: caſus
videtur eſſe in l. ij. C. vbi & apud quem. ad
diſſolutionem enim contractus actor ſequi
tur forum rei. ſed tamen contrarium eſt ve
rum, caſus eſt vnicus in l. in cõtractibus. §.
in omni. C. de non nume. pecu. no. in l. ij. C.
de eo quod cer. lo. & ita determinat Lapus
alle. x. do. An. alle. in c. poſtulaſti. de fo. com
pe. & dicit de hoc eſſe ibi tex. ſed non mul-
tum facit.

A D D I T I O. Adde Fely. in c. licet ra
tione. col. xiij. de foro competen. & in c. j. in
iiij. q. de iureiuran. adde etiam in terminis
Cal. de offi. ordi. conſi. j. & de iureiuran. cõ-
ſi. vj. & per eundem Fely. in d. c. j. colum. vj.
verſi. decimo quæro.

An in abſolutione a iuramento requira
tur partis citatio late tradit Iaſ. in l. nec qc-
quam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconſu.
Hippoly. in l. de vnoquoq;. nume. 202. cum
ſeq. ff. de re iudi. Deci. c. qua fronte. ad fi. de
appella. Alex. conſi. ccxxij. viſa. lib. ij. Gui.
Pap. q. cxl. & ccxxv. Deciſio. Tholoſ. lxij.
Deciſione Neapol. ccxx. in cauſa. vbi poſt
plures alios tenent quod non, quando peti
tur ſolum ad finem agendi. Nic. Pig.

1 *Variatio domini in reuocatione procurato-*
ris ei nocet, et procurator licet reuocatus
eum obligat.

477 Variant continue domini in reuocatio
1 ne procuratorum, & hæc variatio † nocet
domino, vt eum obliget procurator, licet
reuocatus. text. ſingularis in l. ſed & ſi. pu-
pillus. §. item ſi cum. verſ. ſed ſi alias. iuncta
glo. ff. de inſtit. actio, nota bene & adde ad
l. j. C. de ſatiſda.

A D D I T I O. Facit l. iij. in fi. ff.
de diuor. l. vir mulieri. ff. de dona. inter vir.
l. plerique. ff. de ritu nupti. l. ſi quis ita. ff. de
condi. & demon. Et per illum tex. dicit Ca-
ſtren. poſt Guil. quod ſi iudex facit aliquẽ
locum tenentem quoties eum abeſſe cõtin-
gerit, & eueniat caſus quod iudex vna die
ſit abſens altera præſens ꝙ valent geſta per
locumtenentem eo die quo fuit præſens, ꝙ
notand. dicunt Deci. & Moder. in c. quoniã
Abbas. de offic. delega. Et Nicol. Boer. qui
atteſtatur ita iudicatum deciſione cxlix. an
tex. nu. 15. Nico. Pig.

1 *Gabella a contrahentibus forenſibus an ſol*
uenda ſit ſecundum ſtatuta loci, vbi con-
trahunt nec ne?

2 *Statuta non ligant forenſes extra territo-*
rium iuſdicentis.

478 Per Italiam communiter ſunt ſtatuta,
1 quod de † quolibet contractu debeat ſolui
gabella, pone, quod duo forenſes ſemel con-
trahunt, an debent ſoluere gabellam ſecun
dum ſtatuta vbi contrahunt? regula eſt ꝙ
2 non: quia ſtatuta † non poſſunt forenſes li-
gare extra territorium iuſdicentis. c. vt ani
marum. de conſtit. lib. vj. & c. cum a nobis.
de ſenten. excommu. & l. fi. ff. de iuriſdi. om
ni. iudi. ſed cõtrarium eſt verum ſecundum
Bal. in l. j. iiij. & v. q. C. de contrahen. empt.
allegat rationẽ: gabella venit in conſequen
tia contractus, ergo ſicut ratione contractus
poteſt conueniri in loco vbi contraxit ad
id, quod in contractu deuenit. l. hæres ab-
ſens. ff. de iudi. ita conſequenter ad gabellã.
glo. eſt ſingularis, in authen. vt omn. obedi.
iudi. prouin. §. hoc conſiderantes. in ver. hy
potheca. & illam didici a Bal. in l. ij. C. man
da. ad fi. quod nota.

A D D I T I O. Adde no. in l. cũctos po-
pulos. C. de ſum. trini. & fide catho. vbi glo.
eſt ſingul. dicit quod Bal. allegat in authen.
vt omnes obed. iudi. prouin. §. hoc conſide-
rãtes ad hoc, ſcilicet quod etiam quo ad hy
pothecariam debitor ſortitur forum in lo-
co contractus per glo. ibi ſuper verbo hy-
potheca. ad iſtud etiam faciunt quæ dicit
idem Bald. in l. magis puto. §. illud. ff. de re.
eo. & Bal. in l. mulier. C. ſi quis alte. vel ſibi.

Adde quod idem Bald. per illum tex. ſe
quitur hoc in l. magis puto. §. illud. ff. de re-
bus eo. & in l. j. C. vbi conue. qui cer. lo. Ale
xan. conſi. ij. viſo. in princi. lib. iij. & conſil.
cxliij. viſo. lib. vj. Abb. in c. ſi. vbi Fely. col.
viij. de foro compe. Iaſ. in d. l. cunctos popu
los. col. iiij. & in ij. lectu. col. xij. C. de ſum.
trini. & fide catho. Deci. & Rip. in c. j. de iu
di. Deci. conſi. cccclvij. in cauſa gabellæ. in
prin. Matthæ. de Afflic. §. vectigalia. nume.
49. quæ ſint regal. poſt eos quos allegant,

Et ad quem ſpectat ſolutio gabellæ, vide infra ſing.588.per Italiam, Nicol.Pigno.

1 *Superior an præſcribat iuriſdictionem cognoſcendi inter ſubditos inferioris?*

479 Superior an præſcribat iuriſdictionem
1 cognoſcendi inter † ſubditos inferioris? dic quod ſic, ſtatuendo inferiori terminum vt cognoſcat, quo non expediente infra terminum transfertur elapſo termino iuriſdictio ad ſuperiorem, vt in c.irrefragabili.§.exceſſus.de offi.ordi.

☞ ADDITIO. Et ibi Fel.in princi.idem Roma.conſi.cccxciij.præſens.col.j.Abb.& alij in c.cæterũ.de iudi.late Balb.in trac.præſcrip.j.par.v.part.princ.in q.xj.concernen.materiam præſcriptionis eccleſiæ. Nico.Pignol.

1 *Arma eorum, qui propter proditionem expulſi ſunt de ciuitate debent deleri, Et an clerici impune poſſint delere arma in eccleſia poſita, ab eius fũdatore, qui poſtea fuit rebellis & proditor?*

480 Eorum arma, qui propter proditionẽ
1 expulſi ſunt † de ciuitate debent deleri: caſus eſt ſingularis in l.eorum qui.ff.de pœn. & dixi infra ſingu.dclxxiij.an arma. Pone modo quod eſt vnus qui fecit capellã vel eccleſiam in memoriam ſui nominis & poſuit ibi arma ſua: an clerici poſſint illa arma delere? dic quod non: immo puniũtur arbitrio iudicis ſi id fecerint.l.q libertate. ad fi.& l.opus.§.inſcribi.ff.de ope.pu.nota quia quotidianum.

☞ ADDITIO. Adde docto.in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſdi.omni.iudi. Ludo.Gomes in.§.pœnales.in j.notab.inſti.de actio.Bar.in d.l.qui liberalitate. Conciuem meum Cæpol.in tracta.vrba.prædio.capit.lxxj.de picturis. Intellige ſecus, quando aliquis teneretur facere pecunia alterius: vt dicit Cępol.obſeruatum in epiſcopo Veronenſi, qui erogauerat pecunias relictas ad vſum pauperum, in fabrica eccleſiæ, & fecerat inſculpi inſignia ſua, & ob id ſine pœna fuerunt abraſa. Nic.Pig.

1 *Legatum factum ad pias cauſas in vnum vſum, non poteſt ſine licentia Papæ in aliũ vſum conuerti. Et quid ſi eo amplius opus non ſit, an ab Epiſcopo ſolo translatio fieri poßit?*

481 Legatum factũ ad pias cauſas † in vnũ vſum non poteſt ſine licentia Papæ in aliũ vſum conuerti.clemen.quia contingit, de reli.do.l.legatum.ff.de vſufr.leg. Modo legauit teſtator eccleſiæ.x.conuertenda in factura calicis: vel mille, vt eccleſia conſtruatur: nunquid, ſi non eſt opus eccleſiæ illud fieri, de conſenſu Epiſcopi poſsit in aliud conuerti? dic quod ſic: vbicunque enim qd relinquitur in uſum pium, quo nõ eſt opus, poteſt per Epiſcopum ſolum fieri translatio.caſus ſingul.in l.ſi.ff.de oper.pub.quam intelligit ibi Bartol.in Epiſcopo licet non loquatur.

☞ ADDITIO. Sequitur Imo.in dicta clemen.col.v.verſi.lapus hic limitat. Fely.in c.cum acceſsiſſent.col.viij.ver.moueor.de conſtitu.Bald.Saly.in l.ſi teſtamentum.cum concordan.de quibus ibi per Pe. Corne.in ſi.C.de teſta. Limita etiam d.clemen.quia contingit per Hippoly.ſingulari cxciiij.magna. Nico.Pigno.

1 *Donatum ſibi cauſa mortis accipiens, an poſſit teſtamentũ ab ipſa donatione cauſa mortis ſeparatum infringere?*

482 Accipiens legatum ſibi relictum, nõ po
1 teſt † teſtamentum infringere: quia quod approbauit &c. Sed quid, ſi quis accipiat id, quod debetur ſibi ex donatione cauſa mortis ſeparata a teſtamento, an poſsit teſtamentum infringere? videtur quod ſic: quia diuerſa eſt donatio a teſtamẽto, & ex diuerſis nõ fit illatio.vt l.Lucius.§.ſempronius.ff.de lega.ij.tamen contrarium eſt verum, caſus eſt ſingularis & non alibi in l.ſi vero.verſi.ſed ſi mortis.ff.de bo.libert.

☞ ADDITIO. Et ratio ibi aſsignatur: quia patronus acceptãdo poſt mortem liberti donationẽ cauſa mor, nõ potuit exiſtimare quod libertus gratus etiam erit in teſtamento: quæ ratio non patitur idem diſponi in legatis quæ fiunt in teſtamentis. Nicol. Pig.

1 *Ius petendi rem, quæ in commiſſum incidit, quanto tempore duret?*

2 *Ius petendi emendationem cataſtri, anno durat.*

483 Ius petendi rem, quæ incidit † in cõmiſ-

ſum, quanto tempore durat? dic quod quin
quennio: caſum habes ſingularem in l. ij. C.
2 de vec. & commiſ. Sed ius † petendi emen
dationem cataſtri, ſecũdum morem noſtrũ,
dic quod durat anno. C. de cenſi. & cenſito.
l. qui ſe grauatos. lib. xj Bar. allegat in l. for
ma. §. fi. ff. de cenſi.

ADDITIO. Et ibi Bar. Bald. & alij. Abb. in c. cum nobis. col. iij. de præſcrip. Alexan. conſi. ccxvj. ponderatis. col. ij. lib. vj. & conſi. xxxj. ponderatis. in fi. lib. v. Hippol. ſingu. cccvij. bona. Balb. in tract. præſcrip. ij. par. v. part. prin. q. j. Nic. Boer. deciſio. cclxiiij. an ſoror. nume. 22. Matthæ. de Affli. in ti. quæ ſint rega. §. vectigalia. nu. 104. in vſib. feud. Nic. Pig.

1 *Si deuoluatur ad Capitaneum electio com-*
petẽs ciuibus habentibus eligere de ſua ter
ra, Capitaneus an teneatur eligere de ea-
dem terra & idem in collegio.
2 *Electio ſi per ſcrutinium facta ſit, & ma-*
ior pars in eligendo conſenſerit, ſi poſtea
eligere debentes, negligentes fuerint, ſupe-
rior ad quem ius eligendi tranſiuit, debet
illũ, in quẽ maior pars conſenſerit eligere.

484 Pone, quod arbitrium datum ſit certis
1 ciuibus eligendi † poteſtatem in tali loco
infra certum tempus, quo elapſo trãſeat ele
ctio in capitaneum populi. quæro nunquid
capitaneus teneatur eligere poteſtatem de
eadem terra. vel pone in collegio quod ha
bet ius eligendi aliquem (vt in c. j. de elec.)
ſi de conſuetudine tenetur aliquem de cer-
to collegio eligere. Item pone quod infra
tempus non eligit. an ſuperior ad quem de-
uoluitur ius eligendi, (vt in c. ne pro defe-
ctu. de elec. & c. quamuis. de electi. libr. vj.)
teneatur de eodem collegio eligere? Tu di
ceres quod hæc quæſtio non habet dubiũ:
quia ſubrogatum ſapit naturam eius, in cu-
ius locum ſubrogatur, l. j. §. hæc actio. ff. ſi
quis teſta. lib. eſſe iuſſ. l. eum qui. §. qui iniu-
riarum. ff. ſi quis cau. ſed non facit: quia illa
regula intelligitur quo ad primordialem
naturam, vt not. glo. veſtra in l. certi condi-
ctio. ff. ſi cer. peta. & eſt tex. quem ipſe alle.
in l. item veniunt. §. cum prædiximus. ff. de
peti. hære. ſed nihilominus verum eſt quod
ius eligẽdi tranſit cum eadem qualitate, ita
diſputauit Ioan. Andr. & decidit in regula.
contra eum de reg. iur. in mercu. ſed hodie
pro eo eſt caſus in clemen. quia regulares,
de ſupplen. neg. præla. quem tex. credo ve-
rum & eum Ioan. And. cum fecit mercuria-
les non vidit, licet illum notet in primo lo-
co in gloſ. ſua. Et ad hoc optime facit quod
ſingulariter determinat idem Ioan. And. in
2 c. publicato. de elect. vbi vult, quod † ſi fa-
cta eſt electio per ſcrutinium, vt eſt de iure.
c. quia propter. & c. vnico. de ſcru. & maior
pars conſenſerit in eligendo, quod ſi poſtea
debentes eligere neglexerunt, ſuperior ad
quem tranſiuit ius eligendi, debet illum, in
quem maior pars conſenſerit eligere. quod
eſt ſingulariter menti tenendum.

ADDITIO. Adde text. cum glo. in verbo ſubrogantes in c. dilecto. de præben. vbi quando vnus alteri ſubrogatur vt ſit idem in iudicandi miniſterio cenſetur aſtrictus per omnia eiſdẽ modificationibus quibus primus & eſt tex. in l. ſi iudex cui. ff. de iudi. quem me docuit Fely. in c. cum acceſſiſſent. col. vij. in prin. de conſtitu. vbi ſequitur Ludo. hic.

ADDITIO. Et ſequitur hoc Iaſ. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. col. iiij. numero 23. ff. ſi quis cau. Fely. qui alia ſimilia adducit, in c. cum acceſſiſſent. col. vij. verſi. bene facit quæſtio. de conſti. Nicol. Bueral. in loco legali a ſurrogatione. Et late Lud. Gomes, qui melius quam quiuis alius tractauit regu. ſurrogationis, in. §. fuerat. inſti. de actio. Nic. Pig.

1 *Ingratitudinis præambulæ vitium an per*
ingreſſum religionis purgetur.

495 Glo. in l. deo nobis. §. hoc etiam. in ver-
bo quaſi ingratum. C. de epiſ. & cler. diſpu
tat, an per ingreſſum religionis, vel mona-
1 ſterij † purgetur vitium ingratitudinis præ
ambulæ. ſed glo. & doc. imbratant folia, &
miror quod non allegant caſum. xix. q. vlt.
c. non liceat. vbi caſus ſingularis quod ſic not.

ADDITIO. Adde quod glo. in authen. de mona. in prin. in verbo, maculam. tenet illud c. non procedere, de iure ciuili. Et ſequitur Iaſ. in authen. non licet. colum. ij. C. de liber. præte. communiter tamẽ diſtingunt docto. in d. §. hoc etiam. quod aut ingratitudo tangit ſolum perſonam ingratam, & procedat illud capit. ſecus ſi tangit perſonam, famam, vel bona patris. quam diſtinctionem comprobat & ſequitur Franc. Rip. in l. fi. q. lxvij. C. de reuo. dona. Vide tamen pulchre Abb. in conſi. xxvij. dubium. ij. volu. tenentem tolli ingratitudinem vndecunque prouenientem. Hippol. in rub. ff.

de fideiuſſo.q.xij.nume.116.& in ſingulari ccccxiiij.ingratitudo.in ſi.Card.in clemen. eos.xij.q.de regu. Et nunquid ſi monachus egrediatur monaſterium retineat hoc priuilegium:vide do.Auguſt Bero.in rubr. de conſti.nu.179. Nic.Pig.

1 *Exemptus a iuriſdictione, an intelligitur etiam exemptus a iure reuerentiali?*

486 Epiſcopus eximit vnam eccleſiam ge-
1 neraliter † a ſua iuriſdictione, vel dominus terram vel caſtrum, an intelligatur exemptum a iure reuerentiali? Archiepiſcopus de Rauena conſuluit Oldr.vt refert, & eſt caſus de hoc (neſcio ſi magiſter tuus dixit tibi) in.§.libertus.vbi glo.plena ſingularis quod non, in l.ſi.C.de bon. liberto.in verbo,reuerentia.

☞ ADDITIO. Et Bal.ibi. Ange. & alij per illum text.in l.alia.§.eleganter. ff.ſolu.matri.& in l.ſed ſi hac.§.patronum. il ij.ff.de in ius voc.Abb.in c.cum inter. colum.iij & ibi Fely.il ij.de re iudi.Abb. poſt alios in c.cum uenerabilis.de cenſi.& ſeptē alia iura retinet Epiſcopus per talem exēptionem:ex quorum quinq; de conſenſu capituli poteſt expreſſe eximere:vt per Abb. in d.c.cum venerabilis.Et Nico.Boer.deciſio.cxxxiij.iuxta. Limita hoc ſingul.tribus modis: vt per Abb.& Fely.in d.c.cum inter.& Iaſo.in d.§.patronum. Nic.Pig.

1 *Officialis prohibetur contrahere matrimonium in prouincia ſibi commiſſa: ſed an poßit retinere concubinam in ciuitate, quam regit?*

487 Ius ciuile prohibet officialem matrimonium in prouincia ſibi commiſſa contrahere.l.j.C.ſi rec.prouin.cum ſimilib. Sed an
1 poſsit † retinere concubinam ex ea ciuitate quam regit? videtur quod non: quia eadem eſt ratio prohibitionis, vt l.item legato.§.parui.ff.de lega.iij.& l.maſurius.ff.de verbo.ſigni.ſed tamen contrarium eſt uerū, caſus eſt in l.fin.ff.de concu.quem nota.

☞ ADDITIO. Et ex hoc habes quod in materia exorbitanti appellatione vxoris non continetur concubina etiam ꝙ ſit eadem ratio. Nic.Pig.

1 *Inquiſitio non eſt formanda ratione infamiæ habentis ortum a perſonis maleuolis, ſuper delicto, ſed tantum ſuper fama inquirenda.*

488 Ratione infamiæ habētis ortum a per-
1 ſonis † maleuolis non eſt formanda inquiſitio,c.qualiter & quando. il ij.de accuſa. de pur.ca.c.cum in iuuentute.Barto.in l.ij.§.ſi publico.ff.de adulte.Angel.in l.ſi vacantia. C.de bo.vaca.lib.xj.Bal.in l.congruit.ff.de offi.præſi. Quod intellige cum grano ſalis, quod non eſt formanda ſuper delicto: ſed ſuper fama inquirenda ſic. dictum eſt Ioan. Andr.in c.cum in iuuentute. de præſumpt. quod eſt ſingulare.

ADDITIO. Adde quod Ioan.And. ſequitur Panor.in d.c.cum in iuuentute. in vltimis verbis. Dicit etiam quod ſolemnis inquiſitio fieri debet ſuper ueritate quando infamia a maleuolis orta eſt apud bonos & graues tanta quę generet ſcandalum,vt no. glo.in c.cum dilecti.de purg.cano.in verſi. apud bonos quam ſic intelligit Panor. vbi ſupra, & ſic concordat cum glo.in c.qualiter & quando.il ij.de accu.vbi plenius dixit & ibidem vide Sand.poſt alios Mod.

☞ Et idem Abb.& Fely.in c.licet in beato.col.ſi.de accuſa. Auguſt.Bero.poſt alios in d.c.qualiter & quando. il ij.vj.notab.& in glo.a maleuolis.iij.fallen. nu.82. Et in pluribus caſibus poteſt inquirere iudex nō præcedente infamia:vt per Aret.in lib.maleficio.char.iij.Marſi.in practi.crimi.§.conſtante.Abb. & alios in c.j.& ibi præceptor meus Alcia.in glo.j.de offi.ordi.Marant.late in Spec.Aur.par.vj.verſ.inquiſitio.N.P.

1 *Conſtitutio ſi fiat ab inferiore a principe, tertio præſente, & tacente, an is conſentire intelligatur.*

489 Inferior a principe non poteſt ſtatuere in præiudicium alterius non citati neq; conſentientis.c.ſi.de maior.& obed.c.ſi.de his quæ ſi.a præla.& c.cum omnes.de conſtit.
1 Modo † pone,quod facta eſt conſtitutio tertio præſente & tacente,an intelligatur conſentire? Regula communis (quam ponit Bar.in l.quæ dotis.ff.ſolu.matri.cum ſimi.) habet, quod in his quæ ſunt præiudicialia tacenti habentur pro contradicente.ita videtur hic dicendum.Dic contrarium,et hoc non vidit Bar.verbum eſt ſingulare Innoc. in c.veſtra.de loca.refert Archi.& ſequitur illud.de conſe.diſtin.iij.c.pronunciamus.& Fede.de Senis conſi.xvij.& Ioan.Andr.ga

c.fina.de appel.lib.vj.in nouella.nil alle.& in puncto iuris nõ credo verum propter regulam prædictam tene menti.

ADDITIO. Adde quod Ioan.And. in c.veſtra.dicit quod Innocẽ.ibi ex verbis ſuis ſentit taciturnitatem habendã pro conſenſu quod tñ non videtur procedere in re oneroſa, vt no. Inno.in c.in geneſi, de elect. & ſic ſenſit Ioan.And.quod in caſu illius.c. taciturnitas inferiorum non debet haberi pro conſenſu,ſed ſaluando Innoc.dictu ibidem Panor. quod ex quo iſti vocantur vt conſentiant vel contradicant & tacent habentur pro conſentientibus iuxta no.dictũ Inno.in c.j.de his quæ fi.a maio.par.cap.& facit l.de etate.§.qui tacuit.ff.de interroga. acti.& c.ſi poſt præſtitum.de confeſ.lib.vj. & vide Innoc.in c.ſi.de offi.legat.vbi dicit idem quod in epiſcopo hic.plus dicit d.Anto.& Imo.in d.c.veſtra. quod quando ſubeſſet iuſta cauſa poteſt epiſcopus cum conſenſu ſui capituli tantum ſtatuere in præiudicium prælatorum inferiorum vel eccleſiarum ſubditarum etiam illis conſentientibus per illud quod habetur in c.fin.de his quæ fiunt a ma.parte cap.& per no.per Inno.& Ioan.Andr.in c.in noſtra.de iniur.& in c.quæ in eccleſiarum.de conſtitu.

☞ Adde Abb.poſt glo.in c.j.de his quæ fi. a ma.par.cap.Et pulchre in Gemi.xviij.diſtin.in ſumma.& alios quos allegat do.Auguſt.Bero.in d.c.cum omnes.viii.notab. & ibi late per Fely.col.vj.de conſtit.Nic.Pig.

1 *Collegium nouiter ingreſſus, an teneatur antiqua debita ſoluere, vel contribuere.*

490 Qui nouiter ingreditur collegium an
1 teneatur ſoluere † debita antiqua? dic quod non tenetur contribuere: caſus eſt ſingularis in l.prouidendum.C.de decurio.libr.x. & illam alleg.Dyn.in l.incola.in principio.ff.ad munici.

☞ ADDITIO. Et ibi Bart.idem Barto.Alexan.& docto.in d.l.prouidendũ. & in l.j.§.ſi cohæredẽ.ff.ad l.fal.Anto.Corſet.notab.collecta il ij. Nico.Pig.

1 *Virtuoſus ignobilis an poßit ab Epiſcopo diſpenſari, & admitti in canonicum illius eccleſiæ, a qua ignobiles repelluntur?*

2 *Epiſcopus in quibus caſibus diſpenſare poſſit remißiue.*

491 Heri fui interrogatus in eccleſia Senẽſi: Pone quod eſt conſuetudo, quod nemo admittatur in canonicum eiuſdem eccleſię,
1 niſi ſit nobilis: nunquid Epiſcopus † diſpenſando poſsit vnum ignobilẽ & virtuoſum
2 admittere? Et regula in quibus † caſibus poſsit Epiſcopus diſpenſare habetur per Inno.in c.dilectus.de temp.ord. dic ꝙ non: verbum eſt ſingulare Inno.in c.ſi.de cle.nõ reſi.& iſtud non poſuit in d.c.dilectus.

ADDITIO. Adde quod verum eſt quod nobilis virtuoſus præfertur virtuoſo ignobili ſecundum docto.in c.venerabilis. de præben.& Bald.in l.nemini.in fin.C.de aduo.diuer.iudic.ſed nobilis non virtuoſus non præfertur ignobili excellenti virtutibus ſecundum omnes maxime Panor.in c. venerabilis.vbi per illum tex.dicit non valere ſtatuta quæ volunt canonicos debere eſſe nobiles, quia nocent virtuoſis ignobilibus,quicquid dicat Ludo.hic, immo dicit idem Ludo.infra ſing.dcl.quod nobilitas ſcientiæ pręfertur nobilitati generis allegando Cy.in l.quiſquis.C.de poſtu.Et dicit Hieron.ad Celantiam vera eſt nobilitas clarum eſſe virtutibus; & Caſsiodorus in epiſtolis.Hæc eſt indubitata nobilitas quæ moribus probatur ornata.Et Iuue. Nobilitas ſola eſt atq; vnica virtus. Et Ariſto.iiij. politicorum.Ingenuitas eſt virtus atque diuitie antique. Et Seneca ad Lucilium animus nobilem facit cui ex quacunq; cauſa licet ſupra fortunam ſurgere. Et in libro de moribus. Nobilitas eſt generoſus animus. Et Claudianus. Exaltat virtus nobilitate parens. Et Cic.contra Saluſtium.Ego moribus meis virtute mea pręluxi,vt ſi prius noti non fuerant a me nomen accipiant, plura ad hoc poſſent adduci ꝙ breuitatis cauſa ſupprimũtur. multa diximus ſaltem remiſſiue in additio. ad Alphabetum Alberi.de Roſate in verſiculo nobilitas, tamen vbi ſit mentio de nobilibus in ſtatutis intelligitur de illis quos communis vſus loquendi appellat nobiles vt per Bart.in l.j.C.de dignita.lib.xij.

☞ Qui Inno.hoc generaliter dicit in quolibet ſtatuto eccleſiæ in quo agatur de intereſſe canonicorũ. Hoc ſimpliciter refert & ſequitur Felyn.in c.ſuper eo.il ij.col.iij.de teſti. Deci.in c.at ſi clerici.§.de adulteriis. col.v.ad fi.de iudic. Sed tu dic quod hæc conſuetudo non valet.c.penul.& ibi no.gl. Panormi.& alij de præben.Deci.in c.cum adeo.col.ij.de reſcrip.Roch.Curt.in c.fina. fol.20.verſic.ſexto infertur,de conſuetudi. Nicol.Pigno.

1 *Epiſcopus an poßit diſpenſare in aduerſus cõſtitutionem concilij? Et quid ſi iuſta cauſa ſubſit?*

492 Sed an poſsit epiſcopus diſpenſare ad-
1 uerſus † conſtitutionem concilij? regula eſt quod non, ſecundum Archi. de elec. libr. vj. c. licet canon. fallit ex iuſta cauſa: tũc enim poteſt. verbum eſt Ioan. de Ligna, in c. at ſi clerici. de iudic. referunt & ſequuntur do. mei deci. cclx. in religioſo, in tit. de iure patrona. in nouis. arg. l. ſi hominem. ff. manda. quæ bene facit. & in hac materia habui his diebus conſulere in ciuitate Lucana ſuper validitate conſtit. cuiuſdam Epiſcopi illius ciuitatis.

ADDITIO. Ad hæc vide Abb. in c. cum dilecti. col. iij. in verſic. nota tamen, de elect. Fely. in c. j. in vij. fallen. de conſtit. vbi dixit hoc procedere vbi ſuperior conſuli non poſſet: ſecus ſi poſſet per l. diui fratres. de pœn. & l. diuus pius claudio. ff. de fal. vide etiam Fely. in c. at ſi clerici. §. de adulterij. col. ij. de iudi. in vltimis verb. Ro. conſi. cccxxv.

Adde quod conſil. Roma. eſt nume. 325. quo ad primum. iij. dub. Et hoc dictum refert idem Roma. conſi. ccccxxviij. in termi nis. circa ſi. Iaſ. poſt Bal. in l. omnes populi. nume. 11. ff. de iuſti. & iur. & in l. j. in j. nota. C. de præci. impe. offer. Hipp. ſing. clxxxiij. iudex. & in l. j. §. ſi. nu. 28. ff. de quæſt. Deci. qui plures citat, in d. §. de adulte. col. vj. intelligens, vt hic per ſocium meum & facit ſupra ſing. cccclix. Nic. Pig.

1 *Optionis legatum factum de rebus omnino conformibus, & inter ſe non differentibus, an valeat?*

493 Legat teſtator optionem ex tribus re-
1 bus omnino † cõformibus & in nihilo differẽtibus: an tale legatum optionis valeat? dic quod non: & eſt nota. limitatio ad to. ti. de op. le. caſus eſt mirabilis & ſingularis, l. cum aurum. §. ſed ſi argenti. iuncta gl. in verſi. optio. ff. de auro & argen. leg. & ibi Bar. notat. Et per hoc deciſi quæſtionẽ vnius canonicatus eccleſiæ barchinoñ. vbi eſt ſtatutum, quod antiquior canonicus põt optare præbendam vacaturam: de quo habetur in c. fin. de conſue. lib. vj. modo deceſſerunt duo canonici habentes præbendas omnino cõformes, vnus optauit vnam alius, qui habebat potius ius optandi, volebat eandem optare: deciſi quod non poterat per illum tex. & lucratus ſum plus quam lx. ducatos. & dixi quod nõ habebat locum diſpoſitio ſtatuti in hoc caſu.

ADDITIO. Quid ſi eſt ſtatu. quod habens maiorem præbendam poſsit optare minorem: an valeat? Domi. de Rota deci. ccxxvij. valet. in no. et docto. in c. cum in tua. de conſu. lib. vj. Et adde hoc ſingula. ad Staphi. in tract. de liter. grat. & iuſti. vbi ponit nonnullas fallen. ad dictum ſtatu. N. P.

1 *Milites, doctores, & decuriones torqueri nõ poſſunt. Et an valeat conſuetudo in contrarium?*

494 Milites, doctores, & decuriones, non
1 poſſunt † torqueri, l. diuo. & l. milites. C. de quæſtio. Sed an valeat conſuetudo in contrarium? dic quod non, caſus eſt ſingularis in l. omnes iudices, C. de decur. lib. x. & ibi Barto. nota.

ADDITIO. Pondera vt per Bar. in l. milites. hic alleg. quod habetur locum in militibus noſtri temporis, & hoc expreſſe firmat Salyc. poſt Cy. in l. j. C. de iur. & facti igno. Alexan. in l. centurio. in ix. colum. ff. de vulga. & pupil. Mag. meus in l. de qbus. col. xxiij. verſic. nota tamen de legibus. Et quod idem ſit in doctore tenet Barto. in l. j. C. de aduoca. di. iudi. Cy. in d. l. milites. & in l. iiij. C. ad l. iuli. maieſt. & non valeret conſuetudo contrarium diſponens, immo eſſet ipſo iure nulla. l. omnes iudices. vbi Bartol. notat hic alleg.

Et ſequitur Angel. in tracta. maleficio. verbo, fama publica. nume. 102. & ibi Auguſt. & Cæp. conſi. crimi. xxxix. lucius. Hippol. in l. edictum. ff. de quæſtio. & in practi. crimi. §. expedita. & ſingul. cccccl vj. plura. Ioan. Arno. epit. lxvj. Ludo. Carer. qui plures alios citat, in l. obſeruare curabis. ſub nume. 179. C. quorum appel. non reci. limitantes in caſibus exceptuatis hoc non procedere. Ego tamen, etiam in non exceptuatis, contrariam conſuetudinem, tam in ciuitate mea Veronæ, quam Patauij tempore ſtudij mei obſeruare vidi. Nic. Pig.

1 *Statutum ſeu lex puniens vnum delictum, et præſupponens aliud, non includit illum, in qua non verificatur delictũ præſuppoſitũ.*

2 *Statuto vel conſtitutione ſtante, quòd non exequens defuncti diſpoſitionem infra an-*

num, quòd omnibus beneficijs priuetur, excommunicetur, & ſtatim teſtatoris bona reſtituat, ſi ille, qui nunquam bona penes ipſum habuit, non fuit executus, ea pœna teneri non debet.

495 Statutum, ſeu l. puniẽs vnum delictum,
1 † & præſupponens aliud, non includit illũ,
in quo non verificatur delictum præſuppoſitum. glo. eſt vnica in l. mancipia. in verſ. aduocandum. C. de ſer. fugit. & iſte modus allegandi fuit primo inductus per Barto. in illa l. exemplum ponẽ: ſi ſtatutum dicit, q turbans aliquem in poſſeſsione puniat pœna centum, & reſtituat poſſeſsionem: punit enim turbantem, & præſupponit aliud delictum, ſcilicet poſſeſsionem ablatam. ſi ergo quis non abſtulit poſſeſsionem nõ punitur pœna ſtatuti, gl. eſt ſingularis ibi. & propter hoc lucratus ſum ſex florenos, & quædam alia. In q. enim Romæ erat conſtitutio: q quicunque non exequens diſpoſitionẽ defuncti infra annum, priuetur omnibus beneficijs ſuis, & excommunicetur, & ſtatim re
2 ſtituat bona teſtatoris. quidã, † relictus executor in teſtamento, nunquam habuit bona in poſſe, ſed illa erant penes hæredem, non fuit executus infra annum, & cum fuiſſet excõmunicatus, & priuatus beneficijs, determinaui, quod male fuerat excommunicatus, per illam glo. cum præſuppoſitũ ſtatuti, ſi habuerit bona in poſſe ſuo, non verificabatur in eo.

A D D I T I O. Adde quod idẽ tenuit Mag. meus in l. j. in ij. col. verſi. tertio. Adde ff. de iuſti. & iur. & addit glo. in cle. in pleriſq;. & ibi Pe. de Ancha. de elect.

☞ Adde Felyn. late exornantem, in c. nonnulli. in prin. col. xxxj. verſi. amplia. iſtam, de reſcrip. Deci. in c. vt debitus. colum. iiij. de appel. & in conſi. ccxxxiiij. viſo. col. pen. Hippol. qui plures citat in ſing. cccxxxix. cui non conueniunt, Socin. in l. j. §. ſi quis, 400. ff. ad Trebel. Rip. in c. ij. nu. 39. de reſcrip. & præcep. meus do. Andræ. Alcia. in c. cum non ab homine, ij. notabil. de iudici. Nicol. Pigno.

1 *Accuſatus de crimine capitali carceratus, an debeat a carceribus relaxari ſolum poſt ſententiam abſolutoriam, an ante, poſtquã ex probationibus illum non deliquiſſe conſtat?*

496 Accuſatus de crimine capitali, & poſi-
1 tus † in carceribus, an debeat priſtine libertati relaxari ſolum poſt ſententiam abſolutoriam, an ante, ſcilicet poſtquam conſtat per probationes ipſum non deliquiſſe? ſcis quod lite penden. nil innouari &c. & lis dicitur poſt conte. l. properandum. C. de iudi. ergo videtur non relaxandum. ſed tamen contrarium eſt verum, caſus eſt vnicus in l. pullus. (ibi dum dicit, in tãtum detineri donec repererit cognitio celebrata diſcerni.) C. de exhib. re. vbi caſus ſingularis vbi hoc notat Bal. et illum tex. notat Iac. Bu. & Bal. in l. ſed & ſi, ff. de in ius voc. & ita conſului poſt Bal. Et vales hoc dictum pro criminoſo ſiue accuſato: nam ſi non relaxaretur ante ſententiam non poſſet poſtea, ſi pars aduerſa appellaret: quia nil innouari &c. vt per Bar. in l. ab executore. ff. de appel. Bal. in l. ij. C. de epiſ. audi. quod no.

☞ A D D I T I O. Adde l. qui pœnę. verſicu. diuus quoque. ff. de manumiſsio. & alia quæ adducit Iaſo. in l. naturaliter. §. nihil commune. colum. xxiij. nume. 109. ff. de acquir. poſſeſsio. Alexã. conſi. clxxx. in cauſa. nu. 9. lib. ij. Augu. in tracta. malefi. in verbo præſente. nume. 17. Hippol. de Marſil. in practi. crimi. §. attingam. nu. xvj. & in rub. ff. de fideiuſſo. q. xxxj. nume. 219. & in ſing. cclxxxj. licet quibus in locis alios citat, & dicit ſe pluries practicaſſe & obtinuiſſe, Nicol. Pigno.

1 *Legatarius an tranſmittat ad hæredem legatum cum adiectione pœnæ.*

497 Lego Titio fundum, & ſi illum hæres
1 non ſoluerit † condemno eum nomine pœnæ de ſoluendo mille ipſi legatario: an mortuo legatario tranſmittat in hæredem legatum fundi cum adiectione pœnæ? Tu diceres quod ſic: quia pœna eſt quid acceſſoriũ ad legatum, ſed legatum tranſit, ergo & pœna. tamen contrarium eſt verum: duo ſunt caſus nota. in l. ſi penum. & l. cum ſine. ff. qñ dies lega. ced. & in hoc tamen fallit regula, acceſſorium ſequitur &c.

☞ A D D I T I O. De illis legibus vide doctor. in l. ita ſtipulatus. la grande. ff. de verbo. oblig. Nic. Pigno.

1 *Iuramentum vbi eſt licitum ex parte iurantis, & illicitum ex parte recipientis, poteſt recipiens compelli ad abſoluendum iu-*

rantem a iuramento, & an ſuper hac compulſione ſecularis ſit iudex competens?

498 Vbi iuramentum eſt licitum ex parte
2 iurantis,† & illicitum ex parte recipientis poteſt ipſe recipiens cōpelli ad abſoluendum iurantem a iuramento. vt in c.j.de iureiuran. Sed an ſuper hac compulſioue ſit iudex competens ſecularis? quæſtio eſt de facto in hac ciuitate, & plura conſilia vidi ſuper hoc alleg. quod non: quia iuramētum eſt quid ſpirituale &c. Et tu ſi eſſes doct. ita dixiſſes. Sed hæc eſt maxima ignorātia: quia contrarium eſt verum ſecundum Fede. conſi. cclxxij. in nomine domini amen. factum tale eſt ſtatuto. in fin. Et ratio æqua videtur: quia iudex ſecularis eſt competens iudex ad cogendum partem ad obſeruationē iuramenti, vt in c. licet mulieres, de iureiuran. & c. cum laicus. de foro compet. lib. vj. ergo eadem ratione poſſet compellere ad abſoluendum. & eſt optima ratio. & ita determinaui.

ADDITIO. Adde quod Felyn. in c. cum ſit. col. vj. verſi. limita tertio. de fo. compet. refert iſtud ſingulare dicit tamen quod obſeruatio & relaxatio non procedūt a pari. nam in perſona non requiritur cauſæ cognitio in videndo valeat an non: quia vbi requireretur ſecularis eſſet incompetēs, ſed in cogendo inuitum ad relaxandum exigitur neceſſaria cognitio. & iſta cum ſit iuris non competit ſeculari ſecundum omnes. Adde eundem Fely. in c. j. col. vij. verſi. poſſet tamen. de iureiuran.

☞ Adde eundem Fely. in c. ij. col. x. verſic. tertio limita. de ſponſal. Limita in caſu ſingul. ſequentis, quando licite iurans incidit in periurium: quia tunc illa coactio iudicis nihil operaretur, ex quo illud periuriū non poteſt per partem remitti, ſecundū Baldum notab. in authenti. quod eis. C. de nup. per Fely. in c. ij. col. xiij. verſi. modo limitatur. de ſpōſa. Et vide ſupra ſing. ccccxxv. & ccccxxvj. vbi iudex ſecularis declarat, & punit periurum. Ncol. Pig.

1 *Iuramentum illicite recipiens cogi poteſt illud iuranti remittere antequā iurans in periurium incidat, ſecus poſtquā deierauit.*

2 *Contra iuramentum propria autoritate licet venire quando periculum eſt in mora.*

499 Tu ſcis, quod c. j. de iureiuran. dicit, quod
1 recipiens iuramentum † illicite poteſt compelli remittere iuranti. Feder. de Senis dicit hoc verum antequam iurans incidat in periurium: quoniam poſtquam incidit non poteſt relaxationem petere. conſi. ccc. factum tale eſt, debitor ꝓmiſit, in fi. & eſt ſingulare verbū ſuum, alle. no. Io. And. in c. debitores, de iureiur. vbi dicit hoc ſentire Ioan. And. ſed certe de hoc nil dicit. alle. & ſecundo, quia fruſtra auxilium legis inuocat &c. vt in c. quia fruſtra. de vſuris. & l. auxilium. ff. de mino. Tu diceres quod nō habet dubiū: cum periurus non poteſt agere, vt l. ſi quis maior. C. de tranſa. ſed tu non intelligis illam l. quia verum eſt quod priuatur actione illius contractus ſuper quo delinquit, non alia. hoc colligitur ex theorica Innoc. in c. dilecto. de præbē. vbi dicit periuro denegantur ſpiritualia, ſed temporalia conceduntur, et ita determinat in c. intelleximus. de iudic. Item habet dubium, quia debitor habet duo facere, ſcilicet ſoluere & tali die ſoluere. l. Celſus. ff. de arbi. c. cum dilecti. de dolo & contuma. vnde videbatur quo ad ſolutionem nō factam in termino ipſum eſſe periurum: tamen poſſe peti. Vnde inquantum tenetur ſoluere non poteſt contrauenire, niſi abſolutione petita. licet vi & metu iurauerit. c. ſi vero. de iureiur. c. ad audientiam. quod metus cauſa. quod eſt verum: niſi periculum ſit in mora, & non poſsit celeriter haberi copia ſuperioris. ſecundum Inno. in c. venerabilem. ad fin. de elect. allegat xj. q. iij. c. anteceſſor. Bald. allegat & gaudet in l. non dubium, C. de legi.

ADDITIO. Adde quod idē tenuit Butri. poſt gloſ. & alios in c. dilecti filij. de excep. vbi vide per Sand. in prin. Bal. in repe. l. ij. col. xvj. ff. de iureiur. Epi. ſpa. conſil. lvj. incip. hic vertitur dubium in ij. char. limita hoc vt per Bald. vbi ſupra niſi periurus vellet agere in materia in qua iurauerat non agere, quia propter periurium repelletur. l. ſi quis maior. hic alle. quod ſic intelligunt prædicti & Alexan. conſi. ccclxxxj. ſecundum vnicum numerum incip. ponderatis his. col. ij. & vide Alexan. meū in d. l. ſi quis maior. vbi ſequitur communem opin. licet prædicta non alleget. & vide ibidem Mag. meum ad iſtud vide etiam Fely. in c. intelleximus. col. v. circa prin. verſi. verum periurus. de iudi. poſt do. Ant. in c. j. colum. xij. in princ. de iureiuran.

☞ Adde quod conſi. Fede. ſequuntur communiter doct. vt per Alexan. in cōſi. xvij. ponderatis. col. j. lib. ij. & in conſil. ccxxij.

viſa facti.col.iij.lib.ij.per eundem Ro.conſi.cccxxvj.in præſenti col.j.Deci.conſilio clj.maximi.col.vj.Hippol.de Marſi.in l.de vnoquoq;.nu.169.ff.de re iudic. Et circa intellect.l.ſi quis maior.C.de tranſac.Adde quod eſt commu.vt per Iaſ.in xij.notab.& alios in d.l.ſi quis maior.Fely.in c.cum dilecti.col.j.vbi Deci.in iij.notab.de exceptio. Rip.in c.ij.in prin.de reſcrip. Limita illud conſi.Fede.vt per Fely.in d.c.j.colum.ix.vbi ponit tres caſus, Et videmus quandoq; per ſummum Pontificem concedi abſolutio a iuramento:& a periurio, ſi quod ſupplicans incurriſſet, de quo tamen vidẽdus Matthę.de Afflic.in deciſio.Regni ccxx.in cauſa. & Rot.deciſio.ccxcvij.licet.in no. Et adde quod dictum Innocẽ. ſequuntur ibi docto.& Abb.in c.quanto.col.iiij.de iureiuran.Bal.in l.non dubium.col.antepen. Fely.late in c.ij.col.penul.de ſponſa. Deci.in rub.C.qui admi.col.iij.& in auth.ſi quis in aliquo.col.ij.C.de eden.& in c.ad hęc.ij.in prin.& in c.qua fronte.in ſi.de appel.Et in c.cum dilecta.in ſi.de confir.vti.vel inu. Et hoc ponit etiam Hippo.ſing.ccccxxj.& plura alia ſimilia refert Roman.met in l.ſi vero.§.de viro,j.fallen.ff.ſolu.mat.& Hippol.in l.qui cædẽ.col.j.& ij.ff.de ſicar.Rip.in l.j.ff.de dam.infe. Nic.Pig.

1 *Epiſcopo non ſeruanti canones, quæ ſint eius pœnæ.*

2 *Vaſallus an poſſit recedere a domino nõ ſeruanti leges imperatoris?*

500 Curialis de Florentia veniens heri in-
1 terrogauit me:nunquid † ſi Epiſcopus non ſeruet canones (j.conſtitutiones concilij: quia illæ primæ dicuntur canones.j.regulæ) priuatus propter hoc poſsit impune nõ parere,ſcis pœnam quæ ſit non ſeruanti leges ſeu conſtitutiones.glo.in c.generali. de
2 electio.lib.vj.Sed † an vaſallus poſsit recedere a domino non ſeruanti leges imperatoris? dic quod ſic. gloſ. eſt ſingularis ij.q.vij.c.ſacerdotes, alleg.§.ſed ſi legatus.iiij.diſtin.& c.nulli fas.xix.diſtin.& optime faciunt.habebam ſuper hoc multa alia tibi dicere,ſed non eſt tempus.

ADDITIO. Glo.in d.c.ſacerdotes, ſane intellige vt per Abba.in c.cum non liceat.in j.col. & c.ſciſcitatus.ij.col.de reſcri. & in c.ego N.de iureiuran.dummodo non ſeruet ex contemptu.immo ſi iſta gl.intelligeretur de non ſeruante ex ſimplicitate uel malitia eſſet falſa,ſecundum Gemi.in d.c.ſacerdotes.& no.Card.in clemen.j.in x.q.de xta.& quali.modos autem cognoſcendi cõtemptum ponit Domi.in c.nullus.lv.diſtin. quem retulit opportune Felyn.in c.cum quidam.in v.declaratione.de iureiuran.& aliquid adducit in c.canonum ſtatuta.colum.vj.de conſtitu.& in c.ego N.colum.ij.in ſi.de iureiuran.

Adde Fely.in c.ſi quando.in prin.de reſcrip.et late in c.cum non liceat.nume.7.de præſcrip.Auguſt.Bero.in c.cum veniſſent.nume.11.Et an talis Epiſcopus ſit periurus, late per docto.in c.ego N.de iureiu. N.P.

1 *Legato de omnibus libris & infortiato a doctore facto,ſi quatuor volumina Infortiati inter eos libros reperiãtur, an omnia in legato veniant?*

501 Peruſij viget de facto quæſtio,in qua habeo conſulere: quidam doctor de Peruſio, dominus Barth. de Luchia, legauit in te-
1 ſtamento hoc modo:lego domino tali † omnes libros meos, & infortiatũ:accidit quod inter eos libros ſunt quatuor volumina infortiati: an omnia infortiata veniant in legato? ſi reſpicis generalitatem, veniret: & ſi dicis generi per ſpeciem &c. dico illud verum in diuerſa oratione:ſecus ſi in eadem oratione ponatur,argu.l.nam & ea.ff.de condi.et demon.Dic tamen contrarium, nam etiam ſi in eadem oratione ſit ſpecies & genus, non venit alia ſpecies ſimilis expreſsis,vt l.hæres meus.§.duæ ſtatuæ.ff.de leg.iij.l.j.§.item ſi duæ.ff.de auro & argen.legat.& vide Barto.in l.quæſitum.§.ſi quis fundum.ff.de fun.inſtru.

ADDITIO. Et dicta Bart.in d.§.ſi quis fundum, reaſſumit Abb.in c.ſedes.in prin. col.penulti.& final.de reſcrip. Docto.in regula,generi, lib.vj.Deci.in regula in toto iure.ff.de reg.iur. Nic.Pig.

1 *Rogatus reſtituere hæreditatem ei, a quo illam accepit ſine temporis præfinitione, quo tempore de reſtituendo grauatus cenſeatur?*

502 Rogatur quis reſtituere hęreditatem ei,
1 † a quo illam accepit, ſine præfinitione tẽporis,quæritur de quo tẽpore intelligatur? dic quod de tempore mortis.caſus eſt ſingularis ſecũdum Dy.in l.epiſtolam.§.mulier. ff.ad Trebel.Sed habes ſimilem in l.filios,

iuncta glo.ff.de vſufru.lega.

ADDITIO. Et eſt ratio: quia alias fideicommiſſum eſſet inutile ſi illud q̃ a te recipio ſtatim tibi reddere deberem,vt per Bar.& alios in l.cum filiofamil.ff.de lega.j. Et adde alium caſum ſupra ſingula.ccccxxxj.inſtituo,

1 *Teſtamentum ſecundum ſi fiat, in quo confirmetur legatum rerum in primo teſtamento factum,an in eo legato veniãt res, quas teſtator habebat tempore primi teſtamenti,an vero illæ tantum, quas tempore ſecundi teſtamenti habuit?*

2 *Limitatio l.ſi ita.ff.de auro & argen.lega.*

503 Tex.in l.ſi ita.ff.de auro & argen.lega.
1 dicit,quod legatum †generale non comprehendit niſi ea, quæ tempore teſtamenti te-
2 ſtator habuit,non futura.Sed pone † quod facio teſtamentum ſecundum, in quo confirmatur legatum librorum factum in primo teſtamento:quæritur vtrum in legato librorum veniant libri, quos teſtator habebat tempore primi teſtamenti, an vero illi tantum,quos habet tempore ſecundi teſtamenti? quilibet diceret quod veniant libri exiſtentes tempore ſecundi teſtamenti cum videatur de nouo repetere et diſponere.itẽ debet hoc aliquid operari.præterea legatũ capit vires ex ſecundo. ergo &c. Contrarium eſt verum, licet iſti Peruſini doctores dicant contrarium & male,imbratando folium cum dictant leges. caſus eſt ſingularis in l.Aurelius.§.teſtamento.ff.de libe.leg.legatum enim factum in primo &c. Item limita dictam l.ſi ita,niſi res poſtea quæſitæ ſint acceſſoriæ ad res primo legatas: tunc enim veniunt.caſus eſt ſingularis in l.creditor.§.Gaio.ff.de liber.lega.facit bene l.nomen debitoris §.filio.ff.de leg.iij.

ADDITIO. Adde quod iſtas limitationes refert & ſimpliciter ſequitur Alex. allegando Ro.hic in apoſt.ad Bar.in d.l.ſi ita.Et limitat tertio loco vbi aduerteretur fauor reſtitutionis & teſtamenti per l.placet.ff.de libe.& poſthu.& ibi Barto.poſtea vero inducit l.ſi ita ad practicam. de qua ibidem per eum.Aliam limitationem ponit Ludo.met.infra ſingu.cccccxix.quod tempus,per tex.in l.cum certum.eo.ti.

Sequitur Alexan.in d.l.ſi ita.vbi etiam limitat in caſu l.placet.ff.de libe.& poſthu. de quo ſupra ſing.ccccxx.in fi. Tertio limita non procedere ex mente teſtatoris d.l.ſi ita, ibi ſi aliud comprehenſum nõ eſſet, & Soci.iun.cõſi.xcviij.dubia.lib.j. Quarto limita,quando legatum eſt vniuerſale:ſecus ſi generale.doctrina eſt Bar.in d.l.ſi ita.col.ij.vel collectiue legando armẽto equorum.Ioan.Durant.de arte teſta.cautel.x.de lega. Quinto limita, in legato facto coniunctæ perſonæ, vt per Bar.ibidem.verſic. hęc vera.& in l.ſi cognatis.col.ij.& clarius Soci.in l.j.nota.v.ff.de reb.dub.Sed tu dic contrarium,vt pulchre per præcep.meum Cagnol. in l.fi.nume.229.& ſeq.C.de pact. Sexto limita,quãdo teſtator vtendo verbo generali vteretur verbis futuris idest q̃ mea erunt.l.nuper.l.nomen.§.filio.ff.de legat.iij. Ioan.Dilect.vbi ſupra. vel fuerint. Bar.in d.l.ſi ita.ij.viij.& ix.oppoſ.Et adde do.Augu.Bero.q.famil.xxx.illud Fi. N.P.

1 *Votum præcedens an diſſoluatur per ingreſſum religionis ſubſequentem de voluntate ſuperioris,puta, Abbatis?*

2 *Votum an diſſoluatur per contractum matrimonij accedente conſenſu alterius coniugum.*

3 *Filiusfamilias de iure ciuili non obligatur ex voto, niſi de voluntate patris & quid ſit de iure canonico?*

504 Capias tria pulchra in materia de vo-
rianis.C.de hære.Sed quid in reſtitutione
hominis: an trahatur ad acceſſoria? dic ꝙ
non:caſus eſt ſingularis in l.ſi.§.ſi.ff.de con
di.indeb.Bal.allegat pro ſingulari ad aliud
in l.fina.circa medium,C.quando prouoca.
non eſt neceſſ.

ADDITIO. Circa illam auth. adde docto.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum. ff.de libe.& poſthu.& in l.in condemnatione.§.j.& l.ea ſola.ff.de regu.iur. Adde ꝙ d.§.ſi.faciunt ſing.Caſtren. Alex.& Iaſ.ibi, vbi Iaſo.refert.plures q.Abb.conſil.xxxv. arbitror,lib.ij.Iaſ.in l.ij.§.interdũ.in princ. ff.de vulg.& pup.Et per illum.§.fin.audiui viua voce a domino meo Hiero.Cagnol.ſe vidiſſe conſultum & obtentum ꝙ ſtat u.lo

quens de lucro dotis non habeat locum in bonis paraphernalibus ex quo ſtatutū eſt contra ius commune: quam q. reperio eum poſuiſſe in l. cum principalis. ff. de reg. iur. licet non alleget, d. §. ſi. Nic. Pig.

1 *Fideiuſſor pro ſcholari conducente domum intercedens, an cenſeatur intercedere non ſolum penſionis reſpectu, ſed etiam ſuppellectilium?*

550 An fideiuſſor intercedens † pro te ſcho
1 lari conducente domum intelligatur intercedere non ſolum penſionis reſpectu, ſed & maſſaritiorum ſeu ſuppellectilium? dic quod ſic: tex. eſt ſingularis in l. amiſsi. §. fideiuſſores ſecundum ſecundam expoſitionem gl. ſuper ver. dotis ff. de fideiuſſo.

ADDITIO. Et idem Rom. in l. fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſda. cogan. prout eum refert Hippo. de Marſi. in rub. ff. de fideiuſſ. q. viij. circa ſi. conciuis meus Cæpol. caute. cxxvj. ille qui. Et fideiuſſor pro pēſione domus tenebitur pro deterioratione domus. arg. d. §. fideiuſſores: vt per Hippol. vbi ſupra. Nico. Pig.

1 *Compenſatio an obijci poßit ſacerdoti decimas petenti? quod non, & idem in fiſco.*

551 An ſacerdoti petenti decimas † poſſit
1 obijci compenſatio? legiſtæ ignorant: glo. eſt ſingularis quod non. xvj. q. j. c. decimæ. quam glo. no. Et eſt ratio: quia fiſco petenti tributa nō poteſt obijci compenſatio. l. iij. C. de compen. l. aufertur. §. compenſationē. ff. de iure fiſ. ergo multo magis nec in decimis, quę deo debentur. c. tua nobis. de deci.

ADDITIO. Et hoc tenent doctores in d. c. tua nos. vt refert ibi Abb. colum. ij. verſi. item conueniunt. Iaſo. in. §. in bonæ fidei. nume. 13. inſti. de actio. Pet. Rebuf. qui alios citat, in tract. de deci. vlt. par. i xvj. pœna, qua afficiuntur non ſoluentes decimas. Nicol. Pigno.

1 *Legato grano quod quis habet in ciuitate, an veniat granum, quod eſt in portu?*

552 Lego Titio omne granum meum, quod
1 eſt in ciuitate: an veniat granum † quod eſt in portu? Aduerte ſiculi & catelani, qui habetis ciuitatem prope mare, tu ites ad l. v. ff. de procura & l. ij. & l. vt alphenus. ff de verbo. ſigni. ſed habes caſum ſingularem in l. ſi quis ita. ff. de auro & argen. leg. quod no.

ADDITIO. Adde quod bannitus a ciuitate vel inſula poteſt occidi in portu ſtante ſtatuto quod poſſit occidi, quia omnes portus ſunt vt inſulæ Bart. in l. Cæſar. ff. de publica. Cæpol. in tractā. de ſerui. in rub. de portu. vbi ponit alias q. & ille text. eſt etiā notab. quod ſi lego granum, quod eſt Romæ ſeu Bononiæ debentur omnia vt per Bart. ibi. Fely. in c. inter cæteras. de reſcrip. Iaſ. l. cum quidam. C. de verb. ſig. & adde Augu. Bero. in c. licet cauſam. nu. 10. de pba. N. P.

1 *Habens duo quietationis inſtrumenta, an in dubio præſumatur bis illa cētū ſoluiſſe?*

553 Debitor debebat centum, ſoluendo fe
1 cit ſibi fieri duo † inſtrumenta quietatoria, poſtea vero conuenit creditorem, & dicit ſe bis ſoluiſſe, quare vult repetere vnū vltimo ſolutum: quæritur an propter hanc duplicem quietationem præſumatur quis bis ſoluiſſe? dic quod ſic in dubio, caſus eſt ſingularis in l. ne caſu. C. de diſcuſ. lib. x. Bald. allegat in l. ſeruo. §. ſi a primo. ff. de leg. j.

ADDITIO. Et in l. Sempronius. & ibi Imo. ff. de leg. ij. idem Bal. Ang. & Alexan. in d. l. ne caſu. Alex. & Iaſo. in l. plane. §. j. ff. de legat. j. & in l. triticum. ff. de verbo. obli. idem Alexan. cōſi. iiij. circa primum. lib. j. Sed quid ſi probaret vnā ſummam ſolutam per inſtru. alteram per teſtes? dic quod non. Deciſio. Neapol. cxcviij. quidā.
Quid ſi eſſent eiuſdem datæ? ſupradicti doct. dicunt quod non. Idem dico ex mēte docto. quando primum partem, vltimum totum comprehenderet, & ſic habes tres limita. Nic. Pig.

1 *Iudicium agitatum cum nulliter ſubſtituto a primo procuratore, an in præiudicium domini valeat, & quando diſtinguitur.*

554 Nunquid iudicium agitatum per nulli
1 ter † ſubſtitutum a procuratore primo, quia forte nō habebat poteſtatem ſubſtituendi, (ſcis enim quod ſolum poſt litem conteſta. poteſt fieri ſubſtitutio. l. poſt litem. & l. nulla. cum ſimil. ff. de procura. & c. j. de procu. lib. vj.) valeat in præiudicium domini? Vel pone quod dominus expreſſe illud ſibi inhibuit cum eum conſtituit, an præiudicetur domino ſi ſubſtituit? diſtingue ſecundum

mirabilem deciſionem Guil.de Cun.cuius dictum refert dominus Ang.in extraneo loco,quod ſi litigans cum ſubſtituto, fuit illũ qui eum ſubſtituit,non poſſe ſubſtituere,nõ eſt dubium quod ſententia eſt nulla, & ſibi imputatur ſi ſciuit.Si autẽ ignorat, & tunc, aut poteſtas ſubſtituendi eſt adempta procuratori in inſtrumento procurationis, & tunc iudicium eſt nullum,& domino nõ fit præiudicium.& eſt ratio:quia litigans cum eo debuit petere exhiberi mandatum ar.l. in ciuile.C.de fur.cum ſimil.quod ſi non facit eſt quid ſibi imputatur, cum totum mãdatum legere debuerit.ar.l.in ciuile, de legi. Aut fuit facta ademptio in alio inſtrumẽto quam in procuratorio, ſeu in alio ab eo ſeparato,& tunc valet iudicium, quod eſt mirabile.& eſt ratio: quia eo ipſo q ſubſtitutus comparet ſatis eſt ſi video mãdatum procuratorium,ita determinat Guil.& ſequitur Ang.in l.j.§.magiſtrum,ff.de exerci. quod nota perpetuo,& tene menti.

ADDITIO. Vide Bal.in rubri.C.de exerci.col.ij.verſi.ſed contra hoc oppo. & Pau.de Ca.in d.§.magiſtrum.in vlti.verb.

1 *Palea venit appellatione fructuum: idem eſt in fœno.*

555 Palea venit appellatione † fructuum.
1 tex.eſt in l.ſi vſufructuarius meſſem.in verſi.ſtipula quæ in meſſe iacet.ff.qui.mo.vſufru.amit.quam allegat Spe.in ti.de deci.§. j.ver.ſi. Et idem in fœno tex.eſt in l.pratum.ff.de verb.ſig.diſcas ergo ſcholaris Senenſis,qui aliud neſcis petere.

ADDITIO. De palea videtur probari ſubtiliter inducendo in l.ſi.§.ſi.in fin. C.de ſerui.& aqua.

Et intellige quod palea & fœnũ ceſum ſint fructus induſtriales,vt per Ang.Are.in §.is vero ad quem.inſti.de rer.diui.Augu. Bero.in c.grauis,poſt alios,de reſtitu.ſpol. Nicol.Pigno.

1 *Monachus, qui vult Abbatem conuenire, an ab eo veniam petere debeat?*

556 Quid in monacho an requiratur quod
1 †petat veniam ſi vult conuenire Abbatem? dic quod ſic,ſecundum Ioan.Andr.in addi. Specu.in titu.de inquiſitio.§.fina.quæ incipit, text.dicit neceſſario neſcio ſi magiſter tuus hoc dixerit in titu.de in ius voc.

ADDITIO. Dic q prius tenuit Specu.in tit.de actio.§.j.col.xvj.nume. 48.per c.vnic.de ſindic.& c.monachi.xvj. q.j.& clemen.religioſus.de procurat.Adde Bal.in marga.monachus.ix.Felyn. plene in c.cum dilecta.col.xviij.verſicu.monachus. docto.in.§.pœnales.inſtit.de actio.& in tit. de in ius voca. Nicol.Boer.deciſio.cclxxj. monachus. Nic.Pig.

1 *Promittens,quòd minor habebit ratum & gratum certum actum ſub pœna, an in pœnam incidat, ſi minor peta ſe aduerſus illum actum reſtitui?*

557 Promittit quis, q minor habebit gra-
1 tum† & ratum certum actum ſub pœna mille, quid ſi minor petat ſe reſtitui aduerſus illum actum:an pro hoc promittens incidat in pœnam? quilibet diceret quod ſic: cum videatur velle reſcindere actum per in integ.reſtit.Sed in contrarium eſt verum caſus eſt ſingularis in l.cũ minor.ff.rem ra.ha.

ADDITIO. Et ibi Barto.poſt Dy.inducit ad alias q.Facit quæ tradit Iaſ. in l.ſi pacto quo pœnam.in fin.C.de pact.& plura aducit Thom. Gram. deciſio.cij.quo vero.col.j.& promittẽs de rato pro aliquo cum pœna & iuramẽtu pœnam non incurrit illo ratificare nolente ſi quantum in ſe fuerit fecerit,vt per Aret.& alios in l.ſtipulatus.la grande.ff.de verbo.oblig.Deci. conſi.cccxiij.cccxxiij.& ccccj. Nic.Pig.

1 *Diſpoſitio l.ij.C.de reſcinden.vendi.an habeat locum in pignore ſecundo loco primi ſurrogato, vel in cautione loco pignoris præſtita.*

558 Ego legi tibi anno præterito.l.ſi cũ aliter.ff.de verbo.obligat.vbi caſum poſui in quibus locum habet.l.ij.C.de reſcind.ven.
1 Sed an locum † habeat in pignore,ſecundo ſubrogato loco primi, ſeu in alia cautione ſubrogata loco pignoris? dic q non. caſus eſt ſingularis in l.ſi rem.§.ſatisfactum. verſ. ſi.ff.de pigno.actio.licet poſſit agere ad repetendum debitum ſuum, vt l.creditor qui non.ff.ſi cer.peta.cum ſi.ibi in gl. allegatis.

ADDITIO. Et ſequitur Neguſa,qui alios citat in tracta. de pigno. in j. memb.v.par.prin.q.xliij. Nic.Pig.

1 *Debitor meus in centum, ſi debitorem itidẽ in centum habeat, an a me ad ſuum debi-*

torem liberandum cogi poßit, ſi ego ipſum liberare a dictis centum velim?

2 *Compellit quis facere id quod alij prodeſt, & ſibi non nocet.*

559 Debitor meus, qui tenetur mihi ad cen
1 tum, habet † ſuum debitorem obligatũ ad centum, quæritur: an creditor, ſcilicet ego poſſum compellere debitorem meum ad liberandum ſuum debitorem de centum, ſi velim ipſum meum debitorem de meis cẽ-
2 tum liberare? tu dicemus ꝙ ſic: quia † quis compellitur facere quod alteri prodeſt, & ſibi non nocet, vt l.ij.ff.ſolu.matri. De hoc fui ab vno milite Senenſi interrogatus. Sed dic contrarium: caſus eſt ſingularis in l.in rem.§.fi.ff.de compen. quod not.

ADDITIO. Adde ꝙ ſunt plures caſus in quibus non procedit regul. d.l.ij.de quibus per doctor.ibi. & in l.ij.§. mutui datio.ff.ſi cer.pet.& in l.plus cautionis.ff.de reg.iur. Nic.Pig.

1 *Creditor an in caſtro ſibi in pignus dato, iuriſdictionem exercere poßit.*

560 Quæritur a me, an creditor in caſtro ſi-
1 bi † in pignus dato poſſit iuriſdictionẽ exercere? Bal. mouet in c.j.de feu.da.in vi.legis commiſ. & Canoniſtæ in c.cum Bertoldus, de re iudicata: non recordor quid determinẽt. text.eſt notabilis ꝙ ſic. l.eleganter.§.fi. ff.de pigno.actio. quod nota.

ADDITIO. Ad hoc vide per Abb. in d.c.cum Bertoldus. hic alleg.in pen.col. poſt alios vbi tractatur an ius patronatus tranſeat in contractum pignoris, & videtur dicere quod communiter doct.tenent quod nõ per rationes, quia ius patronatus eſt fructus ineſtimabilis, & ideo non poteſt computari in ſortem creditori, quæ ratio videtur facere contra iſtud dictum Ludo. vide etiam ibi per Fely.col.pe.ver.vlt.habes.

Rõ eſt ratio: quia creditor poſſidet naturaliter & ciuiliter, & eſt bonæfidei poſſeſſor rei pignoratæ. doct. in l.j.§.per ſeruum corpor.ff.de acquir.poſſ.ſed commodum poſſeſſ. eſt in vſu rei poſſeſſæ, collectione, & apprehenſione fructuum. Bar.in l.j.in prin. & l.iij §.ex contrario.ff.eo.ti. Adde Neguſan. in tract.de pigno.j.memb.iij.part. nume.32. Anton.Capy.deciſio.clxxxv.in cauſa. In[illegible] ad vtilitatẽ domini.l.j.& ij.C.de di[illegible] pigno. Nic. Pig.

1 *Conducens nauim ad ſuam familiam aliquo vehendam, an ſoluere teneatur naulum etiã pro his, qui in naui mortui ſunt?*

561 Conduxi mulionem ad portandum hæ
1 dos, † vel boues, vel vnam galeam ad portandum familiam meam: quid ſi moriantur aliqui in naui: an pro illis debeat habere dominus nauis naulum ſeu penſionem? dic ꝙ aut fit conuentio de illis portandis, aut de illis in naui ponendis, aut dubitatur de verbis. primo caſu pro mortuis non debet ſolui naulum ſeu penſio. ſecũdo caſu ſecus. tertio caſu etiam debetur naulum text.eſt ſingularis in l.ſi vehenda.in princip.ff.ad l. rhod.de iact.

ADDITIO. Et hos tres caſus prius notauit Signo.de Homod.conſ.cxcv. in quæſtione, nume.7. quos latius deducit pulchre.d.Bene.Strac.in tract.de mercat.titu.de nauib.par.iij.nu.16.& ſeq. Nic.Pig.

1 *Emphyteutæ an proſit pẽſionis ſolutio a tertio facta, quo minus iure ſuo priuetur?*

562 Si emphyteuta priuati non ſoluit canonem infra triennium cadit a iure ſuo, l.ij. C.de iure emphy. in emphyteuta eccleſiæ, infra biennium. c.potuit.de loca.& in auth.
1 qui rem.C.de ſacroſan.eccle. Modo † pone emphyteutam fuiſſe poſitum in poſſeſſione fundi emphyteutici priuati a tertio qui ſoluit canonem: an hæc ſolutio tertij proficiat emphyteutæ non ſoluenti, vt non poſſit ſuo iure priuari? ſi ſolutio tertij eſſet facta nomine emphyteutæ non eſt dubium ꝙ prodeſſet: ſed ſi ſimpliciter, vel nomine proprio, (quemadmodum eſt nunc de facto) eſt dubium. Et Bal. poſt Guil. ponit in l.arboribus.§.quid tamen.ff.de vſufruc. & in l.lex vectigali.in aliquibus lecturis.ff.de pigno. & in l.ſolemnibus.C.de rei vend. ſed quicquid dicant habeo caſum ſingularem quod prodeſt in l.forma.§.ſi cum ego.ff.de cenſi.ibi eſt caſus ſingularis de hoc, quem tene menti. arg.de cenſuario ad emphyteutam.

ADDITIO. Adde Bal.in l.fi.in fin. C.de reuoc.dona.& Bar.in l.ij.de exe.rei iudi.& in l.ij.vbi per Mag.meum.col.xx. C.de iure emphy.& in l.lex vectigali.ff.de pigno. vbi dicit quod creditor poteſt ſoluere penſionem pro re emphyteu. quam habet in pignus.

Et idem per illum tex. tenet Specula.in

ti.de emphy.lxxxij.q.& ſupra dicti docto. & idem Roma.conſi.ciij.viſo propoſitæ.in prin.& conſi.ccccxcj.in caſu.in fi.Alex.cõ ſi.lxxj.videretur.col.fi.lib.j.Nic.Boer.deciſio.cclxxix.ſed quid. Et adde ꝙ dominus non cogitur ſolutionem a tertio accipere.Bal.in l.acceptam.colum.fi.q.xxv.C.de vſu.Iaſo.qui hoc dicit ſing.in d.l.ij.col.xx. q.xxvj.C.de iure emphy.Etiam ꝙ oblatio & conſignatio facta ſibi fuiſſet. Iaſ.ibidem. q.xxvij.Quod tamen limita,vt per Hippo. ſing.cclxviij.licet. Nic.Pig.

1 *Legatum vſusfructus rei, cũ hoc, quod poſt mortem ſuum hæredi teſtatoris rem teneatur reſtituere, comprehendit proprietatem niſi in iure errauerit.*

563 Tu habes tex.in l.ſpecies.ff.de auro & argen.lega.in l.fina.ff.de vſufruc.earum rerum quæ vſu conſu. quod teſtator legans
1 † vſumfructum rei,cũ hoc quod poſt mortem ſuam teneatur reſtituere hæredi teſtatoris rem,tunc cenſetur legare etiã rei proprietatem.Quod eſt verum,niſi teſtator errauerit in iure,quia putauerit, quod morte vſufructuarij non reuertatur ad hæredem vſusfructus: tunc enim tantum vſumfructũ legare cenſetur,caſus eſt ſingularis in l.qui fructus prædiorum,ff.de vſufru.lega.

ADDITIO. Dicas ꝙ in d.l.ſpecies.& d.l.fi.erat legata proprietas : & per adiectionem vſus,et vſusfructus videbatur teſtator receſsiſſe a prima voluntate : cuius contrarium iuriſcon.decidit.& ponitur ratio in d.l.fi.licet Alexan.in l.j.nume,20.& ibi Soci.Iaſo.Rip.ff.de lega.j.allucinentur. circa d.l.fi.Sed in d.l.qui fructus.non proprietas, ſed fructus prædiorum legati fuerant vxori &c. Nic.Pig.

1 *Statuto dictante, quòd is, ad quem omnia alicuius bona peruenerint, teneatur ad eius debita,an ſi omnia bona ad eum particulariter peruenerint, teneatur ſoluere debita ſua.*

564 De hoc hodie fui interrogatus,dicit cõ
1 ſtitutio huius ciuitatis,quod quicunque ad quem peruenerint omnia bona alterius ſiue ex vltima voluntate,(& hoc eſt clarũ,) ſiue ex contractu,teneatur ad omnia debita ſoluenda ad quæ ille tenebatur : Quid ſi omnia peruenerint ſigillatim, ſiue particulariter,modo vnum,modo aliud ? dic quod dicuntur ſimul peruenire,caſus in l.ſi peculium.la piccola.& ibi Bar.ff.de pecu.le.

ADDITIO. Et in pulchra q. adducit Iaſo.pro ſingul.in l.j.nume.3.C.de repu.hæred. Sed contrarium tenet idem Bar.in l.nomen.§.filio.& ibi Alexan.ff.de lega.iij.idem Iaſo.in.§.item ſi quis in fraudem.nume.38.inſtit.de actio.& ibi Gomes col.x.ſaluando Bar.vt per eum.Et præcep. meus Andrę.Alcia.in l.poſt contractum.in prima fraudis præſump.ff.de donatio. intelligendo Roman.hic,vt per eum.Ex quibus intelligentijs ſimul iunctis habes veram doctri.Bar.in d.l.ſi peculium. Nic.Pig.

1 *Eccleſia an bonis cedere poſſit . Et quid in clericis.*

565 Quęro, an eccleſia poſsit cedere bonis?
1 videtur dicendum † quod non:quia principalis cauſa quare fuit introducta ceſsio eſt, ne debitor in carceribus detineatur.l.j.C. qui bo.ced.poſſ.ſed eccleſia non poteſt carcerari.ergo &c.In contrarium tamen eſt caſus in auth.vt deter.ſit nu.cle.§.ſi quis autẽ adiecerit.ibi , rerum omnino creditoribus cederet.& illum.§.ad aliud allegat quędã glo.inſtitutionum. Et ideo fruſtra dubitant Canoniſtæ in c.Odoardus.de ſolut. an clerici poſſunt cedere bonis : cũ hoc ſit in eccleſia,vt dixi:ergo fortius in clericis.

ADDITIO. Et idem Angel. Areti.poſt Nicola.de Neapol.in.§.cum eo quoq;.col.penul.& ibi Iaſo.col.ij.verſi.extra glo.inſti.de actio.Stepha. Aufre.Deciſ. Tholoſa.cxxxvj.inferentes idem dicendũ in vniuerſitate ſcholarium & fabrorum. Nico.Pignol.

1 *Accuſatio de crimine grauiori pro quo durior venit imponendi pœna inſtituta contra condemnatum , executionem corporalem differt.*

566 Suſcipe vnam cautellam pro condem-
1 natis vt eorum executio † corporalis differatur, ſcilicet quod accuſetur de crimine grauiori ex quo veniat durior pœna inferẽda.caſus eſt ſingularis in l.j.§.fi.ff.nil no.appel.pen.tenet Barto.per illum tex.in l.ij.§. qui exhibendi.in fi.ff.de cuſto.re.

ADDITIO. Et idem conciuis meus Cæpol.caute.ij.quando, nume.2.Fely.in c.quæ tenti.col.iij.de offi.deleg. Hip-

pol.de Marſi.in.§.opportune.col.ij.in pra-ćti.crim... do.Carer. in tracta.homici.§. v... nume.88. Ang.Are.de maleſi.ver.& ibi ... nume.31. Et adde aliam infra ſin-gu.. ...xxv. Nic.Pig.

1 *Accuſationem ab alio ad publicam vtilita-tem inſtitutam, an ille poſtea contumaci-ter ab ea deſiſtente, iudex tertium ad pro-ſequendum compellere poſsit? Et quid ſi accuſator ex neceſſaria cauſa deſtiterit?*

567 Inſtituens accuſationem ad vtilitatem
1 publicam,† qui deſtitit poſtea contumaci-ter ab eadem: an iudex poſsit tunc tertium compellere ad ipſam proſequendam? dic quod: ſed eſt accuſatus tunc abſoluendus.l. ij.§.ſenatus. & l.ſenatus.§.ſenatus.ff.de iu-re fiſci.ſecus ſi non contumaciter, ſed quia ſit mortuus, vel ob aliam neceſſariam cau-ſam deſtitiſſet. caſus eſt ſingularis ſecũdum vnum intellectum gl.& ibi Bar.no.in l.mo nente.C.de dila.lib.x.tunc enim tertius co gi poteſt,licet ſecus videatur per regulam: vt nemo inuitus agere &c. Quod intelli-ge verum, niſi accuſator illam accuſationẽ ad publicam vtilitatem inſtituiſſet nomine alterius,puta tutor nomine pupilli, & pro-curator nomine domini: tunc enim quan-docunq; moriatur accuſans,non poterit iu-dex tertium compellere ad ipſius accuſa-tionis proſecutionem,text.eſt ſingularis in l.duos.ff ad turpi:l.& hæc eſt notanda limi tatio ad dictam l.monente.& hoc addas ad Bar.in l.libellorum.§.fin.ff.de accu.& l.pe nul.ff.de publi.iud.vbi ipſe ponit an accu-ſatio per aliũ inſtituta proſeq poſsit & no.
ADDITIO. Et ſequitur Ale-xan.in d.l.monente. Auguſt.Arimi.in trac. maleficio.ver.& ad querelam.nume.68.& Deci.in c.quia gu.colum.penul.verſi.quin-tus.de iudic. Nic. Pig.

1 *Inſultus factus cum armis licet non extra-ctis punitur, ac ſi extracta forent, & cũ armis factus dicitur.*

568 Inſultus factus cum armis licet non ex-
1 tractis † punitur,ac ſi extracta forent, & fa-ctus inſultus cũ armis dicitur l.iij.§.armis. deiectum. verſi.qui armati.ff.de vi & vi ar.
ADDITIO. Adde Bartol.in d.§.ar-mis. Alb.in ſecunda parte ſtatu.q.xxxviij. & Maria Socin.dicentem ita ſe obtinuiſſe in facto in c.qualiter & quando .ij.ar.lx. de accuſa. faciunt quæ dicit Anchar.conſil. ccxij.vide plenius per Felyn.in c.ſicut di-gnum.col.ij.verſi.ſexto limita.de ho.
Et ſequitur Angel.Are.dicens ſe de fa-cto Murſiæ habuiſſe.in.§.ex maleficijs.col. v.verſi.item dixi in libello.& ibi Iaſo.nu-me.79.inſti.de actio.Et idem Are.in tracta. maleficio.in verbo, dictus Andreas arma-tus.in prin.Hippol.de Marſi.in.§.& pro cõ plemento.col.penul.in ſua practi.crimina. Arnon.epit.lxxvj. Alex. conſi.xcviij.quo-niam.lib.iij. Deci.& domi.nicus Cagnol.in l.quo tutela.§.vt factum.ff.de regul.iur. In quibus locis ampliant procedere etiam ſi ea depoſuerit. Et de pœna portantis arma dixi ſupra ſing.cclxvij. Nico.Pigno.

1 *Barbam, vel capillos alicui expilans, qua pœna puniatur?*

569 Expilãs alicui capillos,uel barbã, †vel
1 crines,(nõ tamen ſanguis exijt)tenetur pœ na x.librarum parti.& xx.librarum fiſco. tex.eſt ſolus in c.j.§.ſi quis aliquem.de pa-ce tenen.in vſi.feu.quod nota.
ADDITIO. Adde ꝙ Affli.ibi dicit illum tex.non eſſe alibi.Et adde Au-guſt. Arimi.in tract.maleficio.in verbo,ſan-guis exiuit.Io.de Arno.dialog.lxj.& Tho. Gram.in voto xv.& pulchre in deciſione xvij.in cauſa vinciguerræ.vbi ponit an ille text.debeat intelligi de libris auri, an du-catis. Nicol.Pigno.

1 *Sententia non poteſt pro reo per iudicem fer ri, neque fieri citatio, niſi petatur. Fallit in cauſa fiſcali, vel reipublicæ.*

570 Non poteſt pro reo ferri ſententia per
1 iudicem,† neque fieri citatio,niſi petatur.l. ad peremptorium. & l.poſt edictum.ff.de iudic.l.properandum.§.& ſi quidem.C.eo. titu.hoc tamen fallit in cauſa fiſcali vel rei-publi.quia in ea ex officio iudex poteſt fer re ſententiam nemine poſtulante. text.eſt notabilis in l.ij.§.ſenatus.ff.de iure fiſ.
ADDITIO. Et ibi ſequitur Bar.Alexan.poſt alios in l.iiij.§.hoc autem iudicium. nume.25.ff.de dam.infec.& in l. properandum.§.& ſi quidem.in princi.& ibi Iaſo.nume.8.C.de iudi. Et adde quod iudex tenetur officium ſuum impartiri in cauſis fiſcalibus.l.ſi vacantia.& ibi Bar.C. de bo.

de bo.vacan.lib.x.l.ſi quis intra.C.de bon.
proſcrip. Et adde ad Bal.in l j.C.de hæred.
vel actio.vendi. vbi ponit priuilegia ſiſci.
Nicol. Pignol.

1 *Sententia iudicis cõdemnantis aliquem accuſatum de pluribus iniurijs, in vna certa quantitate, non diſtinguens, tantum pro prima iniuria, & tantum pro ſecunda, an valeat?*

571 An valeat ſententia iudicis condemnan
1 tis † aliquem accuſatum de pluribus iniu-
rijs de certa quantitate in vno libello, non
diſtinguens tantum pro prima iniuria, & tã
tum pro ſecunda? Cy.in l.ſi non conuitij.
C.de iniur. dicit hanc q. habuiſſe de facto:
dic quod ſententia valet, vt colligitur ex l.
j.§.ſi tamen.ff.ſentē.ſine ap.reſcin.& illum
ad hoc ponderat Bar.in l.prætor edixit.§.
ſi tamē.ff.de iniur.quod not.

☞ ADDITIO. De hac materia tractant doctor. in l.prima.C.de erro. calcu.& in l.ſi is ad quem.ff.de acquiren.hæredita. Nic.Pig.

1 *Diſpoſitio l.ſi forte.ff.de offic.præſi.habeat locum in beneficijs.*

572 Quod l.ſi forte.ff.de offi.præſid.volens
1 exiſtentem † in officio iuriſdictionem non
perdere donec ſciuerit ſuum ſucceſſorem
aduenisse, locum habet in priuilegijs gl. eſt
ſingularis in l.tribunus.in princ.ff de teſta.
mili.& illa eſt mirabilis quod nota.

☞ ADDITIO. De illo tex.vide ſupra ſingul.lviij.fuit. Nico.Pig.

1 *Offerens maius pretium pro re, quæ ſubhaſtatur ad hoc vt carius ematur, tenetur pœna criminis ſtellionatus.*

573 Offerens maius pretium pro re, quæ in
1 ſubhaſtatione † venditur, ad hoc vt carius
emat, tenetur pœna criminis ſtellionatus.
caſus eſt ſingularis ſecundum intellectum
Barto.ibi in l.iij.§.ſi quis impoſturam.ff.de
crimi.ſtellionat quod no.

☞ ADDITIO. Et hoc ſequitur Ang. Are.in.§.ſi.in ſi.inſti.de dona.Alexan. ad Bar.in l.ſi tempora.C.de fide inſtru.lib.x.Franc. Rip.in tracta.peſt.in vlti.parte.in prin.nume.204.Hippol. ſing.ccccxlj.licet. Faciũt quæ ponit Cic.offi.lib.iij.de pythio illo argentario, qui Catum Caninium æquitem Romã.ad hortorum emptionem mira aſtutia ineſcauit, adhibitis ſcilicet ex compoſito cymbis piſcibus onuſtis. Et alia quæ allegat d.And. Tiraquel.de retract.conſangui.§ ſi.nume.49. Proprie tamen impoſtores dicuntur deceptores, vt per d. Alcia. in l.aliud eſt fraus.ff.de verb.ſigni.& vernacula lingua Marioli, e giurtatori. vt ſcribunt Moder.Anco.in tracta.de Merca.tit. de decocto.par.vlti.nume.20 & vide Hippol.ſing.cccxviij.fui. Nic.Pig.

1 *Bannitus repertus in territorio, de quo eſt ex bannitus, qua pœna plectatur de iure communi?*

574 Scis, quod relegati ſeu exules, ſi exce-
dant terminos confinationis ſuæ puniuntur
pœna de qua in l.relegati. & l.capitalium.
1 §.in exulibus.ff.de pœ. Sed quid in † exbã
nito reperto in territorio, de quo eſt exban
nitus? dic quod de iure communi eſt pœna
deportationis, in cuius locum hodie ſucce-
dit decapitatio, iſte eſt text. ſingularis in l.
manichæos.C.de epiſ.audi.

☞ ADDITIO. Sequitur Alex.in d.l.relegati. Et de pœna fractionis confinia tradit Bal.in l.ſi poſsidonium.C.de infam. Bar.in l.aut damnum.§.quiſquis.& ibi Alexan.ff.de pœ. Nicol. Pig.

1 *Creditor, qui mercatori plurium negotiorum mutuo pecuniam dedit, in ea negotiatione, pro qua mutuauit, cæteris pfertur.*

575 Si mercator plurium negotiorum mu-
1 tuo pecuniam † habeat a diuerſis: ille præ-
fertur creditor in ea negotiatione pro qua
mutuauit. tex.eſt ſingularis ſecundum Ioã.
Plagarenſem in l.procuratoris.§.ſi plures.
ff.de tribut.

☞ ADDITIO. Et ratio redditur in tex. & per conſequens ille.§.loquens in ſeruo habet locum in libero, & communiter ſequuntur docto.ibi, & Aret.inſti.quod cum eo.§.introduxit. cuius contrarium tenuit Rapha.Cum.conſil.clxxij.titius.circa quod vide late Moder.Anco.in tractatu de merca.titu.de decocto.parte vlti.nume.20. & ſequen. Nic. Pig.

1 *Teſtes deponentes die lunæ factum fuiſſe ho.*

L

micidium quo die tantum mandatum interuenit, an pœna falſi teneantur, ſi poſtero die actuale homicidium fuerit, ſecutũ, & an reducantur ad concordiam.

576 Si teſtes aliqui de homicidio deponũt
1 die lune factum, † quo die interuenit tantũ mandatum, non tenentur pœna falſi, licet poſtea alio die ſecutum fuit homicidium; cum in atrocioribus volũtas habeatur pro facto vt l.ſi quis non dicam rapere.cum ſua materia.C.de epiſco.& cleri.Et ſi alij deponunt alio die factum homicidium reducuntur ad concordiam,ſcilicet manualiter, verbaliter autem die lune:tex.eſt ſingularis,de pœ.di.j.c.periculoſo. & hoc adde ad l.ij.§.fina.ff.ſi cer.peta.

ADDITIO. Et idem Roman. adducens alia ſimilia, conſil.cccj.in propoſita.col.ij.ver.tertio probatur.quod eſt duplicatum in nume.390. Augu.Arimi.in tractatu maleficio.in verbo,falſario.nume.28. Ioan.Crot.in tracta.teſti.nu.337.Steph.Aufre.deciſio.Tholoſa.xj.Et adde quod quibuſcunque modis leges diſcordantes concordantur,eiſdem modis poſſunt teſtes concordari,vt per Fely.in c.cum tu.col.v.ver.ſi.quinto noto.de teſti.& ibi dicit quod ſufficit teſtes eſſe concordes in dicto, licet diſcordent in cauſa dicti. Nic.Pig.

1 *Iudex ad corporalem condemnationem procedere non poteſt ad tumultum populi, & ſi ille aliter ſedari non poſsit: ſecus in executione.*

577 Licet iudex ad condemnationem cor-
1 poralem procedere non poſsit † ad tumultum populi, etiã ſi ille aliter ſedari nõ poſſit.vt l.decurionum.C.de pœn.& l.ſi priuatis.C.qui & a qui.tamẽ ad tumultum populi poteſt executionem accelerare,etiã pendente dilatione,ſi aliter tumultus ſedari nõ poteſt.hic eſt text.in l.qui cędem.in fi.ff.de ſicar.& bene facit l.ſi filio exhæredato.ff.de inu.teſta.& l.inſtitutionibus.ff.de app.

ADDITIO. Idem dicunt Hippoly.in d.l.qui cedem.in fin.& in practi.§.examinanda.nume.30.conci.meus Cæpol.caute.ij.ſub nume.11.Fely.in c.ij.col.ij.ver ſi.octauo.de præſcrip.Iaſo.in l.j.in prin.colum.viii.ff.de offi.aſſeſſ.Carer.qui alios citat,in tracta.homic.§.viii.nu.80.vbi plura inſerunt in materia. Nic.Pig.

1 *Publicationis bonorum ſententia,an trahatur ad bona extra territorium publicantis exiſtentia, & cui ea applicari debeant,an communitati vbi eſt lata ſententia, an vbi condemnatus habet originem, an vero vbi bona ſunt?*

578 Licet magna ſit quæſtio doct.an ſenten
1 tia publicationis † bonorũ trahatur ad bona extra territorium publicantis exiſtẽtia: tamen concluſio communis eſt quod ſic, vt per legiſtas in l.cunctos populos.C.de ſumma trini,Canoniſtas in c.cum ſecundum.de hære.lib.vj,& in c.poſtulaſti.de foro cõpe. Sed tunc ſuccedit quæſtio, an illa bona debeant applicari cõmunitati,vbi lata eſt ſententia, an vbi habet originem condẽnatus, an vero vbi bona ſunt. Tu dic concluſiue, quod bona immobilia debent applicari fiſco in cuius territorio bona ſita ſunt: caſus eſt ſingularis in l.quicunque.§.vniuerſi.C.de hæret.& manich.Bona autem mobilia, etiam quæ ſunt alibi,debent applicari communitati iudicis condemnatis,caſus eſt ſingularis in c.j.§.ſi iudex, de pace tenen.in vſi.feu.licet Bald.contradicat,& male per tex.in d.c.j.§.ſi quis hominem.

ADDITIO. Idem quod Roma.hic videtur tenere Cardi.Alexan.in c.j.§.ſi iudex.hic alleg.& vere ille tex. loquitur tantum de mobilibus applicandis communitati condemnantis de immobilibus vero nihil dicit.

Adde Bar.in d.l.cunctos populos.q.vlt. Bal.in l.mercatores,C.de commer.& merca.conciuis meus Cæpol.conſi.crimi.xvij. viſa, nume.37.Ioan.de Arnon,epito.lxxv. Alexan.conſi.xvj.uiſo.col.fi.et conſi.xxxj. viſo titulo.col.ij. verſi.pro quo primo.lib.j.Areti.in tracta.maleficio.in verbo,& eius bona publicamus,nume.5.Et ibi Auguſtin. Arimi.col.iij.Hippol.de Marſil.in repeti.l.ſi.nume.186.ff.de iuriſdi.om.iudi.& dominus meus do.Hiero.Gigas in ſuo celebri tracta.crimi.læſæ maieſta.lib.ij.rub.de pœn.com.mit.crim.læſæ maieſta.q.ij.Matthæ. de Afflic.in d.§.ſi quis hominem.x.notabil.& in c.j.in fi.quæ ſit pri.cau.beneſi.amit.Et quæ bona veniant in confiſcatione ſupra ſingu. clxx.ccccxxx.ccccc.l. Nic.Pig.

1 *Hæres indignus hæreditate priuatur, & applicatur fiſco ciuitatis originariæ teſtatoris.*

579 Hæres indignus priuatur hæreditate
1 † & applicatur fiſco,vt de his quib.vt indig.per totum,ſed pone,quod teſtator, cuius hæreditas debet auferri,eſt Senenſis:hęres vero ſit Florentinus:bona vero ſint Genuæ: cui applicabuntur? dic quod ciuitati originarię teſtatoris,tex eſt ſingularis in authen.ut cum de app.cognoſcitur.§.ſi unum de prædictis.vnde ſumitur authen.ſi captiui.C.de epiſ.& cleri.& hæc perpetuo no.

1 *Doctor, vel electus domini debet mitius puniri, & liber, mitius, quã ſeruus, & quid in ſtatulibero.*

580 Scis quod doctor, vel electus de domi-
1 nis, † aut ſimilis debet mitius puniri.l.moris.§.ſed & enim ſciendum eſt.ff.de pœ.& liber mitius quam ſeruus.l.in ſeruorum.ff.eo.titu.Sed quid in ſtatulibero,an puniatur vt ſeruus, vel vt liber? Dic quod vt liber propter ſpem libertatis,vt d.l.moris.§.fi.& l.ſtatuliber.ff de quæſtio.& l.1.ff.de pœ.& ibi Bar.Et per illum tex.in.§.fin.deciditur no.q.quod electus ſolum, punitur ac ſi eſſet officium conſecutus. & ita dixi cum hæc quæſtio fuit de facto Romæ.

ADDITIO. Adde l fin.& ibi docto.ff.ſi ex noxa.cau.aga.& in d.ll.N.P.

1 *Tabellioni, cui tempore rogationis fuit ſatisfactum de mercede confectionis inſtrumenti, an iterum ſolui debeat, quãdo pars copiam inſtrumenti velit?*

581 An tabellioni, qui tempore rogationis
1 fuit ſolutus de mercede confectionis inſtrumenti,debeat iterum ſolui:quãdo pars velit copiam inſtrumenti? dic ꝙ ſic.gl.eſt no. in l.fin.§.exemplaria.C.de prin.agen.in re.li.xij.quod tene menti:quia quotidianũ eſt.

ADDITIO. Quod ſequit Alexan.in d.l fi.& idem Alexan.poſt Bar.o,& alios in l.argentarius.in princip.ff.de eden. Deci.in c.j.col.xxiij verſi.prædicta.vbi limit.de proba.& in conſi.dcxxiiij.viſo,do.meus Cagnol.in l.ſi librarius, nume.5 1.ff.de reg.iur.Et quando de quantitate ſalarij eſt diſcordia inter notarium & partem a iudice taxari debet, Bald.in d.l.argentarius poſt Spec. Nic.Pig.

1 *Dotalis lucri remiſſio a marito vxori facta, vt eam ſeorſum ab ipſo viuentem, recipiat, pacemq; cum ea ineat, an valeat?*

582 Pone caſum quotidianum: communi-
1 ter per Italiam ſunt ſtatuta, quod † vxore prędecedente maritus lucret dotẽ,vel eius partẽ,ſed pone quod vxor,propter diſcordiam cum marito habitam, recedit de domo mariti, & vadit ad domum conſanguinei,marito deſiderante pacem, & vxorem ſuam. vxor petit ſibi remitti lucrum dotis ſibi ex ſtatuto peruenturum: quæritur, an valeat talis remiſsio propter ſcandalũ euitandum? quilibet diceret quod ſic,propter pacem futuram,dic tamen cõtrarium, quia venalis concordia inter coniuges eſt prohibita,licet alias ſit permiſſa,& ita nec promiſsio cuiuslibet alterius rei.caſus eſt ſingularis ſecundum vnam lec.glo. & veram in l.ſi liberis,ff.de pact.dot.quod no.

ADDITIO. Sequitur Ioan. Lup.in rub.de donati.inter vir.§.xxxiiij. vbi extẽdit ad vxorem committentẽ adulterium: vt ſcilicet ſi ſe recõciliauerint cum pacto quod lucrum bonorum pertineat ad maritum:vt talis concordia tanquam venalis non valeat. Nic.Pig.

1 *Præſcriptio rei principalis ad acceſſorium trahitur, quod tempore cœptæ præſcriptionis in principali inerat, ſecus ſi ex poſt facto ineſſe cœperit.*

583 Tu habes regulam,ꝙ præſcriptio facta
1 † de re principali trahitur ad rei acceſſorium.caſus eſt in l.eos.C.de vſur.& l.ſi aliena.§.j.ff.de vſuc.Quod eſt verũ,niſi acceſſorium ab initio inchoatæ præſcriptionis inerat principali:ſecus ſi ex poſt facto incæpit ineſſe,quoniam tunc eſt opus quo ad illud noua præſcriptione.caſus eſt ſingularis & non alibi,quod nota:quia de ea habebis honorem,in l.qui fundum.§.j.ff.de vſucap. pro empto. bene facit l.rerum mixturam. in fin.ff.de vſucap.& hoc induxi ad q.bera pulſat.non plus.

ADDITIO. Sequitur idẽ Roma.in d.§.j.prout eum allegat Felyn.q hoc ſequitur in c.auditis.col.x.verſ.quarta declaratio.de præſcrip.& in c.cum ex iniuncto.col fi de hæreti.vbi allegat c.cum contingat.de deci. Et vbi eſt diuerſa ratio nõ procedet regu.acceſſorium &c. vt per d.§.j.voluit Corne.conſi.ccxl.in præſenti.col.

ſi.verſi.nec obſtat q argumentum lib.iij.& tradit Hippol.ſing.xvij.acceſſorium. N.P.

1 *Cautio mutiana an habeat locum in contractibus? Et quid in donatione cauſa mortis?*

584 Dubitatur an cautio mutiana habeat
1 locum † in contractibus de quo in l.j.C.de pac.& l.ſiue apud acta.C.de tranſa.vbi glo. & docto.dicunt q non.ſed quid in donatione cauſa mortis,an in ea habeat locum cautio mutiana? nouum eſt & pulchrum quæſitum:& dic q ſic:quia iſto caſu magis accedit vltimæ voluntati, q̃ contractui,in quo communiter locum non habet,caſus eſt ſingularis in authen.de nup.§.quæ vero.verſi cu.præfactæ autem.Bal.allegat in authenti. cui relictum.C.de indic. viduita.& ibi facit feſtum.

ADDITIO. Adde quod idẽ tenuit Mag.meus in l.dedi.col.iiij.ver.item adde. de condi.cau.da.vbi dicit iſtud probari ratione quia donatio cauſa mortis poſtquam eſt facta, & ſic ineſſe deducta equiparatur vltimæ voluntati glo.& Bar.in l.ij.in prin. ff.de dote præle.Bar.& doc.in l.ij.ff.de le.j. Et idem Iaſo.in d.l.ſiue apud acta.numero 19.C.de tranſact.Soci.in l.mutianæ. col. iiij.ff.de conditio.& demon. Franc.Rip.in l.ita ſtipulatus.nu.45.ff.de verb.obl. N.P.

1 *Ademptio generalis prælegatorum ab hærede,an intelligatur adimere legata conditionalia hæredi facta?*

585 Quæro nũquid generalis ademptio prę
1 legatorum † ab hærede,intelligatur adimere legata conditionalia hæredi facta? tex. habes ſingularem in l.Paulo Callimacho.§. Pomponius.ff.de lega.iij.

1 *Vſusfructus, vel habitationis legato generali an per legatũ ſpeciale res derogetur.*

586 An legato generali vſusfructus, vel ha
1 bitationis,† derogetur per legatum ſpeciale rei? dic q non:caſus eſt ſingularis ſecundum Bar.ibi in l.Sempronio.in princ.ff.de vſufru.lega.ſecundum intellectum gl.bene facit l.ſi alij.in prin.eo.ti.

ADDITIO. Nec obſtat regula generi per ſpeciem &c. quia illa procedit quando legatur genus & ſpecies eodem iure,vel eodem reſpectu:ſecus ſi in genere de vno iure,puta de vſufructu,& de alio in ſpecie,puta de proprietate quod dicitur & diuerſis reſpectibus,ſecundum Bart.in d.l. Sempronio. & in diſtinctione in d.l.ſi alij. & l.ſi.eo.tit.Alexan.conſil.lvj.per lectis.iij. lib.Cæpol.de ſerui,capi.vj Et hæc eſt communis ſecundum Deci. conſi.cccc.xc.teſtator.col.ij.& in l.in toto vbi domi.meus plura cumulat.ff.de reg.iur. Vide tamen Soci.Iun.conſil.clx.paucis vtar.dubio ſin.vbi in terminis quando legatur vſufructus vniuerſalis & res particularis vult quod generi derogetur per ſpeciem ſequendo Bal in l.quoties.C.famil.herci.& Ang.Are.in.§.j. inſti.de vſufr. Nic.Pig.

1 *Vſusfructus conſtitutus morte vſusfructuarij finitur, & quid in ſpe vſusfructus conſtituendi?*

587 Vſusfructus cõſtitutus finitur † morte.
1 c.ſi.de pigno.& in.§.finitur.inſti.de vſufr. Sed quid in ſpe vſusfructus cõſtituendi: an finiatur morte? pridie fui interrogatus. Videtur dicendum quod ſic:quia idem ius eſt in eo quod eſt in ſpe ſicut in eo quod eſt in re.§.ex conditionali.inſti.de verb.oblig.& hæc eſt vera concluſio: ſed de hoc habes duos caſus notabiles, vnum in l.Sempronius Attalus.ff.de vſufr.lega.alium in l.qui vſumfructum. verſicu.hoc ita ſe habere.ff. de vſufru.

ADDITIO. Sequitur conciuis meus Cæpol.in tracta.vrban.prædio.c.iiij. ad ſi.Ioan.Lup.in rub.de dona.inter vir.§. lxij.col.vij. Nic.Pig.

1 *Gabellæ ſolutio per venditorem ne, an per emptorem fieri, de contractu emptionis debeat?*

588 Per Italiam cõmuniter ſunt ſtatuta, q̃d
1 † de contractu emptionis debeat ſolui gabella,ſed non dicitur per quem: quæro ad quem ſpectet? Bal.tangit & non determinat in rub.C.de reb.cre. ſed eſt caſus quod per emptorem ſolutio fieri debet, vt l.debet autem.in ſi.ff.de ædil.edic.quod not.

ADDITIO. Adde q hæc eſt communis opin.quam late diſputant Bald. & poſteriores in rub.ff.ſi cer.peta.deciſio. Tholoſa.ccccli.Vide tamen conciuem meũ Cæpol.in d.l.debet.in ij.notab.tenentẽ pulchre quod debeat ſolui ab vtraq; parte. Et ita ego arguendo d.præceptori meo Hiero. Cagno.alias defenſaui ponderando,dictio-

nem, forte, in tex. poſitam iuxta glo. & doc. in l. in ſubſti utio e. ff. le vulga. & pup qui mihi reſpon. latinos illo modo loquendi vſos, & ego non videram Cæpo. qui nondũ erat impreſſus. Add. quis locus attendatur in ſolutione gabellæ ſupra ſingul. cccclxxviij. & de gabellis extat tracta. quem vi deo allegari. Nic. Pig.

4 *Hæres, ſi ad petitionem vnius ex creditoribus hæreditarijs, hæreditatem ære alieno grauatam adierit, cæteris creditoribus ad primi creditoris inſtantiam, eidem hæredi, aliquid ex debito remittẽtibus, an cogere poſsit ipſum primum creditorem, ſibi pariter aliquid ex debito remittere?*

589 Hæreditas eſt mihi delata creditis multis implicita. ego timuiſſo adire, ne illa ſit 1 mihi damnoſa, poſtea † ad petitionẽ vnius creditoris, ad cuius inſtantiam alij creditores mihi, vt adirem, aliquid remiſerunt ex debito, adeo hæreditatem illam: quæro an ille creditor, licet expreſſe non remiſerit, cogatur quicquam remittere? Dic quod ſic, arbitrio boni viri gl. eſt ſingularis in l. cum in eos. de pactis allegat l. ſi fundum qui ex parte cum ſe. ff. mandat. Amplius de iſtis ſingularibus nõ dabo tibi, quia impediunt mihi lectionem ordinariam.

ADDITIO. Quos text. dicit ſingul. Alexã. ad Bart. in d. l. ſi fundum. & in l. frater a fratre. & ibi Iaſo. xiiij. notabil. ff. de condi. indeb. Nicol. Pig.

1 *Citationis ommiſsio ſententiam vitiat, fallit in ſententia excõmunicationis. Et quid in ſententia abſolutoria ab excõicatione?*

590 Tu habes regulam quod ommiſsio cita 1 tionis vitiat † ſententiam. l. i. §. item cũ ex edicto. ff. quæ ſenten. ſine appel. fallit in ſententia excommunicationis, vt in c. ſacro. de ſenten. excommu. Modo quęro, quid in ſententia abſolutionis excommunicationis: an requiratur citatio? glo. ponit. xj. q. iij. c. excommunicatos. Innoc. in c. prudentiam. §. vj. de offi. delega. Spe. in ti. de contumacia. §. ſi. ver. ſed pone excommunicatus. ſequitur domini mei in duabus deciſionibus. Do tibi veram concluſionem Ioan. Andrę. in c. qua fronte. de appell. vbi determinat & dicit, ꝙ valet ſicut in ſententia excommunicationis, & non redditur propter hoc nulla, licet ſit iniqua ex ordinis defectu. & hoc per plures rationes: maxime eo, quia ea ſolemnitas quæ requiritur ad aliquem actum faciendum, eadem requiritur in eo diſſoluẽdo. l. ſi ad reſoluẽda. C. de prædi. mi. & l. ab emptione. ff. de pac. ſed in prolatione non requiritur. ergo nec in eius abſolutione.

ADDITIO. Ibi do tibi veram deciſionem. Adde Inno. in c. ab excommunicato. in verbo obtentis de reſcrip. Spec. in tit. de contu. §. ſi. verſ. ſed pone excommunicatus. Io. Anton. in c. qua fronte. hic alleg. & Imo. in ſi. & Panor. in v. col. qui dicit quod quando abſolutio ſit ab excommunicatore ſeu eius ſuperiore concurrente iuriſdictione in perſonam excommunicati valeret abſolutio abſque citatione partis vbi alias requireretur, nam ſicut valeret excõmunicatio ſine citatione & admonitione partis. c. ſacro. de ſenten. excommun. & per glo. xj. q. iij. c. j. & in ſumma ita valebit abſolutio cũ poteſtas ligandi & ſoluendi procedat a pari vt de pœni. diſtin. j. verbum & iuribus hic per Roma. allegatis. & quia abſolutio eſt actus magis fauorabilis. l. arrianus. ff de actio. & obli. & pro his eſt tex. nota. in c. venerabilibus. §. vbi autem. de ſen. excommu. in vj. vbi vide Gem. per quem tex. traditur vna regula generalis ꝙ dũmodo abſolutio fiat a iudice ſuo tunc quantũcunq; iniuſta valet & non eſt nulla, & ſic eſt concluſio quod nullo caſu abſolutio redditur nulla ex defectu citationis.

Idem Roma. conſi. cccli. ij. circa propoſitum. Bald. in l. ſi pacto quo pœnam. col. j. C. de pac. Abb. Deci. & alij in d. c. qua fronte. & in c. cum ſit Romana, de appell. & in c. j. extra glo. de iudi. Hippoly de Marſi. in l. de vno quoque. fallen. xiiij. ff. de re iudica. Auguſti. Bero. in c. quoniam contra. in gloſ. citatione s. nume. 96. de probat. Intellige hoc quando quis fuit excommunicatus ſimpliciter pro contumacia: ſecus ſi agatur de intereſſe partis, quia tunc requiritur citatio partis. vt per Roma. in d. conſi. cccliiij. Abba. Deci. in d. c. qua fronte. de appel. N. P.

1 *Maritus an poſtquam ingreſſus eſt monaſterium de conſenſu vxoris, poſsit facere vxori confeſsionem de dote iam recepta, & an illa confeſsio probet?*

591 Maritus eſt ingreſſus monaſterium de 1 vxoris † conſenſu, cuius quia antiqua, non

eſt habēda ſiniſtra ſuſpitio, qui maritus volens recognoſcere bonam fidem facit vxori poſt ingreſſum monaſterij confeſſionem de dote iam recepta: quæritur, an illa cōfeſſio probet? dic ꝙ non: ſecundum Spec. ſingulariter in tit. de ſtatu mona. §. j. q. lvj. adde hoc ad authentica ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ.

ADDITIO. Idem dicūt Paul. de Caſt. col. iij. & ibi Iaſ. in iiij. notab. in authen. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccl. Nic. Pig.

1 *Iudex eadem die poſt ſententiam latam poteſt ſupplere circa acceſſoria: & an idem arbiter poßit?*

992 Dicit l. Paulus. la j. ff. de re iudica. quod
1 iudex poteſt eadem die † poſt ſententiam latam ſupplere circa acceſſoria. Et habetur in c. cum appellationibus friuolis, de appella. lib. vj. Quæro quid in arbitro: an hoc poſſit? magna quæſtio fuit Romæ coram me inter dominos meos variantes in hoc: demum comperi glo. ſingularem, ſecundum quam iudicaui, licet multæ rationes eſſent in contrarium in l. quia arbiter & ſi errauerit. ff. de arb. no. bene.

ADDITIO. Quam glo. ſequitur Alex. poſt eos quos allegat in d. l. Paulus. in prin. & eam ſingul. dicit Ang. Are. in §. omnium. col. ij. verſic. tertio ſicut iudex. inſtitu. de actio. vbi ponit viij. æquiparationes, & xvj. differētias inter iudicem & arbitrum. Nicol. Pignol.

1 *Teſtator ſi condemnet hæredem ad mutuandum Titio centum, an Titius teneatur idoneum præſtare fideiuſsionem de illo mutuo reddendo, an vero nuda cautio ſufficiat?*

993 Condemnat teſtator hæredem ſuum, vt
1 mutuet † Titio centum: an Titius teneatur per hoc præſtare idoneam fideiuſsionē de illo mutuo reddendo? dic ꝙ non: ſufficit enim nuda cautio: text. eſt ſingularis in l. fideicommiſſa. §. ſi hæres. ff. de leg. iij.

ADDITIO. Adde ꝙ eſt duplicatum, vt infra ſing. dcccxcix. teſtator. N. P.

1 *Filius naturalis ſciens eius patrem ſuam impetrare legitimitatem, an pro conſentiente habeatur?*

994 Tu ſcis, quod ego dixi quod cogitabā in vno, & illud eſt: ſcis enim quod filius naturalis non eſt in poteſtate patris. vt inſtitu. de nup. in fi. cum ſimil. quod eſt verum, niſi ſit legitimatus: modo dicit tex. nota. in. §. generaliter. in authen. quib. mod. natura. eff. ſui. ꝙ in legitimatione requiritur filij conſenſus. & eſt ratio: quia non poteſt liber homo nolens alterius ſubijci poteſtati. Pone
1 quod filius † ſcit patrem impetrare ſuam legitimitatem, & non contradicit, an habeatur pro conſentiente? fuit magna quæſtio in facto, & omnes recurrebant ad materiā. l. quæ dotis. ff. ſolu. matri. & communiter tenebant quod non: quia in præiudicialibus taciturnitas non habetur pro cōſenſu. l. iij. §. inuitus. ff. de procura. ſed contrarium eſt verum. glo. eſt ſingularis in l. in adoptionibus. in verbo non contradicendo ff. de adoptio. & illā nemo notat, niſi ego, illam nunquam ſciui niſi heri.

ADDITIO. Facit regula. c. nōne de præſum. vbi Fely. col. v. infert ex illa regula ad iſtam glo. pro qua facit, nam licet certo reſpectu legitimatio ſit damnoſa filio, quia perdit libertatem, & non eſt amplius ſui iuris tamen attenta vtilitate quæ reſultat ex recuperatione iuris natalium præſumitur potius conſentire ꝙ̄ diſſentire ſecundū Roma. met qui hoc late tangit in l. quæ dotis. in xxij. col. ff. ſol. ma.

Et illam glo. ſequutus eſt Iaſ. in l. quę dotis. nume. 70. & in l. ij. §. voluntatem. in princip. ff. ſolu. matri. Ioan. Coraſ. in d. l. in adoptionibus. Deci. conſil. lv. & pro tenui. col. iiij. verſi. tertio. reſpon. & conſi. cclxvij. viſo puncto. col. ij. verſ. & quando. Nic. Boer. deciſio. clx ſed circa. in fi. Et adde ꝙ ſufficit ratificatio legitimati etiam poſt mortem patris vt tradit Deci. poſt alios in d. conſil. lv. & pro tenui. Nic. Pig.

1 *Primum & ſecundum decretum, quid ſint? & quomodo diffiniantur?*

2 *Secundum decretum nō poteſt interponi niſi contra latitantē niſi periculū ſit in mora.*

995 In hoc conſului pridie, ſay, o dei ſappe-
1 re, quid eſt ſecundum † decretum, quod eſt ſecunda iudicis aggrauatio punitiua contumaciæ: & ita primū poteſt diffiniri: & iſtud
2 ſecundum † decretum non poteſt interponi niſi contra latitantem. & eſt latitatio debitoris abſconſio fraudulenta in damnum creditoris. l. fulcinius. §. ſi quis poſſedit. ff. quib. ex cau. in poſ. ea. cum ſi. quod eſt ve-

rum, niſi periculum ſit in mora: tunc enim interponitur ſecundum decretum cōtra debitorem etiam non latitantem, tu legiſta bene habes hoc in tutore, & in tribus alijs caſibus vt in l. fulcinius. §. adeo. l. eum qui. §. fin. in glo. ff. de priui. credi. ſed quod in hoc ſit, nullus dixit niſi Ioan. And. in c. conſultationibus. de offi. deleg. in nouella. Bal. dicit etiam in vno loco, & non alibi. in c. j. de mili. vaſal. qui contu. eſt in vſi. feu.

ADDITIO. Adde Sand. qui aliqua dicit in propoſito in c. conſultationibus. hic alleg. col. iij. Et adde ꝙ dictum Ioan. Andr. de quo hic fuit Inno. in c. dilecto. de verbo. ſigni. quæ etiam allegat Ioan. Andrę. hic & Imo. in l. contra pupillum. ff. de re iudi. vbi idem dicit quod indiſtincte poteſt dari ſecū dum decretum contra non latitantem quotiens eſt magis vtile reo quod mittatur in poſſeſsionem ſecundi decreti. Et Roma. in conſi. cccclιiij. incip. ire præſenti.

☞ Adde ꝙ conſi. Roma. eſt nume. cccclιiij. in re præſenti. ij. dubio. quod ſequitur late Alexan. in l. ſi finita. §. iulianus. col. xvij. ff. de dam. infec. Hippol. in l. qui cedem. ff. de ſicar. col. ij. vbi plura in materia moræ ponit, & facit ſupra ſing. ccccxcix. Nic. Pig.

1 *Differentia quæ nam ſit inter inducere, delere, & ſuperinducere remiſsiue.*

596 Quæ differentia ſit inter inducere, de-
1 lere. † & ſuperinducere: vide gl. in l. ſi quis libertatem. ff. de peti. hæred. & l. inductum. C. de ſolutio.

☞ ADDITIO. Et docto. in l. j. & ij ff. de his quæ in teſta. dele. & in l. ſi vnus. C. de teſta. Nic. Pig.

1 *Abſentes pro republica multa habent priuilegia, niſi data opera & affectate cauſa reipublicæ abſit, quod præſumitur, ſi ille qui cauſa reipu. abeſt eſt in officio pauci valoris.*

597 Tu habes ꝙ abſentes cauſa reip. † (vt
1 Ambaſciatores) multa habent priuilegia, tamen illi, qui data opera & affectate cauſa reipubli. abſunt, non gaudent illis priuilegijs, vt l. & qui data. ff. ex qui. cau. ma. l. penul. C. quomo. & quando iud. & l. vniuerſi. C. de legat. lib. x. ſecundū vnam lect. Sed ad huius declarationem ſcias quod omnis ille, qui abeſt cauſa reipubli. in officio pauci valoris, præſumitur affectate & data opera abeſſe, tex. eſt ſingularis in l. ſpadonem. §. ſi. ff. de excuſa. tut. & illam nemo ad hoc notat & ideo tene menti.

☞ ADDITIO. Et ſequitur Alex. qui alios citat, in d. l. penul. & in d. l. vniuerſi. Fely. in c. ſi. de teſti. Hippoly. de Marſi. in l. j. §. cum quis. col. ij. & iij. ff. de quæſti. N. P.

1 *Legatarius habet tacitam hypothecam in bonis teſtatoris: & an ſpecialis hypotheca a teſtatore ipſi legatario data deroget generali a lege introductæ?*

2 *Legatarius an de iure fforum habebat bona teſtatoris tacite obligata.*

598 Legatarius habet tacitam hypothecā
1 † in bonis teſtatoris. l. j. C. commu. de legat. inſtitū. de leg. §. noſtra. cum ſim. Sed an hypotheca ſpecialis data per teſtatorem legatario deroget generali a lege introductæ? quid diceres, ꝙ ſic per l. ſi. C. de pac. conuē. per ea quæ dixi. in l. ſi cum dotem. in prin. ff. ſolu. ma. ſed tu dic contrarium. tex. eſt ſingularis in l. fundus. ff. de annu. legat. Et ſi dicis, ille tex. non probat: cū de iure fforum
2 legatarius † non habebat bona obligata tacite. dic quod non eſt verum, & eſt caſus in contrarium in l. creditoribus. ff. de ſeparat. & hoc nota.

☞ ADDITIO. Et hoc tenet Bal. in l. j. col. iij. verſi. quæro ſi teſtator pro legato. C. commu. delega. & approbat Rip. in l. j. in ſi. ff. de lega. j. Neguſa. in tracta. de pign. iiij. memb. ij. par. princi. xv. caſu. ij. amplia. Ibi & ſi dicis, contrarium eſt verum, vt l. j. C. commu. delega. vbi imperat. dicit ſe hypothecam de nouo inducere, & ita tenent communiter docto. in l. j. ff. de legat. j. & reſpon. ad d. l. creditoribus. quod loquitur in pignore prætorio iuxta l. non eſt mirum. ff. de pigno. actio. Nic. Pig.

1 *Confeſsio dotis receptæ a marito facta conſtante matrimonio tacitam donationem inducit: & an illa præſumpta donatio reuocata cenſeatur, ex reuocatione dicta cōfeſsionis a marito facta.*

599 Scis ꝙ donatio inter virum & vxorem facta reuocari poteſt vſq; ad vltimum mortis articulum: vt l. cum hic ſtatus. §. ait oratio, ff. de donat. inter vir. & vxor. † Modo
1

vir confeſſus eſt recepiſſe dotem a muliere conſtante matrimonio, ex qua confeſsione reſultat tacita donatio inter eos vt ſcis, quid ſi poſtea dicit confeſsionem illam fuiſſe falſam, an videatur per hoc reuocaſſe illam tacitam donationem ex ea reſultantem? quilibet diceret quod ſic, ſed cõtrarium eſt verum, & ita ſingulariter tenet Ioan. Andræ, in additio. Spec. in rubri. de dona. inter vir. & vxor. referens ibi hoc fuiſſe diſputatum per antiquum doctorem. præſumitur enim potius voluiſſe quod illa habeat vxor tanquam donata, quàm vt debita. & pro hoc eſt tex. nota. in d. l. cum hic ſtatus. §. pœnitentia. ad finem.

1 *Vxor incidens ſibi capillos cauſa deuotionis viro inuito, an ſit ipſo iure excommunicata?*

600 Eſt nunc Florentiæ vna formoſiſsima iuuencula, quæ habet formoſiſsimum virũ quæque audita prædicatione (& eſt domini palleæ nurus) incidit ſibi comam, ſeu ca-
1 pillos cauſa deuotionis: quæritur, † an per hoc ſit excommunicata ipſo iure, ſi fecit viro inuito? dic quod ſic, tex. eſt ſingularis, xxx. diſt. c. quæcunque.

ADDITIO. Quem etiam dixit ſingul. Brixi. in Dictiona. verſic. mulier. & de eo facit mentionem Abba. in c. ſi quis ex clericis. de vita & hone. cle. Ncol. Pig.

1 *Veſte æſtiua, & hiemali annuatim legata, quo tempore ea peti poßint?*

601 Aliud non ſcimus, & tu vere ſcis, quod relictum annuum reſpectu certe neceſsitatis debetur eo tempore, quo ineſt neceſsitas. l. nec ſemel. §. ſi inhibita. C. quando dies
1 lega. ced. pone † quod teſtator annuatim legat veſtem æſtiuam & hiemalem: quæritur quando poſsit peti? dic quod æſtiuã in menſe Aprilis, & hiemale in menſe Septembris. C. de milit. veſt. l. j. lib. xij. vbi eſt caſus ſing.

ADDITIO. Et ibi Bar. & alij Anto. Corſe. verſi. veſtis. Nic. Pigno.

1 *Subdiaconus a Papa diſpenſatus ad inſtantiam alicuius mulieris, quòd vxorem ducere poſsit, an eandem in vxorem ducere compellatur?*

602 An ſubdiaconus, cui Papa diſpenſauit contemplatione vnius nobiliſsimæ dominæ, quod poſsit vxorem capere, compellatur
1 † eandem ducere, alij qui allegãt verba Bal. in l. ij. C. de ædil. act. ſed non concludunt. ſed caſus eſt in terminis quod hic in l. matrimonij. ff. de ritu nup. bene facit l. quod & Atteius. ff. eo. ti. & l. matrimonij. ff. qui & a qui. licet Pe. de Anchara. in conſilijs ſuis dixerit contra. & male.

ADDITIO. Adde quod conſilio Pe. de Anch. ſunt forte illa quæ alleg. Deci. conſil. cx j. in præſenti. colum. penulti. & fina. Nicol. Pigno.

1 *Priuilegium mihi conceſſum, quòd pro bonis meis ad collectarum ſolutionem non tenear, an extendatur ad prædium meum ab alio bona fide poſſeſſum, licet ad me poſtea reuertatur?*

603 An priuilegium mihi conceſſum, quod
1 † non tenear ad ſolutionem collectarum de meis bonis, extendatur ad prædium meum ab alio poſſeſſum bona fide, licet ad me poſtea reuertatur? ſi tu tres ad illud, an exemplio extendatur ad bona futura: de quo dixi in l. damni. §. ſi is qui. ff. de damno infect. ſed non facit, quia hic non ſumus in bonis futuris. dic ergo, quod non extenditur ad prædium ab alio poſſeſſum, licet ad me reuerſum glo. eſt ſingularis in c. ij. in verbo. poſsidebam. de deci. lib. vj. Referens ita tenere Hoſti. in c. dudum. de priuil.

ADDITIO. Adde quod idem tenet Inno. & communiter doct. in c. dudum vbi tenent quod ſola iuſta poſſeſsio ſufficiat ad impediendum vires priuilegij. tenet etiam Gemi. in c. ij. hic alleg.

1 *Pubes vſque ad quot annos maſculus, fœminaq; dicatur ſi de alimentis tractetur?*

604 In materia alimentorum pubes intelli-
1 gitur † in maſculo vſque ad xviij. in fœmina vſq; ad xiiij. annos. l. mela. ff. de alimen. & cibar. lega.

ADDITIO. Et ſing. dicit Bar. ibi & Franc. Cremen. ſingu. lxxvij. relicta., Deci. in l. fin. C. de carbo. edict. Quæ ætas dicitur plena pubertas. §. minorem. inſtitu. de adoptio. & adde ſupra ſingulari cxxiij. vltimo. Nico. Pig.

1 *Diſpoſitio l. j. C. ſi dos conſtan. matrimo. an habeat locum in dote promiſſa, non data?*

605 Tu habuiſti in l.quamuis.ff.ſol.matri. quod conſtante matrimonio ex cauſis maritus dotem vxori reddere poteſt: extra illas cauſas non l.j.C.ſi dos conſtan.matrim. ſed
1 an † illa lex habeat locum in dote promiſſa non data, ſed danda per vxorem marito, & an poſſit vxori ex cauſa quacunque remitti? tu diceres quod non: quia promittere & ſoluere idem ſunt. vt l.ſi.ad l.fal. pur, remittere eſt donare: ſed cõſtante matrimonio non valet donatio inter coniuges. Præterea vxor & maritus ſunt correlatiua: & correlatiuorum eadem eſt diſciplina.l.ſi.ff. de accep. ſed vxor non poteſt.l.vt autem. ff.de pac.dota.ergo idem eſt in marito. Sed contrarium eſt veritas glo. eſt ſingularis ſecundum Cy.& Bald.ibi in l.ſi conſtante.in verbo, firma.C.de dona.ante nup.

ADDITIO. Quam dicunt ſingulariter ibi doctor. Alexan.& alij in l.j.in prin.& in d.l.quamuis.ff.ſolu.matri. Nicol. Boer.deciſio.xxij.an bona.nu.22. Nic.Pig.

1 *Alienationis verbum in reſcriptis largiſſime accipitur, etiam ſi res tantũ ſit ablata.*

606 Tu ſcis ꝙ quid eſſe alienatum capitur dupliciter: ſtricte videlicet, & large. ſtricte, cum dominium eſt translatum.l.j.C.de fundo do.& l.alienatum.ff.de verbo.ſig. largo modo dicimus, ſi poſſeſſionem tantum in alium tranſtulerim.l.non ſolum.in princ.ff. de alie.iudi.mu.cauſa fac.l.ſi.C.de reb.ali. non alie.& in authen.de non alienandis.§. nos igitur. Canoniſtæ in c.nulli.de reb.ec-
1 cle.non alie.in tex.& in glo. Modo † quæro: quid in reſcriptis principum, quomodo accipiatur verbum alienatum? hoc nõ habes per legiſtas, ſed eſt verbum Innoc.in c. Epiſcopi.de reb.eccle.dicentis verbũ alienare in reſcriptis accipi largiſſime, etiam ſi ſolum mihi res ablata ſit dicitur alienata.

ADDITIO. Adde cum dixit Innoc. in loco hic alleg. ꝙ reſcripta debent latiſſime interpretari.l.ſolemnis.ff.de iudic & c. cum eccleſia.de cauſa poſſ.& propr.& Panor.ibi dicit eſſe perpetuo notandum dictum quia videtur extraneum quod reſcripta ad lites ſint latiſſime interpretanda cum præiudicent iuriſdictioni ordinariæ, & videtur contra c.ſedes.de reſcrip.& c.ad hoc.eo.ti. & iura per Innoc.allegata nõ loquuntur de reſcrip. ſed dicunt ſolũ quod in iudicio ſeu in libello eſt fienda largiſſima interpretatio: quia oia ueniunt in iudiciũ. Sed vt ſaluetur Innoc.poteſt dici ſecundum eum quod vbi agitur de vi comprehenſiua reſcripti procedet dictum ſuum, quia reſcriptum eſt modici præiudicij cum concedatur tantum exercitium actionis cõpetentis coram delegato. & hoc niſi cõcomittatur aliqua fraus et hoc caſu loquitur.d c.ſedes.ſed ſi agitur de vi extenſiua tunc ſecus.nam debet ſtrictiſſime interpretari.vt in c.ſi.& c.Rodulphus.de reſcrip.

Et idem Innoc.in c.cum olim Abbas. in verbo mentio de offic.delega. idem Roman.conſi.cccxliij.ex propoſito.iij.dubio. Abb.in c.j.col.ij.de reſtit.in integ. late per Fely qui alios citat.in rubri.de reſcrip.col. iij.verſi.cæterum. qui reſpondet aliquibus in contrarium adductis. Deci.& præceptor meus Hierony.Cagnol.in l.non alienat.ff. de regul.iur. Auguſt.Bero.in d.c.Epiſcopi. in ſi.qui diſtinguit vt per eum. Nic.Pig.

1 *Vicarius generalis Epiſcopi beneficia conferre non poteſt: & an poſſit præſentatum per fundatorem eccleſiæ, rectorem inſtituere?*

607 Tu ſcis, quod fundatores eccleſiarum habẽt a iure canonico priuilegium præſentandi rectorẽ in illa eccleſia: & Epiſcopus cogitur confirmare illum præſentatum per fundatores eccleſiæ, ſi tamen eſt idoneus.
1 Modo hodie fui interrogatus, Vicarius † generalis non poteſt conferre beneficia.c.in generali, de offic.vica.lib.vj.ſed an poſſit illum præſentatum per fundatorem rectorẽ inſtituere? quidam doctor conſuluit ꝙ nõ: ſed male.caſus eſt ſingularis in c.ex frequẽtibus.de inſti.vbi eſt caſus rotundus.

ADDITIO. Et idem tenet ibi glo.& Abb.poſt alios nume.7.& gl.penul. Et ibi Arch.Io.Domi.& alij,in d.c.ſi.& ſentit idem Roma.conſi.ccccixv.in re præſenti,Bellam.deciſio.xciiij.licet. Deci.conſil. cxxj.in cauſa,col.j.& eſt commu. vt plene per Roch.Cur.de iure patro.verſi.competens alicui.q.xxxj.Nicol.Boer.qui alios citat,deciſio.xxx.quæritur.col.ij. Nic.Pig.

1 *Secundum decretum an ſit ſententia interlocutoria, vel diffinitiua?*

2 *Secundum decretum poteſt a iudice reuocari, quandocunque ei conſtiterit illud eſſe iniuſtum.*

608 Secundum decretũ an ſit ſententia † in-

1 terlocutoria vel diffinitiua, effectus eſt magnus, vt in c.cum ceſſante.de appell.& l.quod iuſsit.ff.de re iudica.Bart.ponit in l.ij.ff.de appel.Bal.in l.ij.C.de epiſco.audi. Dy.in l.ſi finita.§.ſi hoc forte.ff.de dam.infe.& varie loquuntur.Ego dico quod eſt interlocutoria.glo.eſt ſingularis in l.præſenti.§.cum autem.in verſic.admodum.C.de his qui ad eccle.confugi.probo rationibus: ſententia diffinitiua non poteſt dari contra minorem l.cum & minores.C.ſi aduer.rem iudica.l.acta.in fi.& l.cõtra pupillũ.ff.de re iudi.ſed ſcdm decretũ patitur minor l.ſi minor.ff.de bon.auto.iudi.poſſ.ergo non eſt diffinitiua, ergo interlocutoria.item ſententia diffinitiua non fertur lite non conteſt.l.ſi.§.illud.C.de tempo.appel.& l.prolatam.cum ſi.C.de ſenten.& interlo.ſed ſecundum decretũ fertur lite non conteſta.l.cum proponas.C.de bo.au.iudi.poſ. Et ex hoc reſultat verificatio dicti ſingularis.Innoc.in c.dilecto.
2 de verbo.ſig.vbi vult,† ꝙ quandocunque iudici conſtaret ſecundum decretum alias interpoſitum eſſe iniuſtum poteſt illud reuocare,quod etiam tenet Bart.in l.non videtur.la j.ff.de iudi.licet Inno.non alleget quanquam Canoniſtæ reprobent, & male, dictum præfatum Inno.

ADDITIO. Et quod ſecundum decretum ſit ſententia interlocutoria habens tamen vim diffinitiue no.Bar.in d.§.ſi forte.& expreſsius Bald.in l.ij.ff.ſi ex noxal. cau.aga.& alij quos allegat Felyn.in c.qua liter & quando.ij.col.v.de accuſ.Ad iſtud quod ſecundum decretum ſit ſententia interlocutoria,& quod ſit reuocabile per iudicem.vide etiam Fely.in c.conſultationibus.col.iij.de offi.& po.iudi.dele.

☞ Et idem Roma.conſi.cccclxiij.in re præſenti,nume.20.Abb.in c.j.col.iij.de eo qui mit.in poſ.& in conſi.cl.ex omnibus.libr.j. Alexan.& Iaſ.& alij in d.l.quod iuſsit. illic col.vj.hic.col.viij. Nic.Pig.

1 *Iudices duo ſi ſimilem iuriſdictionem habeant,& inter eos ſit locus præuentioni, an ſit in quæſtione,quæ vtriuſque iuriſdictionem concernit, verba ad eorum alterum dirigantur,trahantur etiam,& locũ habeant in altero non nominato iudice?*

609 Tu Senẽſis habes hic duos iudices,poteſtatem & capitaneum habentes ſimilem iuriſdictionem,& inter,quos eſt locus præ-
1 uentioni:Modo † pone quod ſit Senis vna quæſtio,quæ in his,quæ concernunt iuriſdictionem vtriuſque, dirigit verba ſua tantũ ad vnum dictorum iudicum: an illa habeat locum in alio iudice non nominato ibi? tu ires ad generalia:quia ſtatuta ſunt ſtricti iuris,merito ad aliam perſonã non extenduntur.Sed male diceres:& ideo dic,quod habet locum in alio iudice,de quo in eo mentio non ſit,tex.eſt ſingularis.& ibi no.Bar. ſumme in l.ij §.ſi iure.ff.ad ſenatuſcon.tertul.vbi eſt caſus,et ita conſulã nũc de facto

☞ ADDITIO. Sequitur Alexan. conſi.cvj.viſo themate,col.iij.lib.iij.& conſuluit Franciſ. Areti.conſi.cvij.clariſsime. in fine. Nico.Pigno.

1 *Chriſtianus circuncidens filium ſuum, qua pœna teneatur?*

2 *Caſtrans aliquem pœna legis Corneliæ. de ſicarijs tenetur.*

610 Qua pœna punitur chriſtianus † circũ-
1 cidens filium ſuum:ut faciunt iudæi,quibus
2 permittitur per reſcriptum diui pij?dic †ꝙ tenetur pœna caſtrãtis aliquem ſcilicet pœna legis Corneliæ.de ſica.tex.eſt ſingularis in l.circuncidere.ff.ad l.Cor.de ſica.

1 *Obligatio omnium bonorum pro reſtitutione pecuniæ mihi a te mutuate, an trahatur ad pecuniam mihi per alium mutuatam: Et an ad eandẽ a te mutuo acceptã.*

611 Accipio a te pecuniam mutuo, & pro ea reddenda obligo tibi omnia bona mea: certum eſt quod in generali obligatione bonorum veniunt etiam futura.l.ſi.C.quæ res
1 pig.Sed an† veniat in obligatione generali illa pecunia mihi mutuata per alium? dic ꝙ ſic.l.idemq;.in ſi.ff.qui potio.in pig.hab. ſed an veniat illa,quam mutuo a te ipſo, ꝗ accipis obligationem pignoris? Albert.Galeotus in margar.titu. de pigno.verſicu.ſed pone accipio.Et Ricar.Malum.in l.in obligatione.ff de pignor.& eſt breuis ipſorum determinatio, quod pecunia mutuo accepta non venit in obligatione generali facta mutuanti.tex eſt ſingularis a contrario ſenſu in l.cum tabernam.§.fin.verſicu.ab alio. ff.de pignor.

☞ ADDITIO. Et quæ ſit ratio, ponit pulchre Bal.poſt Ricar.Malum.in d. §.ſi.Neguſ.in tract.pigno.ij.memb.ij.parte

nume.12 & 13. Moder. Anco. qui alios cuāt in tracta. de merca. mu. manda. fo. vlt. N.P.

1 *Pecuniam redactam ex venditione rei meæ a te facta, poſſum in ſubſidium repetere. Et quid econtra, ſi ex pecunia mea rem emas, an in ſubſidium poſſim ad illam agere, licet mihi obligata non ſit.*

612 Tu habes, ꝙ pecuniā redactam ex ven
1 ditione † rei meæ per te facta ego in ſubſidium poſſum repetere, l. mater. C. de rei vē. l. ſi eum ſeruum. ff. ſi cer. peta. & l. ſi. ff. de ne go. geſt. Sed quid econtra, ut quia ex pecunia mea emis rem: an in ſubſidium poſsim ad illam rem agere, licet non ſit mihi obligata, vt l. ſi ex ea. C. de rei vendi. & C. de pignor. l. quamuis, la ij. Glo. eſt in l. proculus, ff. de iure d . quam allegat Cyn. in d. l. mater. in q. t ſed pro ea eſt caſus in l. vxor marito. ff. de dona. inter vir. & vxor. & tenet ꝙ ſic. quam nota.

ADDITIO. Et ꝙ ille text. loquatur in ſubſidium tenet Bal. ibi. & gl. in fi. in l. ſi filij tu . C. eo. titu. Bar. in l. ſi vt proponis. in fi. & ibi Bal. v. q. & Caſtren. in fin. poſt Ang. C. de rei vendi. idem Bar. & Bal. in l. ex pecunia. C. de iure dot. Augu. Bero. in c. cum tu. nume 46. de vſur. Alex. conſil. xxxviij. lib. ij. Matth. de Afflic. in tit. de frat. de no bene. inueſt. §. ſi duo. col. ij. Quicquid dicat Ioan. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxo. §. lx colum. vj. verſic. ſed in caſu. Et intellige illum tex. ſpecialiter in re empta ex pecunia donata vel dotali vt per Bal in d. q. v. & in d l. mater nume. 11. Fran. Rip. in l. ſenatus. col. v. fallen. vj ff. in quib. cau. pigno. &c. Quicquid dicat glo. in d. l. ſi vt proponis. & Roma. hic poſt Ang. in d. l. ſi filij tui. in fin. Adde ꝙ illa lex procedit in re empta per vxorem ex pecunia ſibi a marito do ata, vt per Rip. vbi ſupra, & reſpon. lib. iij. c. iiij. col. ſi. Nic. Pig.

1 *Hæres an poſſit petere illud, quod debebat ſibi dari a legatario, ſi ſemel illud oblatum repudiauit.*

613 Eſt magna quæſtio in l. fin. C. de condi. inſer. per glo. & doct. ibi an hæres poſſit
1 petere illud, quod debebat ſibi dari a legatario, ſi ſemel illud oblatum repudiauit: & in hoc volo te docere vnum tex. quem didici in libro domini Bal. quem ſcartabellādo dum eſſem ſcholaris inueni, clarum eſt ꝙ tunc conditio habetur pro impleta vt l. in teſtamento. & l. iure ciuili. de conditio. & demon. Bar. in d. l. fi. ponit ſuam diſtinctionem, quam totus mundus approbat, quod conditione habita pro impleta ex hæredis repudiatione, ſi diſpoſitio trahit ſecum executionem quo ad ius. & quo ad factum, & tunc dicit ipſe, quod ſemel repudiatum nō poteſt per hæredem repeti. caſus eſt ſecundum eum in d. l. fi. 3. Aut eſt facta executio quo ad ius. non quo ad factum. & tunc poteſt petere, nil allegat, ſed ita dicit ſe putare. Ego autem dico quod indiſtincte nō poteſt repetere. & hic eſt contra ſecundū membrum eius. eſt tex. ſingularis l. ſi hæres cui. ff. ad l. falc. & ibi erit vna manus magna cū nota dicente, nota hic caſum contra Bar. & eſt mirabile quod Bal. ſequitur B r. in l. fi. l. fi. & ideo nō co fid s nimiū in doctorib.

ADDITIO. Et eſt verum quam q. diſputat plene & more ſuo eleganter magiſter meus in l. ſi hæres. hic alle. & refert plures docto. hincinde. & tandem dicit ꝙ communiter tenetur intellectus Petri in l. cui fundus. in fi. de condi. & demon. ſecundum quem gl. in d. l. ſi hæres. concludit ꝙ hæres poterit ſe tueri exceptione ſi vult ſibi dari cauſa conditionis implendæ illud ꝙ prius accipere recuſauit. & reſpondet ad text. in d. l. ſi hæres. Alexan. vero dicit ꝙ putat eſſe tutius tenere quod ſi antequam facta ſit talis reſtitutio fideicommiſſi hæres velit reuocare propoſitū & conſequi id quod erat datum ſibi cauſa conditionis implendæ id poſsit & poſſunt ad allegata in contrarium ad quod vide etiam not. per Bal. in l. j. in ff. de inſtitutio. & ſubſtitu. poſt Cyn. & quod ibi dixit Alexan.

Hoc examinant docto. in d. l. fin. & in d. l. ſi hæres. Nic. Pigno.

1 *Legatis omnibus rebus, quas teſtator emit, an eæ veniant, quæ ad teſtatorem peruenerunt ex alio titulo.*

614 Verbum emptionis & venditionis omnem contractū, per quem inducitur rei alienatio, comprehendit. l. ſtatu liberi. §. quintus. ff. de ſtatu libe. c. j. de contro. inter do. & empt. in vſi. feu. & habetur plene in l. ij.
1 C. de vſuc. pro emp. Sed quid † in legato omnium rerum, quas teſtator emit, an veniant illa, quæ ad teſtatorem peruenerunt ex alio ti. dic ꝙ non. tex. eſt notabilis & ſingularis

in l.item legato.§.item intereſt.ff.de leg.iij.

ADDITIO. Iſtud dictum refert & ſequitur Sande.in c.prælatorum.colum.vj. in prin.de accuſ.de iſta materia vide etiam glo.j.in l.fi.C.de pact.inter empt.& vendi. in verbo titulo in c.j.de vſu.in vj.& omnino Aug.in l.cum hij §.penul.ff.de tranſact. Bal.in c.fi.de contro.inter do.& emp.feu. Cy.in l.fi.in vlti.oppo.C.in quibus cau.in integ.reſtit.non eſt neceſſaria Pau.de Caſt. con ii.xxvj.

Adde late Alexan.& Recentio.in l.filiusfamil §.diui.in viij.q Bart.ff de lega.j. Auguſt.Bero.in c j.nume.39.in fin.de præcarijs. Nicol. Pigno.

1 *Pretium in perſonalibus, an ſuccedat loco rei: & quid in realibus, & in hypothecaria?*

615 Tu habes, an in perſonalibus pretium
1 ſuccedat † loco rei l.venditor ex hæreditate.ff.de hære.vel ac.ven.in realibus habes. l.ſi rem & pretium.ff.de rei vend & l.iure. C.eo.cum ſimil.Sed quid in hypothecaria: an pretium ſuccedat loco rei? dic ꝙ non, niſi in ſubſidium.text.eſt ſingularis in l.j.ff. de diſtrac.pign.cum glo.fin.& Bar.facit feſtum ib, & in l.qui a debitore.in prin.ff.de his quæ in frau.cre.quod no.

ADDITIO. Sequuntur Ang. in d.l.ſi rem & pretium. Alexã. conſi.cviij. viſo.col fi.lib.v.Iaſo.in.§.item ſeruiana.nume.39.& ibi Gomes.nume.14.inſti.de acti. idem Iaſ.in l.ſi eum ſeruum.col.fin.ff.ſi cer. peta.late Negu ſa.in tracta.pignor.j.memb. v.part.princ.q.xvj.Intelligentes hoc procedere in actione particulari: ſecus vniuerſali,quia tunc ſemper ſuccedit loco pretij.lite non habere locum in habente cauſam onerosam:quia non ſuccedit loco pretij,niſi aliquid ex pretio ſupereſſet. Nic.Pig.

1 *Legitima, quomodo a patre poteſt filijs auferri?*

2 *Intellectus l.ſi ff.ſi quid in fraud.patro.*

616 Quidam Cardinalis nunc mortuus Nouarienſis,qui valens fuit,parum antequam recederem de Roma quæſiuit a me, an do-
1 ctrina Dy.et Bar.per quam prouidetur,† vt filijs legitima auferatur in l.hæreditarium. ff.de bon.aut.iudi.poſ.volens,ꝙ pater poſt mortem ſuam ex ti.oneroſo promittat omnia bona tertio, & ſic filius remanebit ſine legitima,quia forte pretium conſumpſit pater in vita.& hoc per d l.hæreditarium.legitima enim debetur deducto ære alieno.l. Papi.§ quarta.cum ſimil.ff.de inoffi.teſta. ſed detrahendo æs alienum poſt mortẽ patris nil remanet in bonis patr s.ergo &c. Sed an ſit vera dicta doctrina Bar.& Dyn. dic ꝙ non per caſum l.fi.ff.ſi quid in fraud. patro.vbi quocunque modo ſint per patrẽ alienata in fraudem etiam ti.oneroſo.reuocatur quicquid alienatum eſt in fraudem legitimæ Et per alienationem omnium bonorum præſumitur fraus.l.omnes.§.lucius.ff. de his quæ in fraud. credi.ſed ſi tu dicis qđ
2 d.l.fin.non loquitur † in filio naturali.reſpondeo ꝙ illud multo magis debet eſſe in eo,cui eſt magis hæreditas debita. & quod hoc ſit verum ita illam l.intelligit Bar.in l. non vſque adeo.ff.ſi quis a pa.fue.ma.Hoſtien.in c.Raynutius.de teſta.licet Bald.variauerit quia vnum dixit in l.ij.C.ſi quid ĩ frau pat.aliud in l.j.C.de his quæ in fraud. credi.& in l.j.de inoffi dona. Quicquid ſit, veritas eſt quod illa l.fi.habet locum multo magis in filio naturali per dictam rationẽ.

ADDITIO. An promiſſio iſta facta per patrẽ valeat in fraudem filij. vide per glo.Bar.& alios ſcribentes in l.fi.C.de pac. aliquas remiſſiones in materia dat Alexã. in l.hæreditarium.in apoſt.

Adde Iaſon.in l.ſi arogator.col.ix.ff.de adop.Cæpol caute.xxj.pater.docto.in d.c. Raynaldus.& in.§.item ſi quis in fraudem. inſtitu.de actio.& dicit Ioan.Dilect.de arte teſta.titu de libe.inſti.caute.xvij.hoc remedium ita ambiguum vt deciſione principis indigeat:quia multi contra Bart.& Roma. hic tenent. Nic.Pig.

1 *Theſauri inueniendi cauſa alienum fundũ inuito domino ingredi non licet: Et quid in vena lapidis,vel ferri.*

617 Regula eſt quod rem alienam non poſſum inuito domino ingredi. vt l per agrũ. C.de ſerui.& aqua.l.iniuriarum.in fin.cum ſimil.ff.de iniur.& l.diuus ff.de ſerui.ruſti.
1 & eſt † alia ꝙ ad quærendũ theſaurum non poſſum alienum fundum introire nolente domino.vt l.j.§.in alienis.C.de theſau.lib. xj.Modo pone quod dicitur venam lapidis.vel ferri eſſe in fundo alieno: an poſsũ ingredi inuito domino ad eam acquirendã? quidam dicunt quod non per prædicta:Sed dic contrarium,duæ ſunt glo.notabiles.C.

de metal.l.quoſdam.& l.iij.libr.xj.& illas adde ad prædicta iura.

ADDITIO. Sequitur Paul.de Caſt. dicens ſe conſuluiſſe in l.diuortio.§.ſi vir.ff.ſolu.matri.conci.meus Cæpo referẽs conſi.Pau.de Caſt in tracta.ruſt.prædio.c.xxij.de montibus.Matth.de Afflic.in ti.quæ ſint regalia.§.argentariæ.Hippo.congerens plura vtilitatis publicæ introducta in.§.aggredior.col.xj.in practi.crimi. Nic.Pig.

1 *Diſpoſitio l.bene a Zenone.C de quadrien.præſcriptio.an habeat locum in eccleſia.*

618 L.bene a zenone.C.de quadrien.præ-
1 ſcrip.vult,q priuilegiu † habens rem ab imperatore,licet alienam,aliquo titu.non poſsit moleſtari ab illo, qui eiuſdem rei dominiũ prætenderet,ſed debet ad principem recurrere. Modo i ciuitate Mediolani ipſe dux, (qui vtitur iure principis)donauit eccleſiæ quaſdam res:an poſsit inquietari eccleſia, & an ſit tuta per d.l bene a zenone? multa conſilia ſuper hoc emanarunt quaſi per omnes docto.Italiæ, qui nil in terminis allegarunt,nec mirum quia & ego ignorabam de hoc eſſe glo ſingularem.xij q.ij.quicunque militum. alleg.autem tex.probantem.c.placuit.xvj.q.iij.quæ determinat mirabiliter.l.bene a zenone.nõ habere locũ in eccleſia.

ADDITIO. Adde Felyn.qui in ſpecie ponit iſtam limitationem vt nõ habeat locum in eccleſia donataria principis:quia rem alienam non præſcribit quadriennio.in c.quæ in eccleſiarum. col.xiij.verſic.ſed vlterius.& dicit quod eſt etiam gl.in c.placuit.ij j.hic alle.& i.§.quas actiones.in verbo quadriennij.xvj.q.iij.

Adde Soci.in regu.cccxlij.fallen.vj.Iaſ.in authen.quas actiones.colum.j.in fi.C.de ſacroſan.eccleſi.& eſt communis opinio vt per doct.in d.c.quæ in eccleſiarum.vbi Auguſti.Bero.nume.157.& ipſum poſt doct.in c.qui res.de rebus eccle.non alie.vbi tenet contra Roma.& docto.& ponit nouum intellectum ad d.c.placuit.& commun.ſequitur Alexan.in conſi.lij.in cauſa.col.iij.verſic.quarto reſpon. lib.vij Soci.Iun.conſilio lxix.col.penul.verſi.ſecundo tollitur.lib.j.Matthæ.de Affli. Deciſio.Neap.ccclxj.munaſter.ad fi. Et adde aliam limitatio.ad d.l.bene a zenone. infra ſing.dccxliiij.anno.& ibi plures alios allegabo.

1 *Coniuncta perſona poteſt agere pro coniuncta, & an id in ſpiritualibus locum habeat?*

2 *Procurator in cauſis ſpiritualibus admittitur cum cautione rati, cum de eius mandato dubitatur.*

619 Tu audiſti l.exigendi.C.de procu.vbi ti tuo maeſtro dedit tibi regulam,quod con-
1 iuncta † perſona poteſt agere pro coniuncta, vt ibi.& in l.ſed & hæ.ff.de procur.& c.ſunt nonnulli.de reſcrip.ſed an habeat locum in ſpiritualibus? Spec. in ti.de coniuncta perſona,verſi.item quod eſt cauſa ſpiritualis. determinat quod non. Sed nil boni allegat. domini mei de Rota deciſio.cxiij.in cauſa.in nouis.idem determinant & allegant c.fi.de iudi.lib.vj.quod aliquantulum facit:tu enim ſcis quod filiusfamil. non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio. vt l.fi.§.neceſsitate.cum ſimil.C.de bo.quæ lib.fallit in ſpiritualibus.d.c.fina.vbi videtur caſus.ſed non probat: nam loquitur qđ pater non poteſt interuenire vt legitimus adminiſtrator in beneficialibus, ſecundum formam l.ſ.C.de bo.mater. non vt coniuncta perſona. Sed ego probo dupliciter. Primo, per regulam quod in cauſis in quibus ſpeciale mandatum requiritur coniuncta non poteſt agere pro coniũcta,vt eſt caſus in l.patri.cum duabus ll.præcedenti.ff.de minor.ſed ad cauſas ſpirituales requirit ſpeciale mandatum.glo.ordina.in c.qui ad agendum.de procurat.lib.vj.ergo coniũcta perſona in eis non poteſt interuenire. Secundo,vt cõiuncta perſona poſsit agere eſt neceſſaria cautio rati petente parte, vt d.l.exigendi.ibi alia obſeruatione & l.iij.§.ſed & ſi forte.ff.iudic.ſol.quæ cautio continet obligationem ad intereſſe.vt in tit.rem rat.habe.per totum. ſed hæc cautio continens intereſſe nõ poteſt pręſtari in ſpiritualibus:vt probatur,quia non recipiunt ęſtimationem ſpiritualia.j.q ij.c.quam pio. ergo &c. Sed
2 hæc ratio non eſt bona:quia in cauſis † ſpiritualibus admittitur procurator cum dubitatur de mandato cum cautione rati.glo.eſt ſingul.in c.coram.de offi.deleg. & probatur in c.per tuas. de arbi.& in l.procurator ad exigendum.§.ſi quis a procuratore.ff.rem ra.habe.& æſtimabitur : quia ſi non habetur ratum procur.promittet quid certum,vt centum nomine pœnę. Dico ergo concludendo,quod contra deciſionem Specu.& dominorum meorum eſt glo.ſingularis in c.cum pridem, in verbo,ſed dicebat,

de pact. vnde, aut quærimus an pater poſſit pro filio,& dic quod ſic.caſus eſt in c.accedens. de procurator.vbi pater conſtituit procuratorem ad agendum pro filio in cauſa matrimoniali,aut in alia perſona, & dic ſecus,per rationem prædictam:quia ſpeciale requiritur mandatum,vt d.glo.in d.c.qui ad agendum.& hoc nota perpetuo.

ADDITIO. Adde Panor.in c.coram quem etiam ibi refert Fely.de offi.& pote.iud.deleg.dicit quod in cauſa ſpirituali cōiunctus non admittitur.& ratio quia in illis requiritur ſpeciale mandatum. Idem tenet Abb.in c.cum pridem.de pact.hic alle.contra glo.ibi idem Lap.alleg vij.in ij col.Cardi.in clemen.j.in vj.q de procura.& in clemen.non poteſt. in iiij.q.eo.titu.Bart.& Alexā.in l.ſi ſtipulatus fuerim illud aut illud,de verbo.obli. in ff.& Panor.in c.nonnulli. de reſcript.ſed dicas quod de rigore iuris contrarium eſt verum vt plene dicūt docto.in d.c.coram. de offic.& po.iudi.deleg.vide per eos.

☞ Adde Innocen.& alios vbi Cardi.in v.notab.in d.c.accedens Iaſon.in d.l.exigendi.col.iij.fallen.v.pulchre per do.Auguſti.Bero.in quæſtio.famil.cxxxij.vtrum. Et idem quod tradit Rot.in d.deciſi.cxliij.tradit etiam deciſio.ccccxx.ſi committatur.in prin.in nouis.& helliam deciſi.dclxxxij.in cauſis. Nic.Pig.

1 *Tranſactio, an fieri poſſit in cauſa matrimoniali. Et nunquid iuramentum deferri poſſit.*

2 *Confeſſioni coniugum an in matrimoniali cauſa ſtetur.*

620 Tu audiuiſti l.fi.C.de tranſa.& hait præ
tor.de iureiuran. vbi ponuntur duæ quæ-
1 ſtiones. Prima,† an in cauſa matrimonia
li poſſit fieri tranſactio, de qua eſt caſus in
c.ſi de tranſactio.in qua eſt concluſio,quod
aut per illam inducitur validitas matrimo-
nij,& valet alias ſecus. Secunda eſt: an in
cauſa matrimoniali poſſit deferri iuramen
tum. Sed quæro: an in cauſa matrimoniali
2 ſtetur confeſſioni † coniugum?tex.eſt in c.
ſuper eo,de eo qui dux.con ſan.vxo.ſuæ,ꝙ
aut confeſſio inducit validitatem matrimo
nij,& valet confeſſio.ſin autem eius reſ. iu-
tionem,& tunc fidē non facit, vt ibi,& per
hoc fundatur opinio ſeu deciſio præceden
tis quæſtionis,licet legiſtæ non allegēt. Sed
hoc limita dupliciter, primo, quod confeſſio coniugis inducit plenam probationem vbi agitur ad thori ſeparationem:non autē matrimonij tex.eſt ſingularis in c.ex literis,de diuor.vbi non agitur quo ad vinculum matrimonij,ſed thori tantum ſeparationem. Secundo limita vbi confeſſio coniug. contra matrimonium facta fit per illum qui ſtat pro matrimonio, & qui agit ad matrimonij confirmationem, tunc enim probat contra matrimonium. glo.eſt ſingularis in c.atteſtationes, in glo.ij.de deſpon.impub. non enim præſumitur tunc quod quis velit ſibimet cōtradicere.pro quo facit.c.ſi duo.xxxv.q vj.& nota bene iſtum paſſum. & adiunge ad dicta iura.

☞ ADDITIO. Adde eundē Roma.conſi cclxvij.circa primum.col.j con-c.ccccvj.in re.col ij.Abb.in d.c.ex literis.& in d.c.atteſtationes.in cap.duo pueri. de clande.deſpon.in c.conſanguinei,vbi Fely.in prin alios refert de re iudi.Deci.conſil.cxxiij & conſi clxiij.col.ij. Et an deferatur iuramen.doctor.in l iij.§.quacunque.ff.de iureiuran. Alexan.conſi cxliij.l b.ij.deciſio.Tholoſa.clxxj.& ibi Stepha. Auf.Io.Coraſ.li.iij.miſcella.c.iiij. Et confeſſio facta ſacerdoti probat in cauſa matrimoniali,glo.pen.in c.tua nos.de ſponſ.quam ſing.dicit idem Roma.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſtamen. Iaſon.in l.j.§.huius,ff.de iuſtitia & iure. Nicol.Pig.

1 *Iudicium de iure ciuili inter patrem & filium in poteſtate conſtitutum eſſe non poteſt,niſi in certis caſibus: & quid de iure canonico ſit.*

621 De iure ciuili inter patrem & filium in
1 poteſtate † non poteſt eſſe iudicium,niſi in
aliquibus caſibus.l.lis nulla.ff.de iudic.Sed
quid de iure canonico? dic ꝙ de eo iure ex
quacunque cauſa iudicium inter eos conſi-
ſtit,de hoc eſt triplex glo.xxiij.q.i ij cap.ſi
eccleſia.& alia.ij.q.j.c.quæritur.alia in c.fi.
de iudi.in vj.in glo penul.licet ſoleat vna
ſingulariter allegari.Sed an illæ probentur
aliquo tex? dic ꝙ non per c non eſt nobis.
de ſpon.vbi vult, quod in cauſa matrimo-
niali poteſt inter patrem & filium conſiſte-
re iudicium,nam ille tex.non facit regulā.

☞ ADDITIO. Et illas gloſ.communi.docto.ibi ſequuntur,& Bar.in tracta.differ.in ius ciui.& cano. nume.7.Socin.in regula ccxliiij.fallen.vj.Ludo. Gomes ubi tradit rationem in.§ qualis,ſub nume.7.

inſti.de actio. Et adde aliam fallen.per Hippol.ſingul.dcxiij.clarum. Nic.Pig.

1 *Teſtis vnius dictum, cenſetur dictum nullius. Fallit quãdo deponit de aliquo impedimento matrimonij.*

2 *Fama ſola non inducit probationem, ſed indicium fallit quo ad probationem impedimenti matrimonij.*

622 Dictum vnius † dictum nullius.c.licet.
1 de teſti.l.iuſiurandi.C.eo.ſed cape duas fallẽtias,prima:ſi teſtis deponit de aliquo impedimento matrimonij,puta quod vxor ſit conſanguinea vel iudæa,prohibet matrimonium contrahendum licet ſit vnus teſtis tãtum,caſus eſt notabilis in c.ſuper eo.il ij.ſecundo reſponſo.de teſti.& in c.præterea.il
2 ij de ſpon. Sed quid in † fama quæ non habet inducere probationem,ut ſcis ſi eſt ſola ſed indicium,vt l.iij.§.eiuſdem quoq; principis.de teſti.& in c.p.eodem tit. cum ſimi. dic quod in hoc caſu facit plenam probationem ad impediendum matrimonium. caſus eſt ſingularis in c. ſuper eo.de conſanguinita.& affini.

ADDITIO. Sequit Abb.in d.c. ſuper eo.vlti.notab.& in d.c.præterea, Ioã. Arno. problema.lxxvj.Spec.in titu.de teſte.§.reſtat.verſi.xiij.Iaſo.in l.admonendi. col.lxxj.nume.197.ff.de iureiuran.vbi ponit caſus in quibus vni teſti ſtatur. de quo etiam per Fely.c.veniens,il j.col.penul.de teſti.Socin.in tracta.fallen.regula cccxxiij. per Ioan.Crot.in tracta.de teſti.vj.part.nume.28.Hippol. in l.j.§.idem cornelio.in fi. & l.ſi quis ne quæſtio.ff.de quæſtio, Et plures remiſſ.ponit Ludo.Carer.in l.obſeruare.nume.162.C.quo.appell.non reci. Sed quid in fama,ſequitur ibi Abb.poſt ãlios in vlti.notab.Fely.in c.veniens,de teſti.Deci. in c.j.col.iij (vbi ponit vj.caſus in quibus fama plene probat)de proba.late per Hippol.in l.de minore.§.plurimum.ff.de quæſtio. Nic.Pig.

1 *Apuliæ, & Siciliæ regnum iure pleni dominij ad apoſtolicam ſedem pertinet.*

2 *Papa ſi regnum in Regem transferat, an intelligatur etiam tranſtuliſſe feudũ, quod antea alij baroni dederat.*

623 Tu ſcis,quod regnum Apuliæ & Sici-
1 liæ iure † pleni dominij ad apoſtolicam ſedem noſcitur pertinere.c.ad apoſtolicæ. de re iudi.lib.vj.& in clemen.paſtoralis.eo.ti.
2 Sed pone,† quod Papa facit nunc in regno vnum baronem dando ſibi feudum,& iuratur Papæ fidelitas an ſi transfert Papa regnum vniuerſaliter in vnum regem intelligatur alienaſſe dictum feudum,ſeu baronẽ? quilibet diceret quod non, quia in generali alienatione non veniunt vaſalli.c.generali.ſi de feu.controuer.inter do. & agna.nihilominus contrarium eſt verum,& in hoc fallit illa regula:quia eſt verum,niſi vaſalli illi ſint acquiſiti domino ex tranſlatione dicti regni in eum, prout ſumus in caſu regni Neapolis.tex.eſt ſingularis ſecundum Bal. in ti.de pace conſtã.x.col.§.in ciuitate illa.

ADDITIO. Quando in generali alienatione veniat feudũ tradunt dicto,in d.c.generali.& in c.j.vbi Matthæ.de Affli.col.ij.& iij.de capi.qui cur.vend.Alexan.conſi.xvj.viſo dicto themate.col.fina. lib.ij.Gozad.conſi.xxvj.in cauſa.nume.51. Nicol.Pigno.

1 *Procurator ad exigendum pecunias apothecarum domini conſtitutus, an etiam ad eas locandas conſtitutus cenſeatur.*

624 Conſtituo Titium procuratorem meũ
1 ad exigendas † penſiones apothecarũ mearum,an per hoc intelligatur ipſum conſtitutum ad apothecas illas locandas? videtur ꝙ ſic:quia habens mandatũ ad conſequens videtur etiam habere ad neceſſarium eius antecedens,l.ad rem mobilem.& l.ad rem legatam.ff.de procura.ſed locatio eſt antecedens penſionis. ergo &c.contrarium tamen eſt verũ.text.eſt ſingularis in l.j.§.quæ propoſitio.ff.de exerci.& quæ ſit ratio remitto ad examinatorem.

ADDITIO. Adde ſupra ſing. xxiij.quod habens, & ibi de illo.§.locutus ſum.cui adde Moder.Ancon.in tracta. de mercat.ti.mandati.nu.27.& ſeq. N.P.

1 *Confeſſus & conuictus de iure ciuili appellare non poteſt: & quid iuris ſit de iure canonico.*

625 De iure ciuili eſt regula,quod confeſſus
1 † & conuictus non poteſt appellare.l.obſeruare.C.quæ appel.non reci.& ij.q.vj.§. ſunt quorum,& habetur in l.qui ſententiã, C.de pœ.& in l.crediter.§.iuſſus.ff.de ap-

pella.& in l.ij.C.de erro.aduoc. Canoniſtæ ſunt in alia opinione dicentes, quod confeſſus ſolum non poteſt appellare licet nõ conuictus. vt in c.cum ſpeciali.§.porro.de appella.& in c.Romana. eo.titu.lib.vj. Quod limita ſi eſt confeſſus & conuictus ante ſententiam: ſecus ſi poſt ſententiam fuerit confeſſus. glo. eſt vnica & ſingularis in l.non tã tum.ff.de appella.& illam ſingularem facit Bald.in l.addictos.C.de epiſco.audi.ſed eſt caſus in d.l.non tãtum. Sunt etiam aliæ ſex limitationes ad d.regulam quas omitto.

ADDITIO. Adde Bar.Alexan.& alios in d.l.non tantum.& in d.l.ob ſeruare.vbi Ludo.Carer.in iiij.limita.plures citat, in ſua practi.crimi.in prin.nume. 35. Philip.Fran.in d.§.porro.col.iij.ver. ex prædictis.de appell. Et dum dicit Ro.de iure canonico. Adde d.Auguſt.Bero.in c.at ſi clerici,in prin.nu.29.de iudi. Nic.Pig.

1 *Emphyteuta non poteſt abſente, vel inuito domino rem alteri concedere: & an poſſit ſine domini conſenſu illam rem in vſumfructum dare?*

2 *Intellectus l.j.§.item in fundo.ff.quib.mod. vſufru.amit.*

3 *Baldi autoritas eſt maxima.*

626 Tu ſcis quod emphyteuta non poteſt
1 abſente, vel inuito, domino rem alteri concedere. c.potuit.de loca & condu.& l.fi.C. de iure emph. ſed an ſine conſenſu domini poſſit rem illam in vſumfructum dare? Bal. dicit, quod de hoc eſt text.ſingularis quod ſic, in l.j.§.item in fundo.ff.qui.mo.vſufru.
2 amit.ibi dum dicit vectigali. ſed ille † tex. parum facit: quia non dicit aliquid de con-
3 ſenſu dñi, ſed † autoritas ſua eſt maxima. Ego tamen crederem cõtrarium. hoc probo per l.generalem: lex enim prohibẽs alienationem videtur prohibere etiam vſuſfructus conſtitutionem. l.fi.C.de reb. alie.non alie.tene menti.

ADDITIO. Et opi.Bal.ſequitur Alexan.in conſi.cxx.ſuper eo.in fin.& in l.iij.§.ex contrario, col.xiij.& penul.& ibi Iaſo.nume.65.ff.de acqui.poſſ.idem Iaſ. in l.fin col.xxxiiij.C.de iure emph.& plures alij quos refert Andr. Tiraq.de retract. conſangui.§.j.gl.vij.nume.48. Roma.vero hic ſequitur Fran. Cremen.ſing.lxxxv. emphyteuta.& alij vt per Tiraq.vbi ſupra nume.41.cui adde pulchre do.Augu.Bero. in quæſtio. famil.xcv.an feudatarius. qui d.§.item ſi in fundo.v.modis legalibus & veris reſpon. Nicol.Pigno.

1 *Spurius, vel naturalis filius, an poſſit per patrem adoptari?*

627 An naturalis vel ſpurius poſſit † per pa
1 trem adoptari: dic quod nõ. duos de hoc habes caſus in l.legem.C.de natur.li.& in authen.qui.mod.naturales effi.legiti.§.& non vos latuit Et eſt ratio quia cũ quid vna via prohibetur non debet alia concedi: vt in regula iur.ſed prohibitum eſt ſpurium patri ſuccedere omnia via.ergo & per viã adoptionis per quam patri ſucceditur.

ADDITIO. Chriſto.Porc.inſtitu.de adop.in fin.Alex.in l.item.ff.de his qui ſunt ſui vel ali. do.Gabri.Paleo. in ſolemni ſuo tracta.de ſpu.cap.xliij. Nic.Pig.

1 *Veſtibus vxori legatis, an ornamenta veſtium aurea, vel argentea veniant, & cedant veſtium legato?*

628 Lego mulieri, ſeu vxori meæ veſtes,
1 quas † ſibi feci: an ornamenta veſtium aurea vel argentea veniant, vel cedant legato veſtium? vnus conſuluit his diebus q nõ: eo quia acceſſoria pretioſiora ſuo principali, non cedunt principali. l.ij. vbi glo.ſecundum eum.ff.de pecu.leg.ſed ornamenta aurea ſunt pretioſiora veſtibus. ergo &c. Sed ego conſului contrarium, & illa gl.eſt falſa: quia acceſſorium etiam pretioſius accedit principali ſuo l.& ſi non ſint.§.perueniamus.ff.de auro & argen.lega.vbi eſt caſus.notatur in l.cum aurum.verſi.fin.& ibi Bar.ff.de auro & argen.lega.& de his duabus. li habui tres floren.

ADDITIO. Vide Bald.in l.cum te. C.de dona.ante nup.faciunt no.per Bal in l.j.in prin.& no.Bal.in l.in legatis.C.de lega.& Imo.in l.iiij.de lega.j.Et vide plenius per Anto.Sicu.in verbo legatum in vec.lego vxori meæ.

Adde quod Phil.Fran.in c.acceſſorium. de regul.iur.lib.vj.tenuit illam gloſ. Quam ante Roma.reprobauit Barto.in d.l ij. ff.de pecu.lega.vt refert idem Ro.conſ.cccxxx. circa primum.colũ.iij.Deci.in c.quanto.in ij.not.b.de iudi.& in c.præterea. col.pen. de offi.delega.Hippol.in rub.ff.de fideicuſſ. q.50.& in ſingul.xvij.acceſſorium.præcẽpi meus Cagnol.in l.cum principalis.ff.de regul.iur.

gu.iuris. Limita in caſu ſtatuti prohibentis mulieres portare ornamenta aurea vel argentea, vt per Corſet.ſing.legatum. de quo per Cremen.ſing.lxiiij. Nic.Pig.

1 *Procurator ad vendendũ conſtitutus, ſi vendat, & ab emptore arram accipiat, an ſi is poſtea aufugerit, dominus teneatur pro arra ſuo procuratori ſoluta?*

629 Conſtituo procuratorem meum ad vẽ
1 dendum † librum meum: quem vendidit poſtea & arram ſuſcepit: poſtmodum emptor ſoluto integro pretio procuratori petit arrã a procuratore, qui aufugit, an dominus teneatur pro arra ſuo procuratori ſoluta? quilibet diceret quod non: quia conſtitutus eſt ad vendendum, nõ ad ſuſcipiendum arram, ſed cape ſingularem diſtinctionẽ Vlpiani: aut mandatum ſimpliciter præceſsit ad vendendum rem, & tunc dominus tenetur in ſubſidium, aut dixit quod uẽdat procurator pro præſenti pecunia rem. & tunc dominus non tenetur ad arræ reſtitutionẽ. tex.eſt ſingularis in l.quicunq;.§.non tamẽ, verſ.item ſi inſtitor.ff.de inſti.tene mẽti.

ADDITIO. Et de illo tex.inferunt ibi docto.ad alia & in l.a diuo pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iudi.& Pet.de Mon. in tracta.de emp.& vendi.char.antepen.

1 *Tertius an pro iure & intereſſe ſuo ad defenſionem cauſæ per alium motæ, poſt litem conteſtatam poſſit opponere ex perſona rei conuenti declinatoriam fori, licet ipſe conuentus non poſſit?*

630 L.venditor.ff.de iudic.cum ſimil.dicit: ꝙ defenſor conuenti non poteſt opponere exceptionem declinatoriam fori ex perſo-
1 na ſua. Sed quid † ſi velit opponere tertius pro intereſſe ſuo ad defenſionem cauſæ per alium motæ: an poſt litem conteſta.poſsit opponere ex perſona conuenti declinatoriam fori? dic ꝙ ſic, licet ipſe conuentus nõ poſsit: Inno.ſingulariter in c.capitulũ ſanctæ crucis, in glo.pen.de reſcrip.& ita pronunciaui in magna cauſa. adde ad dictam l.venditor.

ADDITIO. Vide Moder.in d.c.capitulum ſanctæ crucis. hic alle.& Ludoui. Roma.conſil.cccxlvij.incip.quo ad articulum primum.

Adde ꝙ Caſtren.& alij in d.l.ſi vendi. tor.commu. ſequuntur Innoc.cuius dictum eſt æquum: ne emptoris negligentia & malitia noceat venditori. Nic.Pig.

1 *Teſtator, ſi ſuper tali fundo decem leget, verbum ſuper, pignoris obligationem operatur?*

631 Cum dico præſta mihi centum ſuper re iſta, vel teſtator dicit: lego tibi decem ſu-
1 per tali fundo: quid illud † verbum, ſuper, habet operari? dic ꝙ pignoris obligationem. tex.eſt ſingularis in l.codicillis.§.inſtituto.ff.de legat.ij. Bar.not.in l.fundus.ff.de annu.leg.licet alibi Bal.de hoc verbo multa dicat, ſed non curo.

ADDITIO. Et idem Ro.conſil. cclxxxviij.in caſu. in princip.& conſilio cccccviij præſens.in princip. Alex.& Iaſo. in l.reſcriptum.§.ſi pacto. in fin.ff.de pact. Ludo.Gomes.in.§.item.ſeruiana.numero xxxiiij.inſti.de actio.R ip.in rubri.ff.de pigno.colum.ij.Franc. Cremen.ſingula.xlv. mutuaui. Nic.Pig.

1 *Excommunicato poteſtate, vel Epiſcopo, an eius iudex, vel uicarius impediatur de cauſis cognoſcere?*

632 Eſt excommunicatus poteſtas vel capi-
1 taneus huius ciuitatis, an † eorum iudices impediantur cognoſcere de cauſis? idem quæro in Epiſcopo, & eius Vicario? Excommunicatus enim non poteſt iuriſdictionem exercere.c.ad probandum. de re iudi. dic, ꝙ ſic, prout per docto.in c.licet vndiq;. de offi.ordi.caſus eſt ſingularis in c.j.de offi.ordina.lib.vj.

ADDITIO. Et idem tenet Io. Arno.problema.lxxviij.Deci.in c.intelleximus.in prin.de iudi. Nic.Pig.

1 *Fideiuſſor clerici an poſſit declinare iuriſdictionem iudicis laici, & coram eccleſiaſtico ſit conueniendus, vbi & clericus?*

2 *Exceptio competens principali, an proſit fideiuſſori? remiſsiue.*

633 Nunquid fideiuſſor clerici ſit cõuenien-
1 dus † vbi & clericus: & ſic poſsit declinare iuriſditionẽ iudicis laici? hæc quæſtio fuit originaliter Spe.in titu.de compe.iudi.§.i. col.xj.num.26.verſ.ſed pone clericus. Bal.

illud ſequentem. & hoc modo diſtinguent? videlicet inter carẽtem altero teſticulo & carentem vtroq; in c. quod ſedem, hic alle. vbi dicit ſic poſſe intelligi. l. ſi ſerua, in. §. ſpadonem. ff. de iure dot.

☞ Adde Soci. in l. j. nume. 27. ff. ſolu. ma. & in l. quæſitum. ff. de libe. & poſthu. Idem dicas de his qui puberes execti ſunt, & hepate ſunt feruentiore vaſaque genitalia capaciora poſſident: nam tales coeunt licet non generent, vt dicit do. meus And. Alcia. in d. l. ſpadonum. Et in his matrimonium tenet, vt in ſimili dicit glo. fin. in d. c. hi qui, de eo qui habet virgam erectam, & ſperma non emittit. Et adde quod ille qui habet teſticulos, ſed totus coles eius amputatus eſt ſuccedit cum fratribus in feudo paterno, vt dicit Bal. ſe conſuluiſſe in cauſa Marchionũ de Malaſpina in ti. Epiſ. vel Abb. in ſi. N. P.

1 *Excuſſio principalis hodie requiritur antequam fideiuſſor conueniatur. Et quid in fiſco?*

641 Scis, quod hodie requiritur † excuſſio
1 principalis antequam fideiuſſor conueniatur, authen. præſente. C. de fideiuſ. Sed quid in fiſco debente, & præſtante fideiuſſorem: an fideiuſſor habeat beneficium excuſſionis non factæ? hoc fuit de facto hic in republ. Senenſi, & diuerſi diuerſa conſuluerũt, & communiter dicebant quod non, per notã per Bart. in l. ſi. ff. ſi cer. peta. vbi dat doctrinam, quod fideiuſſor poteſt conueniri principali non excuſſo vbi debitorem principalem conuenire eſt difficile. argu. glo. in l. ij. in princi. ff. qui ſatiſda. cog. ſed ita eſt in fiſco, vt facile cõueniri nõ poſſit. ergo &c. Ego vero conſului contrarium, & ita fuit obtentum per multas rationes, quas omitto. ſed gloſ. eſt ſingularis pro opinione mea in l. ſententia. C. de fideiuſſ. quam nemo allegat ad dictum Bar. in d. l. fin. quod etiam ſequitur ibi Fulgo. licet illam gl. non alleg.

ADDITIO. Vide magiſtrum meum in d. l. ſi ego. colum. vij. Et dicit conſidera ſi poſſet dici quod Bar. ibi loquatur de principe iniuſto et tyranno ſecus ergo ſi princeps eſſet iuſtus, & ita loquatur glo. allegata per Ro. hic. poſtea diſtinguit an principalis ſit facilis ad cõueniendum &c. vt per Ro. hic.

☞ Adde ꝙ conſ. Roma. eſt nume. 93. viſis quæ ſuperius. Et contra Ro. in illo caſu cõſuluit Abb. conſi. xxix. in quæſtione. col. ij. lib. ij. & Ro. late ſequuntur Alex. Deci. & alij in d. l. ſi. Franc. Cremen. ſingula. xliij. 20: ſideiuſſor. Nicol. Pignol.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an poſſit opponi, ſi in confeſſione dictum fuerit, quòd confitebatur habuiſſe & recepiſſe, & habere centum mutuo?*

642 Scis, quod confeſſioni mutui de recepto poteſt obijci exceptio non numeratæ pecuniæ infra biennium de iure ciuili: de iure autem canonico perpetuo. Modo du-
1 bitatur: dicit † confeſſio, confiteor me habuiſſe & recepiſſe & habere centum a Titio mutuo: an tunc per verbum habere, poſſit opponi exceptio non numeratæ pecuniæ? iſta quæſtio eſt nunc in facto, & habeo conſulere, et tres noctes fantaſticaui in inueniendo vnam glo. Dic quod ſic: gl. eſt ſingularis ſecundum Ang. ibi in l. ſi ex pluribus. in verbo habere. ff. de ſolu. cum dicit inculcatio verborum eſt &c. idem importantium. & ſi non eſſet glo. eſt ratio: quia habere quis dicitur ad quod quis habet actionẽ l. rem in bonis. ff. de acqui. rer. do. l. habere. ff. de verbo. ſigni. l. qui actionem. ff. de regu. iur. cum ſim. ſed confitens habere quod nõ habet, poteſt ad illud agere, vt eſt caſus in l. ſi voluntate. C. de do. promiſ. ergo &c. Sed quid ſi addat apud te, et apud me haberes dic idem: quia dicor apud me habere ad quod conſequendum habeo actionem. tex. eſt in l. id apud. ff. de verbo. ſign. Sed quid ſi dicat penes me habere? dic ꝙ tunc ſecus eſt quia non poteſt opponi exceptio non numeratæ pecuniæ. id enim diceris penes te habere quod iam percepiſti, non id ad quod agere potes. tex. eſt ſingularis in l. penes. ff. de verb. ſigni. & ita conſulam, ego neſcio quid tu faceres.

☞ ADDITIO. Idem dicit Fran. Cremen. ſingul. xliiij. pone quod. Bal. in l. ſi ex cautione. col. iij. C. de non numer. pecu. Alex. in d. l. ſi ex pluribus. vbi poſt Barto. limitat in acceptilatione. ibi ſed quid ſi dicat, adde quod aliquando d. l. penes intelligitur ſecundum caſuum occurrentiam, vt per Bart. in l. 1 ita. §. Caius. ff. de lega. ij. & domi. meum Alcia. in d. l. penes. Gomes in §. ſic itaq; col. iiij. in ſi. inſti. de actio. N. P.

1 *Mandati probatio nunquid inducatur per productionem inſtrumẽtorum ad cauſam facientium?*

2 *Mandati expiratio inducitur ex redditione inſtrumentorum ad cauſam facientium domino facta.*

3 *Procuratoris inſtitutio inducitur per traditionem inſtrumentorum ad cauſam facientium a domino ei factam.*

4 *Sigilli perſonæ principalis oſtenſio, abſque probatione eiuſdem traditionis, per perſonam non domeſticam, neque cum domino cohabitantem facta, probat præſumptiue oſtendentem eſſe domini procuratorē, adeo quòd cum cautione rati admittitur.*

5 *Oſtenſio inſtrumenti debiti cancellati per debitorem non domeſticum, neque cum creditore cohabitante, facta, præſumptam liberationis probationem inducit.*

6 *Intellectus l. Chyrographum. ff. de probati. remiſsiue.*

7 *Doctorum virtus eſt ſcire leges inducere.*

643 Nunquid, per productionem inſtrumē-
1 torum † facientium ad cauſam, inducatur probatio mandati? glo. ponit in l. fina. C. de pac. conuen. Bar. in l. vulgo. ff. de admini. tuto. Bal. in l. j. C. de procura. glo. Inno. & alij docto. Canoniſtæ in c. coram dilecto. de offi. deleg. Veritas eſt: quod aut producens inſtrumenta illa probat ſibi per dominum eſſe tradita, & tali caſu inducitur plena ꝓbatio mandati. Quod probo dupliciter. primo per tex. & eſt ibi caſus in d. l. fi. ſuperius allegata. Secundo contrariorum eadem eſt diſpoſitio, ſed redditio inſtrumentorum ad
2 cauſam † facientium facta domino inducit expirationem mandati in reddente, caſus eſt non, ſecundum Ang. ibi in l. negotiorū. §. fi. & l. minor. ff. de appel. & in l. ita autem. §. ti. ff. de admi. tuto. ergo a contrario, tradi-
3 tio † inſtrumentorum inducit procuratoris inſtitutionem. Aut dictorum inſtrumentorum ſit productio, non autem traditionis eorundem probatio, per perſonam non domeſticam domino, nec ſibi cohabitantē: & tunc mandatum non plene, ſed præſumptiue probatur, ita quod admittitur cum cautione rati. quod probo tripliciter: Primo, pro hoc eſt caſus in d. c. corā. Secundo pro-
4 bo per ſimile, quia oſtenſio† ſigilli perſonæ principalis abſque probatione traditionis eiuſdem facta per perſonam non domeſticam neque cohabitantem cum domino ſigilli probat ipſum oſtendentem eſſe procuratorem non plene, ſed præſumptiue, adeo quod admittitur cum cautione rati. (quod ſingulariter nota) Ioan. Andr. & Hoſti. in c. ij. de ſolu. per illū tex. in nouella. ergo multo magis illud probaret ipſorum inſtrumētorum productio ad cauſam facientium. & hoc dictum in materia ſigilli, quæ in mille locis tractatur, in iure non inuenies. Eſt bene verum quod Bal. in d. l. j. col. penul. ver. item quæro. C. de procur. tangit & dicit, ꝙ Ioan. Andræ. tenet quod illa ſigilli oſtenſio non probat. & erat etiam vt vides, & nō dicit. niſi Ioan. And. illud dicit. Tertio probo
5 alio ſimili eius quod† dicimus, quod oſtenſio inſtrumenti debiti cancellati facta per debitorem nō domeſticum neq; cohabitantem cū creditore inducit præſumptiā probationem quod ipſe debitor fuit liberatus. ca-
6 ſus eſt in l. chirographum †. ff. de proba. de cuius l. intellectu plene per Iac. de Aret. & Cy. in l. de poſſeſsione. C. eo. ti. per Bar. in l. falſo. §. qui tabulas. ff. de furt. l. labeo. ff. de pac. ergo idem in oſtenſione inſtrumentorum ad cauſam facientium facta per procuratorem. Aut producitur inſtrumentum abſque probatione traditionis per perſonā domeſticam & cohabitātem cum domino, tunc non probatur mandatū nec plene nec præſumptiue, & non admittitur etiam cum cautione rati. pro hoc allego tex. ad hoc ſingularem in ratione ſui in l. vnica. §. ille aūt. C. de lati. liber. tollen. & illam ſcias induce-
7 re: quia illa † eſt virtus doc. ſcire inducere leges vt dicebat Bald. & etiam domi. meus in l. non ſolum. §. qui primipilum. ff. de excuſatio. tuto.

2 be. ſed † non facit, ſed regula eſt ſingularis tradita per Ioan. And. in c. ita quorundam. de iudæ. allegat tex. ſingularem in l. ij. C. q ad lib. procla. non licet, & præalleg. l. ij. loquitur quando reincidit in ſeruitutem, non quando incidit vt in caſu noſtro quod ſingulariter nota.

ADDITIO. Adde ꝙ regulam Ioan. And. hic recitatam refert & ſimpliciter ſequitur ibi Panor. in vlti. verbis.

Et ſequitur Abb. in d. c. ita quorundam. in fin. Nicol. Pig.

1 *Error iuris iudicis prorogationem impedit, niſi iudex regulariter in litigantibus iuriſdictionem habeat, licet tunc caſualiter non.*

684 Tu habes l. ſi per errorem. ff. de iuriſd. omni. iudic. & l. ij. ff. de iudi. vbi dicitur, ꝙ
1 error † iuris impedit prorogationem iudicis. Sed illud non eſt verum cum tractatur de prorogatione illius iudicis, qui regulariter habet iuriſdictionem in litigantibus, licet cauſaliter non: quia tunc error iuris nõ impedit prorogationem, verbum eſt ſingulare Inno. in c. ad petitionem. de accu. ſi ſubtiliter intelligatur, vt eſt exemplum in poteſtate, qui in caſibus mercantiæ habet iuriſdictionem in Senenſibus licet mercatoribus. eſt alia limitatio in c. prudentiam. de offi. lega. quam omitto. no. perpetuo.

ADDITIO. Adde Fely. vbi ſimpliciter refert & ſequitur in c. P. & G. de offi. deleg. in vlti. verbis & in c. ad petitionem. col. vj. circa prin. ver. ſecundo no.

Sequuntur Abb. & alij in d. c. ad petitionem. col. iij. late per Iaſo. poſt alios in d. l. ſi per errorem. col. iij. in v. limi. & Soci. in tracta. fallen. regu. ccxij. Nicol. Pig.

1 *Doctorum eccleſiæ dicta, et autoritas, quænam in cauſis decidendis præferatur.*

685 Dicas, quæ autoritas doctorum eccleſiæ
1 præferatur † in cauſis decidendis? dic ꝙ aut dicta doc. eccleſiæ fundantur in autoritate noui vel veteris teſtamenti, & tunc ſtatur dictis eorundem, licet concilium Papa, vel Imperator contrarium diceret. Si autẽ fundatur ſuper dictis ſanctorum, & tũc ſta-

re papæ potius: quia papæ & non ſanctis fuit data poteſtas legis cōdendæ.glo.eſt ſin gularis in c.de libellis.xx.diſtin.alleg.tex. qui optime probat.xxxvj.q.viij.c.fina.vbi autoritas ſolius Hieronymi præfertur to-ti concilio.

ADDITIO. Ad hoc vide plene & eleganter Fely.in c.ne initaris.de conſti.Et hanc gloſ.ſequitur Panor. in c.qualiter & quando.il ij.in prin.de accuſa.& ratio hu-ius dicti eſt, quia ex quo eſt contra nouum vel vetus teſtamentum conſtat de eius er-rore.xxv.q.j.ſunt quidam, in iſta materia eſt bona glo. in c.de libellis.xx.diſt. adde etiam Ioan.de Imol.pulchre loquentem in commento.c.cum contingat, in iiij.colum. in vij.no.de iuretur.

☞ Hanc glo.dicunt ſingul.Alex.Iaſ.& alij poſt eos quos allegant in l.j.ff.ſi cer.pet.do cto.in c.j.& c.ne innitaris.de conſti.Iaſo.in §.quædam.nume.67.inſti.de actio. Sed vi de aliam glo.in d.c.ſi. Nico.Pig.

1 *Procuratoris falſi geſta in iudicio poſſunt a domino ratificari. Quod tripliciter fallit.*

686 Tu audiuiſti.l.ſi tutor.C.in quib. cau. in integ.reſti.non eſt neceſſ.& l.licet.C.de
1 procu.vbi tāgitur,an geſta † in iudicio per falſum procuratorem poſſunt ratificari per dominum: & communis concluſio & vera eſt,quod ſic:quia caſus eſt in l.licet.ff.de iu di.& in l.in cauſæ.ff.de procura.Sed atten-de quia do tibi tres ſingulares limitationes. & habeas menti ſicut vnam margaritam, & tu qui habes amaſiam nomine margari-tam teneas hæc menti amore ſui,quid vis? facio te ridere.Primo eſt verum, vbi iudex pronunciaſſet procuratorem nō habere mā datum:quia tunc non poteſt ratificare.Bal. ſingulariter in authen. ei qui.C.de tempo. appel.& eſt ratio: quia ratihabitio domini poſt ſententiam nō poteſt retro trahi in præ iudicium iuris iam quæſiti parti aduerſę ex ſententia iudicis.l.talis ſcriptura.ff.de leg. j.ſed nil facit,ſed tu alleg.l.ſi.in ſi.ff.rem ra. habe.Secundo,vbi in ciuitate foret ſtatutū, q procurator non habens mandatum non admittatur ad agendum, & iſta eſt ſingula-ris autoritas Bal.in l.ſi vxorem.C.de con. di.infer.allegat tex.bene probantem in l.ſi vero non remunerandi.§.ſi poſt creditam. ff.man.Tertio, niſi procurator illegitimus, de cuius mandato dubitabatur, admiſſus fuerit cum cautione rati,iunctā proteſtatio ne hac per partem aduerſam, niſi appareret te carere mandato: tunc enim geſta per eum non poſſunt haberi rata per dominum inuita parte.tex.eſt ſingularis ſecundū verum intellectum in l.inter quos.§.alieno.ff. de dam.infe.& ibi Bar.in ſi.

ADDITIO. Ad iſtud vide Felyn.in c.cauſam.col.vlt.per totam de iudę.vbi ap-probat tres limitationes de quibus hic per Roman.ad l.ſi tutor.& l.licet & vltra iſtas adde.ix.alias multum elegantes.

☞ Adde Cæpol.caute.xv.licet.Iaſo.in d.l. licet.vbi ponit xiij.limit.Felyn.in d.c.cau-ſam.il j.de iudi,qui ponit xij.limita.& in c. j.col.ſi.de re iudic.Ioan.Arno. ſoli.xcix.& problema.lxxxiij.doctor.in c.ratihabitio-nem.de regul.iur.lib.vj.& in l.ſemper qui non prohibet.ff.eo.ti.Stepha.Aufre.Deci-ſio.Tholo.cclxxj. Nico.Pig.

1 *Iudæus conuertens ſe ad fidem ſaracenorum an veniat aliqua pœna puniendus?*

2 *Iudæi ſeuerius in die iudicij punientur,quā ſodomitæ.*

3 *Iudæi non habent aliquod dominium,infi-deles autem ſic,vt eſt Soldanus.*

4 *Chriſtiani facientes ſe iudæos an puniantur, & qua pœna?*

5 *Iudæorum fides toleratur per Papam & Imperatorem: Item & fides infidelium.*

6 *Iudæi qui crucifixerāt Chriſtum etiā om-nino paſſurum,quare puniantur.*

687 Cras Chriſtus aſcendit ad cœlos,modo
1 quæro an veniet † iudæus puniendus ali-qua pœna ſe conuertens ad fidem ſaraceno rum? de hoc fui alias interrogatus a magi-ſtro Andræa de Conſtantinopoli valentiſſi mo homine coram Cardinali Rothomagen ſi,& muſitaui,quia neſciui reſpondere, de-mum inueſtigans reperi ſolum Oldrad.de Laude conſi.lj.iudæus tranſiuit.ſed non di cit mihi quod placeat.Sed probo quod non veniat puniendus aliqua pęna.parcitur illi qui ex duabus ijs malis eligit viam minus malam xiij. diſt.c.nerui teſticulorum.l.ita vulneratus.ad ſi.ff.ad l.Aquil.ibi, plerunq; enim &c.ſed minus malum eſt amplecti vi tam infidelium, q̄ iudæorum fidem proſe-qui.ergo ſibi parcendum, minor probatur
2 per verbum Chriſti,† qui dixit iudæis:pe-ius erit vobis in die illa iudicij,quam ſodo mis, ergo ſequitur quod magis deliquerūt,

Secundo per dictum Prophetæ, qui dixit
iudæis:iuſtificaſtis ſodomam,ſcilicet infide
les exponuntur per comparationem. Ter-
tio per autoritatem Gratiani ita terminan-
tis ſingulariter,in c.non ne.i.q.j. Quarto ra
tione:quanto pœna maior eſt, tanto delictũ
apud Deum noſcitur fore grauiùs.c.nõ af-
feramus.xxiiij.q.j.ſed maiorem oculariter
videmus pœnam illarum iudæis eſſe, q̃ ſa-
racenis. ergo maius delictum perpetraue-
3 runt. Vltimo,tu vides † quod nõ habent ali
quam dominationem,& infideles ſic, vt eſt
ille Soldanus,quare Deus amat eos magis,
quia ſunt ſolum tranſgreſſores legis natura
lis. Iudæi autem non tantum legis natura-
lis,ſed etiam legis ſcripturæ, & habuerunt
maximos prædicatores, immo ipſum Chri
ſtum: nonne quotidie eram in templo &c.
Et ad iſtam partem concludit Oldra.licet
per alias rationes quę non placent. Qua
4 autem † pœna puniantur chriſtiani facien-
tes ſe iudæos, habes in l.iudæi.C.de iudæ.
& in ti.de apoſta.& ne ſanctum baptiſ.ite-
te.Sed tamen quod dico non habes: quod
5 probo,quia fides † iudæorũ tolleratur per
Papam & Imperatorem.c.iudęus.extra de
iudæ.& l.nonnullos.C.eo.ti.Item toleratur
fides infidelium,vt l.chriſtianis.C.de ſacri.
propria tem,quid enim ad nos de his quæ
foris ſunt.ij.q.j.multi,quid ergo refert q̃d
ex equipollentibus fiat.ergo non debẽt pu
niri.& ita poſtea reſpondi in ſcriptis.& ſi
dicis quare puniuntur iudæi,cum Chriſtus
6 omnino paſſurus erat? reſpondeo † vt in c.
relegantes.xxiij.q.v.quia non fecerunt ad
finẽ boni:ſed cauſa vindictæ.ideo puniunt.

ADDITIO. Adde tex.cum glo.j.q.
j.nonne,& Fely.in rub.de iudæ.& ſara.

1 *Tranſigi ſuper iure ſanguinis de iure ciuili*
permittitur, & quid de iure canonico ſit?

2 *Pœna ſanguinis pro aliquo crimine de iure*
canonico non irrogatur.

3 *Crimen omne de iure canonico eſt publicũ.*

688 Tu audiuiſti l.tranſigere.C.de tranſac.
neſcio tamẽ ſi intellexiſti,an ipſa l.permit-
1 tens tranſigi ſuper † iure ſanguinis habeat
locum de iure canonico? de hoc ſunt duæ
glo.& Archid.dicit q̃ non:quia de iure ca-
nonico in nullo crimine licita eſt ſeu per-
miſſa tranſactio ſanguinis.glo.eſt ſingularis
in c.j.de collu.dete.& ij.q.iij.§.omnibus.
ſequitur illas Archi.v.q.ij.c.ſi primates.ſed
eſt duplex ratio,prima, quia de iure ciuili
ſolum eſt permiſſa trãſactio in criminibus,
ex quibus imponitur pœna ſanguinis: ſed
2 de iure canonico † pro nullo crimine irro-
gatur pœna ſanguinis.c.ſententiam ſangui-
nis.ne cle.vel mona,& xxiij.q.viij.c.his a
quibus. & eſt ratio,q̃a omnis Chriſti actio
noſtra eſt inſtructio,qui dixit, nunquam vo
lo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur,
& viuat &c.dicit Gratianus.ij.q.iiij.hi qui
epiſcopos.Et ideo tex.in c.reos ſanguinis.
xxiij.q.v.dicit notabiliter reos ſanguinis
defendat eccleſia: ne effuſione ſanguinis
particeps ſit,& per illum text.me defendi
ab vno legato Bononienſi pro vno ſchola-
ri carcerato qui poſtea me allegante fuit li-
beratus.Secũda ratio eſt, quia ſuper his cri
minibus nõ permittitur tranſigi,ex quibus
publicis criminibus pœna ſanguinis nõ ir-
3 rogatur:ſed de iure † canonico omne crimẽ
eſt publicum,& pro nullo crimine etiã pu
blico eſt pœna ſanguinis vt dixi. primum
probatur.vj.q.j.infames in gl.quam alleg.
Bal.in rub.C.qui accuſ.non poſſ. addas ad
d.l.tranſigere.

ADDITIO. Addẽ eundẽ Ro.
Alex.Iaſ.& cæteros in d.l.tranſigere. N.P.

1 *Excommunicatus ex cauſa famoſa, vel ex*
contumacia commiſſa in delicto infamiã
irrogante eſt infamis: alias ſecus, & quæ
ſit ratio?

689 In principio huius quinterni dixi tibi
1 (ſupra ſing.dclxxxiij.) q̃ omnis † excom-
municatus eſt infamis.nũc declaro iſtud ve
rum, ſi excommunicetur ex cauſa famoſa,
vel ex contumacia commiſſa in delicto in-
famiam irrogante:alias autem ſecus.verbũ
eſt ſingulare Innoc.in c.teſtimonium.de te-
ſti.ſequitur Archi.iiij.q.j.in glo.ſummæ.Et
ratio eſt:quia cum excommunicatio ſiue iu
ſta,ſiue iniuſta valeat, & timenda ſit.xj.q.
iij.c.ſententia paſtoris.cum ſimi. abſurdum
eſt quod propter iniuſtam cauſam quis in-
fametur: & ideo oportet apparere de cau-
ſa:quia nulla eſt maior pœna excommuni-
catione.vt l.hi qui ſanctam.C.de apoſta.c.
corripiantur.xxiij.q.iiij.licet dicant Cano
niſtæ illud tantum de iure canonico, igno-
rantes.d.l.hi qui ſanctam.vbi eſt no.tex.

ADDITIO. Ad hoc vide Hoſtien.
do.Anto.& Panor.in viij.col.in c.teſtimo-
nium.hic alleg.
Sequuntur docto.in d.c.teſtimoniũ.Bal.
in l.quid ergo.§.pœna grauior.col.ij.verſ.

vltimo quæro, de his qui nota, infa. Deci. in c. intelleximus, col. j. de iudic. Andr. Tiraq. qui plura in materia ponit, & oſtendit eam ex græcorum & aliorum ritibus ortum habuiſſe, in tracta. de retra. conſangui. §. j. glo. x. ſub nu. 271. Nic. Pig.

1 *Hæres hæredis teſtatoris eſt hæres. Et quid de ſucceſſore vniuerſali hæredis mortui alio titulo, quam hæreditario?*

2 *Maritus mandans volenti ei donare cauſa mortis, quòd donet vxori ſuæ, intelligitur illud vxori donare, vnde donatio eſt nulla: ſecus eſt ſi mandet ei legare volenti, vt vxori leget, & quæ ſit ratio.*

690 Hæres hæredis † teſtatoris eſt hæres. l.
1 fi. C. de hæredi. inſti. & l. ſi quis filium. ff. de acqui. hære. cum ſimil. nunquid vniuerſalis ſucceſſor hæredis mortui alio ti. quàm hæreditario ſit hæres teſtatoris? quilibet diceret quod non cum ſit hæres hæredis, ergo nõ principalis defuncti. contrarium tamen eſt verum: caſus eſt vnicus in l. j. ff. de caſtren. pecul. illum ſolus ego noto. Ex quo ſequuntur mille mirabiles effectus. dicit l. idemq;.
2 ff. de don. inter vir. & vxo. quod ſi, volenti † donare mihi cauſa mortis, mando quod det vxori: intelligor ego maritus donare illud idẽ vxori, & eſt nulla per illum text. ſecus eſt in legato. l. ſed ſi vir. §. quod legaturus. eo. titu. vbi ſi volenti mihi legare, mando quod leget vxori meæ: tale mandatum non inducit donationem inter me & vxorem meam. Sed quæ ratio differentiæ eſt, cum regulariter equiparantur? fuit pridie a me quæſitũ ab vno barbato doctore cum eſſet quæſtio in facto: dic quod ratio eſt, quia in donatione cauſa mortis abſque traditione quæritur dominium. vt l. ij. ff. de publi. quod ſecus eſt in legato, quod cedit tantum a tempore mortis, vt l. a titio. cum ſimi. ff. de fur. reuocabiliter tamẽ. merito ergo cum in primo caſu ſit dominium quæſitum viro, facto mandato reſultat donatio: ſecus in legato, quia ſibi nõ acquiritur, niſi morte legãtis ſecuta. quod no.

ADDITIO. In prin. adde quod cõprobat magiſter meus in l. paterfamilias. verſ. adde etiam vbi vide ante & poſt de materia iſtius ſingul. ff. de vulga. & pup. & in l. cum in libris. col. ij. verſ. ſecundo extende. C. de hære. inſtit.

Sequitur Iaſo. in d. l. fin. & d. l. ſi quis filium §. fi. Deci. & domi. meus Cagnol. in l. qui per ſucceſsionem. ff. de reg. iur. do. Andre. Alcia. l. hæredis appell. ff. de verbo. ſig. Ibi, ex quo &c. Sed hæc ratio mihi non videt vera: imo contra d. l. vbi ſicut in legatis dominium tranſit ipſo iure a morte teſtatoris abſque alia traditione. d. l. a titio. Idem in donatione cauſa mortis in qua nõ requiritur alia traditio. d. l. ij. cum concordan. adductis per Alex. in d. l. ij. & ibi Iaſ. colum. pen. ff. de leg. j. Vnde dic quod vera ratio eſt illa quam ponit glo. ab omnibus cõmu. approbata, in d. l. idemq; j. ſolut. Et aduerte quia d. l. idemq; videtur loqui quando donatio cauſa mortis erat facta marito et maritus voluit quod res donata nõ traderetur ſibi, ſed vxori. text. autem in d. §. quod legaturus videtur diſponere, quando aliquis nõdum legauit marito, ſed legare volebat, & maritus voluit quod legaretur uxori. Inter quæ eſt magna differentia, vt ſentit gl. in d. l. idemq;. in fin. quæ opinio videtur tutior Saly. ibidem, quando ſumus in caſu dubio: vt refert Ioan. Lup. in rub. extra de donat. inter vir. §. xlvij. col. fi. Nicol. Pig.

1 *Mulier regulariter non poteſt procurare, nec arbitrari, niſi ſit in dignitate conſtituta, & niſi in cauſis, in quibus de ſalute animarum tractetur, vt in repetitione vſurarum, & in cauſa decimarum.*

691 Tu audiuiſti ti. de procur. & ſcis, quod
1 mulier † regulariter non poteſt procurare nec arbitrari, niſi ſit i dignitate: dico quod omnia hæc procedunt, niſi ſit cauſa in qua de ſalute animarum tractaretur: vt in repetitione vſurarum, & in cauſa decimarũ quæ ſunt tributa egentium animarum, quia tũc poſſunt procuratores exiſtere, & etiã arbiter eſſe. iſtud eſt verbum ſingulare Archi. etiam canoniſtis incognitum. vj. q. iij. c. ſcriptum. mouetur per regulam, quia vbicunq; de ſalute animarum tractatur, de iuris apicibus nunquam debet diſputari, ar. xix. q. ij. c. duę ſunt. ſed hoc, tu non potes eſſe procurator vel arbi. ſunt de iuris apicibus, vt l. ſi fideiuſſor. §. quædam. cum gl. ff. manda. & hanc regulam perpetuo nota, quæ valebit tibi ad multa.

ADDITIO. Et hoc ſequitur Iaſo. in l. alienam. col. ij. C. de procur. Deci. in l. fœminæ; quinta prohib. ff. de regul. iur. & in c. cum dilecta. col. pe. de confir. vti. vel inuti. Ioan. Lup. in c. per veſtras. §. xxxiiij. nu. 6. de dona. inter vir. & vxo. Nic. Pig.

1 *Sepelliri an quis poſsit a Prælato in vnius ſepulchro eo inuito?*

692 Quæſtio eſt in facto: nunquid prælatus
1 ex iuſta † cauſa poſsit in ſepulchrum vnius aliquem immittere illo inuito? dic ꝙ ſic ſecundum canones: licet ſecus ſecundum.ll. vt l.ij.& l.ſi plures.ff.de rel.quia ſecũdum canones eſt quędam eleemoſina, quam inuito domino poteſt epiſcopus facere. verbũ ſingulare eſt Archidi.xiij.q.ij.c.præcipiendum.quod not.

ADDITIO. Adde Abb.in c.j.& in c.penul.col.ij.verſi.dicit tamen.de ſepult.Deci.in c.quanto.col.ſi.de iudi. N.P.

1 *Filius infamis efficitur, & priuatur honoribus & officijs ex condemnatione patris propter crimen læſæ maieſtatis. Et an priuetur beneficio eccleſiaſtico?*

2 *Crimen læſæ maieſtatis temporalis committens, beneſitio eccleſiaſtico non priuatur, ſecus in eccleſiaſtica.*

693 Scis, ꝙ ex condemnatione patris pro-
1 pter crimen læſæ † maieſtatis, (ut ſi lederet principem vel aſsiſtentes ſibi.l.ſi quis cum militibus.C.ad l.iul.maieſta.canonizatam.vj.q.j.c.ſi quis cum militibus.) filius efficitur infamis, & priuatur honoribus & officijs: vt d.l.ſi quis. Sed an filius priuetur beneficio eccleſiaſtico propter patris cõdemnationem in crimine læſæ maieſtat' videtur prima fronte quod ſic: quia infamia remouet quem non ſolum a dignitate quærẽda, ſed etiam acquiſita, l.infamia, C.de decuri.lib.x.cum ergo filius ſit infamis, vt dixi.ergo &c. Non obſtat ſi dicis, ꝙ iudex ſecularis non poteſt de beneficio eccleſiaſtico cognoſcere, quia reſpondeo: ꝙ in conſequentiam videtur poſſe: vt l.j.ff.de auto.tut.cum ſimil.quia non iudex ſed crimen ipſum priuat. contrarium tamen tenet glo.ſingu.in c.ſatis peruerſum.lvj.diſt. quæ illud probat
2 optime. vide eam. Et hoc † verum eſt in crimine læſæ maieſtatis temporalis, vt imperatoris: ſecus eſt in eccleſiaſtica, vt contra eccleſiam: vt in c.fœlicis.§.ꝙ ſi quis.de pœn.libr.vj.& hæc ſunt notanda, & menti tenenda.

ADDITIO. Adde Aret.in tracta.malefic.in verbo, & eius bona publicamus, nume.27.& Auguſt.in addi.in verbo, & hai tradito la tua patria. nume.15.in ſin. Matthæ.de Affli.in.§.& bona committentium, nume.118.quæ ſint regal.& nouiſsime per Excellen.d.Hiero. Giga.in ſuo aureo tracta.crimi.læ.maieſt. lib.iij.in rub.de pœn.quas filij incur.q.ix.poſt eos quos allegat. Ibi idem etiam, adde eundem do. Hiero. vbi ſupra.q.xj.poſt doct. in d.§.ꝙ ſi quis. Nico.Pigno.

1 *Teſtibus aduerſus me producendis, ſi contra eorum perſonas me aliquid obiecturũ proteſtor, licet poſtea pro me deponant, non facile eſt credendum. Fallit ſi ſint nobiles, & plures ſint.*

694 Teſtibus aduerſus me producendis ſi
1 aduerſus † eorum perſonas me aliquid obiecturum proteſtor, licet poſtea pro me deponant, non facile eſt credendum: vt eſt caſus in c.præſentium, de teſti.in ſi.& ita gl.ſi.in prin.dicit ibi eſſe verum, ſi ſunt ignobiles: ſecus ſi nobiles, qui mei proteſtantis potentiam nõ timeant. Quod intellige ſi ſunt plures: ſecus ſi vnus nobilis, quoniam tunc facit ſemiplenam probationẽ, adeo vt in defectum probationis iuramentum deferri poſſet ſecũdum formam l.admonendi.ff.de iureiuran.& l.in bonæ, C.eod.ti.ita ſingulariter determinat Archid.xxxvij.diſt.ſi quid veri.quod not.

ADDITIO. Aduerte quia illa glo. iſtud mihi non dicit. Sed vide Fely.ibi col.ſi.vbi ponit quinq; fallen. ad regulam quæ facit ꝙ non creditur de facili, i.nullo modo teſtibus in fauorem eius qui contra eorum perſonas proteſtatus eſt.

Adde Soci. in regul.ccliij.fallen.ix.Iaſ. in l.admonendi.col.xcix.in xxxix.caſu.ff.de iureiuran. Et quando teſte, quem reprobare proteſtatus ſum, poſsim vti, ponunt d.glo.ſi.Inno.Bal.Fely. & alij in d.c.præſentium, Nicola.Boer.deciſio.ccxlv.ſed quid ſi is. Nicol. Pignol.

1 *Poſitionis veritatem ſe neſcire iurans, & ideo nolens eis reſpondere, an per iudicem compelli poſsit, quòd reſpondeat per verbũ credit, vel non credit?*

695 Si quis a iudice monitus poſitionibus non reſpondeat pro confeſſo habetur, c.ſi poſt, de confeſ.lib.vj.l.ij.§.quod obſeruari.

1 C.de iura.calum.Modo pone,† quod quis dicat & iuret ſe neſcire veritatem poſitionis,& ideo nolit reſpondere, an per iudicē compelli poſsit vt reſpondeat per uerbum credit, vel non credit, cum talis reſponſio æque præiudicet ſicut per verbum aſſertiuū facta foret? dic ꝙ ſic.ita ſingulariter concludit Archi.xc.diſt.c.ponderat.

ADDITIO. Quod confeſsio per verbum credo ita præiudicet ſicut de veritate eſt glo.& ibi docto.tradunt in c.j.de confeſ.lib. vj.Phil.Cor.conſil.clxxxvj.col.j.lib.iij.Et intellige Archid.quando interrogatur de facto proprio & recenti: ſecus de facto alieno, vel antiquo, quia tunc valet reſponſio per verbum,ignoro: & tūc datur tempus ad deliberandum, vt in ſeq.ſing.& deciſ.Tholo.xxj. Nic.Pig.

1 *Reſpondere debenti terminus dari debet ad deliberare reſpondēdum ſi per verbum aſſertiuum reſpondere velit,ſecus ſi per verbum credo, vel non credo.*

696 Parti reſpondere debenti debet dari
1 terminus ad deliberare † reſpondendum: vt l.qui interrogatur,ff.de interrog.actio.l.iuſiurandum & ad pecunias.ff.de iureiurā. Quod eſt verum ſi velit per verbum aſſertiuum: ſecus ſi per verbum credo vel non credo,tunc enim ſtatim cogi poteſt reſpondere. gl.eſt ſingularis in c.quoſdam.de præſumptio.quam Canoniſtæ communiter ſequuntur,licet ego ſequi dubitarem.

ADDITIO. Adde quod Bal.ibi illā intelligit ſuper facto notorio vel proprio recenti non intrincato.ſi enim eſſet factum alienum antiquum vel intricatum dat ſpatium,quia poſſet credere vnum nūc & deliberatione habita crederet contrarium.allegat l.ij.§.fi.ff.ſi quis or.in bo.poſ.ſerue.iuranti tamen.ꝙ non petit dilationem animo differendi litem ſecundum ipſum allegat l.iuſiurandum.& ad pecunias.ff.de iureiurā.& l.qui interrogatus.ff.de interroga actio.de iſta materia latius ponunt doc.in c.cum cauſam.de iura.calum.

Quam glo.intellige vt per Bar.in l.ij.§.ꝙ obſeruari.nume.23.C.de iura.calum. & per Fely.in d.c.quoſdam.per doc. in c.j.de confe.libr.vj.& Deciſio.Tholoſa.xxj.vbi alios citant. Nic. Pig.

1 *An procurator faciens actum tanquā nuncius valeat.*

697 Si procurator facit actum tanquā nun
1 cius non valet actus.tex.eſt ſingularis.ſecūdum intellectum gloſ.penul.& verum in l.multum.C.ſi quis alteri vel ſibi in gl.ſuper verbo comparaſti.facit quod dixi anno elapſo in l.j.ff.de verb.obli.quem caſum nota perpetuo.

ADDITIO. Adde ꝙ illum dicunt ſingul.ibi omnes, vt per Caſtren.poſt Bar.& alios in d.l.multum.ad fin.Bar.in l.qui autem.§.fin.ff.de conſti.pecu.& vtrobi per Alexan.in additio.Et ideo in procuratorijs ponitur:procuratorem: actorem: factorem:& nuncium ſpecialem,vt poſsit facere tanquam nuntius. Nico.Pig.

1 *Maior ordine, & dignitate, licet poſtea in collegio receptus an debeat antea receptis præferri.*

698 Maior ordine & dignitate,licet poſtea
1 in collegio † fuerit receptus debet præferri antea receptis:quia maioritas ordinis potius attenditur ꝙ̄ prioritas temporis. text. eſt no.in c.ſtatuimus,de maior.& obedien. tene menti.

ADDITIO. Adde Fely.in rubri.eo.ti.docto.in c.clerici.vbi Deci.de iudi.idem Deci.poſt alios in l.cum quid.ff.ſi cer.peta. Nicol.Boer.in addit.ad tracta. de autho.magni conſil.in fine ſuarum deciſionum, vbi late tradunt de præcedentia & prærogatiua tam ſedendi quam ambulandi in communibus hominum actibus,& ponunt nonnullas limitat.ad hoc ſingula. de quo etiam per eundem Deci.conſ.clxj.pro domino.Tho.Gram.deciſ.lxiiij. Nic.Pig.

1 *Lucro ſi quis alterius contemplatione ex diſpoſitione legis priuetur, id illi in dubio quæritur, cuius contemplatione priuatur. Secus ſi ex diſpoſitione hominis.*

699 Regula eſt,ꝙ cum quis alterius cōtem
1 platione † aliquo lucro priuatur,lucrum illi in dubio quæritur, cuius contemplatione priuatur.l.ſi legatarius.C.de leg.l.cū emancipati.§.ſi duo.ff.de colla.bo.in l.poſt legatum.§.amittere.ff.de his quib.vt indig.l.ſi defunctus.C.de ſuis & legi.Canoni.allegāt duas gloſ.vnam in c.ſi diligenti.in verbo, perdant.il ij.de foro compe.& in c.quia clerici.in glo.fi.de iure patro. & de hac regula Bar.facit magnum feſtum in l.ij.§.videndum,ff.ad tertul,licet hæc iura non alleget.

Hoc tamen intellige verum, cum quis priuatur lucro alterius contemplatione ex diſpoſitione legis: ſecus ſi ex diſpoſitione hominis, ſeu teſtatoris, tũc enim quęritur ſubſtituto vel cohæredi ipſius priuati, non aũt illi cuius contemplatione priuatus eſt. tex. eſt cum glo. cuius primus inuentor. Iaco. de Are. & ſingularis in l. vxorem. §. heres. ff. de lega. iij. & Bar. ibi tacit ſeſtum & Bal. in authen. cui relictum. col. ij. verſi. extra quæritur. C. de iudi. vidui. vbi de illa gloſ. exultant ambo.

A D D I T I O. Ad hæc vide quę addidi ſupra ſingula. ccccxlix. incip. ſed poſito, & vide Sand. in c. de his. in gl. ſi. ibi col. ij. in ſi. de accuſ. vbi colligit iſtam regulã pro qua dicit eſſe bonum tex. & ibi gl. in l. poſt legatum. §. amittere. ff. de his quibus vt indig. vide etiam bonum text. in c. ſi canonici. §. ſi autem, de offic. ordina. in vj. & in c. quibuſdam, de pœnis.

☞ Idem Roman. conſil. xxxij. viſa. col. iij. Bal. in l. vnica. nume. 43. & ibi Iaſo. col. j. C. de his quæ pœ. nomi. Iaſ. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator, ff. de leg. j. & in l. j. col. penul. C. de his quib. vt indig. Alex. in conſi. cxxxviij. oportune. col. ſi. lib. j. Soci. in rubr. ff. de his quæ pœn. nomi. Deci. in ij. lectu. & ibi alij Moder. in rub. extra de iudi. Iaſ. & ibi pulchre per Ludo. Gomes in. §. j. in glo. in verbo actio. inſtitu. de actio. poſt eos quos allegant. Areti. in. §. ſi. colum. ſi. inſti. de lega. & Iaſon. in xiiij. notabil. & ibi per alios in l. ſi quis maior. C. de tranſa. Et cui applicentur pœnæ de iure canonico, vide ſupra ſingul. ccccxlviij. Nicol. Pig.

2 *Vicarius generalis epiſcopi in remotiſsimis partibus exiſtentis, an poſsit in eccleſiis cõferendis conſilium præſtare, ſi illæ ſine epiſcopi conſilio ex inueterata conſuetudine conferri nequeat?*

700 Ex longeua & inueterata conſuetudine Epiſcopus habet hoc ius, quod ſine conſilio ſuo nulla eccleſia vacans in ſua dioce-
2 ſi poteſt alteri cõferri: Modo pone † q̃ Epiſcopus abſit, & ſit in remotiſsimis partibus, ad quem impoſsibile eſt haberi recurſum: vel pone in domino temporali: an eo caſu Vicarius ſeu vicem gerens poſsit cõſilium præſtare in eccleſijs conferendis, ſeu locis alijs? Prima fronte videtur dicendum q̃ non: quia eſt voluntaria iuriſdictio in qua non ſuccedit Vicarius generalis, caſus eſt in c. cum generali, de offic. vicar. lib. vj. tamen Archidi. dicit in curia Romana ſe obtinuiſſe contrarium. lxiij. diſt. c. reatina eccleſia, alleg. tex. in c. ex frequentibus, de inſtit. Sed videamus an ſit verum? canoniſta diceret quod ſic, vt Euangelium (vt dicit Io. Andre. in prohem. vj. dum ſubmittit opera ſua Archi.) ſed ſalua reuerentia tanti patris non dicit verum: quia contra caſum. c. j. in ſi. ne ſede vacan. libr. vj. vbi dicit, quod in caſu noſtro valet collatio etiã ſi nullius cõſiliũ ſeu cõſenſus acceſsiſſet, Secundo probo per dictum Feder. de Sen. conſi. cclxiiij. licet canonici vbi firmat quod conſenſus Epiſcopi requiſitus ad validitatem ſtatuti facti per capitulum, non poteſt pręſtari per generalem Epiſcopi vicarium. & eſt ratio quam ſupra dixi: quia eſt voluntariæ iuriſdictionis. d. c. cum in generali.

A D D I T I O. Adde q̃ Archid. in d. c. reatina. hic alleg. ſequitur Bal. in c. venerabilis. de conſuet. Sand. in c. ſubditis. col. ix. in princ. de præſcrip. licet Roma. hic ipſum reprobet rationibus quibus oportune reſpondet idem Sande. in c. ex parte. colum. vj. verſic. an autem abſente. de conſtitutio. Ad prædicta vide etiam Sande. vbi facit mentionem de Ludo. hic, & aliqua adducit in c. cum omnes. colum. iiij. verſi. & non ſufficit dictum Archi. ſequitur etiam d. Anto. in c. quod ſicut, in iij. col. de elect. & magiſter meus in l. in prouinciali. §. ſi ego ſuperficiarius. col. iij. de ope. no. nun. pro quo dicit eſſe optimum tex. in c. cum nullus. in verſi. epiſcopo autem in remotis agente, de tempo. ordi. quicquid dicat Ro. hic.

☞ Adde q̃ Fede. loquentẽ in ſtatuto ſequũtur doc. in c. cum oẽs. & c. cum acceſsiſſent. de cõſti. quia illud eſt de forma quę ſeruari debet, Alex. & Iaſo. in l. j. ff. de liber. & poſthu. & vide pulchre per Fely. in c. penulti. col. iij. de conſtitu. & Matth. de Afflic. poſt Andreæ. de Iſer. in c. imperialem. q. xviij. de prohib. feu. alie. per Fede. Nic. Pig.

1 *Induciæ deliberatoriæ an a iudice ſint ita concedẽdæ in cauſa criminali, ſicut in ciui.*

701 Quæro, nunquid induciæ deliberatorię
1 ſint † concedende per iudicem in cauſa criminali ſicut in ciuili, vt in authent. offeratur C. de litis conteſta. fui per iudicem poteſtatis heri interrogatus, dicentem q̃ ſic: quia in criminalibus proceditur ad ſimilitudinem cauſarum ciuilium, vt l. abſentem. ff.

de pœn.ſed ita eſt in ciuilibus, vt dicta authen. offeratur. ergo &c. Secundo, quia vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agendum. c. vbi maius. de electio. libr. vj. cum ſimilib. ſed omnis cauſa criminalis eſt maior qualibet pecuniaria. l. in ſeruorũ. ff. de pœn. ergo &c. & quilibet ſic diceret per dictas rationes: Sed tamen in contrarium eſt gloſ. ſingularis, communiter ignota. iij. q. ij. c. j. vbi glo. aurea. & adde ad d. authen. offeratur. ratio redditur ibi per gl. vide eam: quia non poſſum tibi omnia diſcutere.

ADDITIO. Hanc gl. ſequitur Hippol. de Marſi. in practi. crimi. §. expedita. nume. 64. & in ſingul. cccxlviij. libellus. in fi. ſingul. ccccxxxvij. in cauſis. in fi. Contrarium tenuit Hoſtien. in ſum. §. j. ver. aliæ deliberatoriæ. & eſt communis opin. vt per docto. in c. ij. de dilat. Alex. qui alios citat, in l. j. notab. ij. ff. de eden. Nic. Pig.

1 *Priuilegia alterius infringens, ſeu violans qua pœna puniatur.*

702 Violans, ſeu infringens, priuilegia † al-
1 terius qua pœna debet puniri: vt ſunt gabellarij qui faciunt ſcholares ſoluere contra eorum priuilegia? dic q debet priuari omnibus proprijs priuilegijs ſi quæ habet. caſus eſt notabilis in c. dilecti filij. de priui.

1 *Creditor priuati debitum ſibi congruo tempore oblatum accipere renuens illud petendi ius non amittit: & an id habeat locum in creditore reipublicæ?*

703 Tu ſai che creditor priuati, recuſans
1 accipere debitum † ſibi oblatum congruo tempore, non propter hoc perdit ius petendi illud. caſus eſt in l. ſed ſi poſtea. ff. de arbi. l. ſi peremptorio. in fi. de act. emp. l. ſi decem. & l. ſi debitor offerre. de ſoluti. & ibi plene, Sed an habeat locũ in creditore rei publi. Senenſis vel Florentiæ, vt recuſando debitum cõgruo tempore oblatum per rempubli. (quod raro aut nunquam viſum fuit) perdat debitum? dic, q ſpeciale eſt in repu. q creditor debiti petitionem ammittat hoc caſu. duo ſunt caſus l. nul li. & l. fortiſsimi. C. de erro. mili. anno. lib. xij.

ADDITIO. Et idem Roma. & Areti. in l. quod te. ff. ſi cer. pet. prout eos refert Alexan. in d. l. nulli. Neguſa. in tract. de pign. iij memb. v. par. nume. 40. Et idem in ſtipendiarijs tradunt Alexan. in l. ſemel mora. in prin. ff. ſolu. matr. & in l. ſi ſeruum, §. ſequitur. & ibi Iaſ. nume. 7. ff. de verbo. oblig. Soci. in regu. cclxx. fallen. vlt. Ludo. Gomes qui alios citat, in. §. ex maleficijs. nume. 48. inſti. de acti. Nic. Pig.

1 *Officiales dantes licentiam recedendi ſtipendiarijs, reipublicæ, vt armigeris, vel doctoribus, qua pœna puniantur?*

704 Dantes licentiam ſtipendiarijs reipu.
1 † vt armigeris, vel doctoribus, cum nõ poſſint: quia eorum officium ad hoc non extenditur, (ſcilicet vt vadant Florentiam, vel ad balnea) qua pœna puniuntur? dic q ſalarium illius temporis quo licentiam dederunt, ipſi officiales de proprio ſoluere tenẽtur. caſus eſt ſingularis in l. iubemus per hanc. §. non danda. verſic. ſciat vero tribunus. C. de erro. mili. anno. lib. xij.

ADDITIO. Et ibi ſequitẽ Alexan. in additio. Nic. Pig.

1 *Cuſtodi allegãti ſe nõ potuiſſe cuſtodire res alienas vt proprias, incumbit probatio.*

2 *Tutor ſi in tali periculo ſit, quòd ſimul & ſemel bona ſua, & pupilli cuſtodire non poßit, debet præferre cuſtodiam patrimonij pupilli, niſi res tutoris pretioſior ſit, vel par rei pupilli.*

705 Attende ad tex. l. tutor ſecundum dignitatem. §. j. ff. de admini. tuto. vbi probatur,
1 quod allegãti ſe † non potuiſſe cuſtodire res alienas, vt proprias incumbit probatio: quia præſumptio eſt in contrarium, vt ibi.
2 Secundo probatur ad idem, quod vbi † tutor eſt in tali periculo quod non poteſt ſimul & ſemel cuſtodire bona ſua & bona pupilli debet præferre cuſtodiam patrimonij pupilli cuſtodiæ bonorũ ſuorum. Quod primo limita, niſi res tutoris ſit pretioſior & res pupilli vilis: tunc enim tutori parcitur ſi ſuam præfert. Secundo limita vbi pretioſitas rerum pupilli et tutoris ſit par: tunc enim locus eſt gratificationi. glo. eſt ſingul. in l. ſi vt certo. verſi. proinde in verbo ſaltuas. ff. commo. Et eſt ratio: quia tutor in re pupillari, ſeu commodatarius excuſatur, ſi eam adhibet diligentiam in re aliena quam quilibet diligens faceret: in tutore probatur in l. in tutoribus. ff. de adminiſt. tuto. in commodato, in l. in rebus. ff. commoda. ſed quilibet diligens illud faceret, ergo &c. & hoc nota perpetuo.

☞ ADDITIO. Sequitur Bart. in d.l.tutor.in.§.j.& facit l.præſes. cum ſi.C. de ſerui.& aqua. Nico.Pig.

1 *Reſidui verbum quid probet, ſi in inſtrumẽto dictum ſit. Confiteor pro reſiduo me recepiſſe a debitore centum, facta ratione, & calculo?*

706 Verba illa, quę ſolent poni in inſtrumẽtis: confiteor, facta ratione et calculo pro reſiduo me recepiſſe a debitore meo cẽtum:
1 quid probatur per verbum † pro reſiduo? dic ꝙ probat quod recepit centum, & etiã totum aliud in quo idem primo tenebatur, glo. eſt ſingularis ſecundum Ange. in l. ſi ex pluribus, ſuper verbo, reliquum. ff. de ſolu.

☞ ADDITIO. Et ibi Rayn. & Imo. Fely. in c. ſi cautio, colum. antepenulti. de fide inſtru. Pau. de Caſt. Alexan. Corne. in l. ij. & ibi Iaſo. qui alios refert & limitat. C. de hæred. inſti. Alexan. conſi. xxvj conſideratis. lib. iiij. Idem de verbo reliquos ſupra ſing. xxxv. lego. Nic. Pig.

1 *Arbiter facit litem ſuam male iudicando, quemadmodum & iudex & an iudicare negligendo litem ſuam facere dicatur? Et quid de arbitratore?*

707 Tu habuiſti l. ſi quis in conſcribendo.
1 C. de pac. vbi dicitur quod † arbiter facit litem ſuam male iudicãdo vt iudex: ſed an negligendo iudicare faceret litem ſuam? tu diceres quod eſt caſus ibi in verbo neglexerit, & male: quia intelligitur quod nolit admittere exceptionem, ſed non dicitur, ſi permittit labi tempus cõpromiſsi. In iudice tu bene habes quod ſic. & idẽ dic in arbitro, tex. eſt ſingul. in l. j. §. ſciendum. verſic. diuus, iuncto pręce. ff. de magiſt. conue. Addas ad Bar. in l. fina. ff. de var. & extraordi. cogni. & ad alios in l. fina. C. de contrahen. emp. vbi quęritur de arbitratore, vbi eſt caſus in l. ij. ff. de proxene. quod ſic. & vide glo. inſtitu. de oblig. quæ ex quaſi delict. in prin. & in authent. decernimus. C. de arbi. quæ communiter non intelligitur.

☞ ADDITIO. Quem text. dicit ibi Bald. non eſſe alibi. & Deci. in d. l. pen. vj. notab. vbi alij ponunt. Alexan. in addit. l. prouidendum. C. de decur. lib. x. & Ludo. Gomes in xxxvj. caſu negligentię quos collegit in regu. cancella. de trienna. poſſ. N. P.

1 *Epiſcopus, ſeu presbyter contra dominum temporale coniurans, qua plectatur pœna.*

708 Dicam tibi dubia de quibus in itinere interrogauit me pridie reuerendiſs. presbyter Cardinalis de Vrſinis. primum quã pœ
1 na puniatur Epiſcopus † ſeu presbyter faciens coniurationem contra dominum temporalem? & in primis non recordabar, dic, ꝙ ſunt degradandi, & ſic priuandi a beneficijs & officijs. tex. eſt ſingular. xxij. q. v. c. ſi quis laicus. licet Archi. dicat quod ille tex. eſt paleæ non gratiani, ſed eum no. bene.

ADDITIO. Adde ꝙ idem tenẽt Panor. & Ioan. de Lig. ibi. & Cald. in repet. in c. cum excommunicato. xj. q. iij. in princ. & tria vel quatuor ſimilia, ſcilicet an diſpoſitum in homine viuo habeat locum in mortuo ponuntur notabiliter in addit. ad Pan. in d. c. ad hęc. Et iſta faciunt ad rationẽ quare canones prohibent communicari excõmunicatis etiam mortuis, id eſt vt melius inducantur ad abſolutionem & pœnitentiã dum viuunt. & ſic generaliter vt delicta coherceantur & impunita non euadant.

☞ Et idem Roma. in conſil. ccclxv. quæritur. & illum tex. dixit not. Abb. in fi. princ. in c. at ſi clerici. de iudic. late per Ioan. Bernar. Diaz in practi. crimi. canon. in verbo, læſæ maieſtatis rei, poſt eos quos alleg. Et nouiſsime per excellen. do. Hiero. Giga. in tracta. ſuo crim. læſæ maieſta. libr. j. rubric. quaſi. & a quib. crim. læſæ maieſta. commit. q. lxiij. Nic. Pig.

1 *Excommunicationem minorem incurrit loquens ſeu participans cum excommunicato, & quid de aſſociante excommunicatũ mortuum vt eius funus curet?*
2 *Excommunicatio maior, quæ ſit, & quæ minor?*
3 *Participatio cum excommunicato quare prohibetur.*
4 *Mortui corpus an poſsit tradi medicis?*

709 Secundum, loquens † cum excommuni
1 cato ſeu participans incurrit minorem excommunicationem, xj. q. iij. c. cum excommunicato. & c. qui communicauerit. (quæ
2 enim ſit † minor ſeu maior excommunicatio nota. in c. ſi celebrat. de cleri. excom. & in c. cõſtitutionem. & in c. ſtatuimus. de ſen. ten. excommu. lib. vj.) an illud verum ſit, ſi

communicat cum excommunicato mortuo
in iuuando eum vt ad funus ducatur curan
do ſibi funus vel ſociando? videtur primo
quod non ſecundum Hoſtien.qui tenet hãc
opinio,nam participans cum excommuni-
cato incurrit minorem quando cum eo ali-
quid deducit in vſu,vt dictis iuribus decre
ti: ſed cum mortuo non poſſumus aliquid
in vſum deducere cum ſit cadauer.igit̃ &c.
3 Secunda ratio,quare prohibetur † partici-
patio cum excommunicato,eſt: vt excom-
municatus rubore confuſus citius veniat
ad pœnitentiam & ad abſolutionem.c.pia.
de excep.lib.vj.ſed hæc ratio ceſſat in ex-
communicato mortuo.igitur &c.& ita cre
debat dominus Cardinalis cum eſſet corã
eo de facto.Sed contrarium eſt veritas: iſta
eſt ſententia gloſ.ſingularis in c.ad hæc. de
priuil.& eſt ratio duplex.primo tex.dicen
tis, quibus prohibemur communicare vi-
uis: prohibemur & mortuis.c.ſacris.de ſe-
pul.& xx.q.ij.c.ij.Legiſta ad hoc alleg.ff.
4 de cad.puni.l.ij & ibi Bar.inducit,an † cor-
pus mortui poſſit tradi medicis,& reliquit
indeciſum , alias tibi decidam, quia eſt ca-
ſus in decretis non recordor modo.Secun-
da ratio eſt:quia effectus excommunicatio
nis quo ad eccleſiam militantem durat etiã
poſt mortem.c.a nobis.de ſentẽ.excommu.
la grande.& d.c.ſacris.puta quo ad ſepul-
turam,ergo &c.& ita domino meo reſpon
di,neſcio quid tu dixiſſes.

ADDITIO. Illam glo.ſequi-
tur Fran.Rip.in tract.peſt.par.vlt.,in prin.
nume.107. Nicol.Pig.

1 *Excommunicatus, vt quia iniecit manus*
violentas in clericum punitur, & a ſolo
Papa regulariter abſolui poſſunt niſi in eũ
leuiter manus iniecerit,tunc enim ab Epi-
ſcopo abſolui poteſt.

710 Incidens in excommunicationem, vt
1 quia iniecerit manus † violentas in cleri-
cum,iuxta c.ſi quis ſuadente xvij.q iiij.pu
nitur alia pœna: quod non poſſunt niſi re-
gulariter a papa abſolui, & non ab epiſco-
po.licet fallit in caſibus ut in c.ea. noſcitur.
de ſen.excommu.cum ſi.Quod &̃ fallit,vbi
quis inciderit in excommunicationem leui
inſectione: tunc enim poteſt ab Epiſcopo
abſolui.caſus eſt ſingularis ſecundum com
munem intellectum in c.peruenit. de ſen-
ten.excommunica.

ADDITIO. Et ibi Abb.& Fe-
ly.& in c.cum illorum.eo.tit.Hoſti.in ſum.
eo.tit.§.j.verſ.ſunt etiam caſus vj.& po-
nit verſus.Et per illum c.dicit Lap.alleg.
lxxvj.factum ſuper quo. quod epiſcopus
poteſt abſoluere excommunicatũ qui de-
dit maxillatam vni canonico:quia hæc nõ
dicitur enormis læſio.Et adde Cardin. Za
ba.conſi.xlij.reuerendiſſime pater. Et in-
tellige quod poteſt Epiſcopus abſoluere
excommunicatum qui iniecit manus in cle
ricum etiam extra ſuam diœceſim, vt per
Decilio.Tholoſa.cxxxj. Nic.Pig.

1 *Carcer de iure ciuili non poteſt aſsignari ad*
pœnam,ſed ad cuſtodiam, licet de iure ca-
nonico ſecus.
2 *Iudex eccleſiaſticus ſi de crimine eccleſiaſti-*
co contra laicum cognoſcat, an poſsit lai-
cum pœna perpetui carceris ſecundum ius
canonicum, punire?
3 *Intellectus.c.quamuis.de pœn.lib.vj.*

711 Tu ſcis,ꝙ de iure ciuili carcer non † po
1 teſt aſsignari ad pœnam, ſed ad cuſtodiam,
l.aut damnum.§.ſolent.ff.de pœ.l.incredi-
bile.C.eo.ti.licet de iure canonico ſecus in
2 c.quamuis.de pœ.li.vj.Modo quæro,† nun-
quid, cum iudex eccleſiaſticus de crimine
eccleſiaſtico cognoſcit contra laicum,poſ-
ſit laicum punire vel afficere pœna perpe-
tui carceris ſecundum ius canonicum? qui-
libet diceret quod ſic: ex eo quia ratione
criminis laicus eſt effectus de foro eccleſię
vt eſt notum in c.ſi duobus. de appel.cum
ſim.nihilominus veritas eſt in contrarium.
3 Et † d.c.quãuis. habet locum cum punitur
perſona eccleſiaſtica, non laica.dictum eſt
ſingulare verbum Oldra. conſil.lxxxviij.
incip.quæritur.& ſequitur Ioan.Andr.per
eaſdem rationes in addi.Specu.in rubri.de
offi.ordina.eorum fundamentum eſt,in c.ſi
epiſcopus.de offi.ordi.lib.vj.vbi caſus re-
cte intuenti.quod nota.licet Ioan.And.Ol-
dra.non alleget.

ADDITIO. Adde Pet.de Ancha.in
regu.ea quæ.xlviij.colum.de reg.iur.in vj.
Pe.de An.har.& Imo.in c.cum epiſcopus.
de offi.ordi.in vj.per illum tex.in ver.per-
ſonas eccleſiaſticas,vbi tamen Gemi.vide-
tur tenere oppoſitum ad quod confirman-
dum Fely.adducit quinq; vel ſex text.in c.
cum ſit.col.ix.in medio.verſi.& adde.de fo
ro compe.vbi etiam allegat Anau.hanc ſe-
cundam opini.tenentem in duobus vel tri

bus locis, vt ibi per eum.

Adde Auguſti. Arimi. in tracta. malefic. in verbo, quod fama publica. nu. 88. Ludo. Carer. in tracta. homic. in vlti. par. nume. 33. Franc. & doct. in d. c. ſi epiſcopus. Nic. Pig.

1 *Ioculatores, & mimi, qui fera animalia ducunt, qua pœna puniantur, ſi illa aliquem hominem occiderint?*

2 *Tituli extraordinarij ſunt legendi.*

3 *Ventris ingluuies ad luxuriam prouocat, & facile omne opus bonum deſtruit. Vnde comedendum eſt, vt viuamus non viuere vt comedamus.*

4 *Bartolus, ad pondus cibum ſumebat, vt intellectum æque ſemper bene diſpoſitum, et nunquam alteratum haberet.*

712 Quæro a te, iſti ioculatores † & mimi du
1 centes communiter animalia fera ligata, vt
Vrſos & Leones, qua pœna puniuntur, ſi illud animal aliquem occiderit? tu diceres
quod pœna mortis: quia qui occaſionẽ mortis dat occidiſſe videtur. Dic tamẽ ꝙ pœna
eſt ducentorum ſolidorum. tex. eſt ſingularis in l. quo vulgo. ff. de ædil. edic. l. cũ duabus præcedentibus, & hoc eſt propter tacitum conſenſum ciuium, qui illos permittũt
2 eos eſſe in ciuitate. Studeas iſtos † tit. extraordiuarios, & non conſumas tempus in
3 ſcortis. vẽtris † nanq; ingluuies ad luxuriã
prouocat, & facile omne opus bonum deſtruit. dicit tex. Hieronymi. & notũ eſt hæc membra ſibi ipſis vicina fore. vnde fit, vt vicinitas cõiuncto federationem arguat vitiorũ. xliiij. diſt. §. j. & c. conuiuia. non enim plus, q̃ neceſſe eſt, debemus corpori deſeruire: ſed eius infirmitatẽ reficere vt ipſum habeamus ad vſum exercendę virtutis. dicit tex. in d. c. conuiuia. vnde Seneca, non viuo vt comedam: ſed comedo vt viuam:
4 & ideo Bar. † comedebat ad pondus vt haberet intellectum pariter diſpoſitũ & nunquam alteratum: & ideo comede temperate ſecundum quod dicit tex. de conſecra. diſtin. j. c. non mediocriter.

ADDITIO. Adde alium tex. ſingul. in l. ſi. ff. de extraordi. crimi. vbi circumferentes ſerpentes, ſi cui ob eorum metum damnum datum fuerit, extra ordinem puniuntur. Et adde conciuem meum Cæpol. in d. l. quo vulgo. & per Franci. Rip. in tract. peſtis. in iij. par. in princ. nume. 90. Et de vita Bar. late Iaſo. l. quidam cum filium, ff. de verb. oblig. Nic. Pi.

1 *Emptor infra quantum tempus ſuam diſplicentiam declarare debeat, ſi ſibi res vendita fuerit cum hoc, quòd ſi ſibi diſplacuerit res ſit inempta?*

713 Vendo tibi rem cum hoc ꝙ ſi tibi diſpli
1 cuerit res ſit inempta: quæro infra quantum tempus debet emptor ſuam diſplicentiam declarare, vt rehabeat pretium & reſtituat rem? diceres quod eſt quęſtio de qua in l. ſi quis arbitratu. ff. de verbo. oblig ſed male: quia ſtatutus eſt terminus in caſu noſtro. lx. dierum, text. eſt ſingularis in l. quod ſi nollit. § ſi quis ita. ff. de ædil. edic.

ADDITIO. Qui tex. ſingul. ab omnibus reputatur, vt per Ioan. de Monte in tracta. termi. actio. qui imprimitur cum Iaſo. de actio. nume. 15. Et per illum tex. vide quæ tradunt docto. in c. per tuas. de donatio. & domi. Auguſti. Bero. q. famil. v. Et eſt duplicatum infra ſingul. dcclxxvj. emo a te equum. Nicol. Pig.

1 *Statutum imponens pœnam pecuniariam paruam, vel magnam pro adulterio, vel homicidio pro quibus eſt pœna mortis de iure communi, an valeat?*

2 *Oris fracti pœna iure xij. tabul. erat pecuniaria.*

3 *Porcellum ruſtico auferens, oculum illi dextrum aufert.*

714 Iudex poteſtatis cõſuluit me, nunquid
1 valeat ſtatutum imponens † pœnam pecuniariam pro adulterio vel homicidio pro quibus eſt pœna mortis de iure communi? Archi. ponit in c. duo iſta nomina. xxiij. q. iiij. & in c. fina. ne cle. vel mona. lib. vj. Hoſtien. & Ioan. Andræ. in c. fina. de conſue. & decidunt ipſi, quod ſtatutum non valet: ea ratione, quia vt conſtitutio ſit valida debet eſſe æqua & iuſta & vniuerſalis c. erit autẽ lex. iiij. diſtin. ſed iſta conſtitutio eſt iniqua, vt probabitur. ergo eſt inualida. Quod ſit iniqua probatur: quia quælibet diſpoſitio, per quam datur facilis occaſio delinquendi, vt iniqua reprobatur. l. conueniẽte. ff. de pact. dota. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. c. quemadmodum. & c. & ſi Chriſtus. verſic. quædam enim. de iureiuran. ſed per iſtam datur facilis occaſio delinquendi: quia nil magis appetimus q̃ ſaturare voluntatẽ no-

ſtram cum poſſumus, igitur cum ſciat pro homicidio eum non moriturũ de facili poſſet delinquere, & ad hoc. xj. q. iij. c. pauper. vbi dicitur pauper cũ non habet quod offerat, nedum audiri contemnitur: ſed contra veritatem opprimitur. facile enim auro vẽditur iuſtitia, neque ſuam culpam quis pertimeſcit cũ ſperat poſſe redimi. & ſi tu eſſes in curia ita diceres. Bald. vero ſolus apud legiſtas in c. j. §. iniuria. de pace iura. firman. in vſib. feud. dicit ſine aliqua allegatione hoc ſtatutum verum & validum cũ non ponit pœnam pecuniariam paruam, & ſic non contemptibilem: alias ſecus. Ego autem probo per tex. §. pœna. inſtit. de iniur.
2 vbi dicitur † quod valida erat. l. xij. tabularum olim, quæ propter delictum oris fracti imponebat pœnam pecuniariam, et hoc propter magnam veterum paupertatem. ita in propoſito verior videtur opinio Bal.
3 Item gloſ. dicens quod qui † ruſtico aufert porcellum aufert ſibi oculum dextrum. vt l. illicitas. §. ne tenuis. ff. de offi. præſid. Item ruſtici non audent optare pecunias, vt in comittatu Florentino. vt l. domini prædiorum. C. de agrico. & cenſi. libro. xj. Ergo verior eſt opinio Bald. quando pœna pecuniaria eſt non cõtemptibilis. Addas ad Barto. in l. j. ff. vi bono. rapto. vbi præſupponit non aduertens dictum ſtatutum ualidũ non habens notitiam prædictorum.

☞ ADDITIO. Adde ꝙ eſt communis opinio quod tale ſtatu. valeat, vt late per Fely. poſt eos quos allegat, in rubri. de homici. Areti. in tracta. maleficio. in verbo, & ex interuallo. nume. 7. & ibi Auguſt. Arimi. & in ver. & caput. nume. 30. Hippol. de Marſi. in l. j. nume. 17. ff. de ſicar. Limita primo niſi pœna pecuniaria fuerit contemptibilis, vt quia parua pecunia, vt per Bal. vbi ſupra Alexan. qui dicit ſe conſuluiſſe, in l. j. iij. col. vbi Deci. ff. quõ quiſq; iur. Limita ſecundo in delicto qualificato vt paricidio, aſſaſinio & ſimil. vt late per Marſil. ſingul. dclxv. nũ. Limita etiam vt per Fely. in d. rub. de homi. Et idem dicas in cõſuetudine curiæ, vt ſcilicet poſſint imponere pœnam pecuniariam, maxime ex cauſa, vt per Matthæ. de Affli. deciſio. regni. 287. illuſtriſſimus. & Ludo. Carer. in tracta. homi. par. vlti. nume. 12. qui plurimos refert ad intelligentiam iſtius ſtatuti.

1 *Teſtis vnius dicto quòd credatur contra partem, an Papa, vel imperator facere poſſit?*

715 An Papa vel Imperator poſſit facere
1 quod † dicto vnius credatur contra partẽ? dic quod non. caſus eſt ſingularis in c. ind Lcas hermanum. iij. q. ix.

ADDITIO. Adde Fely. in c. conſtitutus in verbo limita quadrupliciter et verſi. ſecundo limita. de reſcrip. in c. cum olim. col. x. in fi. de re iudi. in c. ſicut. circa princ. verſi. & hoc eſt adeo verum. de ſenten. excommu. adde etiam ſi faciũt quæ dicit Ant. ſicu. in notab. ſuis in litera P. no. incip. princeps non poteſt ferre ſententiam.

☞ Adde & intellige regulariter: ſecus ex iuſta cauſa & in certis cauſis, vt per Inno. Abb. in c. nuper. de teſti. Iaſo. in l. admonendi. col. lxxj. num. 191. ff. de iureiuran. Deci. in c. j. in princ. de fide inſtru. Fely. & Deci. in c. veniens. j. circa fi. de teſti. idem Abb. in c. ſicut. vbi Deci. col. vj. de probatio. vbi loquuntur etiam de cõſuetudine. Et vide ibi do. Auguſt. Bero. nume. 46. qui tenet etiam ex iuſta cauſa hoc fieri non poſſe. præcep. meus Alcia. in l. j. §. fina. nume. 22. ff. de verbo. oblig. vbi docto. diſputant nunquid partes poſſint facere quod credatur vni teſti. Nico. Pigno.

1 *Exemplo vel tranſumpto, abſque ſolemnitate, quòd fides detur an Papa, vel Imperator facere poſſit?*

716 An Papa vel Imperator poſſit facere
1 quod † tranſumpto vel exemplo abſq; ſolemnitate detur fides? dic quod non, caſus eſt ſingularis in c. j. de fide inſtru.

ADDITIO. Adde Felyn. in ca. cum olim. col. x. in fi. de re iudi. ad quod faciunt allegata ibi plene per eum. & quæ ſupra addita ſunt ſingul. dclxxxviij. incip. tu ſcis quod nedum iudex.

☞ Quod intelligitur ſecundum Fely. Deci. & alios ibi de poteſtate ordinaria: ſecus abſoluta, vel etiã ordinaria & ex cauſa: cum valeat conſuetudo vel ſtatutum, quod priuatæ ſcripturæ autoritatem tribuit. c. cum dilectus. eod. titu. Alexan. l. j. §. fi. & ibi cæteri Moder. ff. de verb. obliga. docto. in c. ij. de probatio. Nico. Pig.

1 *Teſtes rogati an requirãtur ad ſolemnitatẽ contrahendi matrimonij?*

717 An ad ſolemnitatem matrimonij requi
1 rantur † teſtes rogati? dic ꝙ ſic: legiſtę enim

poſſunt probare huius reſolutionem hoc modo: Contractus reſolutio & celebratio debent procedere eodem iure, l. ſi ad reſoluenda. C. de prædi. mino. ſed ad reſoluendũ matrimonium requiruntur teſtes rogati, ergo ad contrahendum, vt l. nullum. ff. de diuor. ſed de hoc habes gl. ſingularem in verbo, inuitatis, in cap. noſtrates, xxx. q. v. ſed Bartholomeus Brixi. dicit in quadam ſua quæſtione ꝙ ipſe non credit gl. veram, ſed mihi placet, per illum text.

1 ſumitur † vti poteſtate abſoluta,niſi exprimat:quia ſemper præſumitur vti poteſtate ordinaria,vt dicit Inno.in c.innotuit,de electio. Et alias dixi hoc verum, niſi apponat clauſulã ex certa ſcientia:quia quando hoc verbum reperitur præſumitur vti poteſtate abſoluta.gl.eſt in c.ad hæc,in verbo,elegerint. de reſcriptis.quæ eſt ſingularis, & non alibi.

ADDITIO. Adde quod iſtam gloſ. allegat etiam pro ſingul. Vitalis de Gambaiis in ſuo tracta.clauſularum. verſi.clauſula ex certa ſententia. & eam exclamat Panor.in d.c.ad hæc.verſic.vltimo.no.ex qua dicit ſe generaliter inferre ſingul.dictum ꝙ vbicunq; in materiá requiritur plenitudo poteſtatis principis ſatis eſt principem dicere quod iſtud facit ex certa ſcientia.

☞ Et idem Roma.conſi.ccclxix.circa primum.colũ.vj.Et Clau.iſta æquipolet clauſ. de plenitudine poteſtatis, & clauſ.non obſtante:vt per doc.in d.c.ad hæc.& per Deci.in l.totum.vbi do.Cagnol.infinitos allegat.ff.de reg.iur.idem Deci.in c.j.& c.porrecta.de confe.vti.vel inuti.Hippol.ſingul. lxxx.princeps. Nic. Pig.

1 *Pactum de non alienando rem meam, niſi tibi:per proteſtationem tibi factam, quòd volo vendere, præſcribitur infra duos mẽſes vt tale pactum mihi non officiat.*

765 Facio tibi pactum, ꝙ ſi voluero vende
1 re rem meam non vendam niſi tibi.ego volens vendere dico tibi, amice volo vendere: & ſi ille tacet per duos menſes poſſum vendere non obſtante pacto,hic eſt tex.ſingularis in l.qui Romæ.§.cohæredes.ſecundum ſupplectionem Dy.& Bar.ff.de verb. oblig.qui mouentur arg.l.ſi.C.de iu.emph.

☞ ADDITIO. Et idem Ro.conſil.xxvij.viſo themate.in fin.& in conſilio clxxxij.in caſu.in ſi.vbi per illum tex.dat cautellam.Et ſequuntur communiter doct. in d.§.cohæredes,& Iaſo.in l.ſi.viij.not.C. de iure emphi.& eum ſingul.dicit And.Tiraquel qui infinitos cumulat,de retrac.con ſangui.§.j.glo.ix.nu.112.Et quando valeat tale pactum tradunt doct.quos allegaui ſupra ſingul.cxv.nota caſum. Nic.Pig.

1 *Domini duo ſi eiuſdem caſtri ſint, de cuius regimine inter ſe diſſident, alternis annis quilibet regnare debet.*

766 Sunt ſub regina duo domini eiuſdem caſtri, qui non poſſunt conueniri ſimul in regimine caſtri:quæro,quid agendum:quia ſunt iura indiuidua,vt ius aqueductus? Alij
1 qui † dicũt,ꝙ regina debet priuare ambos, & illud eſt verum in vno actu:ſed in caſu propoſito regina debet facere,quod alternis annis regnent.gloſ.eſt ſingularis in c.licet,verbo, conuenit.xvj.q.iij.hoc dicentis ar.l.quotiens,ff,de vſufru.

ADDITIO. Vide ſatis plene per Fely.in c.prudẽtiam.col.ij.poſt prin.verſ.ſed quid erit.de offi.& pote.iud.dele.per Abb. eleganter cõſ.ſuo lxxxij.vbi optime diſtinguit aut ſunt multa bona & diuiſibilia,aut non,vide per eum.

☞ Adde ꝙ illam glo.multum commendat Abb.in c.ſin.nume.5.de re iudi.idem Abb. & Fely.col.ij.in c.prudentiam,de offi.delega.Alexan.poſt Ang.in l.ij.§.ex his.nume. 13.& ibi Iaſo.do.meus Alcia.& Moder.ff. de verbo.obli.idem Alexan.conſi.xviij.viſis.col.ij.lib.ij.& in conſi.cxxv.attentis.colum.j.lib.v.Iaſo. in l.ſtipulat.non diuiduntur,ſub nume,13.ff.de verb.obli.Matth. de Afflic.in c.j.§.præterea.iij.notab.in princ. de probi.feud.alie.per Feder. Nicol.Boer.

deciſio.v.quid, duo ſunt.vbi alios citat.& deciſio.cxlix.an rex Franciæ.nu.21. N.P.

1 *Sententia lata ab infame, excommunicato, vel ſeruo, ratione communis erroris ualidatur. Niſi illi inter quos lata fuerit ſciãt illum communem errorem eſſe falſum.*

767 Lex barbarius.ff.de offic. præto.&.c. ad probandum.de re iudi.dicunt, ꝙ ſenten
1 tia† lata ab infame, excõmunicato, vel ſeruo ratione communis erroris validatur: Limita hoc ſingulariter, niſi illi inter quos eſt lata ſententia ſciant illum communem errorem eſſe falſum, quia tunc non validatur ratione communis erroris, ita ſingul.no.Io. Calde.in d.c.ad probandum.& do.Ant.refert in c.ſciſcitatus.ad fi.de reſcri.ratio eſt, quia ratione comperta cedit opinio veritati,& ratio huius colligitur.viij.diſt.c.conſuetudo.ex illo tex.

ADDITIO. Adde quod dictũ Caldi.ſequitur Panor.in c.poſt ceſsionem.col.penul.verſi.idem ſi erat occultum. de probat.Imo.in c.dilectus. il ij.in v.col.de præben.& ibi do.Abb.in iiij.col.& Gemi.in c.ſacerdotes.ij.q.vij.poſt But.in c.coram.de coha.cle.& mul. Fely.in c.ad probandum.col.iiij.de re iudic.vbi plura alleg.& vide magiſt.meum.in d.l.barbarius.

☞ Et idem Cald.in c.poſt ceſsionem.et ibi Abb.Deci.& alij col.penul.de probat.Soci.in regul.ccxxvij.fallen.ſi. Nic.Pig.

1 *Procurator an ab eccleſia parochiali inferiori ſine licentia, uel conſenſu epiſcopi de iure ciuili conſtitui posſit: & quid ex iure canonico ſi cauſa ſit ardua?*

768 An eccleſiæ inferiores parochiales poſ
1 ſunt † conſtituere procuratorem ſine licentiã Epiſcopi, vel conſenſu Epiſcopi: dic, ꝙ de iure ciuili quelibet eccleſia etiam inferior non poteſt ſine conſenſu Epiſcopi conſtituere procuratorem.l. omnes.§. hoc nihilominus.C.de epiſ.& cle.de iure canonico Inno.in c.imperatorum.in ſi.de iura.calum.determinat ſingulariter, ꝙ ad validitatem conſtitutionis procuratoris eccleſię inferioris non requiratur conſenſus Epiſcopi, licet contrarium ibi teneat gloſ.Hoc autem dicit alibi ipſe fallere in cauſis arduis, ita notat ipſe in c.requiſitiui.de teſta.quod domi.Anto.reputat notabile in c.edoceri.de reſcriptis.

ADDITIO. Adde Roma.de iudic.vij.in nouis pro qua deciſione vltra ea quę ibi allegantur eſt tex.in c.j.§.porro.de ſta.regun.in vj.ibi, hoc autem &c. Adde quod Panor.& alij licet Hoſti.ibi diſtinxerit ſequuntur iſtud dictum Innocen.in dicto cap.imperatorum.

☞ Vide per doct.in dicto c.imperatorum. Abb.in d.c.requiſiſti.col.ij.docto. in c.cum acceſsiſent.in c.cum omnes.de conſti.& in c.cauſam quæ.de iudi.ubi plura in materia ponunt. Et an in arduis conſenſus Vicarij Epiſcopi ſufficiat ſupra ſingula.dcc.ex longeua. Nicol.Pig.

1 *Conſilio quando obligetur in contractibus vel maleficijs. Et an conſulentes deiectionem, vel ſpoliationem, teneantur interdicto, vnde vi.*

769 In contractibus nullus ex conſilio obli
1 gatur† vt in regula iuris, nullus ex conſilio lib.vj.& in l.ij.§.ſi.ff.mand.& in.§.tua tantum gratia.inſti.eo.ti.in maleficijs eſt ſecus, quando ille non erat alias facturus.ff.de regul.iur.l.non ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniur.l.qui ſeruo.& l.in furti.§.ope.ff.de fur.l.j.§.perſuadere.ff.de ſer.corru.cum ſim.in c.ſicut dignum.de homi.et c.tanta.lxxxvj.diſtin.Sed circa hoc quæro: an conſulentes deiectionem vel ſpoliationem teneãtur interdicto vnde vi? in mandato eſt clarum.l.j.§.deieciſſe.ff.de vi & vi ar. Sed in caſu propoſito dic, ꝙ non: niſi in ſubſidium cum expoliator non extiterit ſoluendo.iſtud eſt dictum ſingulare Innocẽ.in c.querelam. de elect.qui dicit ꝙ non: quia non reperit hoc.l.cautum.Sed contrarium fuit determinatũ inter dominos meos per d.c.ſicut dignum.

☞ ADDITIO. Et hæc opinio cõtra Inno.eſt commun.quam tenuit Bal.in l.ij.colum.vj.q.vj.C.de ſer.& aqu.Fely.in d.c.ſicut dignum.& in c.j.col.iiij.limi.iiij.& ibi Deci.colum.vj.limi.v.de offi.dele.quia ſatis ſpoliare dicitur qui cõſilio ſuo aliquẽ ſpoliat.Iaſ.§.omnes.nume.5.inſti.de actio. Deci.in l.conſilij.& ibi domi.meus.ff.de regul.iur.Ludo.Carer.in tracta.homi.§.v.numero 159. Nico.Pig.

1 *Iuditiarij ordinis obſeruatio in prima cauſa de conſenſu partium non poteſt remitti,*

licet ordo poſſit præpoſterari, ſecus in cauſa appellandis.

770 Communis concluſio eſt, ꝙ conſenſu
1 partium † obſeruatio ordinis iudiciarij non pōt remitti, licet poſsit præpoſterari, vt notat glo. in c. de cauſis. de offi. delega. & in c. fi. de re iudi. li. vj. & in clemen. j. de libel. obla. gloſ. eſt in authen. offeratur. & in corpore vnde ſumitur. C. de litis conteſta. Hoc verum in prima inſtãtia: ſecus in cauſa appellationis, quia non eſt neceſſe ordo iudiciarius, vt non detur libellus, & non conteſtetur lis. ita notat Specu. in tit. de libel. cōcep. §. vtrum; ver. ar. contra. qui hoc dicit per tex. in l. fi. §. fi. ibi, vel vlium fatale obſeruare. C. de tempo. appel. ꝙ dictum ibi dicit Bald. non reperi alibi.

ADDITIO. Adde eūdem Specu. eo. titu. §. nunc dicendum. verſi. ix. eundē Bal. in l. j. in fi. C. ne lice. in vna cau &c. Fely. in c. j. n fi. de offi. iudi. Deci. poſt alios in d. c. de cauſis. colum. v. limi. ij. Et de intellec. d. §. fi. adde Alexan. & Iaſo. in l. properandum. in princi. C. de iudi. Abb. & Deci. poſt alios in c. ex ratione. de appel. Auguſt. Bero. in c. cum ſit Romana. nume. 54. eo. tit. de appella. Nic. Pig.

1 *An exceptiones produci, poſſint die feriata?*

771 In. §. ſi nuntiatio. l. j. ff. de no. oper. nunc. habetur, quod nunciatio omnibus diebus fieri poteſt etiam feriatis, vt ibi per glo. &
1 docto. Sed quid in exceptionibus an † poſſint produci die feriata? Dic ꝙ ſic, vt per Specu. ſingul. in titu. de dilatio. §. j. verſ. ſed pone. il j. in fine, allegat ſimile de libello & appellatione.

ADDITIO. Adde tamen, ꝙ terminus ad opponendas exceptiones dari non poteſt die feriato: quia talis dicit actus iudiciarius qui tali die explicari nō poteſt, vt per Bar. in l. miles. §. ſexaginta. ff. de adulte. Ang. Are. in rub. inſtit. de exceptio. ix. q. princ. qui tamen non allegant Spec. allegatum per Roma. hic. Nicol. Pig.

1 *Excommunicatus non pōt reconuenire agentem, niſi eum ex alia cauſa conueniat, quã ex illa, qua ipſe conuenitur.*

772 Tex. in c. cum inter. de exceptio. dicit
1 quod excommunicatus † non poteſt reconuenire agētem; iſtud eſt verum, niſi excommunicatus reconuenit actorem ex alia cauſa, quã ex illa, ex qua ipſe conuenitur: quia tunc poteſt ex eadem cauſa. ita not. Inno. in c. ſi vere. in fi. de ſen. excommu.

ADDITIO. Quem ſequitur Abb. in d. c. cum inter. col. penul. & ibi Deci. itidem. col. penul. alleg. l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit. ff. de iureiuran. tenens hoc eſſe per viam defenſionis non reconuentionis. Nico. Pig.

1 *Poſſeſsio etiã iniuſta nemini per iudicem eſt auferenda ſine ipſius poſsidentis citatione, Niſi poſsidens de facto fuerit in poſſeſsionem a iudice parte non citata miſſus.*

773 Poſſeſsio etiam iniuſta nemini per iudi
1 cem eſt auferenda † ſine ipſius poſsidentis citatione, c. in literis. de reſtit. ſpolia. c. licet Epiſcopus. de preben. lib. vj. & l. ſi deſerta. C. ſi propter publi. pen. in l. nec imperiale. C. ſi per vim vel alio modo. & in l meminerint. C. vnde vi. Limita verum, niſi iniuſte poſsidens de facto fuerit in poſſeſsionem miſſus per iudicem aduerſario non citato: quia eodem modo poteſt priuari etiam ſine citatione. ita notat Inno. in c. quærelam. de elect. quem allegat & ſequitur Bal. in l. ſi pacto quo pœnam. C. de pact. facit glo. in l. ſi minor. ff. de euict. ſed pro hoc dicto eſt tex. in l. j. §. hoc edictū. ff. ſi mulier ven. no. quos Inno. ad hoc non allegat.

ADDITIO. Idem tenuit Bal. in l. ij. col. x. verſi. quarto quæro. C. de ſerui. Limita (ſecundum Ioan. And. in additio. Spe. in titu. de ſen. prola. §. ſpecies. in addit. quæ incipit. habeo de præcepto.) niſi actum factum parte nō citata facturus fuiſſet iudex & etiam præſente & contradicente. exemplum ponitur per eum, & per Alexan. in l. ſi pacto. hic alleg. & in l. quod iuſsit. ff. de re iudi. idem tenuit Ang. et Imo. in l. de vno eo. titu. docto. maxime Alex. & mag. meum in d. l. ſi pacto vbi plene. & vltra eos addantur alle. per Roma. met conſi. clviij. & conſi. ccxx. & conſi. ccdxx. Maria. Soci. in trac. de citatione. arti. vij. verſi. xx. caſus cum ſequen. Alexan. in l. j. col. x. ff. de ope. no. nuncia. & conſi. v. in penul. col. in ij. vol.

Et idem Roma. conſi. lxix. viſo. colum. fi. verſi. tertio. Alexan. in l. de vno quoque. & ibi Marſi. ix. amplia. ff. de re iudica. & in conſi. v. in cauſa. col. penul. lib. ij. & in l. j. §. nunciatio, nume. 24. ff. de no. oper. nuncia. Idem Hippoly. ſingulari cxcv. nemo. Deci.

in c.cum ceſſante.in fi.de appella.& conſi. cxcj. in cauſa.colum.iiij.bellamer. deciſio. dclxiiij. Nicol. Pig.

1 *Appellatio ab interlocutoria cauſæ expreſſionem requirit, ſecus in appellatione a diffinitiua. Et quid ſi cauſa friuola in appellatione a diffinitiua exprimatur, an appellatio, ipſo iure ſit nulla.*

774 In appellatione ab interlocutoria eſt
1 neceſſaria † expreſsio cauſæ: ſecus in appellatione a diffinitiua. Pone, quod appellans a diffinitiua expreſsit, ſed friuolam. an propter hoc ſit nulla appellatio ipſo iure? iſtud eſt ſingulare dictum Ioan. Andr. in c.cordi. §.poſt hæc.in vltima col.de appel.lib.vj. ꝙ ſic. Et mouetur: quia in contractu appoſitio cauſæ licet non ſit neceſſe apponi, ſi tamen apponitur & falſa, vitiat contractum. ergo a ſimili in appellatione. alleg. nota. in c.ſi.de condi.appoſitis.

ADDITIO. Et comprobat, et ſequitur Deci.in c.ad noſtram.in fin.de appella. Contrarium ſentit Franc.in d.§.poſt hæc. Alexan.in l.j.§.ſi.ff.de appel.& faciũt plura quæ tradit Iaſo.in l.j.in prin.col.pe. ff.de eden. & in l.vinum.colum.penulti.ff. ſi cer.peta. Nico. Pig.

1 *Citatio ad audiendam ſententiam in notorijs eſt neceſſaria, fallit in ſententia principis.*

775 Cõmunis opinio eſt, quod etiam in no-
1 torijs eſt neceſſaria † citatio ad audiendum ſententiam. fallit in ſẽtẽtia principis: quia lata ſuper notorio nõ requirit citationem, licet contrarium ſit in alijs. vt nota.in clemen.paſtoralis.de re iudi.& in c.j.de cauſa poſſ.& proprie. & in l.ſi.C.de legi.de hoc eſt tex.ſingularis ſecundum lectu.gloſ.in c. cum olim.de re iudi.quam ibi notat d.Ant. & alia eſt in.c. venia.xxxv.q.xix.

ADDITIO. Adde ꝙ iſtud intelligitur ſecũdum Abb.in d.c.cum olim. colum. antepenul. vt procedat quando in abſentia ſine alia citatione poſsit de facto liquide conſtare ſine alia diſcuſsione & indagine ſienda, vt dicit ſingulariter ibi probari iuncta glo. vide eum, ſed latius ibidem per Fely.colũ.x. vbi etiam dicit procedere vbi ſit notorium inexcuſabile. ad hoc vide optimum tex.in c.venerabilem. ibi abſente altera partium iuncto verſic. exercuit autem denunciatoris officium de electio. vide etiã Areti.conſi.clxv. Oldra. conſil.xliiij.j.col. Ludo.conſi.ccclxix.col.ij.

Et idem Roma.conſi.ccclxix. circa primum.v.dubio.ad ſi.Iaſ.in l.nec quicquam. §.vbi decretum. in vij.f. illen. ff. de officio procon.& lega.late per Hippol.de Marſil. in l.de vno quoque.in j.& ij.amplia.& in v.fallẽ.poſt eos quos alle.ff.de re iud. N.P.

1 *Emens equum cum pacto, quòd ſi ſibi non placeat poſſit illum vẽditori reſtituere, infra quantum tempus poſſit ipſum reſtituere.*

776 Emo a te equum cum pacto quod ſi mi
1 hi non placuerit, poſsim † tibi reſtituere. Quæro intra quantum tempus poſſum tibi reſtituere? dic, ꝙ ſpatio lx. dierum. vnde poſt nõ poſſum amplius dicere quod mihi non placet. ita eſt caſus in l.quod ſi nolit.§. ſi quid ita ff.de ædil.edic.

ADDITIO. Adde conciuem meum Cæpol.in d.§.ſi quid ita. & eſt dupplicatum ſupra ſing.dccxiij. vendo tibi. N.P.

1 *Appellans, ſi coram iudice à quo aliquid faciat, appellationi renuntiare videtur. Fallit tripliciter.*

777 Regula eſt, ꝙ appellans, ſi compareat
1 coram † iudice a quo, faciens aliquid videtur renuntiare appellationi. c.cum veniſſet. de teſti.& c.gratum.de offi.delegã. & in c. ſolicitudinem.de appel. Hæc regula eſt vera, vbi actus, qui ſit coram iudice a quo, ſonat in facere, ſecus ſi ſonat in pati: quia tũc per illum actum nõ videtur renuntiare appellationi, vt dicit Innoc.in c.olim.il iij.in fi.de reſtitu.ſpolia. Item fallit vbi quis compareat ad faciendum actum qui tendat ad appellationem fortificandam: quia tunc nõ videtur renuntiare. iſta eſt glo.ſingularis in c.ſi a iudice.de appel.lib.vj.hoc dicens.ar. in c.interpoſita.de appella. Item fallit quando ille actus, qui ſonat in agere, & quæritur fieri per appellãtem, refutatur per partem aduerſam: quia tunc nunquam dicor appellationi renuntiare. iſta eſt glo.in c.cum veniſſent.de eo qui mitt.in poſſ.rei ſeruan.

ADDITIO. Vide latius per Abb.et doct.maxime Moder. ponentes alias octo limitationes vltra iſtas tres in d.c.gratum. poſt eos quos allegat.

☞ Adde Iaſo.in l.quæ dotis.circa fi.ff.ſolu. matri.Phil.Franc.in d.c.ſolicitudinem.col. iiij.& v.Abb.Fely.& Deci.in d.c.gratum, vbi late examinant has limit. Nic.Pig.

1 *Adminiſtratio bonorum ſi cui fuerit interdicta,& is infra quinquennium alienauerit,an poſſit alienationes reuocare, & an aliquo remedio repelli poſſit?*

2 *Limitatio ad l.quod ab initio.ff.de reg.iu.*

778 Iudex Bononienſis ad inſtantiam illorum de cănetulis interdixit vni adminiſtra-
1 tionem bonorũ† ſuorum infra quinquenniũ:quod facere poteſt:iſte qui.i.quinquennium alienauit bona, vult annullare alienationē,eo quia erat facta interdictio adminiſtrationis & prohibitio alienationis:an poſſit aliquo remedio repelli? dic, ꝙ alienatio rei eſt nulla propter temporale impedimentum:ceſſante impedimento infra quinquennium ſi non fuerit reuocata, non poteſt vlterius reuocari.de hoc eſt caſus in l.fin.C.ſi maior factus ſine decret.vbi minor alienauit ſtante impedimēto temporali, & ſic nulliter:dicit ibi tex.ꝙ ſi ceſſante minori ætate tacet per quinquennium,non poteſt vlterius reuocari.alius eſt in l.j.C.de contracti.
2 iudic. Et per hoc † limita l.quod ab initio,ff.de reg.iu.& extra eo.ti.c.ꝙ ab initio.

☞ ADDITIO. Et idem Roma. per plura alia confirmat conſi.cccccix.circa propoſitam.v.dubio.Et circa intelligentiam d.l.ſi.plures remiſsi,ponunt Deci.& do.meus Cagnol.in d.l.quod ab initio.Alexan.conſi.cxvij.viſo.lib.v.Cur.Iun.conſil.ſo,præſupponitur,& ſeq. Nic.Pig.

1 *Alienare rem prohibitus,ſi a ſuperiore alienandi licentiam obtinuerit, an alienare poßit, abſque eo quòd iudici declaret cauſam quare alienet?*

779 Prohibito alienare ſine decreto rem
1 aliquam † ſuperior dedit licentiam alienădi,quæro an poſsit alienare ſine hoc quod iudici declaret cauſam quare alienat?dic ꝙ non.glo.eſt ſingularis in l.ij.C.quando decreto opus non eſt.

☞ ADDITIO. Quando liceat alienare res minorum ſine decreto,vide Iaſo.in l.mandata.& ibi materiam cumulat do.meus Cagnol.ff.de offi.eius. Nic.Pig.

1 *Creditor ſi rem a debitore vna actione petat, iudex non debet condemnare debitorem, niſi creditor eum prius ab omnibus alijs actionibus,quas ad dictam rem haberet,liberet.*

780 Si creditor petit rem a debitore vna
1 actione, iudex † non debet condemnare debitorem,niſi creditor eum prius ab omnibus alijs actionibus, quas ad dictam rem haberet,liberet.vt l.ſi pupillus.ff.de noua.(quam ſupra nume.86.allegaui pro ſingulari ſecundum Ang.) Sed nunc adde tres ſocias & meliores.ff.l.non ſolum.ff.de rei vĕdi.l.ſi merces.§.culpæ,ff.loc.& l.vnde quæritur.ff.commoda.

☞ ADDITIO. Et per d.l.vnde quæritur,dicit Bald.in l.cum ſeruum.circa fi.C.de ſer.fugi.ꝙ quando pluribus teneor debeo ſeruari indemnis ab eo cui ſoluo, & facit l.ſi is a quo.ff.de rei vendi. Nic.Pig.

1 *Reconuentio in cauſa,quæ deſiderat celeritatem,locum non habet.*

2 *Legibus deficientibus ſupplet ratio naturalis,quæ loco earum habetur.*

781 Reconuentio in cauſa,quę deſiderat ce-
1 leritatem,† non habet locum,vt ſingulariter dicit Hoſtien.quem refert ibi Ioan.Andre.in c.cum dilecti.de ord.cog.& do.Ant.
2 in c.j.de mutuis peti.Et quia† deficiunt.ll. ſupplet ratio naturalis,quæ loco earum habetur.vt eſt glo.in c.conſuetudo.j.diſtin.& l.ſcire oportet.ver.ſed ſi maxime.ff.de excuſa.tuto.& Bal.ſolet allegare tex.in c.fin. de tranſa.& hoc adde ad authen.& conſequenter.C.de ſen.& inter.om.iudi.

☞ ADDITIO. Dic ꝙ aut ambæ cauſæ celeritatem deſiderant & ſine dubio procedit reconuentio, aut vna celeritatem deſiderat alia non:& tunc valet reconuentio quo ad iudicem prorogandum non vt ambæ eadem ſententia terminetur,niſi volente parte.l. ſed & hæ.§. non ſolum vbi Bal.ff.de procur.& no.Bar.in d.auth.& cō ſequenter,nume.13.& per Abb.in d.c.j.colum.viij.& Soci.in regu.cccxxxij. Et ꝙ ratio naturalis ſupplet legem ceſſantem & allegari poſsit ad deciſionem cauſarũ plura, allegat Nicol.Boerat.in prohem. loco. legalium, & in loco a ceſſante lege.Et do. meus Cagnol.in l.qui in alterius.in princi.

& in l.in ambiguis.§.quoties.ff.de regulis iuris. Nicol.Pigno.

1 *Appellari non poteſt a ſententia lata ſuper cauſa,quæ celeritatem deſiderat: Fallit in cauſa mixti imperij, vt eſt cautio damni infecti.*

782 An a ſententia lata ſuper cauſa,quę de-
1 derat †celeritatem,puta damni infecti,poſſit appellari? Specu. in titu.de appellat.§. in quibus.verſ.ſed nunquid quando iudex. & in titu.de offi.iudi.§.officium. verſic.ſed an in eiſdem.tangens iſtum paſſum in nihilo ſe firmat.& de hoc videtur tex.in l fi.ff. de appel.recl.quod nõ poſsit appellari,ſed dubium mihi facit l.iij.C.de peda.iudi.vbi videtur text.clarus, quod poſsit appellari, niſi dicas,quod regulariter a ſententia lata ſuper cauſa,quæ celeritatem deſiderat,non appellatur.d.l.fin.fallit niſi ſit cauſa mixti imperij,vt puta cautio damni infecti: quia tunc poterit appellari.d.l.placet. quam nemo inducit ad hoc niſi ego.

ADDITIO. Et hoc ſequitur Alexan.in l.j.colum.ij.ff.de dam.infe. Contrarium tenet Bar.poſt Dyn.in l.ſi finita.§. ſi forte.in fi.eo.titu.Hippol.in l.vnica.col. xxv.C.de rap.virgi.Alber.de Roſa.& Caſtren.in d.l.j.& ibi Fran.Rip.col.ij.vbi pulchre diſtinguit. Nic.Pig.

1 *Reconuentio coram arbitris iuris vel hominis an locum habeat?*

783 Reconuẽtio non habet locum†coram
1 arbitris iuris,ſecundum Specu.in titu.de recuſatione.§.effectus.verſi.ſed nunquid coram iſtis nu.22.ſed nihil allegat.Vnde dic, ꝙ ſicut coram arbitris hominis non habet locum recõuentio.c.cum dilectus.de arbi. ita nec in arbitro iuris.ſed quilibet diceret contra: quia habent ſe ad inſtar iudiciorũ, & ita crederem,& ſemper dubitaui,niſi ꝗa hodie reperi.

ADDITIO. Adde quod communiter videtur teneri,quod recõuentio habeat locum coram arbitris, dummodo non ſint electi ſuper vno articulo tantum: ne talis articulus plus debito prorogaretur. ita videntur velle communiter doct.in c.cum dilectus.hic alleg.& do.Anto.& alij maxime Maria.Soci.in c.j.col.xiij.in fi.verſicu. ſed maius dubiũ eſt cum col.ſeq.de mutu.peti.

Contrarium tenent communiter docto, quia arbitri iuris eliguntur ex neceſsitate iuris, & habent iuriſdictionem a lege: vnde quemadmodum neceſsitatur actor litigare coram iudice,ita coram arbitro iuris. quicquid dicat Iaſo.in l.eſt receptum.in fi. ff.de iuriſdi.omni.iud. Et dictum Specu. intellige vt hic per coapoſtil.meum. N.P

1 *Pauper nobilis habẽs palatium ruinam minantem,quod propter paupertatem reficere nõ poſsit,an ad illud vẽdendũ cogatur?*

784 Pauper nobilis ſi habet altum † pala-
1 tium ruinoſum,& propter paupertatem nõ poteſt reficere vel reparare,poteſt cogi ad eum vendendum:ne ciuitas eius deſtructione deturpetur,ita no.Spe.in titu.de ſatiſda. §.eſt quoque.verſi.circa hoc quæritur.allegat l.lege,circa prin.ff.ad ſil.l.ij.& fi.C.pro quibus cauſis ſerui proprij lib.acci.

ADDITIO. Adde ꝙ hoc multum commendat conciuis meus Cæpol.in tracta.vrba.prædio. cap.59.de refectione. circa prin.Alexan.& ibi Rip.col.ij.in rub. ff.de dã.infec.Et adde ſupra ſing.dccxviij. quæro. Nicol.Pig.

1 *Accuſari poſt mortem quis multis caſibus poteſt.*

2 *Accuſans quem poſt mortem, an debeat ſe ſubſcribere ad pœnam talionis, quam reus pateretur ſi viueret,an ad pœnam, quam poſt patitur?*

785 Tu ſcis,ꝙ in multis caſibus poteſt † quis
1 accuſari poſt mortem,vt notat in.§.per cõtrarium,inſtitu.de hæred.ab inteſt.Et cum habes, ꝙ quilibet debet ſe in ſcribere ad pœnam rationis,vt l.qui crimen.C.qui ac-
2 cuſa.non poſſ.quæro: an iſte,† qui accuſat poſt mortem alicuius, debeat ſe inſcribere ad pœnam talionis quam pateretur ſi viueret.an ad pœnam quam patitur poſt?de hoc habes glo.xxiiij.q.ij.c.ſane profertur.§.itẽ ſi vera. quam adde ad d.§.per contrarium.

ADDITIO. Adde caſus quando contra mortuum poſsit procedi ſupra ſingula.ccccxxxvj.& dccxiij.per glo.in l. ex iudiciorum,ff.de accuſa.Fely.in c.cum nobis,col.iij.de præſcrip.& in c.ſi quis epiſcopus.de hæret.Deci.l.ij.C.qui teſta.face. poſ.Hippol.de Marſil.in l.qui falſam.§.accuſatio,nume.9.ff.de fal. Et adde ꝙ illam glo.ſequitur conciuis meus Cæpol.in con-

ſi.crimi.xvij.viſa commiſsio.num.8.Et dominus meus do.Hiero.Gigas in ſolem.trac. crimi.læſæ maieſta.huma.lib.j.rub.qual.in crimi.læſæ maieſta.proceda.q.xx.Bald. in l.qui crimen.ij.oppo.C.qui accuſ.non poſſ. Felyn.poſt eos quos allegat in c.ſuper his. col.iij.verſi.& in materia.de accuſa.in quo loco ponit pœnam talionis hodie ſublatã, de quo per Areti.in tracta.maleficio. verbo,& ad querelam.nume.5.& pulchre per præcep.meum do.Andre.Alcia.pareg.9.capitu.8. Nic.Pig.

1 *Teſtium dicta in cauſa ſua percunctatus, non admittitur ad probãdum vlterius per teſtes ſuper eiſdem articulis, vel cõtrarijs: Et an hoc procedat in his quæ ſcit ab ipſis teſtibus, qui depoſuerunt.*

786 Ille,qui percunctatus eſt dicta † teſtium
1 in cauſa ſua,non admittitur ad probandum vlterius per teſtes ſuper eiſdẽ articulis vel contrarijs,authen.i.qui ſemel.cum ſimi.C. de probat. Quæro:an hoc ſit verum in his quæ ſcio ab ipſis teſtibus met qui depoſuerunt: ẽdic ꝙ non:quia hoc non obſtante poſſet admitti ad probandum per alios teſtes. dictum eſt Hoſtien.& Ioan.And.in c.vltra tertia,ꝙ eſt penul.de teſti.adde ad c.fraternitatis.eod.titu.

ADDITIO. Adde Abb.& Fely.in d.c.vltra tertiam.in princ.Soci.in regu.ccccciij.fallen.xxv.Ioan. Crot.in tracta. de teſti.part.vij.nume.268.ad fi. Adde tamen quod talis eſt periurus & poteſt puniri.iiij.q.iij.§.qui falſo.Archidi.in c.nullam. in fi.ij.q.v.Abb.& Fely.in c.fraternitatis. in glo.fi.de teſtib. Item & ſecundo tenetur crimine falſi.caſus eſt notab. quem a nemine video allegari,in l.ſi quis aliquid.ſi ij.§. inſtrumenta.ff.de pœn. Et adde alium caſum ſupra ſingula.lxxxj.Et an valeat conſuetudo ꝙ publicatis atteſtationibus teſtes recipiantur ſupra ſing.ccclxx. Nic.Pig.

1 *Procedi in certa cauſa ſi ad ſimplicem querelam ſtatutum iubeat, quid illa verba importent?*

787 Dicit ſtatutum ciuitatis Lucanæ, ꝙ in cauſis viduarum & pupillorum procedatur per ſimplicem querelam: Quæro, quid
1 † importat per hæc verba:dic,ꝙ importãt, ꝙ procedatur ſine libello in ſcriptis porrecto,& poſsint in voce petere,& rogare notarium,ꝙ ſcribat.gloſ.eſt ſingularis. in l.ſi quis ſe iniuriam. verſi.libellos.C.de accuſ. Bal.alle.illam in l.j.col.fi.C.vt in poſ.lega. & facit de ea magnum feſtum.

ADDITIO. Et Iaſo.qui eam declarant,in l.j.col.ij.ff.de eden.Hippol.ſingul.ccclxiiij.libellus. in ſi.Franc.Rip.in c. cum eccleſia ſutrina.xv.notab.de cau.poſſ. & proprie. Nic. Pig.

1 *Filia ad ſecunda vota tranſiens poteſt patrem compellere,vt eandem dotem, quam primo viro dederat, ſecundo tradat. Et an idem ſit,ſi monaſterium ingredi velit?*

788 Authen.ſed quanuis.C.de rei vxo.acti.
1 dicit,ꝙ mortuo primo viro filia poteſt †cõpellere patrem,vt det eãdem dotem quam dedit primo. Quærit Ioan.And.an idem ſit ſi vellet ingredi monaſterium,ut ſcilicet pater teneatur ad dandam ſibi eandem dotẽ & dicit ipſe ꝙ ſic.ita notat ipſe ſingulariter in titu.qui fil.ſint legi.§.in hoc titu.in additio.quæ incipit Martinus de Fano. & dicit ipſe,ꝙ ratione vitandæ abſurditatis poſsit pater compelli, ſicut quando nubit ſecũdo marito:qu ratio parum valet.

ADDITIO. Adde ꝙ Ioan.Andræ.ſequitur Bal.Nouel.in tracta.dot.part. j.colũ.ij.& rurſus part.vj.priuileg.xvj.in princip.vbi dicit ſe conſuluiſſe apud Spoletum. Nicol.Pig.

1 *Iuramentum debet ad perſonas egregias domum mitti, & an id procedat iudice nolente?*

789 Cõmuniter dicitur ꝙ ad perſonas egre
1 gias debet mitti iuramentum ad domum.l. ad egregias.ff.de iureiuran. & c.ſi qui teſtium & ibi glo.fin.de teſti.Quod intellige iudice volente,& ex gratia:ſed non poteſt compelli.ita no.Ioan.And.in c.ſignificauit. de offi.ordin.Innoc.& do.Anto.refert eum ibi.allegat c.ſtatutum.§.penulti.de reſcrip. lib.vj.& alleg.l.ij.§.præſes.ff.ſi quis or.in bo.poſ.ſer.& l.iubemus.C.de epiſ.& cle.in ſi.quæ iura nil faciunt.

ADDITIO. Tu dic ꝙ communiter non tenetur iſta diſtinctio Ioan.And.& do. Anto.quia l.ad egregias.& c.ſi qui teſtium. & docto.vtrobique indiſtincte loquitur de quo vide etiam per Pe.de Anchara.conſil.

lxxxii.pro faciliori.colum.ij.

☞ Tu dic ꝙ immo compellitur.dicta l.ad egregias.verſi.oportet.iuxta glo.in verbo, oportebit,in c.ij.de lit.conteſ.lib.vj.vt per Iaſo.ibi.col.j.ad fin.poſt Alex.& Panormi. & Felyn.in d.c.ſi qui teſtium poſt eos quos allegant. Et de illa l.ad egregias.adde ſupra ſing.clxxij.tu audiuiſti.& ſeq. N.P.

1 *Renuntians liti non poteſt vlterius agere, & perdit cauſam, & an is videatur fateri aduerſarium ius habere.*

790 Dicit l.poſtquam liti,C.de pact. ꝙ re-
1 nuntians † liti non poteſt vlterius agere,& perdit cauſam.Modo quęro,an renuncians liti videatur fateri aduerſariū habere ius? dic ꝙ non.text.eſt aureus & ſingularis in l. ſi te.C.de inge.manumiſ.quam no.Bal.ibi.

ADDITIO. Adde ꝙ Bald.in l.ſicut.per tex.in l.ſi te.C.de rep.hære.dicit quod aliud eſt renunctare aliud conficere.& illā. l.ſi te cum dicto Bal.ibi reaſſumpſit Alex. in l.naturaliter.§.nihil commune.in xxv. col.& ibidem.Are.col.x.& Magi.meus d. Lanzel.in l.poſtquam liti.col.ij.

☞ Et idem Bald.per illum text.in l.ij.col. penul.nume.8.C.quibus res iudi.non noc. Quod quomodo procedat,vide docto.in d. l.poſtquam liti,inſuper Deci.ij.nota.& allega.per Fely.in c.olim.in ſi.de reſcrip.N.P.

1 *Venditor non tenetur pro re ante venditionem aſcripta conditioni conditione impleta, licet emptori promiſſerit defendere & manutenere in eadem conditione, forma, & cauſa, qua tunc erat.*

791 Eſt vnus qui habet domū, & dicit ego promitto tibi dare tantum omni anno ex ea domo,ſi iueris ad ſanctum Iacobum: modo conditione pendente vendo,& promitto emptori defendere ſibi domum et manutenere domum in eadem cōditione, forma, & cauſa, qua tunc erat: modo quæro quid iuris? tex.dicit, ꝙ res conditioni aſcripta dicitur eſſe in ea cauſa, in qua erat conditione pendente conditione purificata. text. eſt ſingularis in l.fin.ff.ſi ex noxa.cau.aga.
1 & ſic venditor † non tenetur pro re aſcripta conditioni conditione impleta,vt in caſu quæſtionis propoſitæ.no.& tene menti.

☞ ADDITIO. Sed illa l.loquitur in ſtipulationibus iudicialibus ex æquitate prætoris:ſecus in ſtipula.conuentionalibus:vt per Iaſo.ibidem.Sed pro opinione Roma.facit quæ tradit Alexan.poſt ipſum Roman.in l.ſtipula.non diuiduntur.nume. 10.ff.de verbo.obliga.& in l.non ſolum.§. morte.nume.7.ff.de no.oper.nuncia. Facit etiam quæ tradit Hippol.ſing.cccxxxiiij. pendet. Nic.Pig.

1 *Clauſula in reſcripto poſita, quòd procedatur ſola facti veritate inſpecta, quid operetur: Et an tunc ordo iudiciarius requiratur.*

2 *Clauſula, quòd procedatur ſummarie, & iuris ſolemnitate ommiſſa quid operetur?*

792 Quid important verba reſcripti, vel
1 commiſſionis,vbi dicitur,quod† procedatur ſola facti veritate inſpecta? de clauſula
2 ſummaria, † ſingulariter habes per Bar.in extrauaganti ad reprimen.& quid operentur verba ommiſſa iuris ſolemnitate.in l.j. ff.de teſta.mili.& ponit ipſe Bar.de dona.l. filius.tamen iſtud ſola facti veritate inſpecta non reperitur communiter.Bald.tangit parum,Domini mei faciūt duas deciſiones nume.33.quando.in nouis.& nume.487.nota ꝙ.in antiquis.& dicunt, quod illa verba operantur quod iudex poſsit procedere ad ſententiam ommiſſo libello et litis conteſtatione,& breuiatis dilationibus ſtatutis a iure.nam iſta uerba nō ſonant aliud, ꝗ̄ quod procedat ſine obſeruatione iudiciarij ordinis & formæ,vt in c.cū eccleſia ſutrina.de cau.poſſ.& proprie.& dictio ſola eſt dictio excluſiua, ſed nihil aliud poteſt excludere niſi formā iudiciarij ordinis. ergo. Alia eſt ratio:quia iſta verba ſunt ſimilia illis verbis, quod procedat ſine figura iudicij, ſed illa uerba ſine figura iudicij excludūt oblationem libelli,nota.Ioan.Mona.de hæreti. lib.vj.c.ſi.& eſt glo.in clemen.ſæpe.de verbo.ſigni.ergo eandem excluſionem debens inducere illa verba.

ADDITIO. Vide do.Anton.in c.ij. de iura.calum.Et de iſta clauſula vide remiſsiue per Sand.in c.olim.col.penulti.de accu.late per Are.in c.dilecti.de iudi.Rot. deciſio.lxxxiij.in ordine in nouis.Bal.in l. nemo.in ſi.C.de ſenten.dicit iſtud intelligē dum de veritate legibus roborata.et de iſta clauſula,& de alia mera facti ueritate inſpecta,vide Firma.in repet.in verbo clauſula. ver.veritate inſpecta, & ſeq.& vide Fely.

in c.j.de

in c.j.de conſi.col.xviij.in verſi.& ſi dicitur ſola facti veritate inſpecta,& vide eundem Roman.conſil.cccccxix.incip.in caſu propo.q & Areti.conſi.lxxxiiij.ſuper.

☞ Et idem Roma.conſi.cccccxix.in caſu in fi.& in conſi.xx.viſo puncto.circa fi.Iaſ. in l.iuſtitia.col.j.ff.de iuſti.& iur.Fely.in c.olim.col.fi.de accuſa.Soci. Iun.conſi.vj.in præmiſſa.in fin.lib.j.& in conſi.cxxxiiij.in cauſa.lib.ij. Et circa illam clauſulam, vide duo alia ſingu. per Hippol.ſing.cclxxij. in hac.ſing.ccccxciiij probatio. & per deci.poſt Areti. in c.dilecti.iij.notab. de iudi. & Tho.Grama.deci.xix.lata.& deci. lxij. in cauſa.nu.30.& deci.ciij.illuſt. nu.141.& ſequen. & pulchre per Maran. in Specu. Aur.in ix.diſtin.iiij. par. princ. vbi refert. xv. effectus illius clauſulæ. Nic.Pig.

1 *Onus rei datæ adiectum,an tranſeat in dantem,ſi res ad illum reuerti contingat?*

793 Ego declarabo vnam quæſtionem: do ſibi rem meam cum hoc quod ſis obligatus quolibet anno Titio dare ex ea decem ſtaria vini vel grani:poſtmodum res reuertitur ad me:an ſim obligatus ad dandum illa decem? Iſtam quæſtionem mouet Guil.& Ange.eam refert in l.ſed & ſi.§.proſtituta. ff.de in ius vocan.vbi ponunt quæſtionem in re emphyteutica,quæ reuerſa fuit ad dominum.Et regula ſit quod non,quam probo primo per tex.in l.Titia.ff.de annu.lega.& l.ſtichus.§.Titia. de alimen.leg.facit l.fi.in fi.de contrahen.empti. Fallit primo,
1 †vbi ego dans rem meam ipſi rei meæ adieci cōditionem aliquam,per quam velim in re mea euitari quid iuris, quia tunc ſi res illa reuertitur ad dantem reuertitur cū eadē qualitate.de hoc habes caſum in.§.proſtituta.l.ſed ſi hac.ſupra allegata in ver.ſed ſi venditor. alius eſt in l.j.C.ſi manci.ita ven.ne proſti.& iſtam fallentiam tene menti, Secundo fallit vbi rei meæ cui adieci onus,ſit adiectum onus cum rei obligatione:quia tunc cenſetur reuerti cum eadem qualitate,hoc probatur ex generalitate l.ſi conuenerit.la ij.§.ſi fundus. ff.de pign.acti. & l.debitorem.C.de pigno.

☞ ADDITIO. Adde quod hæc quæſtio dependet ab alia,an per tale pactum ſit ipſi Titio ius irreuocabiliter acquiſitum, vel nec: de quo per ipſum Ludo.poſt Ciſtren. in l.ſi pecuniam in prin.ff.de cōdi.ob cau. per Bar. & alios in l.qui Romæ.§.flauius. ff.de ver.obli. Nic.Pig.

1 *Rebellem ciuitatis an quis indicare teneatur: & quid de receptatore: & fure?*

794 Nūquid teneatur quis indicare †rebel
1 lem ciuitatis per aliquem de ciuitate? & de receptatore nō eſt dubium: vt in l.j.& ij.ff. de recep.& l.j.& ij.C.de his qui latro.& ſimilis quæſtio eſt: an quis teneatur indicare furem? & de iure canonico dic quod ſic:caſus eſt in c.qui cum fure.de fur.& ibi gl.ſed de iure ciuili non:tex.eſt in l.qui vaſ.§.qui furem.ff.de fur.& in l.iiij.§.ſi tibi ob indictū. ff.de condi.ob turp.cauſ.doct.in l.ciuile.ff. de fur.& ibi Bal.Sed quid de rebelle? dic, quod tenetur quis indicare,& ſi non indicat punitur pœna relegationis,de hoc eſt tex.ſingularis.in l.Metrodorum.in fi.ff.de pœ.

☞ ADDITIO. Adde do.Hiero. Giga.in ſuo ſolenni tract.crimi, læſ.maieſt. lib.ij.qui accuſa.poſ.q.fi.vbi limitat in non ſubdito,& in vxore.Et in iij.lib.de rebelli. q.xxiij.ad fi.& de vari.quæſt,q.ij.circa medium poſt eos quos allegat. Nic.Pig.

1 *Iudex poſt lapſum terminum non poteſt condemnare,nec a petitis abſoluere, et an poſſit abſoluere ab obſeruatione iudicij.*

795 Poſt lapſum terminum iudex non †po
1 teſt condemnare, nec abſoluere a petitis l. properandum.in princi.C.de iudi.quia eſt perempta inſtātia. Sed an poſſit abſoluere ab obſeruatione iudicij? dic quod ſic:caſus eſt in l.fi.C.vt infra certū tēpus cri.cau.termi.

☞ ADDITIO. Adde quod ſententia lata perempta inſtantia eſt ipſo iure nulla, vt per Bal.in d.l.properandum.col.ij.verſi cu.quæro, dicens communiter approbari. Et ibi ſequūtur alij docto.& per Abb.poſt alios in c.penul.col.pen.verſicu.de iure.de iudi.& per Alexan.conſi.cxxxvj.in cauſa. lib.ij.& conſi.lxxxij.viſo.in princi.lib.iij. Iaſo.in.§.rurſus.nume.71.inſti.de actio.ibi, ſed an.Adde Bar.& docto.in d.l.properandum.§.illo procul dubio. Alexan.in dicto conſil.cxxxvj.& conſil.xxxix.vertitur.in prin.lib.v.Deci.in c.de cauſis.col.vj.in iij. limita.de offi.delega.& in conſi.xxxiiij.& pro tenui.in fi.vbi dicunt actorem condemnandum in expenſis.& late Marant.in ſpecu.aure.in v.par.princi.in princ. nume.58. & 59.Et de inſtantia dixi ſupra ſingulari cclxxx. Nico.Pig.

1 *Vſuras vſurario remiſſas an Epiſcopus extorquere poſſit & dare pauperibus?*

796 Colligitur concluſio glo.& doct.in regula peccatum de regu.iur.quod vſurario in foro etiam conſcientiæ ſufficit remiſsio
1 ad hoc,vt ſit tutus.Quæro,nunquid† poſsit extorquere Epiſcopus vſuras remiſſas, & dare pauperibus? dic quod ſic:tex.eſt ſingularis in l.alearum vſus.C.de aleator. vbi Bald.notat.

☞ ADDITIO. Et idem Ro.conſi.cccccxx.circa propoſitum.col.fin.& Saly.in d.l.alearum.Contrarium tenet Franc. poſt eos quos allegat, in d.c.peccatum.iij. q.& reſp. ad d.l.aleatū. Et ad hoc ſingula. adde remiſſ.per Tiraq.de retract. conuen. in fi.nume.151. Nic.Pig.

1 *Statutum, quòd nulla mulier contrahere poßit ſine conſenſu duorum conſanguineorum, an valeat contractus ſi conſanguineus ſcientiam habuerit, licet non conſenſerit?*

797 Statutum dicit, ꝙ nulla mulier poſsit
1 contrahere † ſine conſenſu duorum cōſanguineorum:an valeat contractus,ſi conſanguineus habuerit conſcientiam, licet non conſenſerit? dic ꝙ ſic.caſus eſt ſingularis in §.emphyteuſis.il ij.in auth.de ali.& emph.

☞ ADDITIO. Et hoc tenet Ange.in d.§.emphyteuſis.Alex.Socin.Rip.& alij in l.ij.§.voluntatem.in prin.ff.ſolu.matri.Fely.in c.non ne.col.ij.prima regula.de præſum.Ioan.Arno.in ſoliloq.xcv. Limita niſi requiratur conſcientia exiſtentis in aliquo officio,quia tunc requiritur conſenſus ſecundum ſingul.dictum Archi.in c.quidam.xviij q.ij.quem ſequuntur communi. docto.in d.§.voluntatem. Limita.ij.quādo conſanguinei fuiſſent præſentes & non intelligentes, vt traditur per Felyn.in c.cum cauſam. de teſtib.& ponit Rip.vbi ſupra. Nicol. Pigno.

1 *Differentia quæ ſint inter ius & fas tam de iure ciuili quam canonico.*
2 *Intellectus l.ſi locus.ff.quemad.ſer. amit.*
3 *Via publica deſtructa ſi reparetur, an eius efficiatur, per cuius fundum alia facta fuit,in recompenſationē oneris ſupportati.*

798 Quæro quæ differentia ſit inter ius & fas? & in iure ciuili nihil eſt. de iure vero canonico glo.i.diſt.c.omnes leges. ver.fas.
1 declarat: nam fas dicitur ius, ad quod lex non dat aliquam actionem,ſed officium iudicis: vt cum eſt deſtructa via poſſum eam facere per fundum l ſi locus.§.fin.ff.quem admo.ſerui.amitta. Præterea lex dat iudicis officium, non autem actionem pauperi ad petendum alimenta a diuite. vt ibi no.
2 gl.Et l.ſi locus. habet locum† quando via deſtructa poteſt haberi tranſitus per fundū alterius,vt notatur in l.per agrum.C de ſerui.& aqua.Modo †ſi paſſus fui aliquo tem
3 pore ſeruitutem: poſtmodum via publica reparetur: an efficiatur via mea in recompenſationem oneris ſupportari? dic ꝙ ſic: caſus eſt in l.martius.in fi.vbi ad hoc gl.notat ibi illum tex.ff.de acqui.re.domi.quem notat Iaco.de Are.

☞ ADDITIO. De hoc late tradit Fely.in d.c.omnes.col.penul.& de illa glo.meminit Cæpol.in tracta.ruſti.prædio. c.iij.nume.38. Nic.Pig.

1 *Cautio idonea ne, an nuda tantum ab hærede peti poßit, qui a teſtatore iuſſus fuit centum Sempronio mutuare?*

799 Teſtator mandat hæredi ꝙ mutuet Sē
1 pronio cētum:quæro, an poſsit petere cautionem idoneam? dic ꝙ non poteſt exigere idoneam,ſed nudam l.fideicommiſſa.§.ſi hæres.ff.de lega.iij.

☞ ADDITIO. Et duplicatum vt ſupra ſingul.cccccxciij.condēnat. N.P.

1 *Procuratorium an valeat, ſi in eo dicatur, quòd ego talem meum procuratorem conſtituo in cauſa, quam ſenis habeo, cauſa aliter non ſpecificata? an vero intelligatur in magis præiudiciali conſtitutus?*

800 Habeo duas cauſas ſenis cōſtituo pro
1 curatorem † in cauſa quam habeo ſenis,& non ſpecifico cauſam: an valeat tale mandatum,& intelligatur conſtitutus in magis præiudiciali? Ioan.And.eam refert diſputatam per Guliel.Naſo.& tenuiſſe ꝙ ſic.Et ita ipſe determinat in addi.Specu.in tit.de procuratori.§.ratione formæ.colum.iiij.in additione quæ incipit,ſecundum P.qui fundat ſe per l.iiij.ff.de ſolutio.quæ incipit.& magis.

☞ ADDITIO. Sequuntur Moder.Arimi. in tracta.nulli.titu. ex deffectu mandati.nume.97. Nic.Pig.

1 *Abſens in electione rectoris qui procuratorem mittere non poteſt, an poſsit etiam volente capitulo vocem ſuam per literas nuntiare?*

801 Abſens in electione rectoris, qui non po
1 teſt mittere † procuratorem, an poſsit etiã volente capitulo vocem ſuam per literas nuntiare? dic ꝙ non. tex. eſt ſingularis in c. ſi quis iuſto. §. fin. ibi, non poterit aliquatenus per literas. &c. de electio. lib. vj.

☞ ADDITIO. Adde ꝙ eſt ratio: quia datum eſt pro forma, vt viua voce & non in ſcriptis conſenſus & votum exprimatur, ſed ſolennitas formalis concernens fauorem publicum etiam leuis debet ſeruari: alias vitiat actum. Iaſo. poſt alios in l. j. ff. de libe. & poſthu, quæ nõ poteſt a partibus remitti. l. ius publicum. ff. de pact. Et adde ibi Phil. Franc. late per Nico. Boer. deciſio. j. nume. 41. qui allegat Barbat. in c. quamuis. in ij. notab. de offi. deleg. Bartho. de Firmo in tracta. de epiſco. & plures alios. Intellige tamen, vt abſens volente capitulo, etiã ſi ille non impeditus, poſsit intereſſe electioni per alium ſuprà procuratorem, vt per Franc. poſt alios in d. c. ſi quis iuſto, & in c. quia propter. §. illud. eo. titu. in antiquis. & Boer. vbi ſupra. Nic. Pig.

2 *Epiſcopus electus ſi de ſtatu ſuo ſuſpicetur, an ob id alius eligi poſsit?*

802 An cauſa ſuſpitionis ſtatus ſit legitima
1 cauſa † caſſationis electionis epiſcopi iam electi, vt poſsit eligi alter? hoc eſt quod dicit Inno. determinando quod ſic in c. ſuper his. col. ij. de accuſa. d. Ant. refert in c. ꝙ ſicut. de electio.

ADDITIO. Ad iſtud vide per doc. in d. c. ſuper his. hic alleg. & maxime per Moder. col. vij. ver. quarta concluſio.

☞ Et Inno. ſequitur Zenzelin. in extrauagan. execrabilis. in glo. in verbo, diuerſorũ regnorum. Et comendat hoc Abb. in c. j. colum. fin. & ibi Deci. nume. 19. & in c. cũ terra. nume. 2. & in d. c. ꝙ ſicut. de elect. & idẽ Abb. in c. ex parte. A. col. v. de teſti. (vbi infert aliud nota. ꝙ de facto nunc videmus, vt audio, in perſona Reuerendiſs. Cardin. Caraf. nouiter electi ad Archiepiſcop. Neapolis.) Felyn. in d. c. ſuper his. col. iiij. Ioan. Lup. in prohe. repet. c. per veſtras. col. pen. de dona. inter vir. & vxo. Nic. Pig.

1 *Epiſcopus, quando ex perſona ſua eccleſiæ, vel ciuitati magnum ſcandalum generari videt, an iuri ſuo renuntiare cõpelli poſsit?*

803 An Epiſcopus, quando ex perſona ſua
1 videt eccleſiæ † vel ciuitati magnum ſcandalum generari poſsit compelli renuntiare iuri ſuo? dic quod ſic: ſed debet ei dari cambium. iſtud eſt dictum Innocẽ. in c. niſi cum pridem, in verbo malitiam. verſi. nos dicimus, de renun. fac.

ADDITIO. Adde Imo. in c. ad ſupplicationem, de renun. & Panor. in diſputa. incip. epiſcopus & quidã rector. Secus eſt in Papa qui ad hoc cogi non poſſet ſecundum Imo. poſt Cardi. in d. c. niſi cum pridẽ. hic alleg. in xj. col. & cõfirmat hoc ex multis quæ pulchre deduxit Fel. in c. ſuper eo. diſt. vij. vbi poſuit quid operetur ſcandalũ per multa dicta, quibus adde do. Abb. in c. conſtitutus. col. iij. de appel. vbi dicit ꝙ inferior poteſt ſe intromittere ad deuoluta ad Papam quando imminet ſcandalum. Et adde Panor. in c. magnę. ad fin. de voto. & in c. ſuper quodam. de ſta. regul. & Moder. in c. ex literis. ij. de homi. & gl. in c. peruenit. lxv. diſt. Card. conſi. xcviij.

☞ Et idem Roma. conſi. cccccxxiij. quæſtio diſcutienda. col. penul. Deci. conſi. clj. maximi. col. ij. (vbi ampliãt hoc multo magis procedere in Papa) Abb. in c. j. col. fin. & ibi Deci. nume. 18. de electio. Felyn. in c. ij. col. ij. verſi. decimo. de præſcrip. & latius in c. quæ in eccleſiarum. nume. 43. de conſtitu. Corſet. ver. pax. Hippol. ſing. dcxxxiiij. credo. & ſingul. dclxxxiij. alias. Contrariũ tenet Iaſo. in l. Barbarius. numero 41. ff. de offi. præſi. Nic. Pig.

1 *Confirmatio futurorum inducit confirmationem præteritorum, quorũ effectus producitur in futurum. & quid in ſtatutis?*

804 Confirmatio futurorum inducit confir
1 mationem † præteritorum quorum effectus inducitur in futurum. tex. eſt in l. pollicitana. ff. de iure codicil. vbi dicit Bal. habuiſſe magnum honorem, quod confirmatio ſtatutorum futurorum inducit confirmationẽ ſtatutorum præteritorum, quorum effectus in futurum ſe extendit.

☞ ADDITIO. Facit l. cum tale. §. falſam. ff. de condi. & demon. ſecundum Bart. ibi. Et vide docto. in l. verbum erit. & l. verbum oportebit. ff. de verbo. ſignifica.

Bar.in l.omnes populi.vj.q.princ.q.penul. & ibi docto.ff.de iuſti.& iur. Nico.Pig.

1 *Fideiuſſor ſi ex mandato teſtatoris ſoluat, a debitore repetere non poteſt: Et quomodo id procedat.*

805 Tu ſcis,quod fideiuſſor ex mandato te
1 ſtatoris † ſi ſoluit non poteſt a debitore repetere.caſus eſt ſingularis & vulgaris in l. tribus.ff.de vſufr.earum rerum.Pe.& Cy. dicunt,quod illud debet intelligi ſecus:vbi quantitas ſoluta ex fideiuſsione ſit multo maior lucro quod ipſe percepit a teſtatore: quia tunc poteſt repetere, & hoc ſequitur Bald.in l.vnica.§.ne autem.nu.14.C.de cadu.tollen.& dicunt hoc arg.l.j.de reb.dub. quæ nihil facit.

ADDITIO. Adde ꝙ Bal.in.§.ne autem.hic alleg.non videtur dicere eo modo quo dicit Roman.hic. ſed bene limitat d.l. tribus, procedere quando fideiuſsio affert modicum præiudicium vel damnum, & dicit eſſe recurrendum ad coniecturas ſecundum Pe.& Cy.ibi.& vide Mag.meum in l.ſi fideiuſſor.col.ij.ver.aduerte.ff.de leg.j. Et ſequitur ibi Alexan.in addi.& in l.ſi fideiuſſor.& ibi Iaſo.ff.de leg.j.Franc.Ripa in l.cum filiofamil.nu.14.ff.eo.tit.Nic.Pig.

1 *Fideiuſſoris hæres ſoluens de ipſius fideiuſſoris mandato an a debitore ſolutum repetere poſsit?*

806 An hæres fideiuſſoris ſoluens mandato
1 † fideiuſſoris poſsit repetere a debitore? dic ꝙ tex.ſing.in l.ſi fideiuſſor.ff.de lega.j. ſecundum Dy.dicit,ꝙ non.

ADDITIO. Et ibi Bald.Ange. Alex.Iaſo.& alij.Ioan.Dilect.de art.teſta.titu.de lega.caute.xxx.fideiuſsionis. N.P.

1 *Iuramentum fidelitatis a monialibus, vel alijs mulieribus per procuratore præſtatur niſi ille,cui præſtatur contradicat.*

807 Habuiſtis in ti.de damno infecto,ꝙ iu
1 ramentum fidelitatis † præſtatur per procuratorem.Hoc limita verum,niſi ille cui præſtatur contradicat:quia tunc non præſtatur per procuratorem.& hoc vendicat ſibi locum in mulieribus,& etiam monialibus,caſus eſt ſingularis in c.j.§.verum,de ſtatu regula.libr.vj.

ADDITIO. Quod iuramen. fidelitatis præſtetur per procura.eſt cõmu. opi.quam tenet Alex. conſi.x.viſo.colum. iij.verſi.poteſt enim tale.lib.v.Matthæ.de Affli.qui alios citat,dicens ſe vidiſſe ſeruari, in.§.ſed verum.titu.per quos fiat inue. idem Roma.in l iuſiurandum ꝙ ex cõuen. ff.de iureiuran.& in l.qui bona.§.qui alieno.& ibi Alex.col.fi.ff.de dam.infec.& ibi dicunt ſing.d.§.verum.de quo per Fran.ibi in ij.notab. Nic.Pigno.

1 *Teſtis poteſt incontinenti dictum ſuum corrigere,ſi id ſponte faciat: ſecus ſi metu tormentorum,tunc enim etiam ex longiſsimo interuallo corrigit.*

808 Dicit c.j.de teſti.cogen.& gloſ.in auth. de teſti.§.quia vero.ver.non habebit.quod
1 teſtis † poteſt corrigere dictum ſuum incõtinenti.Limita verum ſi teſtis vult corrigere ſponte:ſecus ſi timore tormentorum: nã tũc poteſt corrigere,ẽt ex longiſsimo interuallo.iſte eſt tex.ſingularis ſecundum Bar. ibi in l.ſi poſtulauerit.§.ſed & ſi negauerit.ff.de adulterijs.

ADDITIO. Et idem Roma. conſi.cccccv.cum.teſtis.Alexan.poſt Ang. in d.§.ſi negauerit.Abb.in c.per tuas, col. fi.de probatio. Fely.in c.cum in tua.col.ij. de teſti.conciuis meus Cæpol.conſi.crimi. lx.ſuper primo.in fin. Limita.j.ſecundum intellectum præcep.mei Andr.Alcia.in regula ij.præſump.xxix.nume.12. Limita. ij.quando in tormẽtis interrogaretur de ſe & alio,vt per Bar.in l.j.§.quæſtioni.per illum tex.ff.de quæſtioni.quod ſingula. dicit Aret.conſi.lxj.in cauſa.col.j.verſi.præterea. Limita.iij.quando primum dictum eſt veriſimilius,ſecundum Socinum conſil. ccliiij.in cauſa. Limita.iiij.vt neutrum dictum valeat quando eſſet ſibi ipſi contrarius.Et has iij.limi.vlti.ponit latius Deci. conſi.clxxv.in cauſa.col.penul.verſic.non obſtat octauo.& conſi.clxxxix.lætatus.colum.vj.verſi.non obſtat ꝙ ſecundum.N.P.

1 *Accuſatis criminaliter debẽt dari xxv.dies ad componendum mæſtos penates, niſi in crimine de plano procedi poſsit.*

809 Tex.in l.ij.de exhiben.reis dicit quod
1 accuſatis † criminaliter debent dari xxv. dies ad cõponendum mæſtos penates.Hoc

verum,niſi in criminibus in quibus poteſt procedi de plano: quia tunc debet comparere ſtatim,ita notat Bar.in extrauagan.ad reprimendam in ver,ſi per edictum.

1 *Monitio extraiudicialis an ad ſui validitatem diem requirat?*

810 An in monitione extraiudiciali requi-
1 ratur ad ſui validitatem dies? dic quod nõ, glo.eſt in clemen.j.§.j.in verbo requiſierit, de hæreti.ſed contra illam videtur caſus in c.ſi epiſcopus metropolitanus,xviij.diſt.in verſi.ad diem conſtitutus.

ADDITIO. Vide ſi faciunt quę dicit Felyn.in c.ſacro.col.ij.circa prin.verſi. in gl.j.de ſenten.excom.

De illa glo.vide ibi doctor.& in c.cum cauſa,vbi Fely.col.fi.de offi.deleg. N.P.

1 *Aquæductus ius pluribus concedi poteſt: & eius diuiſio quomodo inter dominos fieri debeat?*

811 Tu ſcis,quod ius aquæductus poteſt cõ-
1 cedi † pluribus & pone quod eſt cõceſſum pluribus:qualiter debet diuidi, ſi eodem tẽpore illi,quibus eſt conceſſum,volunt diuidere? dic qđ debet fieri diuiſio iudicis arbitrio,de hoc eſt tex.ſingul.in l.ſi quis per diutnam,in fi.C.de aquæduc.lib.xj.

ADDITIO. Idem dicit Anto. Corſe,notab,ver,acqua.Et vide Bar.Iaſ.& Rip.in l.de quo minus. in vj.q.ff.de flumi. Iaſo.in l.ſtipu.non diuiduntur. nume.13.ff. de verbo.obligatio.Et adde infra ſingulari dcccxviij. Nic.Pig.

1 *Iudeus an rem Chriſtiani,vel eccleſiæ præſcribere poßit?*

812 An iudæus poſsit præſcribere † rẽ chri-
1 ſtiani, vel rem eccleſiæ? certum eſt quod non poſſunt præſcribere rem eccleſiæ rem vero alterius chriſtiani ſic:quia viuunt rationali iure.vt.l.iudæi.C.de iudæ.& eſt gl. in c.porro.xvj q.iij.ar.c.diſpar.xxiij.q.vlt.

ADDITIO. Sequitur idẽ Roma.conſi.ccccIxxxix.hæc domina.Fely.in c.ij.circa fi.de iudæ.Iaſo.in rub.ff.de iuſti, & iur.col.ij.& ibi Claud.Acqu.plura de iudæis cumulant.Et an iudæus poſsit præſcribere rem chriſtiani cum mala fide: vel ecõtra chriſtianus rem iudæi, pulchre do.Auguſti.Bero.in c.j.nume,188,& ſeq.de conſtitutio. Nic,Pig.

1 *Pater an poßit in collegio dare fabam pro filio?*

813 An in collegio poſsit pater pro filio † da-
1 re fabam vel econtra filius pro patre? dic ꝙ ſic:tex.eſt in l.illud.ff.quod cuiuſq; vniuerſi.no.cum l.ſequenti.

ADDITIO. Quinimmo & ipſe electus ſibi: dummodo non per modum electionis,ſed per modum agregationis maiori parti l.plane,quæ eſt antecedens,& ibi Bal.Alexan.& alij.ff.eo.titu.c.cum in iure, vbi docto.de elect.Ange.Areti.in.§.præterea,col,xxiij.verſi.& tene menti.inſtitu,de exceptio. Nic.Pig.

1 *Procuratoris officium eſt vile.Fallit quando principe vel ſuperiore mandante fit: quia tunc dicitur dignitas.*

814 Tu habes ꝙ officium procuratoris † eſt
1 vile.l.ſi quis procuratorem.C.de decurio. lib.x.ſed ſcias:ꝙ officium quantumcunque vile dicitur dignitas, quando fit principe mandante ſeu ſuperiore: text. eſt ſingularis in l.nemo præfectus.C.de digni.lib.xij. & ſic verificatur l.j.C.de manda.princ.

ADDITIO. Et hoc ſequitur Alexan.in d.l.nemo,Iaſo,in rub.C.de procura.in fi.conciuis meus Cæpol.in tract.de Impera.mili. delig.xvj.priuilegio dignitatis. Et idem dicunt docto.de coco, vt ſupra ſingula.dclvj. Notario,Medico,& alijs officiarijs ſeruitio principis deſeruientibus vt per Luc.de Pen. in rub.C.de primi,lib. xij.& late per Nico.Boer.deciſio,parlamẽ. ccxxij.ſecretarij.& de barbitonſore principis pulchre Ripa reſpon.libr.ij,c,xxvj. colum.ij. Nic.Pig.

1 *Creditor tenetur in ſolutum recipere rem meliorem ſui debitoris, quando debitor emptorem non inuenit, Fallit in eccleſia, quæ rem etiam non meliorem dare poteſt.*

815 Tu habes,authen.hoc niſi.C.de ſolutio.
1 quod quando debitor non † poteſt ſoluere nec reperit ementem,creditor tenetur recipere in ſolutum rem meliorem ſui debitoris.Fallit in eccleſia:quia poteſt dare aliam etiam non meliorem.authen.hoc ius porrectum.in fi.C.de ſacroſan,eccleſi.

ADDITIO. Et hoc ſequuntur ibi Barto.& alij,& in auth.de alien.& emphi.§.ſi vero, glo,Bart,Alexan.Iaſo.Deci,

& Rip.in l.ij §.mutui datio.in ſi.ff.ſi cer.pe
ta. Stepha.Aufre.deciſio.Tholoſa.lxviij.
Nicol. Pigno.

1 *Aetas minor non excuſat minorem delinquentem, licet pœna minuatur.*
2 *Minor includitur in ſtatuto generaliter loquente. Fallit quando ſtatutum vel cõſuetudo punit aliquid, quod de iure communi non eſt punibile.*
3 *Intellectus c.ij.de delict puero.*
4 *Statutum quòd nemo poßit extrahere bladum de comitatu, minorem ſeu pupillum non comprahendit.*

816 Tu audiſti ti.C.ſi aduerſus delic.vbi di
1 citur quod † minor ætas non excuſat mi-
norem delinquentem,licet pœnam minuat:
malos enim mores infirmitas animi &c.vt
l.j.& l.auxilium.& l.ſi ex cauſa.§.nunc vi
dẽdum.ff.de mino.& l.impunitas.C.de pœ-
nis.& l.impuberem.ff.de fal. Item audiui-
ſti l.fin.C.ſi aduerſus vſu.vbi debuit magi-
ſter tuus examinare : an ſtatutum loquens
2 generaliter † includat minorem? dic quod
ſic.c.conſtitutus.de in integ.reſtitu.l.ſi ſine.
.§.Lucius.ff.de adminiſtr.tuto. Quod tamẽ
limita,niſi ſtatutum vel conſuetudo puniat
aliquid,quod de iure communi non eſt pu-
nibile:tunc enim minor non includitur in
ſtatuto vel conſuetudine.c.ij.de delic.pue-
rorum.nam homicidium caſu perpetratum
ſine culpa eſt impunibile,vt l.j.C.de ſicar.
3 & ideo in d.c.ij.dicitur quod in illa † con-
ſuetudine ibi relata minor non includitur,
licet generaliter loquatur.Quod nunquam
exeat mentem tuam:quia valebit ad ſtatu-
4 tum,† quod nemo poſsit extrahere bladũ
de comitatu,ut illud ſtatutum minorem ſeu
pupillum nõ comprehendat,& illum text.
nemo ad hoc notat,'niſi ſolus ego.& ſi non
credis videas omnes doctor.Canoniſtas.&
hoc addas ad dicta tua : quia faciet tibi
honorem.

☞ ADDITIO. Quãdo pœna in delictis minuatur propter ætatem ponunt Caſtren.& alij in dicto titu.C.ſi aduer.deli. Deci.& do.meus Cagno.in l.fere in omnibus.ff.de regul.iur.Marſi.in l.ſi infans.ff.de ſica.Ludo.Carer.in tracta.de homici.§.vj. in princi. De minore extrahente bladum tenet Bal.in l.ſi ex cauſa.§.fin.ff.de minor. Fran.Cremen.ſing.xxix. Fallit ſecundo d.§.lucius in ſtatu.de maioribus ſentientes qa tũc minores nõ ligat.Bal in l.pe.C.de infami.facit l.ſi quis maior cũ ibi nota.C.de tranſactio. Fallit tertio in ſtatu.odioſo. Bar.in l.etiam.ff.de minor.Et idem de ſtatu.exorbitanti. Bal.in l.j.C.qua.imper.int. pupi.&c. Hippoly.ſingul.cccclxxxj.communis.& ibi ponit aliam fallẽ. Fallit quinto,vt per eundem Hippoly. ſing.ccclxij.ſtatutum. Fallit ſexto in præſcriptione, de quo per Bar.in d.l.etiam.& in l.fina.& ibi Bal.C.in qui.cau.in integ.reſtit.Fely.c.placuit,col.ij.de præſcrip.& docto.in c.conſtitutus,de reſti.in integ. Nic.Pig.

1 *Via publica deſtructa refici debet a dominis domorum iuxta viam ſitarum:& quid ſi fuerint non ſoluendo.*

817 Nota ꝙ via publica deſtructa refici de-
1 bet a dominis domorum iuxta viam ſitarũ,
& non a reipublicæ.l.ædiles.§.conſtruat.
ff.de via pub.Bar.in l.per Bithiniam.C.de
immu.nemi.concede. Sed quid ſi tales domini non ſint ſoluendo, an tale onus ſpectet reipublicæ? dic ꝙ non: ſed incumbit alijs vicinis,glo.eſt ſin,& ſingul.in l.ſi.ff.de via publi.

☞ ADDITIO. Quam dicit ſing. Cæpol.conciuis meus in tracta.ſerui.ruſtic. prædio.c.iij.nume.58. Et adde ꝙ contradictio vnius etiam de alia contrata, vt via publica nõ claudatur,plus operatur quam conſenſus omnium illius contratæ. glo.eſt ſingul.in l.ij.in glo.ſi.ff.ne quid in loco publi.Quam dicit non eſſe alibi Angel.in l.in prouinciali.ff.de no.ope.nuntia.& Matth. de affli.in.§.viæ publicæ.col.iij.in titu.quę ſint regal. Nic.Pig.

1 *Priuilegij præſentatio facta iudici incompetenti facit præſumi illud ſubreptitium.*

818 Præſentatio priuilegij facta iudici incõ
1 petenti facit præſumi illud ſubreptitium.
caſus eſt ſingularis in l.ſi quis per diuinam.
iuncta glo.in verſicu.elicitum.C.de aquæduct.libro xj.

☞ ADDITIO. Et ibi Alexan.in additio.& Ioan.de Plate.& idem in publicatione teſtamenti ac inſinuatione facta coram incompetenti l.teſtamenta.l.conſulta diualia.C.de teſta. Et de illa l.vide etiã ſupra ſingul.dcccxj. Nic.Pig.

1 *Habens ius auriendi aequam ex puteo vicini, nō poteſt vti de nocte, et ſi vtatur perdit illud.*

819 Habeo ſeruitutem aquæ hauriendæ ex
1 puteo vicini: an poſsim ea vti de nocte? dic ꝙ non: quia intelligitur actum, vt poſsim vti de die non de nocte. caſus eſt ſingularis in l. iter. & ibi Bart. ff. commu. prædio. Et ſi non vtor de die, ſed de nocte perdo eam l. ſi communē §. ſi is. ff. quib. mod. ſeruſ. amit.

ADDITIO. Et eſt ratio: quia de nocte non licet ire per ciuitatem, vel domos alienas, vt ibi probatur iuncta glo. ſecundum Pau. de Caſt. & late per conciuem meum Cæpol. in tracta. vrba. prædio. capit. xxxviij. de itinere ſeu actus. Nic. Pig.

1 *Donatio reciproca inter coniuges facta constante matrimonio valet. Et quid ſi fiat ex interuallo.*

820 Prohibiti inter ſe donare non intelligū
1 tur prohibiti facere donationem reciprocam probatur in l. ſi pater puellę. & ibi no. Cy. cuius autoritatem ſequitur ibi Bald. C. de inoffi. teſta. ſed miror de eo cum de hoc ſit tex. expreſſus in loco ordinario, ſcilicet in l. ꝙ autem. §. ſi vir & vxor. de donatio. inter vir. & vxor. Quod intelligitur quando donatio vnius ſequitur donationem alterius incōtinenti, ſecus ex interuallo: quia tunc etiam donatio reciproca eſt inualida. tex. eſt ſingul. in l. quæ iam nuptæ ff. de donat. inter vir. & vxo. vnde ſi ego donaſſem vxori meæ hodie mille, & poſtea hinc ad annum ipſa donaret mihi fundum vtraque donatio eſſet inualida dicta l. quæ iam nuptæ. nota.

ADDITIO. Sequuntur Socin. in tracta. fallen. ver. donatio fallen. j. conciuis meus Cæpol. caut. cxij. donatio. in prin. Iaſo. in d. l. qui pater. Subdens. d. l. quæ iam nuptæ loqui in donationibus puris ſecus quādo donatio eſt collata poſt mortem (vt in caſu noſtro,) quia tunc ſufficit alteram prius fieri licet nō eodem tempore: qui intellectus eſt veriſsimus, & eum multis medijs comprobat Ioan. Lup. in rub. extra de donatio. inter vir. §. 50. col. vj. & ſeq. N. P.

1 *Donatio mulieris facta marito, vt dos filiæ communi conſtituatur, valet.*

821 Tu habes ꝙ donationes, quæ fiūt inter
1 cōiuges† conſtāte matrimonio non valent regulariter l. j. ij. & iij. cum ſimi. ff. de dona. inter vir. Fallit hoc quando mulier donaret marito, vt ex ea conſtituatur dos filiæ communi: caſus eſt ſingularis ſecundū Bar. ibi, in l. ſi ue vxor. ff. eo. ti. ſed tu vide l. profectitia. §. ſi quis certam. ff. de iure dot. & licet tex. dicat non eſſe donationem: intellige ſtricte & proprie.

ADDITIO. Adde bonū text. in l. cum vxor virum. ff. eod. titu. de donatio. &c. & l. Lucius. ff. quibus mod. pig. vel hipo. ſolu. Et ratio eſt fauor dotis & matrimonij, ſequitur Franc. Cremen. ſingu. iiij. late Ioā. Lup. in rub. extra eo. ti. §. xlix. Intellige quando res donata a muliere nō eſſet dotalis: ſecus ſi dotalis, quia tunc conſtā te matrimonio poteſt vendicari a viro, & ab vxore eo ſoluto, niſi iuramentum interceſſerit: Dictum eſt ſingul. & mirabile Spe. in titu. de empt. & vendi. §. tertio loco. col. iiij. ver. quid ergo ſi vir. quē ſequitur Cāp. in tracta. dot. iiij. par. q xxv. & Imol. alleg. per Ioan. Lup. vbi ſupra Subdens pulchre hoc dictum Spec. intelligi quando maritus eſſet diues, ſecus ſi inops, vxor vero locuplex, quia tunc cum onus dotandi ſpectet ad eam: tunc nō ſit locus repetitioni. N. P.

1 *Libelli tenor non debet inſeri in citatiene. Fallit ad inducendum effectum, vt lite pēdente nihil innouetur.*

822 Concluſi tibi pluries non eſſe neceſſe
1 ꝙ tenor libelli in citatione inſeratur. Hoc intellige verum, niſi ad inducendum effectum, vt lite pendente nihil innouetur: quia tunc tenor libelli debet inſeri, vt inducatur talis litis pendentia. caſus eſt ſingularis in cle. ij. vt lite penden.

ADDITIO. Adde docto. in c. præterea. de dilat. & in c. j. vbi late Fely. colum. j. & ij. de libel. obla. Et intelle. d. clemen. tractauit pulchre idem Roma. conſil. cccxxx. circa primum. col. ij. Felyn. in c. ſuper literis. de reſcrip. deciſio. Neapo. ccxx. nume. 13. Nic. Pig.

1 *An habens vtile dominium non contradicē do alienationi factæ per dominum directum de dominio directo ſibi præiudicet. Diſtinguitur.*

823 An habens vtile dominium, non con-

tradicendo alienationi factæ per dominum
directum de dominio directo, ſibi præiudi-
cetur? dic ꝙ aut dominus directus nõ fuiſ-
ſet alienaturus ſi non conſenſiſſet habens
vtile, & tali caſus habens vtile ſciens & nõ
contradicens ſibi præiudicat, aut fuiſſet
alienaturus etiam ſi non conſenſiſſet habẽs
vtile dominium, & tunc ſibi nõ pręiudicat.
caſus ſingul. in l. apud Celſum. §. quæſitum.
cum glo. ſua. ff. de doli excep.

☞ ADDITIO. De hoc vide per
Alexan. & Iaſ. in l quæ dotis. ff. ſolu. ma. Ia
ſo. l. fi. col. penul. C. de iure emphi. latiſsime
per And. Tiraq. de retract. conſan. §. j. gl. ix.
Nicol. Pigno.

1 *Doctori ſalariato, vt publice legat ſi detur*
domus a communi, ea non debet dari in lo
co remoto.

824 Nota ꝙ ſi doctori ſalariato, vt publice
1 legat, detur domus a communi, ea non de-
bet dari in loco remoto. caſus eſt ſingul. ſe
cundum Bald. in l. ij. §. ſed & C. Scipio Na-
ſcica. ff. de orig. iur.

☞ ADDITIO. Quinimmo debet
dari in loco celebri quo facilius cõſuli poſ-
ſit, vt dicit d. §. domus enim doctoris eſt to
tius ciuitatis oraculum, ſecundum Cic. lib.
j. de Orato. & plura tradit Barba. in prohe.
clem. in ij. lectu. nume. 48. & do. meus Ca-
gnol. in d. l. ij. nume. 475. Nic. Pig.

1 *Mulier deprehenſa in adulterio eſt infamis*
ipſo iure: ſecus eſt in viro.

825 Tu habes ꝙ mulier deprehẽſa in adul-
1 terio eſt infamis ipſo iure l. palam. §. quę in
adulterio. ff. de ritu nup. Sed quid in viro?
& licet Paduæ dubitetur, tamen hoc ne-
ſciunt: quia eſt gloſ. ſingul. in l. & ſi crimen.
C. de adulte. ꝙ non eſt idem in viro, ſed re-
quiritur in eo ſententia, quam omnes ibi
ſequuntur.

☞ ADDITIO. Et Alex. in dicta
l. palam. Et adde ꝙ contrahentes inceſtas
nuptias ipſo iure ſunt infames, & excõmu-
nicati, & etiam approbantes & defenden-
tes, ſiue patrocinium ſuſcipientes. Ioã. Fab.
in. §. aduerſus. inſti. de nup. Nic. Pig.

1 *Prohibitus ſepeliri an ſi ſepeliatur in ali-*
quo loco, locus ille efficiatur ſacer.

826 De iure ciuili locus efficitur ſacer cum
1 aliquis ſepelitur in eo. §. religioſum, inſtitu.
de rer. diuiſi. ſed de iure canonino requiri-
tur authoritas Epiſcopi. c. ad hæc. de relig.
domi. Sed quid in eo qui prohibetur ſepeli
ri in eccleſia, vt vſurarius, an ſi ſepeliatur
in aliquo loco, locus efficiatur ſacer? dic ꝙ
non. caſus ſingula. in l. iiij. §. non ſit. ff. ad l.
Iul. pecul.

1 *Aedificium factum in ſolo alterius ſolo ce-*
dit. Fallit quando eſt factum de pecunia
eccleſiæ. Quod tamen non eſt verum in
additio.

827 Tu ſcis, ꝙ ædificium [1] factum in ſolo
1 alterius cedit ſolo, vt dixi ſupra (ſingulari
ccclxxxiij.) Sed qui ſi factum ſit in ſolo al-
terius, ſed de pecunia eccleſiæ, an tunc tale
ædificium cedat ſolo? dic ꝙ non: immo tũc
ſolum ædificio cedit, & eccleſiæ: glo. eſt ſin
gularis in c. apoſtolicos. xij. q. ij. quam ſe-
quitur Bal. qui ſolus inter legiſtas ſciuit illã
glo. in. l. non tantum ff. de rer. diui.

☞ ADDITIO. Idem Roma. in l.
j §. nunc videamus. ff. de no. ope. nun. Spec.
in tit de emp. & vendi. §. tertio loco. verſi.
quid ſi clericus. Soci. in regu. cccx. fallen. x.
Contrarium tenet Ioan. And. in addi. Spec.
vbi ſupra, & in regula qui prior, in mercu.
Idem Roma. in authen. ſimiliter. xj. ſpeciali
contractus. C. ad l. Falci. Soci. in reg. cxj. fal-
len. iiij. Alex. late in d. §. nunc tractemus. Fa
cit tex. in. §. ſacræ. &. §. religioſum, inſtit. de
rer. diui. vbi locus non efficitur ſacer, vel
religioſus niſi rite fuerit factum ędificium,
vel mortuus illatus in fundum alienum vo
lente domino. Et per hæc Ego Nicolaus
Pignolatus Veronenſis impono finem iſtis
Annotatio. Die 3. Februarij 1556. Anno
ſecundo doctoratus mei in inclita Ciuitate
VENETIARVM.

FINIS.

SINGVLARIA DOCTISSIMA, ET VTILISSIMA DO. ANTONII CORSETI SICVLI VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS IN ſtudio Bononienſi edita, cũ additionibus factis in ſtudio Patauino anno ſalutis M C C C C X C. dum ibidem iura pontificia de mane ordinarie legeret, nouiſsime examuſsim caſtigata.



ANTONIVS CORSETVS Siculus, excellentiſsimo Iuris vtriuſque monarchę domi. Andreę Siculo, vulgo Barbatia domino ſuo obſeruandiſsimo. S. P. D.

OPTAVI ſępenumero excellẽtiſsime, ac famoliſsime vtriuſq; cenſuræ monarcha, ac princeps: vt ſi quãdo adeſſet mihi ociũ, ac tẽporis facultas daret, nõnulla doctiſsimorũ iuriſperitorũ dicta diuerſis in voluminibus ſparſa, & vage diſiecta, ac nonnullos tuæ profundiſsimæ ſcientiæ floſculos tuis in copioſis commentis diuiſos, dictu quidem ac memoratu digniſsimos: nec non aliqua, quę in almo Bononienſi gymnaſio ex vberrimo ac copioſo tui pectoris fonte emanarũt, & profluxerunt, quæ vtriuſque iuris cenſurã ornatam, concinnam, ſplendidam reddiderunt: & aliqua noſtris ex laboribus adepta in vnam, vt oblectationem aliquam nonnullis familiaribus meis ſumere volẽtibus, longæ inquiſitionis labor abeſſet, dirigerẽ conſonantiam, ac in facilem quendam reducerem locum. Et vt aliquem ex tuę profundiſsimæ ſcientiæ documentis, ac regularum traditione poſteris noſtris fructũ percepiſſe videret. Ad hoc enim inſtituendum opus nulla magis me res excitauit celeberrime vtriuſque iuris princeps, q̃ vt tuæ inprimis magnificentiæ, quam ſemper vnice ac religioſiſsime colui, cõplacerem: & tuæ eximiæ virtutis excellentiam, dignitatem, ac magnitudinem in medium ſummis laudibus extollerem. tam & ſi non nihil ipſa me gloria mouebat: quæ ſi meritis aut virtute parata exitit, ſemper eſt a ſummis viris magno ſtudio quæſita, & a ſapientibus hominibus laudata. Non nihil etiam exercendarum ingenij virium me cauſa inducebat, quia quemadmodum triſte eſt diuiti abſque hærede decedere, ita miſerrimũ eſt habẽti a ſummo deo aliqualem intellectus gratiam poſteris ſuis. i. ſtudioſis nihil ornatius dimittere, quo poſsint veluti hæredes intus aliqualiter conſolari. Et licet tot in omni ſcientiarum genere, & præſertim in vtriuſq; iuris facultate ſcripſerint, vt iã mũdum pene illuminauerint: adhuc tamẽ inueniendis inuenta non obſtant. inſtar. n. ſolis oritur intellectus, & occidit, vadit & redit, & nunquam moritur. Hoc itaque breue ac tenue opuſculum præceptor optime & domine dñe Andrea Cõſicule eximie in vtraque cenſura interpres, qui & in ſcholis le-

ges,& canones memoriæ mandans auditores placidos dociles ac doctos tuo præſtantiſsimo ſtilo, facundiſsimo verborum modo, digniſsima textuum ac gloſſarum interpretatione, ac ſuper ipſis doctorum ſententia memoriter recitata, mirum immodũ, & vt ita loquar ſupra ingenij humani vires, reddere ſolitus es ad te tranſmitto: vt ingenti tua humanitate, ac immenſa in te benignitate hoc exile ſingularium, ſed vt verius dicam, pulchrorum dictorum munuſculum abs tuo diſcipulo indigno, & vt ita dicam, tuæ virtutis ſeruo Antonio Corſeto conſiculo nonnullis noctibus lucubratum: ſummiſq; vigilijs compilatum accipere, ipſumq; tuis magnæ ſcientiæ radijs, ac tuo profundiſsimo ingenio limare, emendare, ac corrigere, & vbi aliquid imperfectũ erit perficere digneris obſecro. Ad laudem & præconium ſanctiſsimæ ac indiuiduę trinitatis, glorioſę virginis Marię, totiuſq; cœleſtis curiæ triumphãtis: immortali deo ſupplicans, vt te, tuamq; magnificam familiã, dulcẽq; prolem ſempiterno ęuo conſeruet. Et me, quæ ſint ei placita facturum ſinat, atque permittat.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum a contrario ſenſu in reſcriptis validum eſt in iure.*

Argumentum I.

1 ARGVMENTVM a contrario ſenſu† in reſcriptis validum eſt in iure, ſingularis eſt glo. in l. ſi procuratorẽ. §. ſi ignorantes, in verbo. ex diuorum fratrũ reſcripto intelligere licet. ff. manda. quam reputauit ſing. Ludo. Roma. in l. ſi cum dotem circa finem princi. ff. ſolu. matri. & dominus meus d. Andreas in repet. rubricę de reſcrip. in clemen.

1 *Argumentum a contrario ſenſu in pactis et ſtipulationibus validum eſt in iure.*

Argumentum II.

1 Argumentum† a contrario ſenſu in pactis, & ſtipulationibus validum eſt in iure tex. eſt not. in l. inter ſocerum. §. cum inter, ff. de pac. dot.

ADDITIO. Vide do. Iaſonem in l. qui pecuniam in j. col. ff. ſi cert. peta. limita vt per Bal. in l. voluntatis. C. de fideicom. miſsis quem allegat Iaſon in l. de quibus in iiij. col. ff. de legibus. pleniſsime tractat materiam do. Iaſon. in l. j. ff. de offic. eius. adde quod dicit idem do. Iaſon. in materia in l. ſenium in iij. col. C. qui teſta. facere poſſunt & in v. col. dicit vnum notãdum poſt Aret. ꝙ ſumendo ar. a contrario ſenſu vniuerſalis affirmatiuę non eſt ſumenda vniuerſalis negatiua, ſed particularis affirmatiua quod nota.

1 *Argumentum a contrario ſenſu in ſententia eſt validum in iure.*

Argumentum III.

1 Argumentum† a contrario ſenſu in ſententia eſt validum in iure. textus eſt notabilis in l. Pompo. §. ſed is qui. ff. de procur.

1 *Argumentum a contrario ſenſu in teſtamentis validum eſt in iure.*

Argumentum IIII.

1 Argumentum† a contrario ſenſu in teſta. validum eſt in iure tex. eſt peregrinus in l. Lucius. il ij. ff. de hære. inſtituendis.

ADDITIO. Dic ꝙ iſtud non eſt verum in iſtis verbis prolatis a teſtatore ſi talis deceſſerit ſine liberis. ita tenet do. Iaſon. in l. j. C. de pac. & in l. j. §. huius rei. ff. de offic. eius vbi ponit quatuor limitationes ad regulam. Quid autem in mandatis nunquid habeat locũ, Iaſon in d. l. ſi pecuniam. in ij. colum.

1 *Argumentum a contrario ſenſu in ſtatutis validum eſt in iure, niſi ob illud ſtatuentes in pœnam incidant.*

Argumentum V.

1 Argumentum† a contrario ſenſu in ſtatutis validum eſt in iure ita voluit Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. & in l. impoſsibile, ff. de pactis. Quod intellige eſſe ve

rum, niſi argumentũ illud ſumatur quo ſta-
tuentes inciderent in pœnam. glo. eſt vnica
& incognita in clem. ex graui ſuper verbo
facere, de vſuris, ſecundum Ludo. Rom. in
ſingu. cviij. in ordine meo de qua ſecundũ
eum fecit feſtum Bald. alibi. Tu dic quod
eam reputauit ſingu. Bald. in auc. ad hoc.
C. de vſur. & in l. ſi eum. §. qui iniuriarum.
ff. ſi quis cauti. & Cardi. in d. cle. vnica. &
Barba. in repe. cap. Raynutius. de teſta. in
xiiij. col. & Bald. in l. Gallus. §. ille caſus. ff.
de libe. & poſthu. & Alex. in l. j. in xxvj co
lum. ff. de officio eius cui man. eſt iuriſdi. &
Pet. de Anc. & But. in c. quanto. de vſuris.

ADDITIO. Adde Alexã. in conſil.
lxviij. in ij. col. incip. circa præmiſſa conſul
tatione in iiij. vo. Alex. in conſi. vij. in vlti.
col. in v. vol. vide do. Iaſonem in l. pecuniã
ſexta allegata. & aduerte quia dicit domi.
Iaſon in l. properandum. §. ſinautem alteru
tra in ii col. C. de iudi. ꝙ quando ſtatutum
nihil valet in ſenſu directo, tunc valebit ar-
gumentum a contrario ſenſu. ita etiam di-
cit in l. ſenium in iij. colum. ſexta allegata.

1 *Appellatione pendente nihil eſt innouãdum. limitatur ſeptem modis.*

2 *Dilapidare quis dicatur.*

3 *Intellectus c. accuſatum. de ſimo.*

Appellatio I.

1 Regula eſt† ꝙ nihil eſt innouandum ap-
pel. pen. ſed omnia debent in ſuo ſtatu per-
manere. l. vna. ff. nil no. appel. pen. c. appel-
latione. ij. q. vj. c. non ſolum de appel. li. vj.
Limita hanc regulam non habere locũ
quando appellans eſt perſona ſuſpecta, vel
fructus dilapidat, ſiue res ſit mobilis, ſiue
immobilis fructus ſequeſtrantur l. ab execu
tione. C. quorum appel. recip. iſtud voluit
glo. in d. c. appellatione, & voluit Bald. in
c. j. §. ſancimus in ti. quo tempo. miles inue-
2 ſtitu. pete. debet. Dilapidare† dicitur ſecun
dum Bal. ibi ſi conſumit in ſuos vſus cõuer
tendo, maxime prodigaliter viuendo & re
fert Archi. vj. q. j. quia res. Limita. ij. præ-
dictam regulam non habere locum quãdo
appellatio eſt expreſſe iuri cõtraria vt no.
in c. paſtoralis extra de offi. delega. ita re-
fert Bal. in d. c. j §. ſancimus. Limita. iij.
niſi appellatio eſſet friuola vt in c. cũ ap-
pellationibus de appel. lib. vj. Limita iiij.
Regulam eſſe veram quo ad partes, ſecus
quo ad tertium, ita eſt glo. celebris in l cre
ditor. in prin. in verbo pone. ff. manda. quã
allegat Bald. in l. ſi quis filio. ff. de iniu. rup.
teſta. Faciat tex. & quod voluit ibi Ge-
mi. in c. romana. §. in alium. de ap. & tex. ſin
gula. in c. ſuper eo. de offi. deleg. ſecundum
But. in c. vt debitus de appel. & hoc voluit
expreſſe Gemi. in c. non ſolum ſuper glo. ſi.
de appel. lib. vj. licet non alleget glo. in d. l.
creditor. Limita v. regulam eſſe veram
in eadem cauſa, ſecus in diuerſa, illud dixit
do. Abbas in c. q̃ fruſtra. de vſuris & Lau.
de Rodul. in tractatu de vſu. q. cxiiij. Et
idem dic in litis pendentia ſecundum Bald.
in d. c. j. §. ſancimus. vbi refert Inno. in c. bo
næ. de appel. & in d. c paſtoralis, extra vt li
te pen. per totum & limita prout dictũ eſt
in appel. Limita ſexto prædictam regu-
lam, & dicas eam procedere reſpectu iudi-
cis, & non reſpectu partis, ſecundum Inno.
& Abb. in ver. oppono tertio. in c. dilecti.
de excep. Tu pro veritate huius dicti vide
plene Abb. ibi diſputantem hunc paſſum,
& veritatem huius limitationis, quæ indi-
ſtincte non procedit. vt ibi plene per Abb.
poſt Hoſtien. Adde etiam, ꝙ innouatum in
cauſa appellationis nõ reuocatur, ſi extrin
ſecus aliquid ſit geſtum, quod in litis præiu
dicium non vergat, vt teſtimonium, vt ſin-
gulariter notatur in l. furti. §. j. ff. de infa. &
Bald. in d. c. dilecti. item nec reuocat̃ quod
legitime factum eſt ſecundum litis exigen-
tiam, tex. eſt vnicus in iure l. poſtq̃. §. impe
rator. ff. vt lega. no. caue. talia innouata non
impediunt executionem. ff. de admi. tu. l.
chyrographis. §. i. ff. vt in poſ. lega. l. is cui.
§. qui in poſſeſsione. Limita ſeptimo illã
regulam, ꝙ lite pendente, item nõ habere
locum in caſu c. accuſatum de ſimo. & ibi
Abba. in ſecundo notab. dicit no. caſum, in
quo lite pẽdẽte quis priuatur quaſi poſſeſ-
3 ſione beneficij, & officij. & intellige† illum
tex. quando accuſatus erat infamatus de ſi-
mo. vt in gloſ. nam per atrocitatem delicti
concurrente infamia fit ſuſpẽtio, donec cau
ſa finiatur vt in c. inter. de purga. cano. &
idem dic in alijs magnis criminibus cõcur
rente infamia. facit quod no. Io. An. in d. c.
inter. & in c. j. de accuſ. lib. vj. faciat etiam
quod volunt Imol. & Abb. in c. cum. M. in
glo. fi. de conſti.

ADDITIO. Adde ꝙ ſicut pendẽte
appellatione nil eſt innouandum ſic etiam
penden. nullitate ſentẽtię domi. Iaſon. in l.
prima. C. de bonorum poſſeſsio. ſecundum
tabulas, ibi, limita quarto, ꝙ hoc facit qđ

dicit Fely.in c.ſuper eo.in j.colū. extra de offic.& poteſtate iudi.delega.vbi dicit ꝙ licet pendēte lite nihil ſit innouādum tñ tertius ratione ſui intereſſe nō prohibeť qui poſsit innouare vbi ēt in ſpē ponit in appellatione & iſtud ſingulare ponit de verbo ad verbum idem Corſetus in ſuo repertorio in verbo Appellatio in xix.col.cū tribus ſequentibus.ſex ex iſtis fallentijs ponit Ang. in l.furti.ff. de infamibus. & xvj. ponit Specu.in tit.de appellatio.

1 *Tempus datum ad appellandum idē operatur,quod ipſa appellatio.*

2 *Appellans a ſententia criminis famoſi, interim non eſt infamis, & poterit teſtari.*

Appellatio II.

1 Idem† operatur tempus datum ad appellandum quod ipſa appellatio operatur, ſingularis eſt glo.ſecundum Dy.in l. ex iudiciorum in ver.ſecuta.ff.de accuſa. pro qua dico fore caſum meliorē de corpore iuris, incognitum Legiſtis in c. nō ſolum. de appel.lib.vj.facit l.& poſt rem.ff. de tranſact. cum ſi.Et ex hoc infero,quod ſicut pendēte appellatione nil poteſt innouari l.vna.ff. nil no.appe.pendēte. & c. appellatione. ij. q.vj.ita & infra tempus datum ad appellādum nil poterit innouari,licet adhuc appellatum nō ſit,per glo.d.l.ex iudiciorum. & d.c.non ſolum. Adde Bald.in c. venientes de iureiur.vbi allegauit glo.d.l.ex iudiciorum, pro vnica in iure. & dicit ibi quod

2 †infamis nō eſt interim ipſe appellās l.furti..§.j.ff.de infami.nec deſinit eſſe ciuis romanus. Vnde interim teſtari poterit. vt ff. de iniuſto teſta.l. ſi quis filio.§.hi autē omnes,quem tex.dicit eſſe ibi ſing. ſiue iudex a quo detulerit appellationi, ſiue nō. nam ex quo lex defert,appellatio extinguit ꝓnunciatum. ſed ſi non eſt appellatum, ſed ſumus infra tempus appellādi,nō eſt adhuc pronūciatione reſciſſum, tamē eſt in ſuſpēſo: & ideo valet eius teſtamētum, & bona tranſeunt ad hæredes per gloſ.d.l. ex iudiciorum,quā etiā allegauit Ioā.de Imol.pro ſing.in c.ij.in viij.col.de teſta.

ADDITIO. Adde Alexā. in conſil. xxxvj.inci.themate ſuprascripto in ij.col. in iiij.volu. vbi dicit ꝙ appellatio ſuſpendit pronunciatum.Quid ſi pēdente appellatione cōdemnatus ferat teſtimonium in ſi. v.colum.extra de teſtibus & vtrū appellatio ſuſpendat vel extinguat pronūciatum Fely.in rub.de appellatio.in ij.col.verſi.ad ſecundam quæſtionem.

1 *Sententia interlocutoria, a qua bis fuit appellatum,ſi fuit confirmata,non poteſt per iudicem reuocari.*

Appellatio III.

1 Si ab† interlocutoria eſt appellatū bis, & ſemper confirmata,non poteſt per iudicem reuocari.ſing.eſt glo. ſecundum domi. Cardi. & alios in cle.ſi.in verſi.ſuper eo.de appel.& no.do.Alex.de Imol.poſt alios in l.quod iuſsit.ff.de re iudi.& do.An.de But. in c.fraternitatis.de frigi.& maleſi.Et ratio eſt,quia ea reuocata appellans non audiretur, quia tertio appellans non auditur per d.cle.ſi.& C.ne liceat in vna eademq; cauſa tertio.prouo.in rubro & nigro c. ſua. de appel.cum ſi.

1 *Appellationis interpoſitio fieri debet infra decem dies, nec partium pacto tale tempus prorogari poteſt, ſed tantum ſtatuto , vel conſuetudine.*

2 *Appellationis proſequendæ tempus prorogari poteſt a ſtatuto vel conſuetudine, non a iudice.*

Appellatio IIII.

1 Appellationis† interpoſitio fieri debet infra decem dies,authē. hodie.C.de appel. c.concertationi.eo.ti.lib.vj.c.quod ad conſultationem de re iudi.c. anteriorū.ij.q.j.cū ſi. Nec partium pacto tale tempus prorogari poteſt,ſecundum Bald.in d.au.hen.hodie.& in auc.ei qui.C.de tempo.appel.pro hoc allegat tex.no.& iudicio meo meliorē de corpore iuris in cle. ſi appellationē de appel.Sed per ſtatutum, vel conſuetudinē bene poteſt prorogari per glo. ſing. ſecundum Bald.in l.ij.C.ſi contra ius vel vti.pu-

2 bli.Tempus autem† proſequendę appellationis bene prorogari poteſt ſecundū eundem.in d.l.fin.C.de tempo.appel. refert & ſequitur Ludo.Roma.in ſolenni ſua repetitione rubricæ de arbi.in xx. col. Tu vero vide Angel.de Perulio in l. ij.ff. de re iudi.

vbi reputauit glo.d.l.ij.inci.præſcriptionē, pro vnica & ſingulari.& vide do.meū in c. dilectus filius de procurato. vbi magnifacit illam glo.Et not. ꝙ hoc poteſt conſuetudo ſeu ſtatutum,& non iudex. ratio quia iudex non poteſt immutare ius ſuperioris, quia ageretur de eius præiudicio,per id qd legitur & not. in cle. ne romani de elec. & in c.cum inferior.de maio.& obe.& c.inferior.xxj.diſt.Et pro veritate huius rei vide doc. & Moder. in d.l.ij.ff. de re iudi.& do.meum & Modernos in c.cum ſit romana.de appellatio.

ADDITIO. Iſtum verſiculum plene examinauit Georgius natā per quatuor articulos in cle.ſæpe in prin.in.xviij. co.& ſe.de ver.ſigni.Fely. in c.cū ſit romana hic allega.vbi limitat viij. modis Imol. conſil. lxxxvj.in vj.colum.

1 *Aſsiſtens armatus , videtur dare opem, & ideo debet puniri ſecuto homicidio.*

Auxilium.

1 Si aliquis † vadit ad occidendum aliquē, & tu vadis ſecū armatus,& nil facis , vtrū ex illa aſsiſtentia debeas puniri,tanꝙ præſtans opem?Innocē.in c.continentia de clerico percuſſo.ſingu. determinat ꝙ ſic. quia videtur dare opē,refert & ſequitur Bald. in l.j.C.de ſeruis fugi.& in l.raptores.C.de epiſ.& cle.& Lu.Ro.in l.j.§.in eo.ff. ad ſilla.& do.meus do.And.in c.repellantur. de accu.& dicit iſtud dictum Innocen.eſſe cōtra ſtatutum Bononiæ diſponens, quod teneatur de homicidio qui præſtat auxilium cooperatiuum.Pro veritate huius dicti vide notata in c.j.de offi.deleg. & not. in l.ſi qui opem.ff.de furtis.& in l.furti.§.penul. ff.eo. & in l.non ſolum.§.ſi mandato.ff. de iniurijs.

ADDITIO. Aduerte quod nūquid licitum ſit habenti licentiam ſeu facultatē occidendi aliquē conuocare ſocios,& vtrū tales ſocij in iſto caſu præbentes auxilium puniantur vide do.meum Iaſo.in l.j.§.fina. in iij.& iiij.col.ff.de noui.ope. nun.& in l. ij.in j col.ff.de iuriſdi.om.iudi.Fely.in cap. quæ in eccleſiarum in iiij.col.extra de conſtitu.de materia iſtius ſingularis recurrendum eſt ad Fely.in c.j.extra de off. & poteſtate delega.qui plene examinat.& eundē Fely.in c.ſicut dignum de homicidio.adde Alexan.in conſil.xlj. incipit. viſo proceſſu inquiſitionis formate in j. & ij. colum. in primo volu.

1 *Appellatio non tuetur appellantem,vt poßit id facere,propter quod appellauit, licet iudex appellationi deferat.*

2 *Iudex a quo poteſt attentare omnia tendentia in faciliorem exitum cauſæ appellationis,non tamen cognoſcendo de viribus appellationis.*

Appellatio V.

1 Licet iudex † deferat appellationi , nihilominus poſſet pręcipere parti ne attentet id,propter quod appellauit,& ſic appellatio non tuetur appellantem,vt poſsit id facere propter quod appellauit, tex. eſt iuncta ſua glo. in c. ex litteris in verbo. diſtrictius.de matri.contra.cōtra interdic. eccle. quod ſingulariter not.& de illo tex. iuncta glo.facit ibi feſtum do.Abb. hoc idē tenuit Ioan.And.in c.cum appellationibus friuolis.de appel.lib.vj.Et ex præalle.glo.colligit ibi do.An.iudicem a quo † poſſe attentare omnia tendentia in faciliorem exitum cauſæ appellationis.non tamen cognoſcēdo de viribus appellatiōis,pro hoc ca. quafronte de ap. & vide ibi domi.ab. & Modernos.& latius per eum & alios in c. cum teneamur eo.tit. & vide quod voluit idem domi.Abb.in c.ſacro.de ſen. excom.

1 *Laicus an poßit accuſare clericum primæ tonſuræ?*

2 *Intellectus c. clericus ſi tonſura dimiſſa.de vita & honeſta.cleri.*

3 *Clericus in minoribus , large dicitur eſſe in ordinibus ſacris.*

4 *Clericorum appellatione in materia fauorabili veniunt omnes etiam in minoribus conſtituti.*

Accuſatio.

1 An laycus poſsit accuſare clericum primæ tōſurę?Diceres tu ꝙ ſic.nam talis dicitur eſſe ſine gradu,vt in c.clericus ſi tonſura dimiſſa.de vi.& hone.cleri.Contrarium tantum decidit Domini.de ſan.Gemi. in c. ſicut ſacerdos.ij.q.vij.& not.hanc theoricā

quia a nemine vidi tactam. non ob. d. c. cle-
2 ricus. ibi. ſine gradu, quia debet † intelligi
ſine gradu. ſ. ſacro, nam clericus in minori-
3 bus † largo ſumpto vocabulo dicitur eſſe in
ordinibus ſacris glo. eſt ſingu. xxxij. diſt. in
ſumma. & hanc theoricam Domi. refert &
ſequitur do. meus in c. cum p. Manconella,
de accu. Ego dico ꝙ Dominicus recte lo-
quitur, nam iura indiſtincte prohibent lay-
cos accuſare clericos. vt legitur & no. in c.
de cætero. de teſtib. & in d. c. cum. p. Man-
4 conella. & clericorum appellatione † in
materia fauorabili veniunt omnes etiã in
minoribus conſtituti, vt voluit do. Abba.
in rubri. de vi. & hone cle. & probatur in
c. clericos. xxj. diſtin. cum ſimi. Cum ergo
iſte caſus ſit fauorabilis clericis, ꝙ non ac-
cuſentur a laycis, q̃a layci oppido ſunt infe-
ſti clericis vt in c. laycos & in c. layci. ij. q.
vij. & in c. clericis de immunita. eccle. lib.
vj. cum ſimi. ergo laycus non poteſt accuſa-
re clericum in minoribus cõſtitutum. quod
nota perpetuo.

ADDITIO. Accuſatio. adde ꝙ dicit
Alexan. ꝙ laicus quo quomodo nõ põt ſe
impedire de clerico etiam ſimplicis tonſu-
re ſiue in ciuili ſiue in criminali, ita tenet
Alex. in conſi. viiij. incip. ſuper hac conſul-
tatione in ij. col. in j. volu.

1 *Hipothecaria agens contra donatarium, de-
bet probare hipothecam præceßiſſe dona-
tionem, Fallit in fiſco.*

Actio hipothecaria.

1 Priuatus † agens hypothecaria contra do
natarium debet probare hypothecam præ
ceſsiſſe donationem. caſus eſt in l. de rebus,
C. de dona. ante nup. quem ad hoc reputa-
uit ſing. Bar. in l. ſi prius. C. de iure fiſci. lib.
x. Fallit in fiſco, qui non probat, ſed dona-
tarius probat rem prius donatam, q̃ obli-
gatam, vt eſt caſus in d. l. ſi prius. Et de ma-
teria primi dicti vide Bart. in d. l. de rebus.
Cy. & Bar. & Saly. in l. cum res. C. ſi aliena-
res pigno. da. ſit. & Flo. in l. ante omnia. ff.
de proba. & Bart. & Salyce. in l. rem alie-
nam. ff. de pigno. actio. Angel. Areti. in. §. itẽ
ſeruiana in iij. char. inſti. de acti. in ver. &
pro euidentia: adde Angel. in l. matrem. C.
de proba. in fin. & Aret. in d. §. item ſerui-
na in iiij. char. & do. Ludo. Roma. in ſing.
vide plene per dom. meum in legibus do.
Alex. de Imol. in d. l. ſi prius in addi.

1 *Feudi alienatione, feudum perditur, quan-
do deuentum eſt ad traditionem: idem in
pignore, vel alienatione ſub pœna prohibi
ta, ſi ad traditionem deuentum ſit, alias
ſecus, quia per verbalem pignorationem
nunquam incurritur pœna*

Alienatio. I.

1 Per alienationem † feudi quis perdit feu-
dum, vt legitur & no. in c. ex parte de feu.
& in tit. quibus mo. feu. amit. §. ij. & iij. Ta-
men hoc intellige verum, quando deuentũ
eſt ad traditionem. ita ſingu. dixit Bald. in
c. j. §. vt libellario. in ti. qui. mo. feu. amit. Et
ita dicit in pignore, quod per ſimplicẽ hy-
pothecam nudo verbo factam nunquã in-
telligitur eſſe deuentum ad traditionẽ, li-
cet aliàs hypotheca nudo conſenſu cõtra-
hatur, tamen in caſu illius. §. non eſt ita, &
ratio eſt quia inania verba non nocent, niſi
ſit proceſſum ad actum facti. Et idem dicit
ſi per ſtatutum, ſeu per teſtatorem in ſuo te
ſtamento prohibeatur alienatio ſub pœna,
quia nunquam per verbalem pignorationẽ
incurritur pœna, quod dicit eſſe no. dignũ.
Ego adduco rationem, quia permittere nõ
eſt alienare. l. ad eum. §. Lucius. ff. de dona.
facit in ſimi. quod voluit Bald. in l. volun-
tas. C. de fideicõ. & in c. imperialẽ in prin.
de prohi. alie. feud. & quod voluit Iac. Bu.
in l. j. C. de pac. pigno. & vide. do. meũ do.
An. in repetione rubricæ de re. eccle. non
alie. in xix. col. vbi diſcutit hunc paſſum, vt
ibi per eum, quem omnino vide pro verita
te huius articuli, quia alter non diſcutio.

ADDITIO. Vide de hoc do. Alex.
in conſi. xxx. incip. quoniã omne datũ opti
mum in vij. col. in j. volu. repetito in conſi.
ij. in v. volu.

1 *Ambaſciatam ſuſcipere quis cogi poteſt.*
2 *Ambaſciator debet portare literas, per quas
pateat quòd de licentia, & mandato ſuæ
ciuitatis vadit.*

Ambaſciator. I.

1 Quis cogi poteſt † ſuſcipere ambaſciatã,
& ita probat tex. iuncta glo. & Bart. in l. ſi
quis. C. de decurio. lib. x. Item not. ex illo
2 tex. ꝙ ambaſiator † debet portare literas, p

quas pateat, ꝙ de licentia & mandato ſuæ ciuitatis vadit, vt ibi colligitur ſecundum vnam lecturam, inquantum ibi dicitur, ꝙ debet habere literas a iudice ſuæ terræ & hoc nota perpetuo, & vide eundem Bar. in l. palatinos, C. de coll. feudo ſiſca, lib. xj. vbi hoc idem voluit & alle. l. miſsi opifices, C. de exacto. tributo. e. lib.

ADDITIO. Et adde ꝙ dñt mitti illi qui ſunt beniuoli & grati illi ad quẽ mittuntur Panor. in rubr. de vita & hone cle.

1 *Ambaſciatores, qui vadunt per viam trāſuerſam, vt diutius ſtent in ambaſciata, et maius ſalarium conſequantur, debent habere ſalarium, quod haberent, ſi feciſſent viam rectam.*

2 *Repertus cum rebus vetitis portari extra territorium, in via nō conſueta, ſuſpectus eſt quòd eas velit exportare contra deuetum.*

3 *Arma portans contra vetitum, ſi per officialem non fuit repertus, an incidat in pœnā ſtatuti?*

4 *Ambaſciatores debent eſſe beniuoli illi, ad quem mittuntur.*

Ambaſciator. II.

1 Ambaſciatores ad hoc† vt habeāt maius ſalarium, & maiori tempore ſtent in ambaſciata, vadūt per viam tranſuerſalem, & nō rectam, dic ꝙ eo caſu poſſunt conſequi ſalarium pro illo tempore, pro quo conſequerentur, ſi feciſſent viam rectam, iſtud dixit Bar. per illum tex. in l. qui fiſcales. C. de nauicularijs, lib. xj. idem tenuit Bar. in l. pen. ff. de iti. actuq; priua. & in l. non ſolum. §. diuus. ff. de excuſa. tu. & in l j. §. ſi. ff. ſiquis caut. & in l. j. in princi. ff. de his qui deiece. vel effude. vbi quærit vtrum debeatur ſalarium pro via noua longiori, & in d. l. qui fiſcales etiam Bar. colligit argumentū, 2 immo dicit eſſe quaſi caſum, ꝙ ſi quis† repertatur cum ſalma frumenti, vel cū alijs rebus vetitis portari extra territorium in aliqua via non recta & non cōſueta, ꝙ eſt ſuſpectus, ꝙ eas velit exportare cōtra deuetum facit l. ſi quis publicum. C. de curſu publico, lib. xj. & l. eos in ſi. ſecundum vnā lecturam. ff. ad l. Corne. de fal. & dicit ita poſſe practicari. l. ſi fugitiui in ver. deprehēdatur. C. de ſer. fug. Et quō poterit probari ꝙ habuit animum tranſeundi, cū fuerit captus in actu tranſeundi antequā trāſiuerit dicit ꝙ hoc probabitur, & cognoſcetur ex qualitate loci, vbi eſſet inuentus, & dic, vt 3 in d. l. ſi fugitiui. Et quid ſi† portat arma cōtra deuetum, non tamen per officialē fuit repertus, an incidat in pœnam ſtatuti? vide Ang. & Imo. in l. iij. §. Neratius. ff. de acqui. poſ. per Areti. in tractatu maleficiorum in ver. arma. & Bart. in l. j. C. de littoribus & itineribus publicis lib. xij. dat cautelam, ꝙ timens accuſari notificet officiali ad quem locum vadit, vt non præſumatur cōtra deuetum ire. vide Bar. in l. cætera. §. ſi quis ad opus. ff. de leg. j. idem voluit Bal. in d. l. ſi fugitiui & Iaco. But. & Bal. in l. ſi quis nō dicam rapere. C. de epiſc. & cle. Adde quo ad primum Ang. Areti. inſti. de iure natu. §. 4 his itaq;, & not. ꝙ Ambaſciatores† dñt mitti viri beniuoli ipſi cui mittuntur tex. ſing. in c. in grauibus. iij. q. vij. quem tex. magnifecit Abb. in rubri. de vi. & ho. cleri. Et de materia ambaſciatorū vide tex. & Gemi. in c. ad apoſtolicæ. de re iud. lib. vj. & Bart. in l. ſi vero. §. itē quicquid. ff. ſolu. ma. gloſ. & doct. in l. qui proprio. §. procurator, vt in cęteris. ff. de procur. Gemi. poſt alios in c. a collatione. de appel. lib. vj. Abb. in c. poſtulaſti de conceſ. præben. Bar. in l. hi qui. §. tandiu. ff. ex qui. cau. maio. & in l. inter cauſas. §. non omnia. ff. manda. & in l. ſi ſeruus. §. j. ff. de furtis & Bar. in l. ij. §. legatis. ff. de iudicijs, & Bal. in d. l. hi qui. §. tandiu. Bar. in l. ſi quis decurio. la. j. C. de decu. Alexan. in l. quotiens. C. delega. eo. li. Angel. in l. ſi. C. eo. titu. & Bar. & Saly. in l. mercatores. C. de commertijs Bart. in l. de diuiſione. ff. ſo. ma. Bar. in l. j. ff. ad l. iul. maie. Bar. in l. cōuentionum in ſi. ff. de pactis. Abb. in c. ij. de preca. in c. in ſingulis de ſta. mo. & in c. ſi aliquando de ſen. excom. Et dico plene in tracta. meo. de ambaſciato.

ADDITIO. Adde ad materiam do. Fely. in c. olim. in ij. col. extra de except.

1 *Obligati ſi plures ſint in ſolidum, et actum ſit contra vnum, an cōtra tertium poſſeſſorem agi poſsit, non excuſſo primo alio correo in ſolidum obligato?*

Actio.

1 Plures ſunt † obligati inſolidum: actum eſt contra vnum, & fuit facta excuſsio rea-

lis & perſonalis, quæritur an poſsit agi cõtra tertium poſſeſſorem rerum, non excuſſo primo alio correo obligato inſolidum? Legem habes, quæ in facti cõtingentia ad hoc fuit allegata ſecundum Angel. ibi poſt Bar. in l. quotiens. C. quo ordine quis conueniatur li. xj. & illũ tex. ad hoc ne obliuioni tradas.

1 *Aquam hauriendi ius ſi pluribus, ſimul conceдatur, quomodo inter eos diuidi debeat hauſtus aquæ?*

Aqua.

1 Quando † pluribus ius hauriendi aquam ſimul conceditur, ille hauſtus debet diuidi inter eos ꝓ modo & arbitrio iudicis, iſtud probat tex. iuncta theorica Bar. l. ſi quis, in vltimo reſponſo, C. de aquęductu. lib. xj.

1 *Laudum ſi feratur ſuper rebus deductis in compromiſſo valet: ſecus ſi feratur ſuper rebus extra compromiſſum, etiam ſi laudum fuerit emologatum, niſi cauſa pacis ineundæ fiat.*

Arbiter.

Laudum ab arbitro ita valet, ſi feratur ſuper rebus deductis in cõpromiſſo: ſed ſi feratur ſuper rebus extra compromiſſum, non valet, etiam ſi poſt compromiſſum laudum fuerit emologatum, ita dixit Bald. in titu. de pace conſtan. §. ſententiæ quoq; in vſu. feu. & alleg. tex. & caſum in c. examinata de confir. vti. vel inuti. & illum tex. ad hoc allegauit pro vnico & ſingulari Ludo. Roma. in conſilijs ſuis, conſi. clj. facit quod voluit Bal. in l. ſi vxorem. C. de cõdi. inſer. & Bar. in l. aquiliana. ff. de tranſac. facit ad hoc tex. in c. Raynaldus in verſi. ex forma cõpromiſsi & ibi do. meus in repetitione. de teſta. dicit prædicta procedere, niſi ratione pacis ineundæ inter ipſos litigantes arbiter poneret os circa rem non deductam in compromiſſo: tunc enim poteſt ponere manum ad rem ſibi non commiſſam, ſingu. eſt tex. in c. ſi eſſent. de præben. quod eſt bene notandum ſecundum do. Anto. ibi facit quod voluit Bar. in d. l. aquiliana, & qđ voluit domi. Cardi. in c. ſuper eo, de tranſa; & Ludo. Roma. in præalle. conſi. & domi. Anto. in c. conſtitutus. de religio. domi.

ADDITIO. Adde do. Alex. in conſil. cxxiiij. incip. in cauſa & lite vertente in iij. col. in ij. volu. eundem Alexan. in conſil. cxxxj. incipien. in cauſa & lite vertente. in ij. col. in ij. volu.

1 *Additio ſi ſtatuto fiat, idem in ea iuris eſt, quod in ſtatuto quo ad pœnam, & quo ad alia.*

2 *Pœna, nec pœnalis conſtitutio extenditur, nec debet imponi, niſi a lege exprimatur.*

Additio.

1 Si alicui ſtatuto † fiat aliqua additio idem iuris intelligitur repetitum in additione, quod erat in ſtatuto quo ad pœnam & quo ad alia, ita no. Lapus in cle. ſtatutũ de elec. ſuper verbo cõſuetudine: quod do. Car. ibi dicit eſſe ſingulariter notãdum: & eſt ratio ſecundum eum, quia id quod venit per modum addendi fit pars illius, cui additur l. ſed ſi manente. ff. de precari. Sed hoc mihi videtur valde durum & rigoroſum, & non forte verum; & adduco tex. iuncta gloſ. in cle. ij. §. fin. in ver. ſanctioni. de vi. & hone. cleri. vbi ſanctio illa eſt pœnalis, & Papa facit additionem illi ſanctioni, & tamẽ glo. ibi dicit, quod illa additio non erit ſanctio, quaſi velit quod cum ſanctio ſit pœnalis, additio non erit pœnalis, adeo ꝙ pœna appoſita in ſanctione non videtur habere locum in additione, per notata. iij. diſt. in ſumma. Erit aũt in additione locus pœnę arbitrariæ, ex quo certa non ſtatuitur, de offic. deleg. de cauſis l. j. §. ait pretor. ff. de iur. delibe. l. j. §. expilatores. ff. de effracto. & ex-
2 pilato. nam pœna † non debet excedere ꝓprium caſum. §. pœnæ. de pœni. diſtin. j. & odioſa reſtringi debent non ampliari, regula, odia, de regu. iur lib. vj. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthu. cum ſimi. Addo qđ ſing. dixit Ioan. And. in d. c. diſpendia. de reſcri. lib. vj. ꝙ ex identitate rationis debet extẽdi conſtitutio, ſed non pœna cõſtitutionis, refert & ſequitur do. Abb. in c. j. de loca. hẽ pœna non debet imponi niſi a iure exprimatur glo. eſt ſing. ſecundum do. Abb. in c. fin. de iure patro. alia eſt ſecundum domi. meũ xv. q. viij. in ſumma, optime facit tex. in authe. de nõ eligen. ſecũ. nuben. in prin. in ver. non eſt lex tale quid dicens. & in l.

at ſi quis in verſi. cum in eum pœna ſtatuta non ſit. ff. de religio. & ſumpti. fune. Et dixit domi. Abb. in d. c. fina. quod pœna non debet extẽdi per identitatem rationis per d. §. pœna. facit quod notat Ioan. And. in d. regula, odia. & in regula, in pœnis eo. titu. Cum ergo in additione facta ad ſtatutũ nulla mentio ſit de pœna, ergo non debet imponi, imponitur ergo pena extraordinaria per d. c. de cauſis cum ſi. Et hoc puto procedere, niſi ſtatuens apponat aliquod verbũ in additione, quod eſſet repetitiuum omnium exiſtentium in ſtatuto, ad hoc bonus tex. in c. de multa. in ver. hoc idem in perſonatibus &c. de præben. & vide quod plene legitur & not. in l. Ticia. §. j. ff. de verbo. obliga. cum ſi.

ADDITIO. Adde do. Iaſonẽ præceptorem meũ in l. fi. ff. de in ius vocan. Fely. in c. cauſam ꝙ in iiij. col. extra de reſcri.

De hac regula Iaſon in l. diuortio. §. fina. ff. ſolu. matri. in iij. col. eundem Iaſonem præceptorem meũ in l. ſi quis maior. in ij. col. C. de tranſac. eundem Iaſonem in l. ꝙ & in xj. col. ff. ſi cer. pet. Fely. in c. ex parte in j. & ij. col. extra de reſcrip. & in c. tranſlato. in pe. col. extra de conſti. Fely. in c. at ſi clerici. in ij. col. extra de iudi. d. Iaſon. in l. j. in fi. C. de tranſac. & in authẽ. non licet C. de libe. & poſth. in ij. & iij. col.

1 *Appellationis iudex an poßit confirmare ſententiam, a qua is, pro quo fuit lata, per errorem appellauit.*

Appellatio VI.

1 Si ille, pro † quo lata eſt ſententia, appellat, dicendo illam iniquam, petens eam infirmari, & hoc per errorem: an iudex appellationis videns ꝙ eſt æqua poterit illã cõfirmare? dic ꝙ ſic. quod eſt mirabile tex. eſt valde ſingularis in l. Ticiæ. ff. de auro & argen. lega. ſiue confirmata ſit, ſiue infirmata ex nouis actis, ſiue antiquis l. Ticianus. ff. ꝙ cum eo. ita egregie dixit Bal. in l. præſes. C. de ſen. & interlo. om. iudi. quod dictum refert & ſequitur Ludo. Roma. in ſingu. ccclxxv. ſentẽtia. Sed tu adde Bal. in c. ſuper eo. de appella. c. cum dilecta & in c. ex parte. il ij. de reſcrip. & in c. ij. de proba. & in c. veritatis de iureiur. & in c. ſignificauerunt de excep. & do. meum do. An. in reperi. c. Raynaldus. de teſta. vbi per eos allegatur.

1 *Appellari ad priores ciuitatis debet, ſi vacat iudex appellationis.*

Appellatio. VII.

1 Pone ꝙ pars † vellet appellare a ſententia ſecundum conſilium lata, & vacat iudex appellationis, ad quem appellabitur? dic ꝙ ad primores ciuitatis. fuit elegãs doctrina Bart. in l. vbi abſentis. ff. de tuto. & cura. da. ab his, quam theoricam ſequitur Bald. in l. ij. C. quando fiſcus vel priua. allegando caſum pro ea, quem dicit non eſſe alibi in authen. vt nul. iudicum. §. hoc peruenit. ibi, dum dicit, primatibus ciuitatum. de quo vide per eundem in l. j. de offic. cõ. & in c. j. ſi de feu. inter do. & vaſ. lis oriat. limitãtem hoc eſſe verum vbi eſſet ciuitas habens merum imperium, aliter dictũ Bar. locum non haberet. refert & ſequitur Ludo. Romanus in repe. rubricæ de arbi. in xix. colum.

ADDITIO. Vide do. Alex. in cõſi. iij. incipi. viſo proceſſu cauſę principalis in ij. col. in ij. volu. Alex. in l. antea. §. fin. ff. de leg. j. Pau. de Caſt. in conſi. xvij. inci. in cauſa quæ vertitur. Panor. in conſi. iij. in vij. colum. in v. dubio. in ij. volu.

1 *Hæres de reſtituendo ſub conditione grauatus, ſi interim alienet, purificata conditione alienatio reuocatur, niſi hæres & emptor iuſtam cauſam ignorantiæ habuiſſent, quia tunc non auocatur ab emptore res alienata, ſed tantum precium fideicõmiſſario debetur ab hærede inſtituto alienante.*

2 *Legis ratio vbicunque amplior eſt, diſpoſitio ad amplitudinẽ rationis legis extẽditur.*

Alienatio. II.

1 Si res † eſt ſub conditione reſtituenda, & hæres rogatus interim alienauit, purificata conditione reuocatur alienatio. l. fi. §. ſinautẽ. C. communia de lega. Limita niſi hæres de reſtituendo grauatus, habuiſſet iuſtam cauſam ignorandi illam prohibitionẽ alienationis: & eodem modo iuſte ignoraſſet emptor, quia licet hæres alienauerit, non auocabitur res alienata ab emptore, ſed bene precium eius debebitur fideicommiſ-

ſario ab hærede inſtituto alienante tex. eſt vnicus & ſingu. in l. fin. in. §. fin. ff. de leg. ij. quem tex. facit ſingu. Franci. Tipri. alibi, & dixit aureis literis ſcribendum fore: & per ipſum tex. infinitis vicibus cōſuluit in contingētia facti. do. meus, prout ipſe refert in repe. c. Raynaldus de teſta. & ſæpenumero audiui ipſum viua voce mihi dicentem hoc: & per ipſum tex. dixit Bal. in authen. res quæ. C. communia. de leg. in princi. eſſe ſpeciale propter iuſtam ignorantiā emptoris, & venditoris, & allegat Pe. & Cyn. Et ipſe dicit ſe addere, dummodo illa ignorantia ſit cauſata facto & opera ipſius teſtatoris, quia fecit codicillos, quos aperiri vetuit viuente hærede, non ideo propter prohibitionem teſtatoris nō peruenerat ad noticiā ipſius hæredis. ſed ſi prætenderet ignorantiam teſtamenti tunc ſecus eſſet, allegat l. cum hæres. ff. de liber. legat. Do. meus in d. c. Raynaldus impugnat hanc theoricam Bal. & bene iudicio meo, quia ſi ille tex. in d. l. fi. §. fi. ſubtiliter ponderetur, conſiderat iuſtam ignorantiam, quo caſu ſequitur, ꝙ ſiue cauſetur ex codicillis prohibitis aperiri in vita teſtatoris, ſiue alio modo cauſetur ignorantia, ſi tantum iuſta eſt & excuſa-
2 bilis, ſufficit ex eo, quia vbicunque† ratio legis eſt amplior, diſpoſitio extenditur ad limites, & ad amplitudinem ipſius rationis legis. l. regula. §. licet & ibi Bar. & Bald. ff. de iur. & fac. igno. glo. in clemen. j. de elec. & ib do. Cardi. optime facit l. pater filiū. §. fundum. ff. de leg. iij. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. ij. & hoc voluit do. Abb. in c. ſicut de teſti. licet ergo diſpoſitum illius legis ſit conceptum in codicillis prohibitis aperiri, nihilominus ratio eſt generalior propter iuſtam ignorātiam. Siue ergo ignorātia cauſetur ex codicillis prohibitis aperiri ſiue ex teſtamento, dummodo ſit iuſta, & probabilis, excuſat venditorē & emptorem: & per conſequens nō recte dixit Bal. & vide Bal. in l. iubemus. in prin. C ad Trebel. vbi allegat d. l. fi. §. fin. Ang. in l. fi. §. ſed quia. C. communia dele. vbi dicit, ꝙ cautus debet eſſe aduocatus actoris, vt ſemper deducat ſcientiam alienantis, alias ſuccumberet. Sed debuit Angel. ſupplere ſecundum Domi. meum in d. c. Raynaldus, & bene, ꝙ etiam debet deducere ſcientiam emptoris ementis, quia ille. §. fina. requirit ignorantiam vtriuſque. & pro limitatione. d. §. fin. vide Pau. de Caſt. conſil. x. & contra Pau. de Caſt. vide Do. meum in d. c. Raynaldus in lxvij. colum.

ADDITIO. Adde Iaſonē in l. illā. C. de colla. & in l. Gallus. §. quid ſi is in v. col. ff. de lib. & poſthu. & in l ſancimus. in iiij. col. C. de iudicijs & idē Do. meus in l. licet. in ij. col. C. de pactis.

1 *Negatum de vno, de alijs videtur cōceſſum, niſi ea ſit connexa, fallit in frequentato. vt hic.*

Argumentum VI.

1 Tu† habes in c. nonne de præſump. & in l. cum prætor. ff. de iudi. & in l. maritus. C. de procurato. & in c. qualis. xxv. diſt. cum ſimi. ꝙ de vno negatur de alijs concedi videtur. Limita primo ſecundum do. Anto. in c. translato. de conſtitu. non procedere, vbicunꝗ eſſent duo connexa, quia eo caſu expreſsio vnius operatur expreſsionem alterius d. c. translato. Item limita ſecundū do. Anto. in cle. j. de reſcrip. quando prohiberetur vnum, quod eſt frequentatū, quia prohibitum videtur id quod non eſt frequētatum, facit ibi glo. & quod ple. ibi ſcribit Do. meus. & vide quod voluit Pet. de bellapertica qui refert Cy. in d. l. maritus. quod ſi maritus prohibuit aliquid vxori, videtur prohibuiſſe id quod erat ſimile, facit l. j. & l. filium habeo. ff. ad macedo. vide plene Do. meum in d. c. translato. tene menti has pulchras limitationes ad illa iura.

ADDITIO. Vide Do. meum in d. l. maritus & in l. ſed & ſi quis. ff. de vulga. & pup. Ratio poteſt eſſe quia connexorum idem eſt iudicium vide per eundē Do. meum in l. j. C. de tranſac. vbi infinita ſcripſi ad materiam connexorum poſt Do. meum. ibi. Adde do. Fely. in rub. de re iudi. in iiij. colum.

1 *Alienatio rei eccleſiæ ſi communi opinione reputetur vtilis eccleſiæ, licet re vera non ſit, valet.*

Alienatio III.

1 Si prælatus† interueniente debita iuris ſolennitate alienat rem eccleſiæ, & cōmuni opinione reputabatur illa alienatio vtilis eccleſiæ, licet re vera non eſſet, iſto caſu tenet alienatio, ſing. eſt gloſ. in c. cum apoſtolica, de his quæ fi. a præla. de qua glo. fecit feſtum do. Anto. de But. ibi. & allegat ēt

quod habetur in l.tutor qui repertoriũ.§.ſi
poſt.ff.de admi.tuto.bene facit quod habe
tur in l.quid ergo.§.ſufficit.ff.de contraria
iure.acti.& per glo. in d.c. cum apoſtolica.
in ver.pro futurum.ſalua duas glo.quæ cõ
muni opinione doc.ſunt reprobatæ.in c.ſi-
ne excep.xij.q.xxj. & in ſumma ea. cauſa
& q.quæ dicunt, quod ſi alienatio fiat ex
iuſta cauſa, & tamen interueniat ſolennitas
canonica,& in caſu non licito nec conceſ-
ſo a iure,tenet ipſo iure alienatio. refert &
ſequitur Do. meus do. Andre. in c.quæ in
in eccleſiarum.de conſti.& in repe.Raynal
dus.de teſta.in vlti.col.

1 *Beneficium principis ſimpliciter conceſſum,*
intelligitur conceſſum pleno iure, & per-
petuo.

2 *Beneficia, quæ de ſe ſunt materialia, ſi con-*
feruntur a Papa intelliguntur conferri
perpetuo.

DE LITERA B.

Beneficium.

1 Beneficiũ† principis ſimpliciter conceſ-
ſum, intelligitur conceſſum pleno iure, vt
in authen.vt liber.de cæt.non ege.aur.anu.
.§.j.coll.vj.Et etiam videtur conceſſum p-
petuo,vt in authen.conſtitu.quæ de digni.
§.illud.colla.ea.ita pulchre dixit Bal. in l.
beneficium.ff.de conſti.princi. refert & ſe-
quitur do.meus.in c.cum dilecti. de donat.
per quod dictum dicit ſe alias conſuluiſſe
2 Romæ,ꝙ beneficia† quæ de ſe ſunt mate-
rialia,ſi conferuntur a Papa, intelliguntur
conferri perpetuo.quod eſt mirabile dictũ,
& menti tenendum.

1 *Confeſſio prætextu erroris non poteſt reuoca*
ri poteſt ſententiam diffinitiuã, ſecus poſt
præceptum de ſoluendo factum à iudice.

2 *Præceptum iudicis de ſoluendo factum an-*
te litis cõteſtationem non habet vim diſ-
finitiuæ, niſi factum ſit cum cauſæ co-
gnitione.

DE LITERA C.

Confeſsio I.

1 Licet† confeſſio prætextu erroris nõ poſ-
ſit reuocari poſt ſententiam diffinitiuam.vt
in c.ſi.de confeſsis & in l.error.C.de iur.&
facti ignoran.tamen reuocari poteſt præce
ptum factum per iudicem de ſatisfaciendo
2 poſt confeſsionem.præceptum ergo† factũ
per iudicem poſt confeſsionem ante lit.cõ-
teſta.non habet vim diffinitiuæ. iſtud dixit
glo. valde notabilis iuncta theorica domi.
Abb.ibi in c.ex parte il j.in verſi. allegare
errorem ſuum,de verbo.ſigni.& hoc etiam
voluit notabiliter Bart. in l.non fatetur.ff.
de confeſ.Quod tamen limita, niſi præce-
ptum fuiſſet factum cum cauſę cognitione,
vt puta,quia fuiſſet datus terminus ad alle
gandum,quia tunc confeſsio nõ differretur
mandari executioni,argu.in l. penul.ff.eo.
titu.quod not.

1 *Citatio facta abſenti vt ſatisfaciat, vel cõ-*
pareat, alias, quòd iudex eum excommu-
nicat, valet, nec ab ea poteſt appellari.

Citatio I.

1 Nota practicam† hodiernam citãdi ma-
xime in curia Romana,vt ante citationem
rei,antequam conſtet iudici de delicto, vel
de debito poſsit per ſuas literas percipere
abſenti,vt ſatisfaciat,vel compareat, alias
excõmunicat eum.iſta eſt glo.elegans, quã
ad hoc inducit do.Abb. & dicit menti te-
nendam in c.ex parte il.j.de verbo. ſig. Ex
hoc enim præcepto ante cauſæ cognitionẽ
facto,non poteſt dicere reus ſe grauatũ, ex
quo iudex iuſtificauit præceptum. nã pro-
pter illam iuſtificationem, vt compareat,
reſoluitur præceptum in ſimplicem citatio
nem ſi vult comparere. & fuit adinuenta
hæc practica pro faciliori exitu iudiciorũ.
& pro hoc facit tex.iuncta glo. in l. de pu-
pillo.§.meminiſſe.ff.de ope.no. nun. & vi-
de latius de hoc do.Abb.& Do.meum in c.
j.de cauſa poſſ.& proprie.

1 *Conditio impoſſibilis adiecta donationi cau*
ſa mortis, non viciat donationem.

Conditio I.

1 Conditio† impoſsibilis adiecta donationi
cauſa mortis non viciat donationem ſing.
eſt tex.in l.quę ſub cõditione.§.hoc edictũ.
ff.de cõdi.inſti.& illũ tex.allegauit ꝓ. ſing.
Ludo.Roma. in l. impoſsibilis. ff. de ver-
bo. obliga.

1 *Conſultationi ſi iuriſlator reſpondeat quã-
do dicatur introducere ius nouum, vel ius
commune oſtendere?*

2 *Sententia principis facit ius quo ad omnes,
ſecus eius conſultatio quando per eam non
intendit diſponere, ſed id, quod iure cautũ
eſt, approbare.*

3 *Iura quæ diriguntur ad certam perſonam
faciunt ius etiam inter alios, quando Pa-
pa reſpondet per viam iuris.*

Conſultatio.

Quando iuriſlator reſpondet conſulta-
tioni, non introducit ius nouum, ſed ius cõ-
mune oſtendit, duas glo. habes in iure cano
1 nico ſolitarias, quas † ſequuntur oẽs ſcri-
bentes ibi, & in alijs locis, & do. Abb. in c.
ſi diligenti. de fo. compe. & in c. peruenit
de emp. & vendi. & in c. cum ſimus de reg.
& in c. tuæ fraternitati de ſpon. Et in c. pa-
ſtoralis in prin. no. de excep. & in c. fin. de
re iudi. & in c. peruenit de empt. & vendi.
Vnam habes in c. j. extra de fi. presby. &
aliam in c. conſultationi. de tẽpo. ordi. Sed
ego non puto hoc indiſtincte verum niſi di
ceres diſtinguendo ꝙ aut iuriſlator reſpon
dens conſultationi determinat illã per ius
commune, & tunc procedat theorica glo.
& doc. Aut determinat illam per id, quod
non eſt iure cautũ, & tunc inducit ius nouũ,
& ad hoc adduco tibi text. rotundum &
apertum a nemine ponderatum, niſi a me
diuina fauente gratia in c. ex multa in ver.
in conſultatione ius editur, de voto, quem
tex. ad hoc tene menti. & adduco quod vo
luit Bar. in l. nemo. C. de ſen. & interlo. om.
2 indi. vbi dixit, ꝙ licet ſententia † principis
faciat ius quo ad omnes, non tamen facit
ius eius conſultatio, ſeu reſpõſio. Quod in-
tellige verum, quando princeps per illam
conſultationem, & reſponſionem non intẽ-
dit diſponere, & introducere ius, ſed id qđ
iure cautum eſt, approbare. Adde tex. &
ibi Gemi. in c. Romana. §. ſi. de offi. ord. lib.
vj. vbi colligitur ar. pro & contra, ꝙ iura
3 † quæ diriguntur ad certam perſonam fa-
ciunt ius etiam inter alias perſonas, quan-
do Papa reſpondet per viam iuris, ad hoc
de iura. calũ. c. j. de quo per gl. in proe. cle.
& facit quod not. gloſ. in cle. dudum in. §.
huiuſmodi. in prin. de ſepul. & vide glo. in
cap. romana. §. cum ante, de appel. eo. lib. in
ver. ſqui pro tẽpore. & pondera tex. in d. c.
ex multa, quia poſſet cauillari, cũ dicat ius
in cõſultatione edit. i. edictum eſſe oſtendit
ſed tene primum quod prædixi.

1 *Compromiſſum ſuper poteſtate eligendi non
poteſt fieri niſi omnibus canonicis conſen-
tientibus.*

2 *Conſentire omnes de vniuerſitate debent, in
arduis explicandis, nec ſufficit, quòd actus
explicetur per aliquos nomine aliorum.*

Compromiſſum I.

1 Compromiſſum ſuper † poteſtate eligen-
di non poteſt fieri niſi omnibus canonicis
& ſingulis conſentientibus: vnde nõ ſuffi-
cit maior pars capituli, quia cuiuslibet in-
tereſt vt eligat per ſe & non per aliũ: ideo
quilibet põt contradicere ne fiat compro-
miſſum. Et ideo ſi cõpromiſſum fiat ab vno
nomine omnium, alijs præſentibus & non
contradicentibus, non valet, quia cum iſta
res non ſit leuis, immo magnę importantię,
debent ſigillatim omnes requiri, & expreſ-
ſe conſentire: iſtud eſt dictum ſingulare &
obliuioni non tradendum, Compoſtel. in c.
in cauſis de electio. quod do. Abba. ibi re-
putat mirabile. facit. in ar. d. c. in cauſis. &
c. quia propter & c. quia ſcriptum eo. titu.
Ex quo ſumme regulam, quod in arduis
2 † explicandis in vniuerſitate debent om-
nes expreſſe conſentire: nec ſufficit quod
actus explicetur per aliquos nomine alio-
rum, licet illi taceant & non contradicant;
quia in re onerosa & graui debet interueni
re conſenſus expreſſus, per id quod voluit
Inno. in c. in geneſi de electio. & glo. in re-
gula. is qui tacet. de reg. iur. lib. vj. & glo. in
in c. ſicut de electio. in vj. & quod legitur
& notatur in l. qui patitur. ff. manda.

ADDITIO. Caſus in quibus non
ſufficit minor pars capituli ponit Felyn. in
c. cum omnes, in ix. col. cum tribus ſequen-
tibus extra de conſtitutio.

1 *Commiſſarius quod facit, fingitur factum
per committentem.*

Commiſſarius.

1 Illud quod fit † per commiſſarium fingi
tur eſſe factum per ipſum committentẽ, in

probatur in tex. ad hoc celebri. c. in cauſis de elec. ſecũdum doct. & do. Abba. ibi, qui inducit ad q. & dicit ſe in facto fuiſſe cõſultum: Quidam teſtator mãdauit certa bona ſua diſtribui in pias cauſas, ſecundũ quod ſuis executoribus teſtamenti videbitur. illi executores elegerunt negocium priuilegiatum, vt puta, fabricam eccleſiæ: epiſcopus loci petebat quartam bonorum legatorũ: replicabatur, ꝙ de relicto facto pro fabrica non debetur quarta, vt in c. fin. de teſta. Replicabatur, ꝙ teſtator nõ elegerat fabricam, ſed executores: quærebatur quid iuris? Reſpondet do. Abb. ꝙ non debebatur quarta, quia illud, quod fit per executores teſtamenti, videtur factum per ipſum teſtatorem: vnde perinde eſt, ac ſi ipſe teſtator elegiſſet fabricam ar. optimum. d. c. in cauſis & l. vnum ex familia. §. ſi. ff. de leg. ij. & ibi hoc firmat Bar. per illum tex. Et ex his dicit haberi bonam practicam impediendi quartã epiſcopi, ꝙ vbi teſtator reliquit in genere ad pias cauſas, Cautela eſt ꝙ executor teſtamenti eligat aliquã cauſam priuilegiatam, ex qua nõ debeatur quarta: Et quæ ſint cauſæ priuilegiatæ? dic vt legitur & notatur in d. c. fi. & in cap. ij. de ſepul. Tene mẽti iſtud pulchrum & generoſum dictum. faciunt quæ habentur & notantur in c. mulieres de ſentẽ. excom. & in regula. qui per alium. de reg. iur. lib. vj. & in l. ita tamen. §. geſsiſſe. ff. de admi. tu. & in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iuretur. cum ſimi. Adde Bald. in l. diſtrahente. C. de rebus alie. non alie. ꝙ commiſſarius præiudicat committẽti ſcienti, licet ſe non ſubſcripſerit. & ſic illud quod facit commiſſarius nocet committenti.

ADDITIO. Adde quod dicit Fely. in c. inter cęteras in iij. & iiij. col. extra de reſcri. ꝙ paria ſunt ꝙ quis eligat per ſe vel ꝙ alius pro eo eius mandato vt dicit Pan. in ij. col. vbi conſuluit & Roma. cõſi. cxvj. vbi quædã dicit quæ faciunt ad propoſitũ.

1 *Clauſula appellatione remota, intelligitur quo ad partem, non quo ad tertium.*

Clauſula I.

1 Vbi in † aliqua commiſsione, ſeu reſcripto apponitur clauſula, appellatione remota, intelliguntur remota quo ad partẽ, non quo ad tertium. iſte eſt caſus vnicus & ſingu. in c. ſuper eo, de offi. dele. de quo feſtum do. Anto. in c. vt debitus. de appel. & in facti contingẽtia ita reſpondit per illum tex. Tu adde quod voluit glo. in fi. in l. creditor in prin. in ver. pone. ff. manda. quã retuli in litera. R, in notabili incip. regula eſt, ꝙ nihil eſt innouandum. Et adde aliud, ꝙ licet exceptio dilatoria ſit proponenda ante lit. conteſta. c. inter monaſterium de iudi. c. paſtoralis de excep. & quod ibi not. l. fi. C. eo. l. exceptionẽ. C. de proba. iij. q. vj. §. exceptio, intelligitur hoc eſſe verũ quo ad partes, ſecus quo ad tertium, ſing. eſt caſus ſecundum Ang. in l. ſiquis libertatẽ. ff. peti. hæredi.

1 *Clauſula in fine appoſita, non debet referri ad omnia præcedentia, quando ex tali relatione ſequeretur abſurdum, vel inconueniens, ſeu iurium correctio.*

Clauſula II.

1 Clauſula † in fine appoſita, non debet referri ad omnia præcedentia, quando ex tali relatione ſequeretur abſurdum, vel inconueniens ſeu iurium correctio. debet. n. eſſe vniformis rationibus præcedẽtibus ad hoc vt clauſula ſequens referatur ad omnia, ſecus ſi poteſt reddi diuerſitatis ratio inter præcedentia, tex. eſt ſing. & alibi cenſura canonica non reperitur ſecundum do. Abb. in c. eccleſia vera il ij. in ver. non debeat ad contentum, & alia quę non ſunt de forma referri, de elec. ad hoc vide Barto. in l. prętor. la. ij. ff. vi bo. rap. & in l. talis ſcriptura. ff. de le. j. & do. Abb. in c. ſecundo requiris. de appel. & quod no. in c. inquiſitioni. eo. ti. et vide Bal. in l. j. C. de diuer. reſcri. & in l. j. C. de liber. præie. & in l. j. C. de legiti. hære. & in l. j. ff. de poſtu. Nic. de Neapo. in 50. conſi. ff. de cura. furio. Io. de Imo. & Do. meum. in c. j. de pactis Barto. cõſi. v. incip. Andriolus. Ludo. Roma. cõſi. cxxix. & cx. Pau. de Caſt. conſi. cccxliiij. glo. ſing. ſecundũ Ang. poſt Guil. de Cu. & Bar. in l. ſi idem cum eodem ad fin. ff. de iuriſdi. omniũ iudicum vbi clauſula refertur ad proximum præcedens, quando commode adaptari non poteſt ad omnia præcedentia. & licet domi. Abba. fecerit ſingula. dictũ c. eccleſia, facit optime text. in cap. cum dilecti de do. vide ibi ſcribentes, & vide domi. Cardina. in clemen. prima. §. fina. de iur. patro.

1 *Careo verbum, intelligitur, ipſo iure.*

2 *Verbum decernimus eſt aliquando declaratorium, aliquando noui iuris introductorium.*

Careo.

1 Verbum† careo intelligitur ipſo iure gl. eſt ſingularis & vulgaris in l.prouidendũ, in verbo, careat foro. C.de poſtu.quã gl. reputauit ſing. Ang. Rapha. Fulgo. & communiter omnes legiſtæ. & vide elegans conſilium do.Pet.de Ancha.quod incipit,ex curia negligentia & eſt.vi.in ordine poſitum inter conſilia Ioan.Cal.in ti.de feud.vbi dixit,ꝙ licet verbum careo proferatur in futuro tempore,eſt tamen canon latæ ſententiæ, & alleg.glo.d.l.prouidendum,& ratio eſt ſecundum eum,quia licet verba ſint futuri temporis,ſi tamẽ ſint de ſui natura priuatiua,ſunt canon latæ ſententiæ,& alle.gl. d.l.prouidẽdum. vide plene de hoc verbo, & ſimilibus do.meum in c.ſi diligẽti.in verſi perdatur,ſuper glo.de foro compet. Ego allego tibi aliam glo.in c.nouit.in verſi.carere decernimus.de his quæ ſi.a præla.ſine conſenſu capituli.quã glo.allegauit ad hoc d.Abb.in c.ſuper his.de fide inſtru.Sed dici poteſt, ꝙ ibi non ſolum conſideratur na-
2 tura †verbi decernimus,quod eſt verbum declaratorium,vt per doctor.in d.decernimus.de iudi.aliquando eſt iuris noui introductorium, & hoc de ſui natura, vt in d.c. decernimus.nam verba declaratoria licet non proferantur in præteritum ſunt canon latæ ſententiæ. ita voluit do.Abb.in d.c.ſi diligenti.& alleg.tex.iuncta glo.d.c.nouit. & ita ſentit in dicto c.ſuper his.Sed iudicio meo potius conſideranda eſt natura verbi Careo,i d.c.nouit,ꝗ̃ natura verbi decerno, nec apparet ratio quare ibi conſideret potius natura vnius verbi,ꝗ̃ alterius, cum gl. ibi dicat, ꝙ comprehendit vtrunque verbum,& ſic aperte ſentit,ꝙ vtrunque verbũ eſt canon latæ ſententiæ, nam ſi voluiſſet denotare ſolum naturam verbi decerno. appoſuiſſet duntaxat illud,& non verbum careo:nã ſillaba non debet poni ſuperfluo in lege,vt dixit glo.in l.j.ff.quod met.cau. nec dictio,vt eſt glo.in c.ſolitæ.in ver.tanquam,de maior.& obe.facit c.ſi Romanorum.xix.diſt.& l.ampliores.§.in refutatorijs.C.de appel.& quod voluit Bal.in rub. C.de contrahen.emp.& quod legitur & notatur in prohemio Grego. & quod voluit Bart.in l.lecta.ff.ſi cer peta.& in l.qui Romæ §.duo fratres.ff.de verbo.obligat.ergo illa gl.latuit patres noſtros,& non eſt vſq; nunc ab alio põderata. Tene menti: & idẽ dic in verbo vlterius ꝙ ſit canon latæ ſententiæ tex.eſt iuncta theorica Bal.in c.cum acceſsiſſent.de conſtitu. refert & ſequit̃ ibi do.meus & in d.c.ſi diligenti.vide ibi ꝑ eũ.

ADDITIO. Iſtam limitationem ponit Iaſon in l.ita demum.in ij.col.in xv.fallen.C.de procura.& Felyn. in d. cap.ſuper eo, hic allega. De hoc verbo careo & alijs ſimilibus, vide Felyn.plene in capitu. Rodulphus.in xvij.colũ.extra de reſcrip. & in c.ex fauore,in ix.col.extra eodem titu.de reſcrip.

1 *Nuntius ſi citet præſente iudice, & mandante, habetur proinde ac ſi iudex citaſſet.*

2 *Iniuriam alicui dicens in voce ita punitur, ſicut dicens in ſcriptis.*

Citatio II.

1 Si nuntius †citat præſente iudice & mãdante,habetur perinde ac ſi iudex citaſſet, & eſt ſatisfactum ſolennitati l.ij.C.quomo. & quando iudex: iſtud fuit ſingulare dictũ Bald.in d.l.ij,& ampliat illum tex.cum ſua glo.& gl.& Barba.in c.cõſuluit.de offi.de lega.& adduco tibi elegans dictum Ang.in authen.amplius.C.de fideicommiſſ.vbi dicit ſe habuiſſe de facto, monitio in caſu illius authen.eſt fienda a iudice: ſi fuit facta per nuntium.vel epiſtolam ſatisfactum eſt illi auth.& alle.glo.quam alibi dicit ſe neſcire, in authen.de hære.& falc.§.quoq;. in verſ.de certo.& iſta duo dicta refert domi. meus in repeti.rubricæ de fide inſtrumẽ.in iiij.col.& ratio eſſe poteſt: quia non refert an iudex moneat ore proprio, an per epiſtolam,vel nuntium,cum paria ſint aliquid proferre in voce,vel in ſcriptis,uel per nũtium,tex.eſt melior in iure in l.non figura, in verbo,nõ minus valere quod ſcriptura, ꝗ̃ quod vocibus figuratis ſignificatur.ff.de actio. & obli.& vide gl.in c.conſtitutionẽ. de ſenten.excommu.lib.vj.& text.in c.ſtbi periculum.§.nulli.de elect.eo.lib.c.qui in aliquo.§.diſtin.facit.c.perlectis.xxv.diſt.et l.item apud Labeonem.§.conuitium. & l. Cornelius.§.ſi qs librũ.ff.de iniur. quę duo iura allegauit Ludo.Ro.in quodam ſuo cõ-
2 ſilio vbi conſuluit † ꝙ ita punitur dicens alicui iniuriam in voce,ſicut in ſcriptis, It-

cet aliter voluerit Bald.in l.j.in princ.ff.de verbo.obli.& in authen.habita.C.ne filius pro patre. Et adduco tibi dictum ſtupendū d.Anto.de But.in d.c.cum cauſam.de iura. calum.vbi dixit,ꝙ licet,c.ij.de confeſ.lib. vj.velit & reus debet eſſe iuſſus & monitus a iudice,tamen ſufficit ꝙ moneatur a iudice per nūtium:de quo dicto exclamat ibi Ioan.de Imo.dicens nō fuiſſe dictū ab alio, & forte ſingulare & memoria dignum.vide ibi do.meum & in d.rubrica.

ADDITIO. Adde in propoſito do. meum do.Iaſo.in l.ſi quis id quod.in iij.col. ff.de iuriſdi.om.iudi.

1 *Conſtitutione caſſata non caſſatur eius effectus per prius editus. fallit tamen in caſu.*

Caſſatio.

1 Caſſata † conſtitutione non caſſat eius effectus per prius editus. bonus eſt text.in ar.in c.quæ in eccleſiarum.de conſtitu. vbi Papa caſſauit nedum conſtitutiones,ſed vēditiones inde factas. & hoc colligit d.Abb. ibi. Sed iudicio meo.text.eſt ibi clarus & apertus & non in arg.nam vbi eſt tex.apertus ceſſat argu.per id quod voluit Io.And. in c.j.de pactis.& putat hoc procedere do. Abb.in d.c.quæ in eccleſiarum.vbi ſtatutū tenuit: Temperat tamen,niſi in caſſatione diceretur,vt conſtitutio habeatur pro infecta,quia tunc omnis effectus cenſetur ſublatus,& alleg.glo.notabilem in clemen.vna. in ver.pro infectis.de immu.eccleſ.& illam glo.fecit ſingularem do.Car.ibi.& dicit illum tex.& glo.ſingul.& ſe neſcire alibi,& facere ad multa, inquantum reuocantur retro geſta,& Papa circa ea,quæ ſunt de iure poſitiuo habet poteſtatem illa reuocādi ex tunc.& magnificit etiam illam gl.idem d. Card.in c.ad petitionem,de accuſ.& d.Abba.in c.ſi aliquando.de ſenten.excommu. do.An.& Ioan.de Imo.in c.cæterum.de reſcrip.Vide ibi do.meum.& limitauit illam glo.d.Car.in d.c.ad petitionem, non habere locum, vbi ageretur de præiudicio tertij,vide do.meum in d.c.quæ in eccleſiarū. in xv.col.vbi refert qđ.quam habuit in facto d.Card.& etiam ipſe:& dicit ꝙ d.Car. fuit ſibi contrarius, vide eum ibi omnino. & vide do.Abb.in c.non debet.de conſanguini.& affi.circa finem.

1 *Confeßio facta ſuper crimine plene præiudicat,quando fit in iudicio, & in præſentia iudicis, etiam nullo præcedente proceſſu,et quando dicatur facta in iudicio.*

Confeßio II.

1 Cōfeſsio † facta ſuper crimine plene præiudicat,quando fit in iudicio,& in præſentia iudicis ſui, quo caſu plene præiudicat, etiam nullo præcedente proceſſu ar.c.at ſi clerici.de iudi.& ſingul.no.Inno.in c.qualiter & quando.il ij.de accuſa.facit tex.in c. j.de accu.lib.vj.quem ad hoc ponderat do. Abb.in d.c.at ſi clerici.& vide Barto.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſto.& exhi.reo.vbi dicit dictum Inno.habere locum,quando confeſſio fit principaliter & propter ſe:tunc enim valet ſine proceſſu. arg.in illa l.ſecus ſi fiat incidenter per quandam conſequentiam.l. ſi filium.C.de libe.cau.& hoc dictum Bart. no.pro limitatione illius dicti Innoc.& pro illa limitatione Bar.eſt gl. quam reputo ſingul.c.ex pœnitentibus.l.diſtin.in fi.quæ dicit,ꝙ ſi promouendus confitetur ſuum crimen,non debet ex hoc puniri:ſed ſolum repelli ab ordinis ſuſceptione,ꝗa ad hoc non agebatur. Et no.ꝙ tunc confeſsio intelligitur facta in iudicio,nō ſolum quando fit in præſentia iudicis, ſed oportet ꝙ iudex ſedeat pro tribunali,vt in l.penul.ff.de iuſtit. & iure, vide tex.glo.no.ij.q.j.in.§.quando autem.& hoc quando cauſa exigit plenam probationem. ſecus ſi exigat ſemiplenam: tunc ſufficit iudicē itinerare per locum iudicij,vide bonum tex.cum glo.in l.voluit. ff.de interrog.actio.& vide do.Abb.in c.ij. de confeſsis.& in d.c.qualiter & quando.

ADDITIO. Adde ad iſtud dictū do. meum d.Iaſo.in l.j.§.ſi iuſſerim. in j.notab. ff.de acquir.poſſ eunem do.Iaſo.in l.iubemus.in vlti.col.C.de teſtamen.plene in l.ſi. ff.de ferijs.

1 *Confeßio incidenter facta non ſufficit ad imponendam pœnam ordinariam,fallit in caſu vt ibi.*

Confeßio III.

Confeſsio incidenter facta nō ſufficit ad imponendam pœnam ordinariam. poteſt tamē iudex inchoare nouum proceſſum,& adducere illam confeſsionem ad probationem delicti,iſte eſt caſus ſingularis ſecundū

vnam lecturam in c.ij.de confeſſ.ad hoc facit quod no.Innocẽ.in c.per inquiſitionem. de elect.& quod voluit Ioan.An.poſt Compoſto.in c.mandatum. de reſcrip.vbi dicit, ꝙ ſi in cauſa beneficiali reus confitetur ſe ius non habere,& actor nihil probat de iure ſuo,ꝙ inferior a Papa non poteſt procedere ſuper illa inſtantia contra reum confitentem,quia nil poteſt vltra libellum.de ſimo.c.licet heli.l.fin.C.de fideicõ.liber. ſed inchoando poſtea nouam inſtantiam per viam inquiſitionis poterit procedere cõtra illum,& eum priuare ex eius confeſſione, per notata in d.c.per inquiſitionem. refert & ſequitur iſtud dictum d.Abb.in d.c.ij.de confeſſ.vide do.Anto.in c.cauſam quæ.il j. de teſti.quem refert & ſequitur ibi d.Abb. Hoc limita nõ habere locum in Papa,quia poteſt & conſueuit incontinenti ſuper illa inſtantia pronuntiare contra vtrunque, & alij conferre beneficium,ſecundum Io.An. poſt Compoſto.in d.c.mandatum.& d.Abba.in d.c.ij.hoc idem ſequitur Archi.et alij ſcribentes poſt eum.in c.fin.de iureiur.lib. vj.& Spe.in ti.de actio.& pe.§.ſuper actio. ver.quid ſi reus,quod tene perpetuo mẽti.

1 *Oua quibus diebus comedere licet, licitum eſt etiam comedere ſagimen, quod eſt diuerſum a carne.*

2 *Carnis appellatione non venit lardum, nec ſagimen.*

Caro.

Pro ſolatio dico tibi vnũ ꝙ illis diebus
1 † quibus licitum eſt comedere oua,licitum eſt comedere ſagimen glo.duæ ſunt ſolitariæ & vnicæ.vna in c.presbyter.lxxxj.diſtin. alia eſt in c.admonere.xxxiij.q.ij.ego pro illis duabus gl.allego tibi tex.in l.j.C. de eroga.mili.anno.lib.xij.vbi appellatio-
2 ne † carnium non uenit lardum,& per conſequens ſagimen,nam ibi ponuntur vt ſpecies diſtinctæ carnes & lardum,& ibi Bar. dicit no.ꝙ lardum non eſt caro,nec econtra,quia lardum et carnes ponuntur,vt ſpecies ſeparatę:adeo ꝙ ſecundum eum appellatione macellatorum carnium non veniũt macellatores carnium & lardi,tene menti, quia illa lex nõ ſolet allegari per aliquem pro illis duabus gl.decreti.

ADDITIO. Neſcio an id ſit vſquequaq; verũ,cum lardum & ſagimen ex carne fiat,& nihil aliud ſit ſagimen,quam pinguedo carnis,imo caro obeſa.

1 *Contractus emphyteuticus quando dicatur eſſe, & quando contractus locationis?*

2 *Emphyteuſis eccleſiæ non tranſit ad extraneos hæredes.*

3 *Emphyteuticus contractus quando dicatur eſſe perpetuus & quando temporalis?*

Contractus.

1 Contractus † præſumitur eſſe emphyteuticus,ſi locatio eſt perpetua,& pẽſio parua, & etiam ex qualitate pactorum,& ex conſuetudine penſionis,& cõmuni vſu loquendi:alias præſumitur eſſe contractus locationis,ſi penſio correſpondet fructibus. gl.eſt ſingula.& peregrina in l.j.§.j.ff.de ſuperfi. quam reputauit ſing.Bal.in c.iij.de dilatio. & dicit hoc eſſe conſiderandum ſecundum eum ibi,quia ſimplex locatio tranſit ad quẽlibet hæredem,vt in l.viam veritatis.C.lo-
2 ca.ſed † emphyteuſis eccleſiæ non tranſit ad hæredes extraneos, de quo vide notata in c.in præſentia.de proba:i.& per Ludo. Roma.& Moder.& alios in l.etiam.ff.ſoluto matri.do.meus in d.c.iij.dicit ꝙ Bal.verius diceret iſto modo.Contractus emphyteuticus dicitur ille,qui ſub modica penſione datur ad meliorandum,:ita dixit Bar.in l.j.C.de iure emphy. Et videmus quotidie emphyteuſim cõcedi ad ſoluendum vnam libram piperis,vel decem ſolidos:& dicit ꝙ iſte eſt proprie contractus emphyteuticus, quando eſt & datur modica penſio & vilis, & interuenit melioratio,poſito ꝙ in cõtractu eſſent appoſita illa verba, locauit, quia verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam.l.ſi vno.ff.loca.Si autem penſio eſſet magna,adeo ꝙ commenſuraretur fructibus qui ex re illa percipiuntur, tunc præſumitur eſſe locatio,& non cõtractus emphyteuticus ex eo, quia repugnat naturæ emphyteuſis, & ad hoc domi.meus adducit quod voluit Bald.in d.l.j.C.de iure emphy.& dicit ſe alias in facto conſuluiſſe Bononiæ,cum fuiſſet conceſſa quædam domus in emphyteuſi ſub magna mercede, adeo ꝙ non daretur maior ex locatione,ꝙ debebat fieri remiſſio ſi caſu fortuito non poterat frui plene domo illa, vide quod late ſcripſit lucerna iur.do.meus i c.propter
3 ſterilitatem.de loca.Et an contractus † emphyteuticus pręſumatur eſſe perpetuus,ſeu temporalis hic non examino, ſed vide plene do.meum in c.iij.de dilatio.vbi belliſſi

me diſcntit hunc paſſum.

A D D I T I O. iſtud dictum Innocen.
tenet Ang.& Alexan.in l.ij.ff.de liberis &
poſthu.Fely.in c.cum dilecti.in xx.colum.
extra de reſcrip. Alexan. conſil.xxxiiij.in
iij.volu.incip.viſa inquiſitione formata,idē
Alex.in conſi.cxxvij.incip.viſa inquiſitio.
iiij.col.in iiij.vol.Panor.in conſi.xxv.inci
pi.ſalutore,in j.col.Bald.in l.ij.C.de re iu.
di.Matthe.notabili ſuo iiij.incip.nota vti.
lem.contrarium tenet Ang.in cōſi.ccxcvij.
inci.pro dei nomine pro prædictis duo exa
minanda ſunt,& in conſi.clxxviij. incip.vi
ſis actis p̄dictis,& ibi adducit duo motiua.

1 *Cautio ſimpliciter facta intelligitur de nu
da,& quomodo id intelligatur?*

2 *Cautio idonea dicitur cū interuenit pignus,
vel fideiuſſor.*

3 *Cautio ſufficiens,& idonea ſi a lege requi-
ratur,debent dari fideiuſſores, et pignora.
Et quid ſi præſtari debeat mediocris cau-
tio? vel cautio competens? Et quid ſi di-
catur,caueat, vel ſatiſdet?& an reus præ
ſtare poſſit vel pignora,vel fideiuſſores,an
vero vtrunque præſtari oporteat?*

Cautio.

1 Cautio ſimpliciter † facta licet intelliga-
tur de nuda. vt in l.ſancimus.C.de verb.ſi-
gni.cum ſimil.tamen non debet eſſe nuda a
validitate,debet enim eſſe valida gl.eſt ſin-
gul.in l.huiuſmodi.ff.de leg.j.Item non de-
bet eſſe nuda ab obligatione bonorū,vel a
pœna,ita pulchre dicit Bar.in l.ſi prius.ff.
de ope.no.nun.facit glo.in l.ij.§.ſi dubite-
tur.ff.de iudi.& in l.j.§.hoc autem.ff.ſi cui
pluſquam per l.Falci. Sed glo.habes in c.
prima igitur.de conſecra.diſtin.iiij.quæ di
cit ꝙ ſimplex cautio intelligit idonea cau-
tio,licet ſecundum eam lex dicat,ꝙ cum di
2 citur idonea † cautio intelligendum ſit pi-
gnus vel fideiuſſor.l.iiij.§.adpiti.ff.de fidei
commiſ.liber.quod eſt mirabile,& videtur
illa gloſ.obſtare.d.l.ſancimus. n.ſi dicas ſe-
cundum do.meum d.An.in rubr.de pigno.
ꝙ illa glo.procedit in cautione expreſſa a
lege,in qua interueniunt pignora.l.ſi man-
dato Titij.§.fi.ff.mād.Mihi videtur,quod
tunc ſimplex cautio dicitur idonea cautio
quādo lex requirit & vult ꝙ ſit certiſsima,
ad hoc pondero d.c.j.in ver.certiſsima cau
tione.& glo.ibi dicit ex eo quod dicit cer-
tiſsima, nota argumentum ꝙ ſimplex cau-
tio & c.& certe ad hoc docto.non animad-
3 uerterunt.Nota etiam quando lex † ſeu ali-
qua diſpoſitio requirit ſufficientem & ido-
neam cautionem, ꝙ eo caſu debent dari fi-
deiuſſores & pignora, vt in d.l.ſi mandato
Titij.§.fina.Sed quid ſi promittatur & de-
beat præſtari mediocris cautio?dic ꝙ tunc
venit obligatio omnium bonorū, caſus eſt
ſingul.in l.filio.ff.vt lega.nomi.caueatur ſe
cundum Ludo.Rom.in l.diuortio.§.inter-
dum ff.ſolu.matri.Si dicatur cautio compe
tēs? dic ꝙ intelligitur fideiuſsio ſeu pignus,
glo.eſt ſingul.in l.ſi debitori.ff.de iudic.ſe-
cundum do.meum in rub.de pign.ſed eam
etiam fecit ſing.Ludo. Roma.in d.l.diuor-
tio.§.interdum.Et ſi dicatur caueat vel ſa-
tiſdet? dic ꝙ ſi eſt ſuſpecta perſona, debet
cauere cum fideiuſſore.glo.eſt ſingu.in l.pe
nul.§.& cum res.ff.de peti.hære.vide quod
habetur & notatur in c.ad noſtram.ij.j.de
iureiuran.in c.Piſanis.de reſtitu.ſpoli.& in
c.per veſtras. de donatio.inter vir.& vxo.
& doc. poſt diuor.reſti.& in c.quoniā fre-
quenter.§.in alijs.vt lite non conteſta.cum
ſimil. adde tamen elegans dictum Bal.in l.
vniuerſas.C.de præci.impera.offe. Statuto
caueter quod quando petitur compromiſ-
ſum caueatur idonee, ꝙ intelligitur arbitrio
iudicis,& refert ſe ita in facti contingentia
conſuluiſſe, refert & ſequitur iſtud dictum
Bal.do.meus in rub.de pigno. Et licet in fa
cto ſequerer iſtud dictum Bald.tamen mihi
videtur dicendum aliter lex intelligit ido-
nee cauere,ſeu idoneam cautionem,pigno-
ra vel fideiuſſores,vt in d.l.ſi mandato Ti
tij.§.fi.et in d.l.iiij.tunc ſic,quando duo de-
bentur alternatiue optio competit debito-
ri,regula in alternatiuis.de regu.iur.lib.vj.
l.plerunque.§.gener.ff.de iure dot. ſi ergo
qui idonee cauet, debet præſtare fideiuſſo-
res,ſeu pignora, ergo ſufficit illud præſta-
re,quod ſibi videtur,dummodo illud ſit ſuf
ficiens & idoneum,quia dato ſufficienti &
idoneo fideiuſſore, iudex poterit dicere,
ego volo pignora & nō fideiuſſores,et ecō
tra datis ſufficientibus pignoribus, ſeu ſuf-
ficienti pignore, iudex non poterit dicere,
volo pignus,ſed fideiuſſores, Dictum tamē
Bal.putarem procedere, quando eſſet du-
bium de idoneitate cautionis:quia tunc iu-
dex poſſet arbitrari dicēdo,volo ꝙ des pi-
gnora,& non fideiuſſores,& econtra, quia
forſitā dubitaret de idoneitate fideiuſſoris
ſeu pignoris;ſecus ſi liqueret & conſtaret.

& hoc ponderabis, quia iſtud temperamentum a nemine habui niſi ex ingenij fabricatione diuina, præcedente gratia, & adduco in ſimili quod voluit Bar. in l. ij. ff. de effracto. & expila. vbi vult, ꝙ quando conſtitutio prouidet ſimpliciter loquẽdo impersonaliter, puta, ſuſpendatur ab officio, vel beneficio, vel amputetur ſibi manus, vel cõdemnetur ad mille, vel per verba ſimilia in pœnis alternatiuis optio debet dari reo, quia in pœnis eſt minor interpretatio facienda, vt in iuribus vulgaribus, regula, in pœnis, de regul. iur. lib. vj. cum ſimilib. refert & ſequitur iſtud dictum Bar. do. Abb. in c. a crapula. de vita & honeſta. cleri. & in alijs locis. Cum ergo in caſu noſtro. d. l. ſi mãdato Titij. loquatur impersonaliter per conſequens optio debet dari reo.

ADDITIO. Vide Barba. allegantẽ illas duas gloſ. in l. j §. ſiquis ſimpliciter. in ix. col. ff. de verb obli. Itẽ aduerte, quia cautio prætoria non debet eſſe nuda a pignore & fideiuſſoribus do. meus do. Iaſon in l. iubere cauere in j. col. ff. de iuriſ. om. iudi.

1 *Conceſſio ſimpliciter facta intelligitur facta ad poſtulationem, non motu proprio, & quid in conceſſione legis?*

Conceſſio.

1 Conceſsio ſimpliciter † facta intelligitur facta ad poſtulationẽ, niſi exprimatur motu proprio. c. ſi motu proprio. de præben. lib. vj. ita dixit Bar. in l. quiſquis. C. de bon. pe. lib. x. Sed quid in conceſsione, quæ fieret per legem, vide eundem Bart. in l. j. circa fi. C. de bon. vacan. & pro hoc intelligas quod voluit Bal. in l. j. C. de fru. & lit. expẽ. dixit enim, princeps conceſsit priuilegium filiofam. vt poſsit teſtari de bonis ſuis nulla legitima relicta patri, nunquid pater hoc itidem facere poterit? Diſtinguit, aut princeps conceſsit hoc ad inſtantiam filij, quod ſemper præſumitur, niſi appareat & exprimatur, & fiat mentio de motu proprio, vt d. c. ſi motu proprio: & tunc pater hoc itidẽ facere poterit. aut princeps motu proprio conceſsit, & tunc pater nõ poteſt, ratio, quia primo caſu non ceſſat ratio auaritię, & ambitionis. Secundo caſu ſic. Sed hęc ratio nõ ſatisfacit mihi pondera.

ADDITIO. Do. Alexan. in conſilio xxxviij. incip. conſideratis hijs de quibus in themate in ij. volu. dicit ꝙ iſta eſt magis communis, & in conſil. lxxxix. incip. verũ emphyteuſis. in iiij. vol. & vide eundẽ Alexan. in conſi. xxiij. incip. opportune cõſideratis. in iij. col. in j. volu. ſed contrarium tenet ipſe d. Alexan. in conſi. clxxxix. incip. viſo & mature diſcuſſo. in v. vol.

1 *Collectas ſoluere grauatus poteſt dicere officiali, oſtende mihi ſi ſum in quinterno? & ſi in eo nõ reperiatur, iniuſte grauatur. & qualiter probetur quòd non ſim deſcriptus in libro.*

Collecta I.

1 Ille qui eſt grauatus † vt ſoluat collectas, ſeu tributa poteſt dicere officiali, oſtende mihi ſi ſum in quinterno, & ſi non reperiatur, iniuſte grauatur tex. eſt peregrinus iuncta theorica Bar. in l. ducẽnarij. C. de exact. trib. lib. x. Et qualiter probetur, ꝙ nõ ſim deſcriptus in libro? dic ꝙ cum iſta negatiua ſit coartata ad certam ſcripturam, eſt probabilis, & incumbit onus probandi illi qui ita negat per tex. d. l. ducẽnarij, & ad idem bonus tex. in l. cum lege. de proba. & idem firmat Bar. in l. ei qui. in fi. C. de appel. vbi ſi dico ꝙ ſententia eſt nulla, quia non fui citatus, & volo probare per inſpectionẽ actorum, poſſum & mihi incumbit onus probãdi. de quo adde no. per Bald. in l. actor. C. de probati. & in l. hoc iure. & in l. in illa. ff. de verbo. oblig. & Hoſtien. & doct. in c. bonæ. de electio. bonus text. in c. conquerente. de cleri. non reſi. vbi iſta negatiua ꝙ quis non reſederit in beneficio probatur per diligẽtem inquiſitionem in loco factam. vbi reſidere debet.

1 *Corruptum cum incorrupto licitum eſt, commiſceri.*

Commixtio.

1 Licitum † eſt commiſceri corruptũ cum incorrupto text. eſt celebris in l. omnia. C. de rebus conductis in publicis horreis, & ibi Bar. dicit illum tex. ad hoc eſſe menti tenendum: quia contrarium ſecundum eum dicerent laici, quod non eſt verum vt ibi.

1 *Collegium nouiter ingreſſus nõ tenetur pro*

debito antea contracto. idem in ciue nouiter facto, & in ſucceſſore.

Collecta II.

1 Qui de nouo † venit in collegium nō tenetur pro debito antea contracto: quod facit, vt ciues nouiter recepti non teneantur ad collectas, quæ pro debitis antiquis ponunt, ita no. ſingul. Dy. in l. incola. ff. ad munic. allegando l. prouidendum. C. de decur. lib. x. & ibi Bar. refert & ſequitur Dy. & Roma. ſingula. ccccxc. qui nouiter. Et vide Bar. in l. j. §. ſi hærede. in fi. ff. ad l. Falci. & in d. l. incola. & Bal. in apoſtillis in l. j. ad fin. ff. quod cuiuſq; vniuer. no. vbi ponit aliquas regulas & pulchras q. & adde Bar. in ſuo tracta. repreſaliarum, in iiij q. primæ. q. principalis prope fi. Et no. illum tex. ꝙ ſucceſſor in officio non tenetur pro debito prædeceſſorū, & de hac q. vide Iaco. de Belui. in corpore vt nulli iudi. §. hoc vero iubemus. collatione ix. & vide Bar. in l. ciuitas. ff. ſi cer. peta. & ibi plene per Moder.

2 *Conditio, ſi nupſerit, habet tempus limitatum a iure, quo debet adimpleri, ſcilicet triennium poſt pubertatem.*

Conditio II.

1 Iſta † conditio, ſi nupſerit, habet tempus limitatum a iure quo debet adimpleri, ſcilicet triennium poſt pubertatem. iſte eſt caſus mirabilis ſecundum Bart. in l. ij. §. ad filiorum. C. quando et qui. quarta pars debe. lib. x. quod no. quia facit ad multa. & vide Bal. in l. ſancimus. C. de nupti.

ADDITIO. Quando ſi pœna eſt alternatiua quis habeat electionem, an iudex an reus. Fely. plene in c. inter cæteras. extra de reſcrip.

1 *Collecta ſi officiali ſoluatur, qui poſtea aufugit, non imputatur ſoluenti.*

2 *Collegij priuilegio gaudet, qui ex eo extrahi debet, donec illud declaratum fuerit.*

Collecta III.

1 Si ſoluatur † alicui officiali collecta, ſi poſtea aufugit, non imputatur ſoluenti, caſus eſt peregrinus, & hoc no. ibi Barto. in l. pro hijs quæ. C. de naufr. lib. xj. Licet ali
2 quis † debeat extrahi de vno collegio quod intrauit, nihilominus gaudet interim priuilegio, donec illud declaratum fuerit, quia cum ſit in poſſeſſione iuris illius priuilegij, debet gaudere priuilegio ill o. ar. ff. de aqua quoti. & æſti. l. ij. ita no. Bart. per illum tex. in l. j. ad fin. C. de colleg. libr. xj. quod no. Et not. aliud ſecundum eum ibi, ꝙ ſi vnus de vno collegio remouetur, & alius ſubrogatur, & hoc debet fieri de voluntate & conſilio eorum, qui præſunt collegio, vt ibi per eum. vide ad hoc no. in c. conſtitutis. de electio. ſecundū vnam lecturam, vbi recedenti de collegio non poteſt pro futuris reſeruari vox in electione, licet poſſit vnus q non ſit de collegio dare uocem in illo collegio, ſi omnes voluerint. c. ſcriptum. eo. titu. & c. bonæ. de poſtu. præla. & vno contradicente non poſſet ſecundum Compoſto in d. c. ſcriptum, vbi refert Ioan. Andr. in nouel. vide Ludo Roma. in ſingularibus. ita addit Do. meus do. Alexan. de Imo. ad d. l. j. circa fi.

1 *Clericus beneficiatus decedens tranſmittit fructus perceptos ex ſua prabenda ad hæredes, et an id procedat in ſimplici clerico?*

Clericus.

1 Si clericus † deceſſit poſt fructus perceptos præbendæ ſuæ poteſt tranſmittere ad hæredes ſuos. iſtud dixit glo. celebris in l. j. C. de anno. ciuili. libr. xj. quam ſequitur ibi Bar. & alleg. c. j. de offi. ordi. lib. vj. & remittit ſe ad no. per eum in l. diuortio. ff. ſol. ma. ſed debuit allegare quod legitur et notatur in c. præſenti. de offi. ordi. eo. li. & quod plene no. in c. fin. de pecu. cleri. & ibi vide do. meum do. An. plene, vbi alle. plures glo. & plene per do. Abb. in repeti. c. cum eſſes. de teſti. vbi de hoc. adde tex. in c. relatum. il ij. eo. titu. vbi habetur ꝙ tranſeat ad ſucceſſores, & eſt communis opinio doct. in clerico beneficiato habente adminiſtrationem. In clerico vero ſimplici eſt maius dubium ſecundum docto. ibi. vide Bald. & Saly. in authen. licentiam. C. de epiſco. & cler. & doct. in l. commodis. ff. de reg. iur. quos refert domi. Alexan. de Imo. in d. l. j. in addi.

1 *Confeſſio extraiudicialis, qua conſiteor dominium rei meæ eſſe tuum, non præiudicat mihi, niſi in iudicio fiat.*

Confeſsio IIII.

1 Confeſsio † extraiudicialis, qua ego confiteor dominiū rei meæ eſſe tuum, non præiudicat mihi. l. cum falſa. C. de iuris & facti igno. Sed ſi eſt facta in iudicio eſt ſecus, ita no. Bar. per illum tex. in l. rura. C. de omni agro deſer. libr. xj. & facit ratio quia veſtitur calore iudicij, arg. l. cum oſtendimus. §. ſi. ff. de fideiuſſ. tu. & l. eum pro quo. ff. de in ius voca. & in l. j. de iu. ſecundum vnam lecturam, quam dat ibi do. meus l. ſi quis vxori. §. ſi ſeruum fugitiuum. ff. de fur. l. manumiſsio per lictores. ff. de manu. vi. & tex. in d. l. cum oſtendimus. §. ſi. allegant pro ſingulari ſcribentes in l. j. in prin. ff. de verb. obli. quia propter calorem iudicij omnis diſpoſitio fortificatur vltra ſuam naturam.

1 *Gabellæ venditio facta vltra ſolitum morem & modum, eſt nulla.*

2 *Notarius debet apponere in inſtrumēto clauſulas conſuetas non inconſuetas, alias eſt ſuſpectus de falſo, & de eo puniri poteſt.*

Conſuetudo.

1 Officiales † deputati ad vendendum gabellas, debent vendere more ſolito, ſi tamē contractus venditionis eſt celebratus vltra ſolitum morem & modum, eſt nullus, ad hoc bonus tex. in argumentum in l. j. C. de paſcuis pub. vel priuatis. lib. xj. quia intelligitur conceſſa poteſtas, vt vendat more ſolito, ſecūdum Bar. ibi: optime facit ad hoc, l. domini prædiorum. C. de agri. & cenſi. li. xj. & ibi Bart. dicit caſum illius. l. ſing. eſſe notandū, quod ſi conſuetudo eſt quod colonus ſoluat certum quod domino, quod tenetur ad præſtationem illius rei, licet pactum non extitit, & ratio eſt quia res intelligitur conceſſa ſecundum morem ſolitum, faciunt ea, quæ habētur et notantur per docto. in l. ſi prius. §. recte. ff. de aqua plu. arcen. & in l. excepto. C. loca. & quod voluit Bal. in l. fin. per illum tex. C. de fideiuſſ. & quod voluit idē Bal. in rub. C. de fide inſtru. & in rubr. C. de his quæ in frau. credi. in titu. de loca. in additio. ad Spec. & in l. ſi. C. de fideicommiſſ. & quod voluit Pet. de Ancha. in c. cauſam
2 quæ. il ij. de teſti. vbi dixit, quod notarius † in conficiendis inſtrumentis debet apponere clauſulas conſuetas apponi: tamen dicitur eſſe ſuſpectus de falſo, ſi apponat in conſuetas, & pro primo dicto alleg. gl. in d. l. ſi. C. de fideicō. & d. l. excepto. & quod debet puniri de falſo, alleg. l. iubemus. ad ſi. C. de teſta. hoc idem voluit Bal. in l. quotiēs. §. ſi quis. ff. de hæred. inſti. & alleg. d. l. iubemus. Sed not. Ioan. de Imol. in d. l. quotiens. §. ſi quis. damnat hoc dictum Bal. per l. quam alleg. quia illa l. loquitur in teſtamento inquantū dicit ibi tex. ibi. tam neceſſaria cauſa doloſe &c. dictum tamen in ſe eſt verum, vt alibi dicam, ſi dabitur facultas dicendi. faciūt ea quæ plene notantur per do. meum in repe. c. cum M. Ferrarienſis. de conſti. in verſ. ſicut conſueuit. vbi plene de hoc videas. & vide quod voluit Bart. in l. rem priuatam. C. de priui. domus augu. lib. xj. vbi dixi argumento illius l. quod ſi de conſuetudine ciuitatis eſt, quod commitatenſes ſint ſoliti portare certum quid ad certum locum, quod non poterunt cogi, vt portent rem illam ad lōgiorem locū, & magis diſtātem. & facit ad prædicta bonus tex. in l. qui ſemiſſes. ff. de vſu. & l. vel vniuerſorum. ff. de pigno. actio. & quod voluit Ludo. Ro. in ſing.

1 *Coloni, qui faciunt cultiuari agros per inexpertos, tenentur dominis, ſi ex hoc agri fiant deteriores.*

Colonus.

1 Coloni, qui faciunt † laborari & cultiuari poſſeſsiones & arbores per indoctos, ineruditos, & non expertos culturę, ſi prędia ex hoc effecta ſint deteriora tenentur dominis, quia imputandum eſt ipſis colonis cur ineruditos miſerint ad culturā, iſte eſt text. hoc directe probans ſecundum Bart. ibi in l. j. C. de manci. & colonis patrimonialium lib. xj. quod no. contra colonos.

1 *Citatio di comparendo poteſt fieri per nuntium abſque literis, fallit ſi citētur clariſsimi. Et quid ſi quis citetur, vt oſtendat iura ſua?*

Citatio III.

1 Licēt citatio † de comparendo poſſet fieri per nuntium abſque literis, vt in l. ſi interpellatur. §. j. ff. de arbi. & tetigit Bart. in l. palatinos. C. de collatio. fund. fiſca. lib. xj. & in l. miſsi. C. de exacto. tribu. lib. xj. tamē hoc fallit in clariſsimis, nam citatio facta il-

lis nunquam valet, niſi fiat per ſcripturam, ſingularis eſt caſus in l. quotiēs. C. de digni. lib. xij. & ratio reddi poteſt, quia iura deferunt dignitati, optime facit c. quia pontificalis, de offic. delegat. & c. quam periculoſum. de ſenten. excommu. eo. lib. facit quod voluit Bal. in l. quicunq;. C. vbi ſenato. vel clariſsi. & l. milites. C. de quæſtio. Sed quæro, quid ſi cito te ut oſtendas iura tua, an valeat talis citatio, ſiue ego citans ſim priuatus, ſiue in dignitate conſtitutus? dic ꝙ non ualet, ſed eſt ipſo iure nulla q̃ tex. iuris eſt ꝙ nemo debet cogi oſtēdere titulū ſuæ poſſeſsionis. l. cogi. C. de petitio. hæredi. ita dicit Bar. per illum tex. in l. j. C. de conducto. & procurato. ſiue acto. prędi. fiſc. & domus auguſt. lib. xj. ego adduco quod legitur & notatur in c. j. de probatio. vbi quis non tenetur edere inſtrumenta, & iura ſua contra ſe. facit l. nimis. C. de teſti. & l. qui accuſare. C. de edend. & iiij. q. iij. §. qui intendit. cū ſi.

1 *Iudex ſi præcipiat aliquem detineri ſub custodia, an debeat mitti in carcerem?*

2 *Carcerare aliud eſt, & aliud cuſtodire, & an carcer detur ad pœnam de iure ciuili, & quid de iure canonico?*

Cuſtodia.

1 Iudex † præcipit ꝙ aliquis detineať ſub cuſtodia, an debeat mitti in carcerem? dic ꝙ non glo. habes quam ad hoc reputo celebrem, in l. agens. C. de curio. libr. xij. vbi dicit ꝙ aliud eſt mittere in carcerem, & aliud ſub cuſtodia detinere. & hoc voluit ibi Barto. & facit ſecundum eum. l. ij. C. de exacto. tributo. lib. x. Et ex hac l. infertur & notari

2 poteſt, ꝙ † carcerare aliud eſt, & aliud cuſtodire. Tex. videtur in cōtrarium in l. aut facta. in. §. ſolent. ff. de quæſtioni. vbi carcer fit ad cuſtodiam, ad idem l. j. ff. de priua. carceribus & l. incredibile. C. de pœ. quod eſt verum, vbi eſt pęna certa pro delicto: ſecus vero vbi nulla eſſet certa pœna: quia tunc diceretur carcer ad pœnam, non ad cuſtodiam. tex. in l. ſenatus. ff. de iniur. & in l. j. §. fi. ff. de aleato. & Bart. in d. §. ſolent. & in l. imperium. ff. de iuriſdi. omni. iudi. Cy. in l. j. C. de infami. Et quid de iure canonico? dic ꝙ ad pœnam tex. eſt in c. quamuis. de pœn. lib. vj. & vide Ludo. Ro. in ſingul.

1 *Promiſsio regulatur ſecundum qualitatem perſonæ cui promittitur.*

2 *Maritus legans vxori lectum, intelligitur de viduali.*

3 *Sartores non poſſunt accipere pro factura vnius clamidis, niſi vnum florenum.*

Conditio perſonæ.

1 Aliquis † promittiť mihi facere veſtem, ſeu clamidem, an ſufficiat ꝙ det mihi vnū florenum? Bart. per tex. iuncta glo. ſua in l. fortiſsimis. C. de mili. veſte libr. xij. dicit ꝙ debet conſiderari conditio perſonæ: nam ſi promittitur ſecundum eum vni militi, vel vni doctori, debet eſſe maioris pretij: ſecus ſi alicui vili perſonæ: optime facit l. plenū. §. equitij: & quod voluit ibi Bal. ff. de vſu

2 & habi. Maritus legauit † vxori ſuæ lectū, an intelligetur de ſerico? dic ꝙ non, ſed de viduali, quia verba debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ, cui diriguntur. & vide text. & quod voluit ibi Bal. in l. ex militari. ff. de teſta. mili. & quod voluit Barto. in l. codicillis. §. inſtituto filio. ff. de lega. ij. & quod voluit Pe. de Ancha. in c. ſolutæ. de maio. & obe. & d. Abb. in c. Raynutius. de teſta. vbi dixit ꝙ verba ſunt intelligenda ſecundum qualitates perſonarum, inter quas proferuntur, & alleg. c. magnæ. de vo. & c. redemptione, & c. requiſiſti. de teſta. vbi ponderatur an relictum fiat a conſanguineo, an ab extraneo. & vide gl. in c. deinde. xxvj. diſt. cum ſimil. Et no. vnum con

3 tra ſartores, † vt non poſsint pro factura vnius clamidis accipere niſi vnum florenū, ita colligit Bar. in ar. in d. l. fortiſsimis. & vide glo. notabilem inſtitu. de rerum diuiſi. §. cum ex aliena: quæ dixit, ꝙ valet conſequētia, ſartor, ergo fur. Adde quod voluit Bart. in l. j. in ij. col. in prin. ff. ad l. Falci. vbi dixit ꝙ verba debent intelligi ſecundum qualitatem perſonæ ad quam referuntur, alleg. d. l. plenum. §. equitij. & l. ſi quis exhęredato. ff. de iniuſto rup. & irrito teſta. & vide Bal. in authen. ex teſtamento. C. de collatio. vbi idem quod in d. §. equitij. & idem in l. penulti. alias fi. C. de leg. In contrarium vide Bar. in l. librorum. §. fin. ff. de lega. iij. per illum text. & in l. fi. §. vxori. ff. de auro & argen. lega. & in l. ſtratum. ff. de verb. ſignifi. adde etiam quod voluit Innoc. in c. paſtoralis. de do. & ibi Abb. in fi. & no. in c. fi. de offi. archid. facit quod voluit Geminia. in c. legitima. in verſi. recognoſcant. de appella. lib. vj.

1 *Officiales quando creantur, debet mos antiquus ſeruari. alias electio eſt nulla.*

Conſuetudo.

1 Vbicunq; † creantur aliqui officiales, debet mos antiquus ſeruari, alias creatio ſeu electio eſt nulla, caſus eſt in l. actuarios. C. de nũ. & chartu. li. xij. dicit ibi Bar. not. hic caſum, ꝙ ſindicus creatus non congregata vniuerſitate ad ſonũ campanę, vel alio ſono, Vel nõ congregata in loco vbi alias cõſueta fuerat congregari, Vel non congregata de mandato ſuperioris, prout conſueuerat, non dicitur legitime ordinatus, & dicit ita de facto ſe obtinuiſſe per dictam l. actuarios.

ADDITIO. Vide Do. meum domi. Iaſonẽ in l. ij. in iij. colum. C. de inſtitutio. & ſubſtitutio.

1 *Citatio in criminali, quomodo debeat fieri.*

Citatio IIII.

2 ſam, licet in eius vtilitatē. Limita niſi † me-
dicus pro infirmi liberatione expenſas face
ret, licet contra ipſius infirmi voluntatem,
quia eo caſu poteſt illas repetere gl. eſt no.
lxxxiij. diſtin. §. alijs. c. prouidendum. Tem-
pera tamen hoc niſi medicus eſſet propin-
quus infirmo. Subdit et ā ꝙ ſi aliquis vult
te interficere niſi debitam des ei pecuniā,
ꝙ teneris ei dare, & poſtea poteris repete-
re, facit in ſimili gl. in l. culpa caret. ff. de re
gul. iur. & vide gloſ. ad hoc. ff. loca. l. Mar-
cellus. & ibi Bal. reputat ſing. glo. d. §. pro-
uidendum. Secundo limita regulā niſi quis
impendat pro liberando illum, pro quo ſi
non fuiſſet facta ſolutio incurriſſet in pœnā
perſonalem, vel ſtatus mutationem. ita ſin-
gul. dixit Ioan. Andr. in c. cum C. laycus. de
foro compe. lib. vj. Et licet docto. non alle-
gent videtur gl. in d. §. prouidendum. facit
quod voluit Bar. in l. Stichus. ff. de pec. leg.
Tertio limita, niſi quis impendat mutuādo
filio alterius in ſtudio exiſtenti, & ita diligē
ter operanti, ꝙ peritiſſimus efficiatur. nam
tunc licet contra patris ſui voluntatem mu
tuauerit, poteſt repetere vt eſt glo. ſingul. ſe
cundum Ludo. Roma. in l. ſed & Iulianus.
§. quod dicitur. ff. ad Macedon. pro hoc fa-
cit ſecundum eum, ꝙ licet alienum agrum
inuito domino non poſſim ingredi, vt in l.
per agrū. C. de ſerui. & aqua. etiam ad quę-
rendum theſaurum, vt in l. j. §. in alienis. C.
de theſau. lib. x. tamen ſi in fundo alieno di
cit eſſe vena lapidis vel ferri, poſſum tanq̄
bonus magiſter domino inuito intrare, q̄a
in hoc verſatur publica vtilitas, vt eſt gloſ.
ſingu. in l. iij. iuncta l. quoſdam. C. de metal.
lib. xj. Quarto limita, niſi quis impenderet
pro funere defuncti, quia tunc licet impen-
derit contra voluntatem hæredis, tamen re
petit dictas expenſas: vt eſt caſus ſing. in l.
ſi quis. §. idem Labeo ait. ff. de religio. &
ſumpti. fune. Quinto fallit in caſu l. ſi quis
mancipijs vel iumentis. §. Proculus, verſic.

ſi vero ille. ff. de inſtito. tene menti ad limitationem d. l. quia ibi per docto. non habes has fallentias in vnum faſciculum ductas.

8 *Exceptio legitima & rationabilis nunquã videtur excluſa, licet dicatur nullam exceptionem admitti debere.*

Exceptio I.

1 Si ſtatutum, vel reſcriptum † principis dicat nullam exceptionem in aliquo facto debere admitti, debet intelligi de exceptione minus legitima, & rationabili, non autem de legitimis & rationabilibus exceptionibus, iſta eſt glo. celebris & ſing. iuncto text. in c. ex parte. il ij. de offi. deleg. Et ratio ꝗa non eſt veriſimile ꝙ princeps per verba generalia velit tollere iuris obſeruantiam, maxime cum tanto præiudicio priuati, per l. ſi. quando. C. de inoffi. teſta. & c. eccleſia. il ij. de electi. niſi exceptio ſpecialiter tollatur, licet ſit in ſe rationabilis, ſecũdum d. Abba. in c. ex parte. Et ratio quia tũc apparet de mente principis, vide ad hoc quod voluit Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure, & in l. 1. §. per vim. ff. quod vi aut clam. & in l. j. ff. a qui. appel. non licet. & Io ſ. An. in c. ij. de mutu. petitio. & plene per dominum meum in d. c. ex parte.

1 *Statutum ſi in aliquo caſu tollat exceptionem, intelligitur, niſi quis velit in continẽti probare exceptionem legitimam, niſi cõtra eum eſſet præſumptio calumniæ, vel malitiæ.*

Exceptio II.

1 Si ſtatutum † tollat exceptionẽ in aliquo caſu, debet intelligi, niſi quis velit incontinenti probare exceptionẽ legitimam, quia eo caſu debet audiri, non obſtante ſtatuto: quia ſtatutum videtur excluſiſſe exceptiones non legitimas propter præſumptã fraudẽ opponentium, quæ præſumpto ceſſat in probatione, quæ offertur incontinenti. pro hoc vide bonum tex. in c. literas de reſtitu. ſpoliato. quod not. glo. in l. j. §. hoc interdictum. in ver. ſed & ſi falſum. ff. de tabu. exhiben. Iſtud fuit celebre dictum do. Abb. in c. ſciſcitata ſuper glo. in ver. effectum. de in inte. reſti. quam glo. ibi profitetur ſe ſolitũ eſſe multum adducere in conſilijs ad ſtatuta excludentia omnes exceptiones contra ſententiam, ſeum alium actum. Iſtud idẽ voluit idem do. Abb. in c. ſuper eo. ad fi. de offic. dele. vide dicta per eum in c. ex parte. il ij. eo. titu. Ego limito iſtud dictũ domi. Abb. eſſe verum, niſi eſſet præſumptio contra eum, ꝙ calũnioſe exciperet, licet offerat ſe probaturum incõtinẽti, iſtud voluit glo. quã ad hoc neſcio aibi. i d. c. ſciſcitata. quæ glo. limitat d. c. literas. & iſtud dictũ ſenſit do. Abb. in d. c. ſuper eo. vbi Bal. ſingulariter dixit per illũ tex. iuncta gloſ. ꝙ a ſummaria cognitione põt quis repelli, vbi præſupponitur quis calumniari. quod dictũ dicit menti tenendũ & no. in c. c. veniens il ij. de teſti. in l. ſi. C. de ordi. cognitio. Putat tamen do. Abb. in d. c. ſuper eo. illud dictum glo. & Bald. procedere, vbi opponẽs offert ſe probaturũ incontinenti, & præſumptio eſt de malitia, quia per talem oblationem non purgatur præſumptio malitiæ, quod dictum ita limitatum perpetuo tene mẽti.

1 *Emphyteuta eccleſiæ non ſoluens canonẽ ſingulis annis licet non poſſit expelli, niſi elapſo biennio, fallit niſi iuraſſet ſingulis annis ſoluere penſionẽ, & non ſoluiſſet, nam elapſo anno poterit expelli.*

2 *Intellectus c. querelam. de iureiur.*

Emphyteuta I.

1 Licet emphyteuta † eccleſię nõ ſoluens canonem ſingulis annis, nõ poſſit expelli niſi elapſo biẽnio, vt in c. potuit. de locato. tamen ſi iuraret ſoluere ſingulis annis penſionem, & non ſolueret, elapſo anno poteſt expelli, quod ſing. nota ad limitationem d. c. potuit. ita dixit Bal. in c. querelam de iureiur. Et licet quibuſdam videatur hoc nõ probari ex illo tex. iudicio meo probatur, 2 ibi. nam Papa † ibi non conſiderauit bienniũ, ſed iuramentum, cuius tranſgreſſorem vult remoueri, ex quo illud non ſeruauit. ergo nõ ſolum poſt biennium: ſed ante bienniũ poteſt remoueri, & priuari iure emphyteutico. nam fuit ibi cõtingentia facti: & nõ iuris miniſterium, ꝙ ceſſauit per biennium. Itẽ ſi ibi cõſideretur bienniũ ibi fuiſſet qđ de indubitabili contra l. quod Labeo. ff. ad carbo. & c. cũ in iure peritus de offi. deleg. cum de biennio iure cautum ſit. vt in c. potuit de locato. Adde eundem Bald. in d.

c.literę de dila.& Alexan.cõſi.cxxvj. incí. non puto id de quo quæritur.in j.volu.

1 *Verbum effuſio denotat abundantiam.*
2 *Minima an ſint in conſideratione iuris.*

Effuſio.

1 Verbum† effuſio denotat abundantiam bonus tex.eſt cum glo.ſecundum do.Abb. ibi in c. cum illorum.in.§.quid ſi clauſtrales in ver.niſi.& in verſi. ſanguinis effuſio. de ſen.excom.Ex quo nota ꝙ vbi requiritur effuſio ſanguinis, oportet ꝙ inde proceſſerit multũ ſanguinis. facit ad multa ſecundum domi.Abba. ibi:& vide eundẽ do. Abb.in c.propoſuiſti de conſecratio.eccle. vel alia,vbi cõmemorat hoc. & facit feſtũ de glo.iuncto tex. d.c. cum illorum.§.quid ſi clauſtrales.in ver.effuſionẽ.quod dicit eſſe notandum pro ſtatutis. quæ quandoque requirunt ſanguinis effuſionẽ. Tu vide pro illa glo.Manſuetum de Manſuetis de Peruſio in l.fi.ff.ſi quadru.pau.fecíſ.dica. vbi di-
2 xit† ꝙ ſtatutum imponens pœnã effundentibus ſanguinem, non habet locum in parua ſanguinis effuſione,& dicit eſſe glo.ſecũdum Ludo.Roma.in d.cap.cum illorum.in ver.effuſionem. Et adduco tibi aliam gloſ. quã iſti patres non allegant in cle. ne romani.in ver.effundendis de elec. & vide pulchrum tex.in c.reuertimini.xvj.q.j.in ver. verbum effuſionis nomẽ largitatis oſtẽdit. facit l.quæſitum,ff.de re iudi.l.j.§.ſed ſciendum.ff.de edi.edic.& tex. iuncta gloſ. in c. placuit.xvij.diſt.& quod voluit Bal. in l.ſi prędium.C.de edi.actio.ſtatuto(inquit) cauetur ꝙ faciens vulnus alicui in platea puniatur pœna magna,ꝙ non habebit locum in faciente vulnuſculum.facit l.ſi oleum.ff. de dolo.& l.ſcio.ff.de in integ.reſti.& l.ſenatus.§.Marcellus.ff.de leg.j. iuncta theorica. Ang.& quod plene voluit do. meus in rubrica,de plus petitio.vbi plene diſputat, an minima ſint in conſideratione iuris, vide per eum.

1 *Emphyteuta eccleſiæ ſi per annum cum dimidio ceſſauit a ſolutione canonis, & citatus a prælato fuerit contumax, cadit ab emphyteuſi,non expectato toto biennio.*

Emphyteuta II.

1 Si elapſo† anno cũ dimidio emphyteuta eccleſiæ ceſſauit a ſolutione canonis, & prælatus eccleſiæ citari fecit eum, vt ſolueret,& ipſe non obſtante citatione fuit contumax,& nõ ſoluit,ꝙ cadit ab emphyteuſi non expectato biennio toto,quia illa requiſitio operatur lapſum ſex menſium,ita pulchre dixit Bar.in l.locorum per illum tex. C.de omni agro deſerto lib.xj. & cum illo dicto tranſiuit ibi Ang.& facit ad hoc l.qui agros eod.titu. & cum illo dicto tranſiuit Io.de Platea.& tranſit do.meus in c. iij. de dila.quod dictum reputat mirabile ex eo, quia d.l.locorum.loquitur in prędio tributario,& non in prędio emphyteutico, & tamen Bar.extendit illum tex.ad emphyteuſim.quod ſingu. not. pro limitatione. c.potuit.de locato.

1 *Non eſt faciendum illud,in quo plus expenditur,quam ſit,quod percipitur.*
2 *Iudex non debet facere citari teſtes ad locũ iudicij,quando tantum diſtant,quòd plus in eorum aduentu expenderetur,quam ſit valor cauſæ:ſed tunc debet delegare examinationem.*

Expenſa II.

1 Non eſt faciendum† illud,in quo plus expẽditur,quã ſit,quod percipitur.tex.eſt in dicto melior de corpore iuris in l.mediterraneæ.C.de anno.& tribu.lib.x.quod Bar. ibi dicit eſſe notandum ad multa pro tutoribus,quibus nõ debet imputari ſi non exigant debitum, in quo oportebat plus eos expendere,ꝙ̃ inde perciperẽt. Vel pro eo, qui non reficit domum,in qua plus expenderetur,ꝙ̃ valeret. Vel pro his,qui non facerent inuentarium eo caſu,quo plus expẽderetur in eius confectione,ꝙ̃ eſſet vtilitas vt l.tutor qui repertorium in prin.ff de admi.tuto.Itẽ in cauſis breuioribus, quando plus expenderetur in ſcripturis, ꝙ̃ ſit va-
2 lor cauſę.Item iudex non†debet facere citari teſtes ad locum iudicij,quando tantum diſtant,ꝙ plus in eorum aduentu expenderetur,ꝙ̃ ſit valor cauſæ.arg.ad l.mediterraneæ,ſed tunc debet iudex delegare examinationem vt in l. generaliter.§.his de præſentibus.C.de iureiuran.& facit auth.apud eloquentiſsimum.C.de fide inſtru. & quod not.per Abba.in c. cum cauſam.de teſti. & iij.q.ix.teſtes per Archi.Item facit ſecundũ eum,ꝙ ſi in habendo recurſum ad ſuperio-

rem plus expenderetur, ꝙ ſit valor rei, ꝙ eo caſu poſſunt concedi repreſaliæ, de quibus plene examinauit Bar. in tractatu ſuo de repreſa. & vide not. in c. vnico. de iniurijs lib. vj. & ita reſidet ibi Bar. Addo Abb. in c. de appellationibus. de appellatio. & Ioan. de Imo. in c. cum ſit romana eod. titu. & etiã ego addo quod pulchre voluit do. Pet. de Ancha. in c. nonnulli de reſcrip. & in c. cum te. de offi. deleg. & in c. finem litibus. de dolo. & contuma. vbi dixit, ꝙ licet epiſcopus poſſit reddere ius in quolibet loco ſuę diœceſis vt in cap. cum epiſcopus, de offic. ordina. lib. vj. tamen ſi habet ampliſſimam diœceſim, & pars vexaretur, ſi conueniret in loco remoto vbi degit epiſcopus, puta, quia reus ſtat in extrema parte diœceſis, & epiſcopus ſtaret in alia parte extrema, & cauſa eſſet breuis, & expenſa eſſet maior pro teſtibus producendis, & pro ſalario, quã cauſa, & iudex nolit committere & delegare cauſam, ꝙ pars poteſt appellare, allegat l. cum poſt ſententiam. C. de appella. & c. anteriorum. §. ad hoc. ij. q. vj. & dicit ſe alias in quæſtione facti ita dixiſſe, quod no. pro limitatione d. c. cum epiſcopus, facit quod voluns docto. poſt Innoc. in c. olim de reſti. ſpoliato. & vide plene do. meum in d. c. nonnulli. & aliquid in d. c. cũ te. vbi de hoc. & vide Per. de Ancha. in c. cum cauſam de teſti. vbi idem voluit. Et circa. d. l. mediterraneę in prin. vide quod voluit do. Ant. in c. ij. de dilatio. vbi poſuit de eo, qui equum ponit in hoſpitio. Et inquantum dixi ꝙ iuſta eſſet appellationis cauſa, faciat ſecundum do. meũ do. Alex. de Imol. in d. l. mediteranee in addi. c. conſtitutus de fideiuſ. & quod ibi notatur c. ſtatutum. §. ſi. de reſcrip. lib. vj. idem firmat ſecundũ eum. do. Pet. in d. c. finem. vbi bonus tex. facit. c. litigantes. de offi. ordi. lib. vj.

1 *Exactionem qui infra certum tempus facere tenetur, ſi non facit, cogitur ſoluere de ſuo.*

Exactio.

1 Qui tenetur facere† exactionẽ infra certum tempus, ſi non facit, cogitur ſoluere de ſuo. tex. eſt notabilis ſecundum Bar. ibi. in l. miſsi. C. de exacto. tributo lib. x. quod no. contra ſindicos cõmitatus, & ſimiles.

1 *Emphyteuſis conceſſa alicui a monaſterio, cũ pacto, quòd etiam in fœminam tranſeat, quæ nubat ſubdito iuriſdictioni monaſterij, poteſt retineri licet extraneo nupſerit, ſi is velit iuriſdictioni ſe ſubmittere.*

Emphyteuſis I.

1 Monaſteria habent† poſſeſsiones cõceſſas alicui i emphyteuſim ſub hoc pacto, ꝙ tranſeant fœminę, quæ tamen nubat alicui ſubdito iuriſdictioni monaſterij, ꝙ nihilominus ſi nubat extraneo, qui vult effici de iuriſdictione monaſterij, retinebit emphyteuſim, iſtud probat in ar. ſecundum Bar. ibi. l. murileguli. C. de murile. lib. xj. facit. l. j. C. de limp. lu. deſcri. lib. x. Et poteſt eſſe ratio ſecundum Angel. ibi in addi. quia conditio perſonæ non mutatur vt in d. l. j.

1 *Pœnalis lex quæ tendit ad fauorem reip. ita extenditur, ſicut fauorabilis.*

2 *Pœna ſtatuti punientis facientem maleficiũ, punitur fieri faciens, niſi requiratur homicidium reale.*

3 *Statutum loquens in faciente an habeat locum in mandante?*

Extenſio II.

1 Licet lex pœnalis† & odioſa nõ debeat excedere proprium caſum, ad hoc bonus tex. in. §. pen. de pœni. diſt. j. regula odia. de reg. iur. lib. vj. l. cũ quidã. ff. de lib. & poſth. cum ſimi. tamen vbi extenſio tendit ad fauorem reipu. ita debemus ipſam extendere ſicut legem fauorabilẽ. & ideo cum pertineat ad fauorem reipu. puniri maleficia ad hoc vt prouincia quiete permaneat vt in l. congruit. ff. de offic. prę ſi. & ff. de iudi. l. ſi

2 longius. §. ſi filius. pœna ſtatuti† punientis facientem maleficium punietur fieri faciẽs, ita belliſsime no. Bar. per illam glo. ad hoc quam reputo mirabilem de iure ciuili in l. quemadmodum. C. de agri. & cenſi. lib. xj. faciat l. ſi quis id. ff. de iuriſd. om. iudi. faciat glo. reputata ſing. in c. j. de tempo. ordi. lib. vj. tu vide Ioan. And. in c. ſicut dignum, ſuper glo. in ver. conſiliũ. de homic. vbi dicit ꝙ aſſeſſores fori ciuilis multum vtuntur illa glo. inducentes eam ad intellectum ſtatutorum punientium homicidas, vt verificentur etiã in præcipientibus fieri homicidiũ,

pro hoc d.l.ſi quis id quod & c.ſi quis ſuadente.xviij.q.iiij.iuncto pulchro tex.c.mulieres & quod plene ſcribit ibi do. Abb.de ſen.excom.refert & ſequitur idē do. Abb. de ſen.excom. refert & ſequitur idem do. Abb. in d.c.ſicut dignum. & alleg.not. per Bar.in l.aut qui aliter.§.hæc verba.ff.quod vi aut clā. & in l. hæc verba.ff.de adul. & in l.non ſolum.ff. de iniurijs. & dicit Ioan. And.in d.cap ſicut dignum.hoc procedere, vbi ſtatutum aliquid exprimat per quod videatur requirere homicidium reale,vt ſi dicat, ſi quis homicidium manu commiſerit vel enſe, tunc ſtatutum nō cōprehendit mandantem fieri allegat c.in noſtra. de iniurijs.quaſi velit dicere, ꝙ ſtatuta ſunt ſtricti iuris, vnde debent intelligi in proprio caſu.quod dictum ſi verum ſit limitat glo. & theoricā Bart. in d.l. quemadmodū. Sed do. Abb.in d.c. ſicut dignū dubitat de hoc per d.cap.ſi quis.vbi dicitur, ſi quis manus iniecerit,& ſic exigit iniectionē realem, & tamen illa pœna comprehenditur mandās vt in d.c.mulieres.dicit tamen menti tenendum dictū Ioan.And.Ego dico dictum Ioā. And.eſſe veriſsimū,quia eo caſu videt cōtemplata perſona,& ſtatutum reſtringit,& declarat ſe,& per conſequens nō debet extendi ad aliam perſonam.ar. eorū quæ notantur in c.fin. de offi.dele.& in l.inter artifices.ff.de ſolutio.& l. per hanc.C.de erogatio.milit.anno.cum ſimi. Nō obſtat d.c.ſi quis,quia potius facit contra do. Abb. quā pro eo,quia ſi non emanaſſet.d.c.mulieres, mandans non comprehenſus fuiſſet ſub diſpoſitione d.c.ſi quis. & adduco quod voluit Nic.de Nea. in l. ſi quis mihi bona.§. quod ſi mandauit.ff.de acqui.here.vbi per tex.in l.certe.§.j.ff.de preca.in ver.me mādante, vel ratum habente.dixit,ꝙ ſtatutum

3 †loquens de faciente habet locum in mandante,quod eſt contra illud de Barbadoro, quem refert ibi Cyn.& Bart.fuiſſe decapitatum Florentię,licet eſſet de nobili domo. & ad hoc Nico.de Neap. reputat text.d.l. certe.§.j.vnicū & ſingularē,quem tex.non alle.Bar.in d.l.quemadmodum pro glo.ſtilius legis.nec do.Abb.in d.c.ſi.ut dignū.facit.quod voluit Bart.in rub.ff. de no. oper. nun.& retulit mihi hæc do. meus in repetitione rubricæ de cauſa poſ.& proprie. in xxij.charta in lib.meo. & hunc paſſum ita coadunatum a nemine reperi. Vide etiam do.Abb.in c.quintauallis. in vij. differētia. de iuretur.Adde tamen quod voluit domi. Abb,in c.ex tenore,qui ſi.ſint legi. vbi dicit quandam rationem Ioā.And.ibi eſſe ſingulariter notandam, & obliuioni non tradēdam,quod conſtitutio pœnalis debet extendi, & largo modo interpretari quādo emanat, vt euitentur animarum pericula. facit ſecundum eum quod in ſimili not.glo.in c. ſciant cuncti.de elec.li.vj. Et vide eundem do.Abb.in c.ij.de diuor.ad ſi. vbi dicit qđ in materia pœnali verbum generale intelligitur largo modo,ſi diſpoſitio tendit in fauorem fidei,facit glo.ſing.in authen. ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus vendi.& qđ voluit Ioan.And. in c. pro humani. de homi.lib.vj.de hoc dico in alio notabili;adde tex. in l.hoc modo. ff.de condi. & demon. & Imo.in l.cętera.§.ſed & ſi quis.ff.de leg. j. & vide Dominicū in d.c. pro humani.§. fina.in prima colum.vbi allegat glo.in d.c. ſciant.& vide quę dixi latiſsime,& pleniſſime ſupra in eadē litera in notabili incip. diſpoſitio,& in litera C.in verbo.cōmiſſo.

1 *Emphyteuta eccleſiæ non ſoluens canonem per biennium, incidit in commiſſum. Et quid ſi appoſitum fuit pactum,quòd ratione canonis non ſoluti, non incidat in commiſſum, an valeat pactum?*

Emphyteuſis II.

1 Emphyteuta eccleſiæ †non ſoluens canonem per biennium incidit in commiſſum. tex.habes in c.potuit.de loca.Sed pone qđ eccleſia conceſsit fundum in emphyteuſim appoſito pacto, vt ratione canonis non ſoluti,non incidat in commiſſum, an valebit iſtud pactum? dic ꝙ ſic:quia ex quo hoc poteſt facere fiſcus vt l.fundi.alias ſi q a prioribus.& ibi Bar.C.de fund.patrimo. lib.xj. ergo & eccleſia nā eccleſia et fiſcus paribus paſsibus ambulāt vt in l.fi.C.de ſa.ſan. eccle.& notat in c.j.& in c.auditis.de i integ. reſtitu. per cōſequens eccleſia poterit hoc facere,tamen propter hoc non releuabitur emphyteuta a præſtatione canonis vt in d. l.fundi,quod nota pro his,quæ notantur in d.c.potuit.quia docto.ibi hoc non ponunt, niſi do.meus do.Andrę. qui ibi dicit ſe dubitare, an hoc dictum ſit verū, quia agitur de præiudicio eccleſię,& prelatus non pōt præiudicare eccleſię vt in l.iubemus nullā. C.de ſacroſanctis eccle. Mihi videt ꝙ opinio Bar.poteſt ſaluari,quādo prelatus vna

cum capitulo hoc facit,& ita videtur loqui Bar. quia non loquitur de prælato, ſed de eccleſia, quo caſu bene eccleſia poteſt renũciare iuri ſuo, vt voluit glo.& doc. in dicto c. potuit.& glo. in regula, delictum. de regu. iur. lib. vj. doc. in c. j. de do.& contu. Si vero prælatus ſolus hoc faceret procedit opinio do. mei: prout not. in præallegatis iuribus. Item dictum Bar. procedit in iure quærendo, in quo ſolus prælatus poteſt præiudicare eccleſiæ, vt notatur in d. c. potuit.& in c. j. de do.& cõtuma. & quod voluit Fede. de Senis conſi. ix.& Innoc. in c. admonet. de renuncia. & Bald. in authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſi. & in l. Imperatores. ff. de pactis & in l. pupillorũ. C. de repu. hæreditate. Pet. de Ancha.& alij in c. ſuper. de rebus ec. le. non alie. & ibi plene per do. meum. Sed do. meus in c. iij. de dilatio. refert & ſequitur Bar.& bene, vt dictum eſt,& ſic mutauit opinionẽ in melius, tene menti. Et an valeat tale pactum videtur tenere Bal. rẽ in l. ij. in ſ. col. C. de iure emphy. vbi ſimpliciter loquitur non faciẽdo mentionem de fiſco, vel eccleſia, ad hoc bene faciunt not. per eundem Bald. inſtitu. de vſufructu in princi. in verſi. ne tamẽ. qđ non valeret reſcriptum ſuperioris ſic concedentis, vt not. Bal. in l. ſi a te. C. de pactis inter empto.& vendito. refert & ſequitur domi. Alexan. de Imol. in additio. ſuis in d. l. fundi.

1 *Emphyteuta eccleſiæ non poteſt expellere colonum bene laborantem de fundo, in quo per maximum tempus ſletit, alias priuatur emphyteuſi.*

Emphyteuſis III.

1 Eccleſia conceſsit fundum in emphyteuſim, in quo fundo quidam ſteterat ad laborandum per maximum tempus, ꝙ ſi emphyteuta repellit illum colonum, cum bonus eſſet,& alium ſubrogauit in locum eius, qđ debet emphyteuſi priuari, ita not. Bar. in l. cognouimus. C. de mãcip. cola. patri. lib. x. & ibi dicit illam l. facere ad iſtam quæſtio. quod not.

1 *Acta ab vno vti tali, cum talis non ſit, an valeant?*

2 *Intellectus l. Barbarius. ff. de offic. prætor.*

Error communis.

1 Licet aliquis † habeat, & reputetur pro publico officiali,& reuera non ſit, quia non fuit legitime ordinatus. Vel reputetur aliquis tabellio cum nõ ſit, vel iudex, cum nõ ſit, ꝙ omnia acta per eum ſunt nullius momenti.& ipſe faciens punitur nec obſtat ſecundum Bart. in l. actuarios. C. de muru. & cartu. lib. xij. l. Barbarius. ff. de offic. præto. quia quandoqꝫ quis eſt electus ſolenniter, & licet propter defectum perſonæ nõ poſſit eſſe, tamen facta per eum valent ob vtilitatẽ publicam: ſecus ſi non eſt electus ſecundum formam debitam, quia tunc facta per eum non valent.& allegat Guil. de Cuneo ita tenentem in d. l. Barbarius, quod nota ꝓ intellectu dictę l. Barbarius.& idem Bal. in l. de quibus. ff. de legi. idem voluit & allegat d. l. actuarios. fuit tamen originaliter dictum Guil. de Cuneo in d. l. de quibus. ſed Bar. in l. ij. C. de manumiſ. vindi. dicit, quidam notarius eſt priuatus officio notariatus, & in loco vbi eſt priuatus eſt manifeſta eius priuatio, ſed in alio loco neſcitur,& ibi conficit inſtrumenta, dicit, ꝙ ſunt ipſo
2 iure nulla: Nõ obſtat † dicta l. Barbarius, qa habet locum in prætore conſtituto a principe,& durat prætor,& allegat Bar. in præallegatis locis, quod ſingulariter nota pro intellectu dictæ l. Barbarius. refert & ſequitur do. meus in c. poſt ceſsionẽ. de probationibus. Vide Spe.& Ioan. And. in titu. de inſtru. edit. ſ. reſtat verſi. quid ſi is. & ver. ex præmiſsis.& in titu de probationibus. ſ. j. ver. illud aũt. vbi idem tenent, per textum in l. Herennius. vbi voluit Bar. ff. de decurio. de qua quæſtione d. l. Barbarius. per Innocen. & alios in c. j de fide inſtrumen. & Guido de Suza. in l. decernimus. C. de ſacroſan. ec. per Iaco. de Bel. in diſputatione incipiẽ. cauetur aliquo iure quam ponit poſt l. ij. C. quomodo & quando iudex. Paul. de Liaza. in c. cum dilectus. de fide inſtrumen. per domi. Anto. in c. conſultationibus. de iure patrona. per Imo. in l. teſtium. ff. de teſti. per Bal. in l. ij. C. de ſerui & aqua. l. nõ ignorat. C. qui accuſa. non poſſunt. per Ioan. Fabr. in. ſ. ſed cum aliquis. inſtitu. de teſtamẽ. per Arg. in authen. de tabelli. ſ. penul. verſ. fina. Bal. Salice.& Ang. in l. j. C. de teſtamẽ. vbi limitant eſſe verum niſi interueniſſet decretum, vel creatio ſuperioris} quo caſu licet non eſſet tabellio, tamen hoc caſu valent geſta per eũ,& hoc expreſſe vult Bar.

Et reſpondent ad d.l.j.C.de teſta. quia illa non facit ad propoſitum ſuum quia loquitur in actu teſtificandi, qui eſt permiſſus de iure communi, cum omnes liberi a natura naſcantur,& per conſequens in tali actu nō requiritur decretū,ſecus in caſu noſtro.Dicta l.Herennius.& l. Barbarius præallegata, & c.ad probandum, de re iudi. limitari poſſunt,ꝙ ſententia ab infame , & excommunicato , vel ſeruo ratione communis erroris validatur, procedunt niſi illi , inter quos eſt lata ſententia,ſciant illum communem errorem eſſe falſum.quia tunc non validatur ratione communis erroris,ita ſingulariter not.Ioan.Calde. in d.c.ad probādū, quem refert do. Anto.in c.ſciſcitatus,de reſcrip.ratio eſt,quia ratione comperta cedit opinio veritati,& ratio huius dicti colligitur ex tex.cap.conſuetudo. viij. diſtinctio.

Adde Abb.in c. ad noſtram. il iiij.de iureiuran.in glo.ij.& in c.j.in vij.col. de fide inſtru.ꝙ communis error facit ius quando quis habuit poteſtatem a ſuperiore , licet ex aliqua cauſa non poterat illud facere , quia erat ſeruus occulte : & ſic dicit loqui d.l.Barbarius,& vide Io.And.pro d.l.Barbarius.in d.c.dilectus il ij.de præben.

1 *Debitor carceratus,non habens vnde ſe alat eſt a creditore alendus , alias relaxatur, vel iudex eum de ſuo alio.*

Expenſa III.

1 Creditor † qui fecit carcerare debitorem debet eum alere ſuis ſumptibus, ſi debitor non habet aliunde , alias iudex facit eum relaxari glo.eſt ſing.in l.ſi.C.de erro. mili. anno.lib. xij.quam glo.Ang.de Are.inſtitu. de act §.fin.in ſi.reputauit ſing. Et ſi iudex hoc nō facit alet eum de ſuo per l.iudices. C.de epiſco.audi.|& facit quod voluit do. Car.& ibi plene per do.meum in c.cæterū. de reſcrip.

1 *Expenſæ factæ ab inſtitore præpoſito mercātiæ in honorem mercatorum qui ſecum cōtrahebant,an ſint imputandæ?*

2 *Expenſas faciens in capiendo bannitum,eas repetere poteſt.*

Expenſa IIII.

1 Quidam inſtitor † præpoſitus in ciuitate Peruſij a quadam ſocietate de Florentia cū pleno mandato, imputabat ſocietati quaſdam expenſas factas in honorem mercatorum,qui ſecum contrahebant:fuit dubitatū an poſsit?Bar.habuit hanc q.de facto.& dixit quod ſic,ſi iuſta ratione fecit, & dicit ꝙ pro hac q.optime facit notabilis.l. filiusfami.ff.de dona. Et vide Guil.de Cuneo in l.j.quem refert & ſequitur ibi Angel.ff. de

2 iuſti.& iur.ꝙ poteſtas † ſeu aliquis capiens bannitum & faciens in hoc ſumptus poteſt repetere per tex.no.in l,mulier in opus ſalinarum.ff.de capti.

1 *Emphyteutæ ſoluere obligati quot annis quatuor denarios ſi vnus hæres ſoluit pro duobus annis duos denarios,alius ceſſauit, an ſolutio duorum annorum coniungi debeat pro vtroque,& ſic habeatur,ac ſi ſoluiſſent ambo pro vno anno, ne res incidat in commiſſum?*

Emphyteuſis IIII.

1 Erant duo † hæredes emphyteutę ꝗ quolibet anno tenebantur ſoluere quatuor denarios: vnus ſoluit duobus annis duos denarios,alius ceſſauit,an debeat ſolutio duorū annorum coniungi pro vtroque,& ſic habeatur ,ac ſi ſoluiſſent ambo pro vno anno,ad hoc,vt res non incidat in cōmiſſum? Guil.de Cu.in l.ſi neceſsitas.§.ſi vnus.ff.de pign.act.decidit ꝙ debet coniūgi:ꝗa particularis ſolutio vnius habet vim vnius ſolutionis perfectæ , & ſic res non incidit in commiſſum , quaſi ſolutio cedat in cauſam grauiorem,vt in l.j.cum l.ſeq.ff.de ſolutio.refert & ſequitur hoc dictum Guil.Bar.in l. fraudati vectig lis.ff.de publi.a.& vecti.et iſtud reputat valde ſing.do.meus d.And.in c.ex parte.de feu.in vij.col. Sed Ioan.An. in titu de loca.§.nunc vero aliqua.verſic. xxxj.in addit.ad Specu.tenet contra Guil. quia particularis ſolutio facta a ſocio videtur facta nomine ſuo,& non nomine alterius,vt in l.& magis.ff.de ſolu.& ideo perſona alterius nō debet ſubintelligi.l.ita ſtipulatus.§.Griſogonus.ff.de verb.obli.Nec obſtant ſecundum eum in contrarium allegata, quia loquuntur in vno obligato : ſed in caſu iſto erant duo obligati , & ſic caſus eſt diſsimilis.dominus meus do.Andr.in c. ex parte.dicit ꝙ ex quo unus eſt cēſus,vna perſona,& emphyteuſis, & ſic præſumitur

de iure ꝙ duntaxat vna erat emphyteuſis, & allegat tex.meliorem de iure in l.ſi plura.ff.de edil.edic.de quo ſecundum eũ exclamauit Bal.in authen.ſi quas ruinas.ad ſi.C.de ſacroſan.eccle.facit ſecundum eum.l.ſi communem.ff.quemadmo.ſerui.amit. & quod habetur in l.his qui duos, & ibi Dy. & Bar.ff.de libe.lega.& quod no.gl.in l.ſi.C.de mune.& hono.li.x.& quod no. Fede. de Sen.conſi.lxiij.& do.Abb.in c.fin.de iure patro.& Bar.in l.ſi emancipati.C.de collatio.bono.& facit in ſimili tex.ſingul.in l.Paulus.§.Gaius.ff.de libe.cau. Mihi videtur ꝙ opinio Guil.Bar.& domi.mei ſit verior, & dico ꝙ hoc ideo eſt, quia ſumus in obligatione hæreditaria,quo caſu licet ſint duo hæredes,habentur loco vnius,arg.cle. plures.de iure patro.& per conſequens debet fieri talis coniunctio. Sed eo caſu quo duo ſimpliciter acciperent rem in emphyteuſim,& promitterẽt ſolutionem canonis ſimpliciter,quilibet teneretur pro parte,vt in l.reos.§.cum in talibus.ff.de duob.re. & vno ceſſante portio eius reuerteretur ad dominum,vt in d.l.fraudati.& iſto caſu procedat opinio Ioan.And.& hanc concordiam, ſi forte vera ſit,ſubtiliter collegi ex mente verborum Bar.in d.l.fraudati.tene menti.

1 *Lex vbi tendit ad fauorem animæ extenditur de proprio vocabulo ad improprium.*

Extenſio III.

1 Vbicunque lex tendit † ad fauorem animæ extenditur de proprio uocabulo ad improprium,iſta eſt gl.ſing.ſecundum omnes in authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduerſus vendi.facit quod voluit Ioan.And.in c. pro humani.de homi.lib.vj.vbi fauore animę conſtitutio loquens de principe,quamuis pœnalis vendicat ſibi locum in principe ſupremi gradus,

1 *Epiſtola ſi proprio ſigillo ſigilletur, ſed nomen ſcribentis non apponatur an valeat?*

Epiſtola I.

1 Aliquis ſcripſit † epiſtolam appoſuit ſuũ ſigillum & notum,non appoſuit nomẽ ſuũ, an valeat? dic ꝙ non,ita ſingulariter dixit Bal.in prima conſtit.ff.& alleg.l.ad teſt.ff.§.ſi quis teſtibus.ff.de teſti.& refert & ſequitur domi.meus in c.j.de probatio. quod eſt no.dignum.

1 *Epiſtola ſi ſcribatur, & apponatur nomen ſcribentis, ſed ſcribens non ſe ſubſcribat, an valeat?*

Epiſtola II.

1 Aliquis † ſcripſit epiſtolam ſuam, & appoſuit ſuum nomen proprium, dicens ſua manu eam ſcripſiſſe, & non ſe ſubſcripſit, an valeat? dic ꝙ ſic.bonus tex.eſt.l.cũ antiquitas.C.de teſta.ita dixit Bal.in prima cõſtitutio.ff.vbi refert Cy. hoc tenuiſſe in facto,refert & ſequitur do.meus d.And. in d. c.j.de proba.& in prooemio cle.

1 *Epiſtola ſi ſcribatur, & apponatur nomen, ſed non cognomen ſcribentis, an in re ardua valeat?*

Epiſtola III.

1 Aliquis † ſcripſit epiſtolam, & appoſuit nomen,non cognomen conſuetum, & res erat ardua,an valeat? dic ꝙ non,ita determinauit Bal.in prima conſtitu.ff.& allegat l.ſacri affatus.C.de diuer.reſcrip.refert & ſequitur do.meus in d.c.j.de proba.

1 *Epiſtola ſcripta ſub nomine proprio, nõ appoſito nomine dignitatis eius, cui ſcribitur,an vitietur?*

Epiſtola IIII.

1 Aliquis † ſcripſit ſub nomine proprio,& non appoſuit nomẽ dignitatis eius, cui ſcribit,an vitietur epiſtola? Bal.in prima conſtitutio.ff.dicit ꝙ non: quia videtur ſcribere ei vt perſonæ priuatę allegat c.quoniam Abbas.de offic. delegat.refert & ſequitur domi.meus in d.c.j.de probat.

1 *Epiſtola ſi quis cum alio contrahat, dicitur fieri contractus in loco, vbi recipitur epiſtola.*

Epiſtola V.

1 Si contraho † cum aliquo per epiſtolam, contractus dicitur celebratus eſſe in loco, vbi epiſtola recipitur, & illi conſentitur, celebris theorica Bal. eſt in l. multum, C. ſi qs alteri vel ſibi.

1 *Emptum de pecunia eccleſiæ nomine ementis, eccleſiæ adijcitur.*

2 *Intellectus c. j. de pecul. cleri.*

3 *Priuilegium tributum militi ſeculari extẽditur ad militem Dei.*

Emptio.

1 Licet alias † emptum de pecunia mea, nomine tamen ementis, non efficiatur meum, vt C. communia vtriuſq; iudic. l. ſi patruus. C. de donat. inter vir. & vxo. l. & ſi de tua. C. de rei vendica. l. ſi ex ea pecunia, emptũ tamen de pecunia eccleſię, licet nomine ipſius ementis eccleſiæ adijcitur, vt glo. legales terminant, ad inſtar eius, quod dicit de pupillo atque milite. C. de rei vendic. l. ſi vt proponis. vbi de milite, & in l. iij. C. arbi. tu te. vbi de pupillo. & gl. iuris canonici in c. inquirendum. de pecul. clerico. Et licet ibi Hoſti. & Ioan. And. cum quibus concordat Lapus in nouella, dicant hoc expreſſe non reperiri aliquo canone cautum, nihilominus copioſus doctor Ludo. Roma. in repe. authen. ſimiliter. in viij. col. dicit quod ſatis hoc videtur probari. xij. q. iij. in c. fixum.

2 Ego † dico ꝙ de hoc videtur etiam tex. in c. j. de pecu. clerico. vbi videtur tex. quaſi expreſſus, ꝙ res acquiſita ex pecunia eccleſiæ per adminiſtratorem efficitur eccleſiæ, licet clericus emerit nomine proprio, nam ſi emiſſet ibi nomine eccleſiæ, nõ oportuiſſet inueſtigare vtrum habuerit proprium vel ne. loquitur ergo quando fraudulenter emerit nomine proprio, & ſic ille text. ponit caſum ſpecialem in eccleſia, cum regulariter diſponatur contrarium, vt ſupra dictũ eſt: & hoc firmat ibi d. Abb. vbi dicit, ꝙ ad idem videtur tex. in d. c. j. de teſta. idem dicit d. Abba. in d. c. inquirendum. quod ſatis probatur in d. c. j. de pecu. clerico. & in d. c. j. de teſta. & dicit ſe credere, ꝙ hoc poſſit procedere in quolibet clerico: quia priuile-
3 gium † tributum militi ſeculari extenditur ad militem Dei, vt no. glo. & Bar. in l. milites, ff. de re iudi. & do. Abb. in c. j. de clerico egro. Tu vero allega aliam glo. in l. ij. §. miles. ff. de his qui notan. infami. quam glo. allegauit do. Abb. in c. querelam. de iureiurã. & vide aliam in l. ſtipendia. C. de execu. rei iudi. & l. nullum. C. de teſtib. & in l. milites. C. loca. & in l. neque fœmina. ff. de procur. & in c. ſtudeat. l. diſtin. & vide do. meum in c. verum. de foro compe. & in c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ. de conſti. in xxv. col. & uide ad materiam quod no. Cyn. in d. l. ſi vt proponis. & in l. mater. C. eodem. & vide do. Abba. in d. c. j. de teſta. vbi etiam de hoc.

1 *Exceptio non numeratæ pecuniæ per confitentem opponi non poteſt poſt biennium, fallit in pio loco.*

Exceptio III.

1 Licet † exceptio non numeratæ pecuniæ per confitentẽ opponi non poſſit poſt biennium, C. de non nume. pecun. per totum. & Inſtitu. de litera. obliga. & notatur per Canoniſtas in c. ſi. de ſolu. nihilominus pius locus, puta, eccleſia exceptionem non numeratæ pecuniæ poterit opponere, hoc ſingulariter voluit do. Bal. in authen. hoc ius porrectum. C. de ſacroſan. eccle. per tex. ibi ad hoc ſubtiliter inductum, refert & ſequitur Ludo. Roma. in repeti. authen. ſimiliter, in xvj. col. C. ad l. Falcid.

1 *Furari impune aliquid vincenti, & tenenti barattariam in domo, licitum eſt perdenti, & de furto accuſari non poteſt.*

DE LITERA F.

Furtum.

1 Licitum † eſt perdenti impune furari aliquid vincenti & tenenti barattariam in domo, adeo ꝙ non poteſt accuſari de furto. text. eſt elegans in l. j. §. item notandum. ff. de aleato. quem reputarunt ſingula. Raine. de Forli. & do. Floria. de Bono. & referunt in facti contingentia ita conſuluiſſe, retulit mihi do. meus in c. j. de ſortile.

1 *Feſta ſanctorum celebrantur die qua mortui ſunt, & non die natiuitatis.*

Feſtum.

1 Sanctorum † feſta celebrantur die qua mortui ſunt, & non die natiuitatis, quia in die mortis renaſcuntur ad gloriam. glo. eſt ſecundum Lud. Ro. in ſing. in l. cum quidã. ff. de annu. lega. Sed d. Abb. in c. licet. in ij. not. de fer. allegat aliam gl. in c. licet in quadrageſima. xxxiiij. q. iiij. Ego allego tertiã inſti. de ingenu. §. fi. & illæ duæ gl. fuerunt penitus incognitæ, & occultæ Lud. Ro. inquantũ duntaxat allegauit gl. in d. l. cũ quidã.

1 *Inſtrumentum in iudicio a ſe productũ lacerãs, an teneatur pœna falſi ſi pars aduerſa ꝓdixiſſet ſe uelle illud vti falsũ reprobare?*

Falſum I.

1 Quidam † produxit inſtrumentum in iudicio, pars aduerſa habẽs illud pre manibus dixit, ꝙ volebat reprobare illud de falſo, producens de manibus extraxit, & in ignẽ proiecit. quęritur an cadat in pœnã falſi? vř dicendum ꝙ ſic, quia ille qui cõburit acta punitur pœna falſi. l. in fraudem. §. quotiẽs. & ibi per Bar. ff. de fal. vbi ille qui furatur inſtrm & in ignem proijcit cadit in falſum. Iñ contrarium eſt verius, quia ex quo inſtrumentum illud non erat regiſtratũ, non dicitur de actis, & non dicitur combuſiſſe acta. quia adhuc licebat, & poterat pœnitere & reuocare illam productionem l. ſi falſos. C. de fal. & vt dixi, inſtrm qđ non eſt regiſtratum non eſt de actis ẽt ſi ſit productũ poſt lit. conte. ſecundum Bar. in extrauã. ad reprimen. in ver. de plano. & Ioã. de Imo. in l. pe. §. fi. de re iudi. Lud. Ro. in conſi. clvij. incip. honorande dñe collateral. Nec ob. d. l. in fraudem. §. quotiens. quia iſtud eſt verũ in eo, qui cõburit inſtrm alterius, prout dicit ẽt Bal. in l. j. C. de fi. inſtru. & vide de iſta qõne d. Pe. de Anch. conſi. clxxiij. incip. circa primum dubium de quo quæritur &c. faciunt nota. in l. is, apud quem. C. de eden.

1 *Fieri non poſſe dicitur quod fit per remediũ extraordinarium, vel fit per principem, vel per diſpenſationem.*

Facere.

1 Id non dicitur † poſſe fieri, quod fit per remediũ extraordinarium, vel fit per principem, ſingulare eſt dictum Inno. in c. paſtoralis, de cau. poſ. & propr. pro quo do. meus d. An. ibi in ſua repet. dicit fore caſum meliorem de iure in l. iiij. §. ſi is qui. ff. de fideicom. lib. quẽ tex. refert ibi Ang. ſe audiuiſſe Bar. in l. j. ff. de inoffi. teſta. in cathedra allegantem pro vnico & ſingulari, quod nõ dicitur poſſe fieri id quod non põt fieri ſine diſpenſatione, & alle. l. apud Iulianũ. §. fi. ff. de leg. j. & l. j. §. fiu. ff. de contratab. vide qđ voluit Bar. in l. continuus. §. cum quis & in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de ver. obl. & in d. l. apud Iulianũ. §. fi. & in l. quamdiu. ff. de acqui. hære. & in l. j. ff. de vulg. & pup. & in l. intercidit. ff. de cõdi. & demon. & in l. j. §. ſi quis filium. & §. fi. ff. de contratab. & do. Cardi. in d. c. paſtoralis. & in c. ſuper eo. de condi. appo. & in c. niſi. de offi. dele. licet aliter voluerit ibi Raph. Cuma. in d. l. apud Iulianũ. vbi tenet contra Inno. & male. Pro cuius dicti veritate & examinatione, vide do. meum in d. c. paſtoralis, in antepe. col. in ſua repetiti. vbi plene de hoc. Ego adduco Pau. de Liaza. & d. Car. reputantes ſingulare dictum Inno. et ſequentes illud in cle. vnica. de cau. poſ. & proprie. & vide d. Abb. in d. c. ſuper eo. & vide eundem in c. fraternitatis. de frigi. & malefi. vbi dixit, ꝙ reputatũ impoſſibile quod dependet ex facto vnius per d. l. apud Iulianũ. in fi. & vide eundem do. Abb. in c. quod dei timorẽ. de ſtatu mo. vbi de hoc, & allegat dictũ Inno. in d. c. paſtoralis. & faciat ſecundum eũ. c. faciat hominis. xxij. q. ij. Adde gl. Petrum & ibi do. in c. gratia. de reſcrip. lib. vj. et Lap. in regula, ſemel. de reg. iur. li. vj. gl. lxiiij. di. epm. & Bald. in c. j. in v. col. in ti. hic finit lex incip. conſue. feu.

1 *Frequentiæ cauſa expreſſum, non excludit alios caſus.*

Frequentia.

1 Dñs feudi † fecit pactum cum colono, ꝙ habeat quartã partem vini de vitibus plantandis per eum in fundo: colonus plantat alias arbores, an dñs debeat conſeq; fructus aliarum arborũ? & videretur dicendum ꝙ non, quia contractus ex cõuentione legem accipiunt l. j. §. ſi conuenerit, ff. depoſi. regula contractus. de reg. iur. li. vj. regula contractus, ff. eo. cũ ſi. Sed dic contrarium eſſe verius, ꝙ idem erit in alijs arboribus per eum plantandis, quia de vitibus fuit expreſſum propter freq̃ũtiam, iſtud fuit peregrinũ dictum Ioan. An. in addit. Spe. in ti. de loca. §. j. prope principium. optime ad hoc faciat gl. quę cõtter reputatur ſing. in l. tale pactũ. §

§.ſi.ff.de pac.& gl.ſing.ſecũdum d.Ant.in cle.j.de reſcrip.vbi illa cle.eſt exorbitans, & loquitur in prçlatis religioſis, & gl.dicit eſſe idem in prçlatis ſecularibus.& ideo ibi Papa expreſsit de religioſis,q̃a magis erat frequentatum.Ioan.de Imo.ibi dicit, ꝙ illa gl.eſt ſing.de iure cano.& gl.in d.tale pactũ §.ſi.eſt ſingularis de iure ciuili.do.meus d. And.Vberrimus iuris fons in repeti.rubri. de reb.eccle.non alie.& in pleriſq; locis dicit,ꝙ eſt dare aliã gl.in c.vnico.de rer.permuta.li.vj.& not.gl.in cle.vnica.de ſuppl. negli.præla.& in c.diaconi.xxvij.diſt.vbi tex.loquitur de diacono,et gl.dicit idem in ſubdiacono.faciat gl.multum ſolennis in c. ij.de confeſsis li.vj.vbi diſpoſitio illius capituli loquẽs in reo habet locũ in actore.& ideo potius ibi tex.expreſsit de reo q̃ actore, quia erat magis frequentatum: & allego tex.in c.j.§.ſi quis ruſticus.de pace tenen.& Bal.ibi dicit ꝙ licet prohibitio illius tex.loquatur ĩ ruſtico,nihilominus habet locum in alijs perſonis:& ideo expreſſit potius de ruſtico propter frequentiã: faciat gl.in l.j.C.de rap.virgi.quæ dicit idẽ in muliere rapiente iuuenem,tex.enim ibi ꝓp frequentiam expreſsit de maſculo.& ibi Ang.dicit ſe de facto vidiſſe Florẽtię quandam meretricem comburi. & pro iſtis glo. allegaẛ tex.in l.ſcire oportet.§.ſi.ff.de excuſa.tut.quem tex.allegat do.meus in repeti. dictæ rubri.de reb.eccle.nõ alie.Ego adduco tibi gl.in l.j.C.de nili.agge.non rumpendis.vbi tex.loquitur de fractione aggerum nili.& gl.dicit idem in alijs fluminibus.& ibi Cy.dicit,ꝙ illa glo.poteſt defendi in flumine,cuius fractio aggerum affert maximũ præiudicium & damnum,vt in Pado Ferrarienſi,referunt & ſequuntur Ange.& Saly. ibi licet Petrus aliter ſenſerit,et adduco q̃d voluit Salyc.in l.ſi vt allegas.C.de ſicar.& Bar.in l.furem ff.eo.faciat gl.in authẽ.caſſa & irrita.C.de ſacroſan.eccle.& in l.j.C.de his qui ad eccle.confu.& in l.non impoſſibile ff.de pact.& in l.imperator.ff.de ſtatu ho.& quod voluit do.Card.in c.Abbatem. de reſcri.vbi tex.loquitur de collatoribus, dicit ipſe idem in alijs prouiſoribus.faciat quod ipſe voluit in c.de cętero.de homi.& in c.præterea.ij.de tranſact.& in c.tua.de homi.& in c.plæriq;.de pac.& in c.præterea.ij.de appel.cum ſi.

1 *Fideiuſſio officialis ob defectum alicuius ſolennitatis non liberat debitorem, ſed officialis prius conuenitur.*

Fideiuſſio.

1 Licet ſecuritas † facta ab officiali propter defectum alicuius ſolennitatis non liberet debitorem: tamen facit ꝙ officialis prius conueniatur,ita ſing.no.Bart.per illũ tex.in l.fiſco.C.de conue.fiſci debi.lib.x.

1 *Fiſcus ſi habeat multum frumentum quod conſeruare non poteſt,poteſt imponere ſubditis neceſſitatem emendi.*

Fiſcus.

1 Si fiſcus † habeat multum frumentũ quod conſeruare nõ poteſt: poteſt imponere ſubditis neceſsitatem emendi,& iſtud eſt onus patrimoniale: vt ille qui habet plus cogaẛ emere plus. ſi enim intelligeretur de munere perſonali,hoc eſt de cura emendi multi excuſarentur,quod eſt contra totum titulũ C. vt nemini lice.in empti.ſpecie.ſe excuſ.li. x.ita probaẛ in l.quotiens.C.eo.& ibi Bar. dicit iſtum caſum eſſe notandum, quia ſæpe occurrit.

1 *Falſum inſtrumentum immunitatis conſcribens,debet igne comburi.*

Falſum I.

1 Qui falſum † inſtrumentum immunitatis conſcripſit,debet igne comburi tex.eſt peregrinus in l.is noſtræ.C.de immu.nemini conceden.lib.x.licet alias pœna falſi ſit minor,vt in l.j.§.ſi.ff.de fal.

1 *Feudum licet non poſſit alienari inuito domino,fallit quãdo emptor vult ſubire omne onus,q̃d ſuſtinebat primus feudatarius.*

Feudum.

1 Licet feudum † non poſsit alienari inuito dño,vt legitur & no.i c.ex parte.de feu. cum ſim.tñ hoc fallit,quando emptor vult ſubire omne onus,quod ſuſtinebat primus feudatarius:iſtud probat text.in argumentum optimum ſecundum Bar.& Ang.ibi in l.murilegули.C.de murileg.lib.xj.quod no. pro limitatione d.c.ex parte & eorum quę ibi notantur.Adde Ro.ſing.ccccxlv.

1 *Quod ſolui debet in pane, non debet ſolui in frumento.*

2 *Rectores ciuitatum poſſunt ordinare ſuper frumento vendendo.*

Frumentum.

1 Illud quod † debet ſolui in pane, nõ debet ſolui nec dari in frumento, iſte eſt caſus peregrinus, et ibi Bar. in l. nulli. C. de frumen. vr. Conſtantino. lib. xj. & ratio eſt ſecundũ Bar. ibi, quia ſi datur frumentum poteſt cõuerti ad alium vſum, q̃ ad panem, & ſic diſpergeretur & efficerentur cariſtia. Et not. ex illo tex. ꝙ ex mala adminiſtratione frumenti creſcit cariſtia, ex quo no. ibi Bart. ꝙ
2 priores † & rectores ciuitatum, qui habent arbitrium ſuper abundantia, poſſunt huius nomine ponere ordinẽ qualiter & quo ordine in ciuitate, & quantum frumentũ poſſit vendi, quolibet die vel mẽſe, facit ff. de offi. præfect. vrb. l. j. §. cura carnis. & ff. ad l. Iulia, de anno. l. 1 annonã, & per totũ, qđ no.

1 *Falcidia non detrahitur de legato ad pias cauſas, vbi id quod ſupereſt non ſufficit ad implendam circa actum pium teſtatoris voluntatem.*

Falcidia.

1 De legato † ad pias cauſas falcidia non detrahitur, vbi detractione facta, id quod ſupereſt non ſufficiat ad implendam circa pium actum teſtatoris voluntatem, ſing. eſt caſus in l. decem. ff. de fideicom. libe. quem reputauit ſing. Ludo. Ro. in repe. auth. ſimiliter. C. ad l. Falci. in iiij. col.

1 *Damni ad emendam quis in foro conſcientiæ quando teneatur?*

Forum conſcientiæ.

1 In foro † animæ quis tenetur ad emendam damni, qñ fuit in dolo vel lata culpa, quæ æquiparatur dolo, l. quod nerua. ff. depoſi. ſecus ſi fuit in leui vel leuiſſima culpa, licet enim tunc poſſet agi ad emendam damni in foro contentioſo lege Aquilia, q̃ tendit ad cõſeruationem patrimonij, vt in l. Aquil. ff. ad l. Aquil. ſecus in foro animæ, quia imponeretur pœnitentia iuxta modũ culpæ. ar. xv. q. i. inebriauerunt ſingul. eſt dictum Inno. in c. ſicut dignum. circa fi. de homi. quod dictum reputauit ſingulare d. Abba. in c. j. de conſti. in c. qm̃ contra. de proba. & in c. ſi greſſus. de iniurijs & in c. fi. eo. ti. & in c. presbyterum. de homic. & in c. j. de cuſto. euca. & in c. audiuimus. de ſimo. & in alijs plæriſque locis. quod dictum tenementi perpetuo, licet do. meus d. Andr. Conſiculus ſubtiliter & argumentatiue, & per viuas rationes reprehendat dictum Inno. in c. Raynaldus. de teſta. Inno. tamen cõmuniter omnes ſequuntur.

1 *Clericus an propter ſimplicem fornicationẽ hodie debeat deponi?*
2 *Crimen nullum depoſitione dignum dicitur, niſi reperiatur in iure expreſſum.*
3 *Matrimonium contrahere quibus clericis olim fuerit permiſſum?*
4 *Intellectus c. a multis. de ætate & qualitate clerico.*
5 *Epiſcopi nõ dicuntur committere ſimplicem fornicationem ſed adulterium.*

Fornicatio.

1 Propter ſimplicem † fornicationem clericus hodie non debet deponi. duæ gl. ſunt ſingulares, vna eſt in c. maximianus. lxxxj. diſt. Alia eſt in c. lator ij. q. vij. quas reputauit ſingulares Ioan. de Imo. in c. vt clericorum mores. de vita & hone. cle. Ego adduco aliam glo. in c. presbyter. lxxxij. diſtin. pro quibus gl. dico fore caſum in d. c. presbyter. & de materia vide d. An. & Abb. & do. meum in c. at ſi clerici. de iudic. & vide eundem d. Abb. et etiam do. meum & Ioan. de Imol. poſt alios in d. c. vt clericorum. & vide do. Abb. in c. ſicut. & in c. ſi autem. de cohabi. cleri. & muli. & aliquid per eum in c. fi. de purg. cano. & vide Pau. de Liaza. in cle. j. de offi. ord. & ibi alios poſt eum. Et licet d. Abb. i d. c. at ſi clerici. dicat, ꝙ alias dubitauit ſup hoc paſſu, ex quo iura vario mõ diſponunt. Ego dico, ꝙ quo ad ſimplicẽ fornicationem non eſt hæſitandum, per d. cap. presbyter. & per gloſ. prꝍallegatas. & per tex. in c. fraternitatis. xxxiiij. diſt. vbi dicitur, ꝙ ætas noſtri temporis, quibus non ſolum merita, ſed etiam corpora defecerunt, cenſuram antiquorum canonum manere non patitur. Et pro iſta parte quã teneo, & communiter tenent omnes, licet aliter voluerit Pau. de Liaza. & ſequaces, arguo ſic: vbi in aliquo caſu reperitur rigor ſcriptus, & æquitas ſcripta, tunc æquitas ſcripta pꝛæ

feratur rigori ſcripto, ita legitur & not. per legiſtas in l. placuit, C. de iudi. & per Canoniſtas in c. fi. de tranſactio. Cum ergo in caſu noſtro per Canones apoſtolorũ reperiatur rigor ſcriptus, ꝙ clericus conſtitutus in ſacris propter ſimplicem fornicationẽ debeat deponi. vt in c. presbyter. & in c. ſi q̃s epiſcopus, cum pluribus ſimilibus. lxxxj. diſt. & æquitas ſcripta ſit ꝙ nõ debeat deponi, vt in d. c. presbyter. lxxxij. diſt. & in d. c. fraternitatis. & ratio aſsignatur ibi in
2 tex. Item & ſecundo, nullum † crimen eſt depoſitione dignum, niſi reperiatur in iure expreſſum ita not. in c. at ſi clerici. de iudi. & xv. q. viij. in ſumma cum ſimi. licet detur alia regula in contrariũ, vt not. in d. l. iuribus. Item nullus debet deponi, niſi pro graui crimine, vt in c. tuæ. de pœnis. & bonus tex. in c. inuentum. xvj. q. vij. cum ſi. Item pœna non debet imponi a iure, niſi exprimatur, glo. ſing. ſecundum do. Abb. in c. fin. de iure patro. do. meus allegat ſimilem. xv. q. viij. in ſumma, optime facit tex. in l. at ſi quis. in verſi. cum in eũ pœna ſtatuta nõ ſit ff. de religio. & ſumptibus fune. & faciat authen. de non eligen. ſecundo nubẽtes. in ver. non eſt lex tale quid dicens. ſicut ergo in caſu noſtro hodie non deponatur per d. c. presbyter & glo. præallegatas, & communem opi. doctorũ, & illud non ſit graue crimẽ, vt no. i d. c. at ſi clerici. §. de adulterijs. nec iſta pœna hodie imponitur a iure, ſed alia, vt in præallegatis iuribus, ſequitur ergo non debet deponi. do. meus domi. And. in c. at ſi clerici. præallegato. dicit ꝙ cõmunis opi. eſt vera. quia remota cauſa remouetur effectus c. cum ceſſante. de app. l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. cum ſimi. Sed cauſa quare olim deponebantur clerici ꝓ
3 pter ſimplicem fornicationem erat, ꝙ † poterant contrahere matrimonium in minoribus conſtituti, & vti illo in ſacris c. cum olim. de cle. coniug. c. nicena. xxxj. diſt. & idcirco ſi committebant ſimplicem fornicationem grauius peccabant, & per conſequens deponebantur. cũ ego hodie nõ poſſint contrahere matrimoniũ in minoribus conſtituti, nec vti eo exiſtẽtes in ſacris, merito debet ceſſare ille rigor. nã vt dicit ipſe Ioan. And. & alij in d. c. vt clericorũ. dicunt ꝙ magis punitur laycus coniugatus committens forni. ationẽ, q̃ clericus nõ cõiugatus, & dicit ꝙ iſta fuit ratio, quare apoſtoli cõſtituerunt clericos fornicatores deponi. Mihi videtur ꝙ iſta ratio licet ſit colorata, tamen forte non procedit, quia nun quam legi, ꝙ fuerit permiſſum clericis occidentalibus contrahere matrimoniũ, & vti eo, ſed tantum clericis græcis, & orientalibus, & ita procedunt iura allegata per do. meum vt d. c. nicena. & vt habetur in c. cũ olim. & vt no. in d. c. de libellis. xx. diſtin. quia eccleſia orientalis noluit acceptare continentiam vt ibi no. Sed ratio fundamẽtalis eſt illa, quæ habetur in d. c. fraternitatis. Non obſtat c. a multis de æta. & quali. vbi clerici in ſacris, ſi non caſte viuũt, ſunt excludẽdi ab eorum gradibus. Quia reſpõ
2 cet quis poſſit renunciare† ſeu præiudicare alicui in quærendis vt in l. qui autem. ff. quę in frau. credi. & in l. ſi ſponſus. §. ſi maritus hæres. ff. de dona. inter vi. & vxo. & per id quod voluit Inno. in c. admonet. alias in c quod in dubijs. de renun. & Fædericus de Senis conſi. ix. & Bald. in authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccle. & in l. pupillo. C. de repu. hæredi. cum concordan. Tamē dicit hoc eſſe verum niſi quærēdum eſſet cōnexum quæſito, per id quod voluit glo. in d. cle. vnica in ar. tamen. & adduco qđ ſing. voluit Ang. de Peruſio in l. Iulianus. ff. qui ſatiſdare cog. per illum tex. ſecundum vnā lecturam vbi dicit ſe alibi non legiſſe, ꝙ ſi

3 poſtquam† cœpiſti agere nomine meo conſtitui te procuratorem meum, videor ratificaſſe omnia geſta per te. et ſic in caſu illius l. non videtur fuiſſe mutata conditio procuratoris, quoniam mandatum ſuperuenientis trahitur retro ad principium. & ſic videt ſemper habuiſſe mandatum, vt dicit gloſ. in d. l. Iulianus. vide quod voluit Ioā. And. in addi. Spec. in titu. de procu. §. j. ſuper verbo. ſed quid ſi procuratorium. vbi limitat hæc, niſi ego conſtituens te procuratorem ignoraſſem geſta per te ante mandatū, quia non videor ratificaſſe ea, quæ ignorabam. ar. l. qui cum tutoribus. §. fi. ff. de trāſactio. & l. ſi quis ita. §. pe. ff. de teſt. tu vide quod voluit do. de Rota concluſione. ccccxliij. incip. item fuit dubitatum vtrum procurator &c & quod voluit do. Ant. in c. ex parte decani de reſcrip. & vide Moderniores in d. l. Iulianus. in j. notab. & domi. meum in d. cle. vnica.

1 *Libellus habet ſe vt ſubiectum, ſententia vero vt prædicatum.*

2 *Sententia debet eſſe conformis libello.*

Libellus I.

1 Libellus† ſeu petitio habet ſe vt ſubiectum, ſententia vero vt prędicatum, & per conſequens talia ſunt ſubiecta qualia permittunt prędicata. ſing. eſt glo. in c. dudum. in fi. de deci. quam dicit ibi do. Abb. ſe ſolitum pro ſing. quotidie allegaſſe. Sed ego allego ſimilem gloſ. in c. inter dilectos. de fi. inſtru. ſuper verbo nequiuiſſent. quam glo. ibi domi. Abba. nō ponderauit, ſed bene allegauit eam in c. cum dilectus. de ſucceſ. ab inteſtato. ex quo ſequitur vulgata regula,

2 ꝙ ſententia† debet eſſe conformis libello

c. qualiter

c.qualiter et quādo il ij, de accuſ.c.licet He li.de ſimo l.vt fundus.ff.communi diuidun do cum ſimi. et ſimili eam. vt in dictis iuribus notatur.

1 *Filius an poßit petere legitimam, ſi pater ingrediatur monaſterium.*
2 *Legitima non debetur patre viuente.*
3 *Intellectus c.cum ſimus. de regular.*
4 *Gloſſæ autoritas eſt magna.*
5 *Mors ciuilis quando æquiparetur naturali.*

Legitima.

1 An filius † poſsit petere legitimam, ſi pater ingrediatur monaſteriū, ſeu religionē? Et videtur ꝙ ſic tex habes ſing. & alibi nō repertum in c.cum ſimus. de regula. quem tex.ad hoc reputauit ſing.Bal.in authen. ſi qua mulier.C.de ſacroſan.eccle. & dicit ꝙ de æquitate canonica poteſt filius petere legitimam per tex.d.c.cum ſimus,ſed de iure ciuili non,ita procedit dictum Bar. in d. authē.ſi qua mulier.vbi tenuit ꝙ hoc caſu filius nō poteſt petere legitimā:quinimmo plus ſenſit in auth.idem.C.de bo.quæ libe. vbi dixit ꝙ cum hoc caſu ſoluatur patria poteſtas vt voluit glo.in c j.xx.q.ij & in l. ſi ex cauſa.§.ait Papi. & ibi Bar. ff. de mino.& do.Abb.in c.præſentia. de probatio. poſt alios & no. in c. indecorum. de ætа.& qualita.& Fede.de Senis conſi. xxxiiij. & do.Abba in c.conſtitutus. de in integ. reſti. & in d.c.cū ſimus. ex facto patris remanet medietas vſusfructus bonorum aduenticiorum apud patrem vt in l. cum oportet. in §.cum autem.C.de bo.quæ libe.idem Bar. & alij excepto Bald.in l.cum dotem.ff. ſo. ma.ſumant ꝙ non debetur, licet glo. in authen.ſi qua mulier præallegata titubet.Nō obſtat ſecundum eos tex.in d.c.cum ſimus. quia ſecundū aliquos non probat, nec ꝙ legitima debeatur patre naturaliter viuente, ſi ingreſſus eſt religionē:immo in contrariū eſt, ſecundum eos,tex. in d. authen. ſi qua mulier. facit pro eis ſecundum Modernos in d.l.ſi cum dotem.quia regulam habemus
2 † ꝙ legitima non debetur patre viuente l. j.§.impuberi.ff. de collatio.bono. Sed Bal. in repetitione c. ſi pater. de teſt.lib. vj. refert aliquos tenere, ꝙ ſtatim poſt ingreſſum poteſt legitima peti. Aliquos vero refert dicere ꝙ non poſsit peti legitima,ſed alimenta ſic: Tertios refert ꝙ demum petitur legitima poſt mortem naturalem patris:& hāc dicit eſſe veritatē per tex i.§.ſi qua mulier. in auc.de nuptijs.& tex.in l. Statius.§.Cornelio.ff.de iure fiſci & pro hoc dicit facere.l.vxor.C.de dona.inter vi.& vxo. & d. c.cum ſcimus.Do.Abb. in d.c cum ſcimus dicit ſe dubitare.& ꝙ libenter videret cōpilationem decretalium antiquā, quia forte hanc.q.explicaret: & dicit ꝙ canoniſtæ communiter tenēt ꝙ debetur legitima hoc caſu.Sed ipſe dicit aduertendum quia videtur tex.in contrarium in d.auth. ſi qua mulier canonizata.xix q.vltima c. ſi qua mulier.vbi ſecundum eum videtur dicere , ꝙ ſi pater habens liberos intrauit monaſterium teſtamēto non condito , poteſt poſtea inter liberos ſuos bona diuidere,connumerando monaſterium in numero filiorum:& ſi prius deceſſerit ꝙ̄ diſpoſuerit , liberi capiunt legitimam iure naturæ reliquis bonis permanentibus apud monaſteriū: & ſic aperte infert ſecundum eum ille tex. ꝙ filius debet capere ex libera diſpoſitione paterna,vel expectare mortē naturalē patris: & ad idem facit ſecundum eum quia legitima non debetur filio niſi poſt mortē naturalē patris vt dictum eſt per l.j.§.impuberi.ff.de colla.bono.Deinde dicit ꝙ tex.d.c. cum ſimus,facit pro primo intellectu , vbi recitatur nomē patris & non dicitur quondam,quod verbum ſolet cōiter apponi qñ fit mentio de mortuo, vt loquitur & notat in c. cum contra,de pigno.& c.ex parte.B. de foro cōpe.cum ſi. Deinde dicit ꝙ in cōtrarium facit finis literę d.c. cum ſimus. in verbo.ibi ex ſucceſsione. nam verbū ſucceſsio adaptatur proprie ad defunctum: & ſic pater erat ibi defunctus.item ſecundum eum nō debemus deuiare a diſpoſitione d. auth.& regularum iuris ciuilis in incōmodum monaſterij,cum ſæpe fiat impropriatio,vt fruetur monaſterio vt in d.c.in præſentia.& in auth niſi rogati.C.ad Treb. Itē tenendo illam opinionem Bald. ſecundum eum oporteret reprobare ſeu tollere aliam opinionē Bar.in d.auth.idem.nam ſi pater reputaretur mortuus reſpectu legitimę,quę eſt i bonis ſuis,forte deberet reputari mortuus reſpectu aduēticiorum bonorū , quorum dominium eſt apud filium:vnde vt dixi do.Abb.ſatis dubitat de hac q. & videt ſibi prima fronte,ꝙ litera d.c.cum ſcimus, innuat patrem fuiſſe viuum. & ſatis æquū eſt hoc tenere in fauorē filij,vt habeat expoſtulare alimenta a monaſterio.Sed contrarium dictum vř ſibi verius de ſubtilita-

te iuris per ſupradicta,& quia tex.d.c.cum
ſimus,nõ ponit ius de nouo,cum reſpõdeat
ad conſultationẽ,vt no.glo.in c. cõſultatio
ni.de tempo.ordi.& in cap.ex tua.de filijs
presbyterorum . ergo non deberet recedi
a diſpoſitione iuris ciuilis in damnum mo-
naſterij,cum non habeatur ſecundũ eũ ius
canonicũ expreſſum in contrarium: Viden
da tamen eſſent ſecundũ eum integra d.c.
cum ſcimus.& ita ibi reſidet. Sed idem do.
Abb.in c.Raynutius.de teſta.ad fi.tenet p.
gl.d.c.Raynutius ꝙ filius in vita patris nõ
poſsit petere legitimam, nec etiã patre in-
grediente religionẽ, & adducit Bart. in d.
auth.ſi qua mulier. quod videtur ſecũdum
eum prima fronte cõtra caſum d.c. cum ſi-
mus.& adduco do.Abb.in c.tranſmiſſę.qui
fi.ſint legi.ſup.glo.in verbo quæſtio mota.
ibi,ꝙ erant facti monachi.vbi dicit gl. eſſe
ſing.& ſe neſcire alibi,ex qua colligit ꝙ pa
tre intrãte monaſterium poteſt illico filius
petere legitimã, & ſic facit ſecundum eum
pro intellectu d.c.cum ſimus. ad quod ſe re
mittit,& dicit glo.d.c.tranſmiſſæ eſſe addẽ
dam ad notata in d.c.cum ſimus. Et ſubdit
etiam ꝙ Bar. in l.ſiquis a liberis.§.ſi qs ſe-
ptenij.ff.de libe.agno.vult ꝙ monaſterium
viuente patre tenet alere filios, non autem
tenetur ad legitimã niſi poſt mortem:& ita
ibi reſidet.& adduco eundem do. Abb. in
c in præſentia.in xxix.colũ.de proba. vbi
attingit iſtum paſſum, & dicit ꝙ hoc caſu
videretur dicendum,ꝙ deberetur, & alle-
gat Bar.in d.auth.ſi qua mulier. vbi in hac
q.Bar.ibi poſt Cy. videtur in hanc q.idem
ſentire,quod ſentit ibi in alia q. de qua vt
ibi per eum, taliter diſtinguitur, Aut mors
ciuilis quæ inducitur per ingreſſum mona-
ſterij habet omnino quo ad bona eundem
effectũ,quẽ habet mors naturalis, vtputa,
ſiquis ingrediatur religionẽ fratrum mino-
rum,qui non poſſunt aliquid habere nec in
particulari,nec in communi:& tunc hęres
habebit omnia bona incontinenti. ar. in l.
deo nobis.C.de epi.& cle.i pr n. & c.pla-
cuit il.ij.xvj q.j.Aut talis mors ciuilis non
habet omnino eundem effectum, quia ſaltẽ
in communi illa religio poteſt bona retine
re,tunc filius debet expectare mortem na-
turalem etiã quo ad legitimam,& nõ ante:
interim ipſe habet poteſtatẽ diuidẽdi ꝓut
vult,& colligitur ex d.auth. ſi qua mulier.
item quia vt dictum eſt legitima non debe
tur filio,niſi poſt mortem naturalẽ, vt in d.
l.j.§.impuberi.itẽ eſt poſsibile ꝙ filius mo-
riatur anteꝗ̃ pater &c.ff.de iure fiſci,l.Sta-
tius ſecundum Bar.habebit ergo filius ali-
mẽta a monaſterio ſecundũ Cyp. & cũ hac
opinione trãſit d.Ant.de Bu.in d.c.in p̃ſen-
tia.licet ſpecifice nõ attingat legitimam fi-
liorũ.Do. Abb.in d.c.in præſentia.dicit qđ
prædicta cõcluſio ſibi placet reſpectu hære
dum & legatariorũ per rõnes & iura, quæ
ipſe ibi allegat, ſed reſpectu legitimæ filio-
rum non placet ſibi talis opinio per text.
ſingu.d.c.cũ ſimus.vbi apertiſsime probat
ſecundũ eum,ꝙ filius in vita patris poteſt
legitimã petere,niſi velis ſecundum eũ di-
minãte, ꝗ pater ibi fuerit mortuus:tex. ta-
men ibi innuit contrariũ vt ibi ſentit Ioan.
And.& Pe.de Anch.& do.Cardi.& Barto.
& Bal.in auth.ingreſsi.& ſic ſãlie conditio
ne illius c.poterit filius petere legitimã in
vita patris intrantis monaſterium : & hoc
poſt profeſsionẽ patris, licet monaſteriũ ſit
capax bonorũ.Hoc ẽt ſuadet ſecundũ eum
ęquitas maxima, ex quo enim pr̃ abijcit a
cura ſua,ęquiſsimum eſt vt non habeat mẽ
dicare alimenta a monaſterio, adducit d.
authẽ.ſi qua mulier.licet Bar. eam adducat
pro ſe,ꝙ filius non poſsit petere legitimã
in vita patris intrantis monaſterium,ad qđ
daretur ibi facultas patri diuidendi ſubſtã
tiam poſt ingreſſum inter liberos, cum ius
eſſet acquiſitũ monaſterio retinendi illam
legitimam toto tẽpore vitæ patris: ſed quia
filij poterãt petere legitimã,& debebat pa-
ter ante ingreſſum bona diuidere, ideo fit
illa ſpecialis gratia, vt poſsit diuidere inter
liberos poſt ingreſſum. Et quicquid ſit ma-
ximam habet hæc opinio æquitatem,& ita
reſidet do. Abb.& ſic do.Abb. in d.c.in p̃-
ſentia,non dubitauit de iſta q.ſicut dubita-
uit i d.c.cum ſimus. De hoc articulo tetigit
aliquid Pe.de Anch.in c.j.de delic. puero.
Moderni.in d.l.ſi cum dotẽ dicũt,ꝙ placet
eis opinio,ꝙ filius patre viuente licet reli-
gionem ingreſſo nõ poſsit petere legitimã,
licet contrariam opinionem teneat glo. in
authen.nunc autem.C.de epiſco.& cle.quę
autoritas facit pro opinione Bal.in d.auth.
ſi qua mulier.Sed pro opinione quam do.
Alex.de Imo.tenet facit,quia ita concorda
tur ius canonicum cum ciuili. item ſi aliter
diceretur fieret contra regulã d.l.j.§.ſi im-
puberi.facit etiã ſecundum eum quia cõtin
gere poſſet, ꝙ filius etiã ante mortẽ patris
prædecederet, & ſic viuente adhuc patre
tractaretur de tranſmiſsione iuris petendi
legitimam ad hæredes filij, & aliter iſtum
paſſum non examinat. Do.meus do. An.vul
go Barbaçia in d.c.in præſentia, plene tã-

git iſtum paſſum, & aliquid de hoc articu-
lo per eũdem in repetitione c. Raynutius,
de teſtamen. & cõcludit ꝙ legitima hoc ca
ſu detur per tex. ſingul. d.c. cum ſimus. alia
motiua & rõnes adducit de quibus vt ibi
per eum, & vide Pe. de Anch. in repetione.
d.c. in pñtia. in xxv. col. vbi ſequitur opi.
Bar. in d. auth. ſi qua mulier. licet non attin
gat articulum iſtum. Ex his relati ſunt &
antiqui & moderni qd ſenſerint circa iſtũ
paſſum. Reſtat nunc videre quid tenendũ:
Et mihi vr̃ ꝙ filius poſſit petere legitimã
3 hoc caſu: & moueor † per tex. d.c. cum ſi-
mus, vbi ſecundum do. Abb. recitatur no-
men patris, & non dr̃, quondam, quod ver-
bum ſolet communiter apponi, qũ fit men-
tio de mortuo, vt in d.c. cum contra, & in d.
c. ex parte. ꝉ. cum ſi. cum ergo in d.c. cũ ſi-
mus, nõ apponatur, ergo præſumitur quod
viueb it pater. item volui videre antiquam
compilationem decretalium, & cum maxi
mo labore perquiſiui: & tãdem deo innuẽ-
te habui & legi, & relegi eam: & dr̃ ibi, ꝙ
miles, de quo in d.c. cum ſimus. cum eſſet le
pre morbo domino permittente reſpersus,
ſe cum filio ſuo diſcretionis annos nullate-
nus attingente: ad quoddam monaſterium
cum bonis ſuis contulit. deinde dicit ꝙ
cum ipſi puero diſciplina monaſtica ꝓpter
aſperitatẽ regulæ diſpliceret, infra ſpaciũ
x. hebdomadarum a monaſterio & habitu
taliter ſuſcepto receſſiẽs, bona patris ab ab-
batia illa cæpit cum inſtãtia poſtulare &c.
& ſic mihi vr̃ clare, quod ex quo nec in in-
tegra nec in deciſa nulla mentio fit de mor
te, nec apponitur verbum ſignificans mor-
tem, debemus præſupponere ipſum viuum
cum cõiter iura apponunt, quando mors
interuenit quondã ex quo nõn dicit lex, nec
nos dicere debemus ar. l. ſi ſeruum. §. nõ di-
xit prætor. ff. de acqui. hære. cum ſimi. con
cordantijs. Nõ obſtat regula quæ habetur
in d. l. j. §. ſi impuberi. quia illa regula gene
ralis limitabitur per ſpecialem l. quia ge-
neri per ſpeciem derogatur. regula generi
per ſpeciem. de regu. iur. lib. vj. cap. j. de re-
ſcrip. cum ſi. cum ergo habemus regulam
quod filius non poſſit petere legitimam
niſi poſt mortem naturalem, vt in d. l. j. §. ſi
impuberi limitabitur per ſpecialem, ꝙ per
religionem & monachatum viuente patre
filius poſſit petere legitimam per d.c. cũ ſi-
mus. item ius ciuile in hoc caſu fundatũ eſt
ſub rigore & d.c. cum ſimus. fundatum ſub
æquitate. quia ſatis æquum eſt hoc in fauo-
rem filij ne habeat expoſtulare alimenta a
monaſterio: cum ergo de aliquo caſu repe-
ritur rigor ſcriptus; & æquitas ſcripta: ęqui
tas ſcripta præfertur rigori ſcripto per ea
quæ leguntur & notantur in l. placuit. C. de
iudi. & in c. fi. & ibi per doc. de tranſact. cũ
ſi. Vlterius non obſtat quod dicunt Moder
ni, quia contingere poſſet ꝙ filius prædece-
deret &c. Quia reſpondeo, ꝙ nos debemus
conſiderare illud quod cõiter euenire ſo-
let, & frequentius, & id quod naturale eſt,
& non id quod eſt accidentale. l. qui habe-
bant. ff. de tutel. c. requiſiſti. de teſta. l. ſi quis
poſthumos. & quod ibi no. ff. de libe. & po
ſthu. nam naturaliter filius debet mori poſt
patrem. vt in l. nam & ſi parentibus. in ver.
turbato ordine. ff. de inc ſti. teſta. & iura de-
bent adaptari ad ea, quæ frequenter acci-
dunt. l. nam ad ea. ff. de legi. & gl. ordinaria
& melior de corpore iuris canonici in c. li-
teras. de deſponſatio. impub. item licet quis
debeat conſiderare id quod euenire ſolet l.
ſi quis domum. §. idem quęrit ſi ſumptus. ff.
loca. l. Lutius. §. pe. ff. ad l. reb. l. in quantita
te. §. magna. ff. ad l. Falc. & ff. ex quib. cauſ.
maio. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi ſerie. &
ff. de ſerui. ruſti. prædi. l. qui ſella. §. ij. ff. de
dam. infe. l. qui bona. §. inter. cum ſi. Ego re-
ſpondeo ꝙ lex canonica in hoc caſu attẽta
æquitate noluit ꝙ hoc conſideretur per d.
c. cum ſimus. ſtabimus ergo diſpoſitioni ca-
nonum, ex quo ita ſcriptũ eſt c. ſcriptũ. vj.
q. iij. l. proſpexit. ff. qui & a qui. & in paſſio
ne dñica legem habemus. Non ob. quod di
cit d. Abb. ꝙ tex. d.c. cum ſimus. non ponit
ius de nouo, cũ reſpondeat ad conſultatio-
nem, vt dictum eſt ſupra. Quia reſpondeo
prout dixi ſupra in quodam notabili, ꝙ Pa
pa introducit ius nouum per cõſultationẽ,
qñ non diſponit illud idem, quod iam erat
diſpoſitum: cum ergo in d.c. cum ſimus. ali-
ter diſponatur, quã i d. l. j. §. ſi impuberi, ergo
introduxit ius nouũ per tex. quem ego ſo-
lus ad hoc ponderaui in c. ex multa. in ver-
ſi. ius in conſultatione editur de voto. item
habemus de hoc gl. ſing. quæ concordat cũ
d.c. cum ſimus. in d.c. tranſmiſſæ. de qua do.
Abb. ibi facit magnum feſtum, & authori-
4 tas † glo. eſt magna, vt plene ſcripſit domi.
meus in c. capellanus. de fer. vbi omnino vi
de. & vide Bar. conſi. v. Saly. in l. traditioni
bus. C. de pact. & in l. ij. C. de ſen. quæ ſine
cer. quanti. Cy. in l. j. C. de actio. et obli. Bal.
in peculio ſuo referens Cy. in l. non morituu
rum. C. de cõtrahen. & commit. ſtip. & Bal.
in l. cum hæreditas. C. de pa ... & pulchre di
xit Bal. in c. j. de natu. ſucceſ. feu. in vſi. feu.

ꝙ in conſulendo multum ſequitur gl.ordinariam.quia non poteſt adhærere meliori. idem in l. precibus.C.de impub.& ali.ſubſti.& in l.j.ff.de vulg.& pup.& in auth.ceſſante.C.de legi.hære.& in alijs pleriſq; locis,de quibus per do.meum in d.c.capellanus.Cum ergo in caſu noſtro habeamus gl. ordinariam ſtabimus gl.quæ glo.ſummopere erit notanda pro intellectu d.c.cū ſimus. Non ob.quod dicit d.Abb.ꝙ finis.d.c.cum ſimus tacit in contrarium ibi,ex ſucceſsione.nam verbum ſucceſsio adaptatur ꝓprie ad defunctum, & ſic pater ſecundum eum erat defunctus,& vidi integram,& vtiſ his verbis. videlicet, quæ ipſi recte ſucceſsiue proueniunt poſtulare. Quia reſpondeo qđ hoc caſu fictione iuris dicitur ſuccedere.nā monachus æquiparatur mortuo.c.placuit. ij.xvj q.j.nō habet velle nec nolle.c.nolo.& c.non dicatis.xij.q.4.cum ſi.licet ergo pater naturaliter viuat,tñ ciuiliter mortuus reputatur,& ſic ius canonicum in hoc caſu voluit, ꝙ mors ciuilis operaretur eundem effectum,quē operatur mors naturalis, quo caſu poterit ſuccedere ēt viuente patre quo ad legitimam ſibi debitam.faciunt ea q̃ habentur in l.ab ea parte.§.inſulam.ff.de verbo.obli.et per Moder.in l.cum dotem.ff.ſolu.matri.& vt no.in d.c.placuit.& in l.res vxoris.C.de dona.inter vir.& vxo.& in c. in præſentia.de proba.& plene per do.meū d.Abb.in c.cum ſis.de conuer.coniuga.vbi
5 diſcutit † qñ mors ciuilis æquiparetur naturali.itē ergo habeo gl.ſing.in d.c.placuit. quæ dicit ꝙ mors ciuilis nunq̃ æquiparaē morti naturali,niſi in caſibus a iure expreſſis. Cum ergo in hoc caſu legitima debeaē filio viuente patre.poſt d.c.cum ſimus.& ꝑ gl.d.c.tranſmiſſæ coniungendo ſimul.ergo in hoc caſu habebitur perinde ac ſi naturaliter mortuus fuiſſet quo ad petitionē legitimæ.& ſic nō eſt abſurdum,ꝙ iuriſlator dixerit & vſus fuerit verbo ſucceſsionis. Non ob.d.auth.ſi qua mulier. & quod voluit ibi Bar.quia retorquendo facit potius contra,q̃ pro ſecundum d.Abb.in d.c.in p̄ſentia.de proba.vt ſupra dictum eſt.Cōcludo ergo ꝙ de æquitate maxima,ex quo eñ pater abijcit filiū a cura ſua,ne habeat men dicare alimēta a monaſterio poſt profeſsionem factam,poterit filius petere legitimam ex diſpōne d.c.cum ſimus.Et iſtum paſſum nūc habeo clarum & apertū, quem & antiqui & moderni ſemper mihi reddiderunt dubium:ſaluo tñ meliori & ſaniori iudicio ulterius rectius ſentientis,cui me ſubmitto.

1 *Locans fundum ad pēſionem in pecunia numerata non tenetur ad tributa realia.*

Locatio I.

1 Si quis † locat fundum ad penſionē percipiendam in pecunia,ita ꝙ fructus oēs remaneant apud colonum,ꝙ dñs nō tenetur ad tributa,niſi conſuetudo aliter ſe habeat. gl.eſt mirabilis,quam perpetuo tene menti in l.ſi quidē.C.de anno,& trib.li.x. Et hoc intellige verum ſecundum Bar.ibi in oneribus realibus.In collectis vero quæ imponūtur perſonæ pro rebus,eſt inſpicienda perſona,cui imponitur,vt in l.recepto.in ff.ff. de mune.& hono & in l.dictiones.C.de anno.tribu.li.x.& ibi notatur.

1 *Veſtium legato an ornamenta aurea, vel argentea veſtium, veniant?*

2 *Magis dignum quando trahat ad ſe minus dignum?*

Legatum.

1 Lego † vxori meæ veſtes,quas ſibi feci: an ornamenta veſtium aurea, vel argenteæ veniant vel cedant legato veſtium? Ludo. Ro.in ſing.dcxxix.dicit quod vnus conſuluit quod non,eo quod acceſſoria pretioſiora ſuo principali non cedant ſuo principali vt in l.ij.vbi gl.ff.de pecu.leg.ſed ornamenta aurea ſunt pretioſiora veſtibus:ergo &c. Sed ipſe conſuluit contrarium,& dicit illā glo.eſſe falſam:quia acceſſoriū ēt pretioſius accedit ſuo principali,l.& ſi fuit.§.peruenimus.ff.de auro & ar.leg.vbi eſt caſus notabilis & l.cum aurum.ver.ſi,& ibi Bar.ff. eo.ti. Ego dic ꝙ Ludo.Ro.recte loquit̃,nam maius dignum accedens minori digno ratione acceſsionis cenſetur minus dignum.
2 nec tunc † procedat regula maius dignum trahit ad ſe minus dignum:quia ratione acceſsionis deſinit eſſe maius dignū: facit bonus tex.in cle.per literas.de præbē.& inſti. de rer.diui.§.ſi tñ alienam purpuram intexuit.vbi dicitur, quod ſi alienam purpurā intexuit veſtimento ſuo licet purpura ſit pretioſior veſtimento ſuo,ratione tñ acceſſionis cedit veſtimento.illa ergo regula ꝓcedit qñ minus dignum & maius dignū veniunt æque principaliter:vt ſi in vniuerſitate ſcholarium ſint tot clerici quot layci,vniuerſitas cenſetur eccleſiaſtica, quia maius dignum &c.vt no.in c.ex literis.de conſtit.

Et per prædicta ſoluitur contrarium quod poteſt fieri de iure patro ſ. cum ſit dignius tranſit cum vniuerſitate temporali, vt legit & notatur in c. ex literis. de iure patron. & vide de hoc d. Abb. in c. extirpandæ. §. qui vero. in repet. de præben. in ij. col. Nihilominus ego limito tibi hoc dictum ſing. Ludo. Ro. non habere locũ, qñ in ciuitate ſint ſtatuta prohibentia mulieres portare ornamenta, quia licet, vt dictum eſt, continẽtur omnia ornamenta apposita veſtibus, qñ maritus legat vxori veſtes ſuas, vt in l. veſtes. & l. ſeq. ff. de auro & ar. leg. tñ eo caſu, quo ſunt prohibita ex diſpoſitione ſtatuti, non poſſunt dici acceſsiones veſtium, nec illis veſtimentis accedere. iſtud probat in arg. l. nulli prorſus. C. nulli lice. in fre. eques. li. xj. hoc voluit ibi ſupremus doctor Bart. & ita Lud. Ro. poterat limitare dictũ ſuum: tenementi. & vide eundem Bart. in l. quis. ff. de auro & arg. leg. vbi idem voluit. & diſtingue de materia, vt ibi per eum, & vide eundem Bart. in l. fi. in fi. alias pe. in fi. C. de veſti. olo beris li. xj. vbi de hoc & in l. j. C. de legi. Sed quæri poteſt, an valeat ſtatutũ? vide Ioan. And. in regula ea quę fiunt de reg. iur. li. vj. in mercu. & dic vt ibi per eũ. Item in caſu iſto an ſaltem debeatur earum extimatio? vide Bal. in l. cum te. C. de don. ante nup. & in rub. C. de condi. fur. Quid in fictis veſtibus an videantur prohibitæ per ſtatutum? vide Bart. in l. j. in. §. hoc interdictum. ff. de fonte. & plene per do. meum do. And. Sicu. in proœm. cle.

1 *Lucrum aſſumit ſibi naturam illam, quam habet capitale.*

Lucrum.

1 Lucrum † aſſumit ſibi naturam illã, quã habet capitale. ita no. Bar. per illum tex. in l. auri ſtatuta. C. de fru. vrb. conſtant. lib. xj. quod dicit facere ad multa, & ſpecialiter quod ſi inter plures ſocios fuit contracta ſocietas ad certũ tẽpus, quod ſicut non debet minui capitale miſſum in ſocietate, ita nec de lucro. tñ hoc dimitto ſub dubio forte.

1 *Conducens rem in perpetuum, poteſt eã vendere, donare, & ad poſteros transferre.*

Locatio II.

1 Conducens † rem in perpetuum poteſt eam vendere, donare, & ad poſteros trãſferre. item eſt tex. iuncta gl. in verſ. retrahẽda. in l. prædia. C. de loca. prædi. ciui. li. xj. hoc voluit ibi Bart. faciunt ea quæ notantur in cle. j. de rebus eccle. non alie. & in c. ij. eo. ti. li. vj. & in c. ad audientiã. eo. ti. in antiqu.

1 *Libellus ſcriptus an videatur offerri, ſi quis vadit coram iudice, & dicit notario, ſcribe quòd ego peto a Titio decem, & in eis ipſum mihi condemnari poſtulo.*

Libellus II.

1 Aliquis † vadit coram iudice, & dicit notario actorum: ſcribe quod ego peto x. a Titio, & ipſum mihi cõdemnari in eis, an per hoc videatur libellum ſcriptum offerre, ſi notarius hoc ſcribat, & an videatur procedere ordine iudiciario? gl. habes in l. in ſacris. in iij. C. de proxi. ſacro. ſcri. li. xij. ſuper ver. depoſitione ibi & notarius. quod non: imo potius dicitur extra ordinem hæc fieri, quam glo. Bart. ibi dicit forte notandam, quia poſſet tibi de facto contingere. Ego in ciuitate mea in contingentia facti, vidi hoc determinari prout dictum eſt, ſed non vidi aliquem allegantem iſtam gl. et cum reperi magno gaudio affectus ſum.

1 *Libellus, in quo petitur res, & ſi fuerit contradictum petitur pœna, an valeat?*

2 *Nemo ſine actione experitur, quomodo intelligatur.*

Libellus III.

1 Libellus † in quo petitur aliqua res, & ſi fuerit cõtradictum ſeu contrauentum petitur pœna, quæ fuit appoſita eo caſu, quo quis contrauenitret, valet & tenet, & licet illud quod debetur ſub conditione, quę extrinſecus. i. extra iudicium venit purificanda, non poſsit peti ante conditionis euẽtum vt in l. quemadmodum. quæ ita loquitur. ff. de iudic. tñ ſi id quod debetur nomine pœnæ ſub conditione venit certificandũ in ipſo litis ingreſſu, tunc poteſt peti in libello ſub conditione. iſtud ſing. probat tex. iũcta gl. in c. Raynaldus. in ver cõtra ipſum ibi. quæ pendet extrinſecus. de teſta. & de materia vide per Bar. in l. ſtipulationes non diuiduntur. ad fi. ff. de ver. obli. & per Spe. in ti. de ſolu. §. ſequitur. ver. quid ſi libellus. & in ti. de libelli conceptio. §. iam nunc. verſ. ſed nũquid taliter. aliquid per Cy. in l. j. C.

2 de fideicō.& licet † nemo ſine actione experiatur ar.l.ſi pupilli.§.videamus.ff.de nego.geſt.l.quotiēs.§.ſi temporali.ff.de admi.tutorū ſi ſperatur actio in conteſtatione litis pōt quis agere l.Titius.ff.de ver.ob.quē tex.allegat ibi Io.de Imo.pro ſingulari.Sed pro certo caſus eſt formalis ſecundum do.meum in d.c.Raynaldus.vbi debitum conditionale quod ſperatur purificari in conteſ.litis,pōt in libello deduci,& ad illud agi.

1 *Libelli inepta pars,non debet vitiare alterā partem aptam.idem in reſcripto apoſtolico continente plures gratias.*

Libellus IIII.

1 Licet libellus ſit † vnicus,tñ ſi poteſt cōprehendere plures modos agendi,quorum aliqui ſunt inepti,pars inepta non habet vitiare modum aptum, ſingulare fuit dictum Hoſti.in c.ad diſſoluendum, de deſpon.impub.Idem eſt in reſcripto apoſtolico continente plures gratias, vt ſurreptio in vna nō vitiet reliquam.ſing.et pulcher tex.eſt in c.ſi eo tpe.de reſcri.li.vj.& adduco quod pulchre voluit idem Hoſti.in c.per tuas.qui filij ſint legi.vbi dixit, ꝙ vbi plures cauſæ exprimuntur in ſnīa,quarum vna falſa,alia vera, virtute veræ ſuſtinetur ſnīa.caſus eſt peregrinus in d.c.per tuas, facit ad hoc c.c.cum I.& A.de re iudi.nam in d.c.p tuas epūs fundauit ſe ſuper decretali tranſmiſſæ quæ loquitur in caſu diſsimili, item ſuper probationibus,& tñ ſuſtinetur ſententia vigore probationū,& ille tex.notabiliter facit pro dicto Inn.in c.in præſentia.de renū.vbi dixit,ꝙ ſi duæ cauſæ exprimuntur in ſnīa,vna contra ius litigatoris, alia contra ius cōe,ſuſtinetur ſnīa propter illam, quæ non eſt contra ius cōe.refert & ſequitur id dictum d.Ant.ibi.& d.Abb.in d.c.per tuas & c.j.de re iudi.& Ioan.And.in c.cū inter.eo.ti.et ratio reddi pt,vt res potius valeat, ꝙ pereat.l.quotiēs.ff.de reb.dub.l.quotiēs.ff.de ver.obli.c.Abbate ſane.de ver.ſig.itē quia præſumitur pro iudice.d.c.in præſentia.c.bonæ.de elec.tex.melior de iure ſecūdum Ioan.de Imo.in l.ij.C.de offi.ciui.iudi.quem tex.do.meus dixit pluries ſe viua voce audiſſe do.ſuum Ioan.de Imo.ita allegantem l.Herennius.§.Gaia.ff.de euic.cum ſi.

1 *Legatarius non debet capere legatum propria authoritate,ſed de manu heredis,niſi licentiam habeat a teſtatore.*

Legatarius.

1 Legatarius † non debet capere legatum propria authoritate,ſed debet petere ab herede.tex.eſt iuncta ſua gl.in verſi.petendo.in c.Raynaldus.de teſta.l.eam quam.C.de fideicom.vnde ſi occupat,vendicabitur ab eo per titulum quorū legatorū.l.j.in princ.Limita tñ, niſi teſtator dediſſet licentiā legatario, vt propria authoritate caperet ſibi rem legatam,quia tūc impune poterit capere.caſus eſt ſing.& melior.qui reperiatur ī corpore iuris coniuncta ſua glo.in l.Titia cum teſtamento.§.j.ff.de lega.ij.hoc voluit ibi Bar.& alij.idem voluit Bal.in l.non dubium.C.de lega.refert & ſequitur do.meus d.And.in repe.c.Raynaldus.de teſta.quod dictum tene mente.

DE LITERA M.

1 *Minoris contractus eſt nullus,ſi in eo autoritas & decretum iudicis interueniat ſine cauſæ cognitione,quod ex temporis breuitate præſumitur.*

Minor I.

1 Decretum † iudicis,ſeu eius authoritas ſi apponatur in contractu minoris nō conualidat illum contractum, imo eſt nullius ro-
2 boris, ſi propere & ſine cauſæ cognitione fuerit interpoſitum decretum,ſeu interpoſita authoritas.l.magis puto.§.ne paſsim, & §.prætor.ff.de re.eo.Et ex temporis breuitate præſumitur,ꝙ illa authoritas fuerit interpoſita cauſa non cognita ar.c.cum ex literis.de in integ.reſti.iſtud fuit ſingulare dictum d.Pe.de Anch.conſi.cccxxij.incip.viſis facti narratione & copijs.refert & ſequitur lucerna iuris do.meus d.And.in repe.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.de conſti.& dicit ſepenumero ſe allegaſſe iſtud in cōſilijs in facti contingentia:quod nota ſecundum eum pro iudicibus,qui ponunt ſe in bancho, & interponunt authoritatem in contractibus minorum cauſa non cognita, & aliter rem non examinant,nec de cōtractu cognoſcūt, quia talis authoritas nimis propere interpoſita eſt nullius momēti quod eſt vtile ad infringendum multos cōtractus celebratos cum minoribus.facit quod uoluit idem do.Pe.de Anch.conſi.ccxxij.& conſi.clxxvj.et quod plene dixit do.meus in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in xxxviij.col.& de iſta theo-

rica dum eſſem ſcholaris Bononiæ de iure publice reſpondi ex improuiſo, & lucratus ſum duploidem ſerici.

1 *Iudicis autorantis præſentia nõ ſufficit, niſi intelligat etiam quid agatur.*

2 *Autoritas alicuius in actu requiſita debet præſtari per verba expreſſa.*

3 *Aſſenſus quando capiatur pro autoritate, & confirmatione?*

4 *Autoritas per quæ verba præſtari debeat. Et an in ipſo actu, vel parum poſt debeat interuenire?*

5 *Tutor an debeat loqui, quando interponit authoritatem?*

Minor II.

1 Si ex † diſpoſitione ſtatuti iudex habet præſtare præſentiam, & eſſe in cõtractu minoris, ſeu alio actu, non ſufficit, ꝙ iudex ſeu alius, cuius præſentia in illo actu requirit ꝙ interſit, & ſit præſens, niſi clare intelligat illum actum. hoc voluit d. Car. in c. fi. de maiori. & obe. vbi alle. Bal. in l. j. C. qui admit. qui ad hoc allegat glo. ſing. ſecundum eum in l. tutor. ff. de bo. poſ. tit. generali quæ voluit, ꝙ non ſufficit præſentia corporis, ſed requiritur præſentia animi. Et vide quod voluit Gemi. in c. pe. de re iudi. li. vj. ꝙ vbi requiritur conſenſus alicuius aliquam poteſtatem habentis in actu, non ſufficit ſola præſentia illius altero gerente actum, ſed oportet ꝙ ſit præſens, & mandet. Ego vero de hoc allego tibi id quod habetur in c. in primis. in ver. præſente. & gl. ſupplet & intelligente. ij. q. j. vide Ant. & Ioã. de Imo. in c. auditis. de elect. & Ioan. de Imo. in c. auditis. de procur. & ibi do. meum. & do. meum in c. auditis. de in integ. reſti. tex. iuncta gl. i c. teſtes. iiij. q. ix. faciat quod voluit Bar. in l. j. §. fi. ff. de autho. tut. & in l. j. in prin. ff. de ver. obli. vbi tex. dicit ſtipulatio conficitur vtroq; loquente. Bar. & alij ſupplent, & efficaciam ſermonis intelligente. vide d. Ant. d. Abb. & Ioan. de Imo. in proœ. Gregori. §. ſane. & Ioan. And. in c. præſentium. de teſti. li. vj. & eundem Ioan. And. poſt Archi. in c. vt circa. de elec. li. vj. vide quod voluit Io. de Imo. in l. hæredes palã. ff. de teſta. & Domini. de S. Gemi. in d. c. vt circa. & d. Abb. in c. cũ cauſam. de teſti. facit l. diem proferre §. corã. ff. de arbi. l. coram. ff. de verb. ſig.
& quod no. in c. eorum. xj. q. iij. facit c. perlectis. xxv. diſt. Quid ſi requiratur authori-
2 tas† alicuius in aliquo actu? vide quod illa debet præſtari per verba expreſſa tex. meliorem de iure i l. j. ff de tut. vbi mutus nõ poteſt eſſe tutor, quia non poteſt præſtare authoritatem verbis expreſsis. vide qđ voluit Bal. in l. fi. §. neceſsitate. C. de bo. quæ li-
3 be. Item no. † ꝙ aſſenſus capitur pro authoritate ſeu confirmatione & vbicunq; aſſenſus exigitur a ſuperiore in actu pertinente ad ſubditos, tũc aſſumitur pro authoritate, quæ quidem authoritas poteſt appellari aſſenſus. ad hoc bonus tex. iũcta theorica doctorum in c. quotiens. de pac. nam authoritas proprie eſt aſſenſus authorizabilis competens alicui ratione publici officij, vt not. gl. & Inno. in c. j. de re. eccle. non alie. li. vj. & in c. cum conſuetudinis. de conſue. iſtud voluit d. Abb. poſt Inno. in d. c. quotiens. Et
4 per † quæ verba debeat præſtari authoritas Bal. in l. fi. §. neceſsitate. prællegata dicit, ꝙ debeat præſtari per iſta verba, authoritatem noſtram impartimur, & alle. Inno. in d. c. cum conſuetudinis. & Archi. xviij. q. ij. c. quidam. Sed d. Abb. in d. c. quotiens dicit Inno. hoc non dicere ſi bene ponderet, & dicit hoc non eſſe neceſſe, ſed ſatis eſt, ꝙ appareat de conſenſu ſuo præſtito ſecundũ ſubiectam materiã: & mouetur per d. c. quotiens, vbi ratihabitio ponitur pro cõfirmatione, & allegat et c. in venditionibus. xviij. q. iiij. & c. placuit xij. q. ij. & iudicio meo forte d. Abb. non recte loquitur reprehẽdẽdo Bal. et dicendo ꝙ Inno. hoc non dixerit, quia Inn. vr ſentire id quod dixit Bal. dicit enim Inno. in d. c. cum conſuetudinis. ꝙ vbi requiritur authoritas, tunc non ſufficit eius cõſenſus, qui authoritatem præſtare debet, ſed ſicut verbum ſonat authoritatẽ præſtãs, & principalis debet eſſe in illa vẽditione, & ſic ſentit Innoc. quod qui debet præſtare authoritatẽ, non ſufficit eius conſenſus, ſed debet eſſe præſens, & verbis expreſsis debet dicere, authoritatem præſto ſeu impendo. Do. meus d. And. in d. c. quotiens. allegat caſum per Bal. & contra d. Abb. in l. j. C. de vete. iur. enucle. in verſi. omnia noſtra facimus quibus authoritatem noſtram impartimur. & facit quod voluit Bar. in l. hodie. C. de prædi. curia. li. x. vbi dixit ꝙ illa lex facit, ꝙ congrue ponantur hæc verba in decreto: dictus iudex dictam ſniam, ſeu dictũ contractum confirmauit, & ſuam authoritatem interpoſuit. Conclude ꝙ nõ refert quæ ſint verba confirmationis, ſiue per verbum

confirmamus, vt in c. ſi apoſtolicæ. de præben. lib. vj. ſiue per verbum ratificamus, vt in d. c. quotiens. ſeu per uerba authoritatem noſtram impartimur, dummodo appareat de conſenſu expreſſo ipſius ſuperioris, ꝓut voluit d. Abb. in d. c. quotiens. Adde Gem. in c. j de præben. lib. vj. vbi dixit ꝙ ſola admiſsio præſentationis facta per ſuperiorem habet vim confirmationis abſq; eo, ꝙ aliter exprimatur verbū confirmo, de quo de inſti. c. ſi. Et an in ipſo actu uel parū ex poſtfacto debeat interuenire authoritas? vide Bal. in d. l. ſi. §. neceſsitate. & in d. l. j. C. q admit. & in d. c. cum cōſuetudinis. & quod voluit Bar. in l. ſi quis mihi bona. §. qui iuſſu. ff. de acqui. hæred. & in l. j. alias ſin. C. ad Mace. & concludit Bal. in dictis locis. ꝙ ſiue in actu ipſo, ſiue parum ex poſtfacto interponatur, valet. Do. meus in d. c. quotiēs. dicit eſſe caſum contra Bal. in l. ij. C. de ſer. reipub. manu. vbi authoritas fuit interpoſita ex interuallo, & valuit. Ipſe reſpōdet diſtinguendo, ꝙ aut authoritas requiritur ad eſſe rei, aut ad executionem. primo caſu ꝓcedit dictum Bal. ſecundo caſu authoritas pōt interuenire ex interuallo: & ita procedat d. l. ij. et dicit ſe credere ꝙ Bal. ita reſpōdeat ad d. l. ij. Tu primo pondera dictū Bal. inquantum dicit, ſiue in ipſo actu, ſiue parū ex poſt facto, quia ratio eſſe pōt, quia quæ incōtinenti fiunt videntur ineſſe. l. lecta eſt in auditorio. ff. ſi cer. peta. l. iuriſgentium. §. quinimo. ff. de pac. c. officij. de elec. & adduco d. Abb. in fi. ī c. cura. de iure pat. vbi poſt alios collegi ex illo tex. ꝙ vbi in actu requiritur alicuius aſſenſus, ſufficit vt interueniat ex poſtfacto. Dicit ēt ꝙ aſſenſus poteſt interuenire ēt poſt actum nullum, quod vr̄ contra no. per Inno. in d. c. cum conſuetudinis. Sed ad hoc vltimum dici poteſt ꝙ actus valebit vt ex nunc, non vt ex tunc. facit qđ no. glo. in regula ratū. & in regula. rati. & in regula. non firmatur. de reg. iur. li. vj. Adde d. Abb. in c. cum vos. de his quæ fiunt a præla. ſine conſenſu capi. & vide quod leg. & no. in c. ſuggeſtum. de iure pa. & vide de iſta authoritate quod voluit Bal. in l. mādatum. C. manda. & in tract. de duo. fr. & qđ no. Lud. Ro. in l. ij. & in l. quæ dotis. ff. ſolu. ma. Item ultra alios adde, ꝙ licet in eo caſu quo authoritas debeat interuenire, requiratur expreſsio, & debeat exprimi. per d. l. j. ff. de tute. & tex. iuncta glo. in l. etiam. ff. de auth. tuto. dic hoc eſſe verum, niſi is qui authoritatem præſtare debet, primo conſulat illum actum fiendum, quia tunc ſufficit præſentia, ita dixit Lud. Ro. in d. l. quæ dotis. et allegat celebrem tex. in c. dilecti. circa fi. de arbi. vbi arbitrium factum a perſonis eccleſiaſticis in laycum non tenet ſine authoritate epī: & tñ ſi fuit factum de conſilio ſuo, et eo præſente licet non interponat authoritatem, valet. & vide quod voluit ibi Canoniſtarum prudentia. & illū tex. reputo ad hoc vnicum & ſing. ſecundum vnam lectu. licet aliter concludat ibi d. Abb. & gl. & Bart. in d. l. etiam & in l. quæ dotis. ff. ſol. ma. & adducit etiā quod voluit Bal. ī loco extraneo in l. ſi patruus. C. cōia vtriuſque iudic. vbi

5 dixit, ꝙ licet † tutor debeat loqui quando interponit authoritatem, vt in dicta l. j. dicit hoc eſſe verum in his, quæ procedunt per actum verbi: ſecus in his quæ procedūt per actum facti, quia non eſt opus ſermone tutoris. vt in l. fiſtulas. §. fundum. ff. de contrahen. emp. & ſic contra. d. l. j. ff. de tute. Opp. de. l. ſi pater. ff. de adop. vbi eſt caſus, quia pater interponit autoritatem filio nutu, & ſic authoritas poteſt exprimi nutu, & non ſolum verbis expreſsis. Dic ꝙ illud eſt ſpeciale in caſu illo, nec proprie dicit̄ autoritas, ſecundum doc. ibi.

1 *Timor grauaminis an id operetur, quod ipſum grauamen?*

Metus.

1 An operetur † timor grauaminis quod ipſum grauamen? tex. eſt quem ponderauit ad hoc do. meus in c. in verbo. timentes grauari. de dilatio. & dicit ibi eſſe caſum pro eo, quod voluit & conſuluit Pe. de Ancha. conſi. lxxxvij. vbi dixit, ꝙ ementes paſſagium poſſent conſequi remiſsionem mercedis, non ſolum ſi ſuperuenit guerra, ſed etiam ſi eſt timor guerrę, per quem timorem homines non tranſeunt, vt ſolebant: & adducit illud Senecę in tragedijs, peior eſt bello timor ipſe belli. Ideo dicimus quod terror armorum operat̄ eundem effectum, quē operantur ipſa arma l. j. §. idem Labeo. ff. de vi & vi arma. Item ſubdit ꝙ appellatur a grauamine comminato l. ſi quis prouocatione. C. de appel. glo. cōiuncto tex. in c. ad noſtram. de appel. & in c. cum ceſſante. eo. ti. & adducit tex. meliorem de iure in l. nouiſsime. §. ſi quis cōpulſus. ff. qđ falſo tutore autore. Vnde idē operatur terror tormēti, quod ipſum tormētum. vnde ſi ductus ad locū tormentorū confitetur crimen, habe-

tur perinde ac, ſi fuiſſet confeſſus in tormẽtis. & adducit tex. ſing. ſecundũ omnes in l. cum pater. C. de ceſſi. bo. vbi ob timorem futuri grauaminis quis poteſt habere recurſum ad iudicem facit l. quemadmodum. C. de inoffi. teſta. vbi præparatio hr̃ pro re p̃parata & ibi ſing. dixit Ang. aliquis habet enſem in manu. & minatur ſe percuſſurum me, ꝙ ego poſſum eum præuenire, & eum offendere. quod eſt ſing. notandum. Et procedunt iſta quando iuſta cauſa timendi futurum grauamen apparet, vt eſt caſus ſing. & peregrinus ſecundum do. meũ in d c. j. vbi reus fuit grauatus a prima citatione nimis breui & peremptoria, & timuit veriſimiliter grauari in futurum. Ego adduco id, quod voluit Bal. in c. j. §. ſi quis iniuria. de pace iura. firman. in vſi. feu. vbi dicit, ꝙ ſi dominus vel princeps præcipiat alicui, ꝙ occidat alium, alias occideret ipſum mãdatarium, ꝙ occidẽs excuſatur, allegat l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. aquil. & dicit hoc voluiſſe Pe. & allegat Cyn. in d. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. & allegat gl. in l. pe. ff. ſi fami. fur. feciſ. dica. Et adde ad Bal. qđ voluit Cyn. in l. j. C. vnde vi. poſt Pe. ibi. & quod voluit Bar. in l. ij. ff. de nox. & bene facit ille tex. & quod voluit do. Abb. in c. ſacris, quod me. cauſa. nam ſicut excuſatur quis occidendo alium cauſa defenſionis, vt in cle. ſi furioſus. de homi. ita debet excuſari iſte, qui vt non periret, alium interfecit. Et hoc intellige procedere de iure ciuili. Quid iuris de iure canonico ſeu diuino? dic quod non excuſatur per d. c. ſacris. & per c. ita ne, xxxij, q. v. vide omnino doc. i d. c. ſacris. Et ſic ex hoc infero, ꝙ idẽ operatur mortis metus, ſicut mors ipſa, & licet communiter teneať ꝙ de iure ciuili in hoc vltimo caſu quis excuſetur: pondera tamen, quia dura mihi. vr̃ communis deciſio, tamẽ ſequenda eſt quia communis. Adde Gemi. in c. de re iud. lib. vj. in j. reſpõſo. vbi dixit ꝙ idem operatur præmium quo ad pœnam imponendam, & expectatio præmiſ, & vide Abb. in c. perſonas, de appel. vbi poteſt appellari a grauamine comminato, vel preparato, Adde Bu. & Imo. in c. cum olim. de re iudi. ꝙ appellatur a grauamine futuro præparato, ſeu de quo veriſimiliter timetur, expreſſa cauſa grauaminis. de quo in c. bonę. de appella. vide glo. in c. ſi quis autem in ver. timore. & ibi dixi. j. q. vj.

1 *Mandatum ſpeciale requiritur in impetranda diſpenſatione pro aliquo.*

Mandatum I.

1 In impetranda † diſpẽſatione pro aliquo, requiritur ſpecialiter mandatum. iſte eſt tex. quem ad hoc reputo vnicum, & in iure canonico ſolitarium in c. innotuit. de electio. hoc voluit ibi dc. Abb. poſt alios. & hoc voluit Hoſti. quem refert & ſequitur do. Abb. in c. ſciſcitata. de in integ. reſti. & allegat d. c. innotuit. hoc colligunt ſcribentes in l. illud. §. ſi talis. ff. de mino. prout refert ibi Bal. vide do. meum in d. c. ſciſcitata vbi refert Bald. in d. c. illud. & dicit ꝙ Bal. non allegauit d. c. innotuit.

1 *Mandati reuocatio probatur per vnum teſtem cum iuramento.*

2 *Probatio legitima quæ dicatur.*

Mandatum II.

1 Reuocatio † mandati poteſt ꝓbari per vnũ teſtem, cum delatione proprij iuramenti: iſtud dixit Ioan. And. poſt Hoſt. in c. cũ pro cauſa: de procura. & hoc probat per aliqua motiua, de quibus ibi per eum, Dñs meus, do. Ar. vulgo Barbacia in d. c. cum pro cauſa. & Ianus in c. at ſi clerici in glo. ſuper. ver. legitima. de iudi. dicit ꝙ dictum Ioan. And. poſt Hoſt. poteſt reprobari, nam text. in d. c. cum pro cauſa vult, ꝙ mandatũ probetur legitime & iuramentum non dr̃ legitima probatio, vt eſt glo. quæ communiter allegatur pro ſing. in l. cum de indebito. in ver. legitimis. ff. de probatio. & illã glo. magnifecit Ludo. Ro. in repe. rubricę de arbi. & do. meus. allegat glo. in c. at ſi clerici. de
2 iudi. quæ dicit, quod legitima † probatio eſt illa, quę fit per teſtes omni exceptione maiores, Tamen do. meus ibi reſidet cum Ioã. And. per motiua & rationes prout ibi per eum. & vide glo. in c. ad abolendam. in verbo. deprehenſi. de hęreti. quę dicit, ꝙ legitima ꝓbatio dicitur quę fit per teſtes, alias per propriam confeſſionem. Tamen iudicio meo contra Ioan. And. & Hoſt. ego allego tibi tex. deſtruentem eorum theoricam in c. tuæ. de cleri. peregri. vbi habetur, ꝙ ordinatio illorum, qui ſunt ignoti, debet ꝓbari legitime, & tex. ibi exponit, ſiue per literas, ſiue per teſtes, & illum tex. ad hoc reputo ſin. & vnicum, non ponderatum ab aliquo ad hoc propoſitum, & dico ꝙ ille

tex. probat ſing. theoricam glo. d. l. cum de indebito. tamen in practica ſequenda eſt theorica Ioan. And. poſt Hoſt. & ſequacium propter eorum autoritatem: tamen in ſtricta diſputatione habeas menti illum text. Conclude ergo ꝙ in hoc debet attēdi materia ſubiecta ar. l. ſi vno. ff. loca. & poteſt reſponderi ꝙ ille text. cap. tuæ. procedit in caſu ſuo.

1 *Mendicantibus fratribus bona immobilia poſſunt legari, cum hoc vt illa vendant.*

2 *Alienatio rei immobilis in forenſem ſi a ſtatuto prohibeatur, an forenſis illam habere poſsit vt vendat, & precium habeat?*

Mendicantes.

1 Licet fratres † prædicatores ſint mendicantes, tamen eis legari poſſunt bona immobilia, cum hoc vt illa vendant, quia viuere volunt. ſing. eſt glo. in c. j. de religi. do. lib. vj. quam reputauit ſing. Bal. in l. cū quæſtio. C. de le. refert & ſequitur do. An. ſiculus in ſolen. repe. rubricæ. de rebus eccle. non alie. in ix. col. in principio. facit quod voluit idē Bald. in au. h. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccle. & canoniſtæ in c. in præſen-
2 tia. de probatio. Et hoc no. pro ſtatutis † prohibentibus rem non poſſe alienari forenſi, quia ſecundum do. meū in præallegata rubrica, non habent locum ſtatuta ſi res immobilis daretur forenſi hac cauſa vt illam venderet, & caperet ſibi precium, quia eo caſu poterit ſecundum eū, per id quod voluit Bal. in d. l. cum qō. Et licet hæc ſit pulchra limitatio, & pro facultate & pro viribus defenderem hanc limitationem, tamen poſſet opponi ꝙ fieret de facili fraus ſtatuto, qđ eſſe non debet, per eam quę habentur in l. non dubium. & qđ legitur & notat per Dy. in c. fin. de regu. iur. lib. vj. & quod no. glo. in c. pleriq;. xiiij. q. iij. quibus fraudibus non eſt indulgendum. l. in fundo. ff. de rei vendica. c. quamo. de diuor. cum ſimilibus. Ponderandum tamen relinquo ſocijs meis quia cum opinionibus do. mei & viuere, & mori intēdo. Sed poteſt dici, ꝙ talis alienatio non videtur prohibita forenſi, ex quo ſtatim debet vendere perſonæ nō prohibitæ & per conſequens non eſt res manſura penes eum. facit in ar. l. ſi pro patre. ff. de in rem verſo. vbi nō dicitur verſum niſi duret. & facit l. fin. C. de bon. quæ libe. vbi patri non debetur vſusfructus earum rerū, quas filius incontinēti eſt reſtituturus. & vi de Ludo. Roma. notabilibus. vbi tenet ꝙ valet, & dicit ꝙ Bal. hoc mouet, ſed nō recordatur vbi. ſed dic ꝙ hoc voluit Bald. in in d. l. cum qō. & ratio eſt ſecūdum eū, quia ſi non durat alienatum, ergo non dicit alienatio in c. j. quid iuris ſi vaſal. poſt alie. feu. in d. l. ſi ꝓ patre. §. verſum Ego vltra alios adduco in ſimili quod vult do. Abb. in c. recolentes. de ſtatu mona. vbi infert ex verbis, quæ ibi leguntur. & no. ꝙ ſi legatur alicui collegio res, quam ipſi de collegio tenere non poſſunt, non viciatur legatum ſed poſſunt illam capere vt commutēt cū alia, res, vel illam vendant. quod no.

1 *Literæ ad beneficia ſine mandato impetrari poſſunt. Secus in literis ad lites.*

Mandatum III.

1 Quis † poteſt impetrare literas ad beneficia ſine mandato. duæ glo. ſunt vnicæ & in iure ſolitariæ. vnam habes in c. ad aures. de reſcri. & aliam in c. nonnulli. eo. ti. Secus in literis impetratis ad lites vt in d. c. nonnulli. & in c. ex parte decani. eo. titu.

1 *Matrimonium contractum cum vna, non obſtantibus ſponſalijs cōtractis cum alia, ac muneribus, oſculis, & amplexibus cum ſponſa habitis, valet.*

Matrimonium I.

1 Matrimonium † contractum cum vna, nō obſtantibus ſponſalibus contractis cū alia, & non obſtante receptione munerū, oſculis, & amplexibus celebratis cum ſpōſa, tenet & valet. textū habes quem do. Abb. neſcit alibi ita bonum in c. j. de matri. cōtracto contra interdi. eccle. nam receptio munerum, amplexus, & oſcula non faciūt tranſire ſponſalia in matrimonium, & nimirū cum attentatus copulæ non ſufficiat, ſed oportet ꝙ plene cognoſcatur, vt in c. adoleſcens. iuncto c. is qui. de ſpon. qđ ſing. no.

1 *Moleſtiā nō inferre ſi quis promittat, an intelligatur de moleſtia facti, an iuris? Et*

quid ſi dictum ſit quòd nõ inferratur aliqua moleſtia?

Moleſtia.

Quis in contractu, ſeu in aliqua ſcriptu-
1 ra promittit nõ inferre moleſtiã: † nec vim alicui, quæro de qua moleſtia intelligatur, an de moleſtia iuris, an de moleſtia facti? dic quod de moleſtia facti gloſ. habes ſing. in l. ſi ſeruum. §. prætor. ff. de acqui. hære. de qua fecit feſtum Bal. in l. j. C. de his qui pe. no. vbi dixit: teſtator priuauit hæredem ſi moleſtauerit vxorẽ in legato, quod intelligitur ſi moleſtauerit de facto, ſecus autem ſi moleſtauerit de iure, vt ibi per eum, & allegat glo. d. l. ſi ſeruum. §. prætor. & a ſidu co quod voluit idem Bal. in l. j. C. de vſufr. vbi dixit: teſtator priuauit hæredem ſi moleſtauerit vxorem in vſufructu, quod nihilominus poterit hæres petere cautionem ab ea de vtendo & fruendo vſufructu arbitrio boni viri, quia intelligitur de moleſtia facti, & non iuris. & facit quod voluit Ioã. de Imo. in l. paterfamilias. ff. de hære. inſti. teſtator (inquit) grauauit hæredẽ de reſtituẽdo fideicommiſſo, & de non moleſtando illã, quod nihilominus poterit exigere quartam trebelliani. quia propter hoc non dicitur eum moleſtare. refert & ſequitur hæc dicta, do. And. in repe. c. Raynaldus. de teſta. in ioannina. in lxiij. chas. vbi adducit etiam glo. ſecundum eum ſingularem in c. pro illorum. de præben. quæ dicit, quod ſi in literis papalibus dicatur, amoto quolibet contradictore, intelligitur de contradictore de facto, non autem de iure. & illa glo. communiter allegatur pro ſing. facit quod no. in c. ij. de reſti. ſpo. & in c. audita. eo. ti. vbi do. Abb. dicit no. ſingulariter ex iſto tex. quod hæc verba, Reuocetis in irritũ quicquid immutatum fuerit in tali cauſa a tali tempore & c. non debent referri ad legitime ac iuridice agitatum, ſed ad mutata per violentiam, & præſumptionẽ, ſic reſtriguntur illa verba ad mutationem illegitime factam. & vide quod voluit ibi do. Anto. & vide Pe. de Anchar. ſi bene recordor conſi. xiij. Limita prædicta habere locũ, niſi ex mente legis veniret vtraq; moleſtia. ſ. iuris & facti, vt in l. vnica. C. de nundinis. in verbo. aliquã moleſtiam. facit quod voluit ibi Bald. & ita conſuluit in facti contingentia dominus meus do. An. in ciuitate Ferrariæ. Et ex hoc no. quod ſi lege ſeu ſtatuto caueatur quod venientibus ad nundinas nõ poſſet inferri aliqua moleſtia, quod intelligeretur de vtraq; moleſtia. ſ. facti & iuris, per illum tex. & hoc menti commenda. Adde no. in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad treb. & in l. amplius nõ peti. ff. rem ratam haberi. Et Areti. in c. intimauit. de teſti. vide Ioan. de Imo. in d. c. pro illorum. in v. col. vbi allegat tex. in l. pen. ff. de his quibus vt indignis.

1 *Viarum & aggerum munitio, ſeu purgatio, quorum impenſis fieri debeat?*

Munitio.

1 Munitio † aggerum & viarum debet fieri facta expenſa pro quantitate patrimonij poſſeſſorum, tex. eſt peregrinus in l. per Bithyniã. C. de immunita. nemi. concedenda. quem tex. Bar. ibi dicit eſſe notãdum, quia quotidie occurrit in facto. Et de purgatione viarum ad quem ſpectet vide do. Alex. de Imo. i d. l. per Bithyniã in additionibus.

1 *Meliorans rem emptam, ſed alij obligatam, ſi euincatur, liberatur præſtando primam æſtimationem.*

Melioratio.

1 Si aliquis † emat aliquam domum, vel aliquã rem alteri obligatam, & eam meliorauerit ſuis ſumptibus, quod ſi ab eo euincatur per hypothecariam, quod liberetur præſtando primam æſtimationem. iſte eſt caſus mirabilis ſecundum Bar. ibi in l. in his quæ. C. de prædijs & omnibus rebus nauiculariorum lib. xj. Et an hoc indiſtincte procedat vide ibi Bar. & notatur in l. ſi fundus. §. ij. ff. de pigno. & no. ibi tex. ad aliud. ſ. ad probandum hominem magnanimũ, quod præſumitur quis magnanimus ex magnitudine ædificiorum. quod no.

1 *Mercator allegans ſe aliquod damnum ſuſtinuiſſe, debet de hoc infra annum fidem facere, alias an poſtea audiatur?*

Mercator.

1 Qui dant † ſuã pecuniam mercatoribus ad partem lucri & damni, ſi mercatores di-

ſtant ſe ſuſtinuiſſe damnum furti, vel rapinæ, incendium, vel ſimilium, ꝙ mercator debet de hoc facere fidem infra annũ, alias non auditur. Cui cõgruit, quia mercator debet reddere rationem omni anno, iſte eſt bonus tex. in argumentum mirabile ſecundum Bar. ibi in d. l. ſi quis. C. de naufragijs. & vide eundem in l. neminem. C. de ſuſcepto. & Arch. eo. lib. vbi notat ex illo tex. in ver. ex integro. pro illis qui dant pecuniã mercatoribus ad dimidiam partem lucri & damni ſecundum l. j. C. pro ſoc. ꝙ ſolum in fine anni poſſunt petere rationem a mercatoribus, & non ante. & dicit in d. l. ſi quis. ꝙ licet hoc in ar. ſufficiat, tamen hoc non confirmat, ꝙ illa allegatio caſus ſit per mercatorẽ ad ſui defenſionem. nam defenſiones ſunt perpetuæ regulariter vt in l. pure. in fi. ff. de doli excep. & l. licet. C. de excep. & ſic poterit probare vſque ad ſentẽtiam. & dicit ꝙ hoc eſt ſpeciale in fiſco. Ideo ſecundum eum inoleuit cõſuetudo in aliquibus partibus quod apponitur pactũ, quod mercator debeat probare caſum infra certum tempus. quod no. perpetuo. Sed Ang. de vbaldis in addi. ſuis in d. l. ſi quis, dicit hoc non eſſe verum, nam ſecũdum hoc ſequeretur quod actio de naufragio eſſet perpetua, & exceptio temporalis, quod eſt falſum ſecundum eum & cõtra regulam, quia omnes exceptiones ſunt ꝑpetuę etiã ſi ſint annales vt in d. l. pure. nam ſi hoc tantum peteretur, ex hac petitione nulla poſſet fieri criminis punitio. & tamẽ tex. d. l. ſi quis. dicit contrarium ibi. competens diſpoſitio procedat & c. & iudicio meo recte loquit, & placet mihi opinio ſua, vide eũ omnino.

1 *Mortis probatio, fit ſi probetur, quòd inter liberos & conſanguineos vel ſocios habeatur pro mortuo.*

2 *Coniunctus an præſumatur ſcire facta coniuncti?*

3 *Fama inter eos, cum quibus quis conuerſatur ſufficit.*

4 *Mors animalis quomodo probetur?*

5 *Conſumatio rerum quæ vſu conſumuntur, qualiter probetur.*

Mors.

1 Si quæratur † de morte alicuius, ſufficiẽs probatio eſt, ꝙ inter liberos & coniunctos habeatur ꝓ mortuo, quia veriſimilius eſt, ꝙ ſciant ipſi, quàm extranei. ar. l. quotiens. C. de naufragijs lib. xj. vbi in illis rebus, quæ geruntur intra nauem ſeu domũ admittuntur teſtes domeſtici, vt ibi facit l. conſenſu. §. ſuper plagijs. C. de repudijs & de teſti. c. veniens. il ij in fi. de probatio. c. tertio loco, & vide Bal. in l. ſi quãdo. C. vnde vi. & Albe. in d. l. conſenſu. & in l ſi. §. licentia in ſeruorum. C. de iure delib. & hoc eſt, quia lex eſt contenta ea probatione quæ haberi poteſt. ar. l. ſi vicinis. C. de nup. & Bar. in l. ſi quis ex argentarijs. §. pen. ff. de eden. quod eſt optimum pro limitatione l. etiam. C. de teſti. Et ſi per eos qui interfuerunt probari non poſſunt, recurratur ad coniecturas, & ad liberos eorum, qui in domo remanſerũt, qui veriſimiliter debẽt ſcire de morte patris, item ſi inter ſocios ſeu commilitones ꝓ mortuo habetur, vt in auth. hodie. C. de repudijs. & quod ibi no. idẽ voluit & tenuit Angel. in l. de tutela. C. de in integ. reſti. mino. per illum tex. & benefacit l. ſi filium. ff. de libe. cauſa. Sed in contrarium eſt tex. in l. quoniã ſororẽ. C. de iur. delibe. Sed reſpõde vt ibi no. vnde hoc pendet ab eo, quo
2 queritur an † coniunctus præſumatur ſcire facta coniunctorũ, de quo per Bar. in l. is poteſt. ff. de acqui. hære. & per Bal. in d. l. de tutela. & in d. l. quoniam ſororem. & ibi per Areti. Et quo ad propoſitum noſtrum, facit quod pulchre voluit Saly. in l. ea quidem. C. de accuſa. in xv. char. vbi dixit ꝙ fama non debet habere ortũ a maliuolis vel maledicis. i. qui male dicere conſueti ſunt, ſed a prouidis & honeſtis perſonis vt in c. qualiter. il ij. de accuſa. & probat in auth. hodie C. de repu. qđ credit verũ Saly. niſi qualitas perſonę & factũ de quo quæritur, aliud exi-
3 gat vel inducat. vnde ſi quis vellet † repetere pecuniã quã ſibi deplorata ꝑſona debet, vt quidã baraterius publicus contra quem ex forma ſtatuti nõ daretur actio, niſi cum taxillis falſis vicerit, & velit repetens probare per famam, ꝙ ille ſibi vicerit cum taxillis falſis, vel falſificatis, credit eum poſſe probare per famam, quæ originem traxit ab alio baraterio: & ſic non a prouida & honeſta perſona, cum tales baraterij de his notitiam habeant, & inuicẽ cõuerſentur, & ſe cognoſcunt, & ſufficit fama inter eos, inter quos quis conuerſat vt ibi per eum, pro hoc ẽt facit, qa alias vix probari poſſit, cũ honeſtæ perſonæ in talibus locis non conuerſentur, nec in talibus ſe intromittãt: & ideo teſtimoniũ ſcire debẽtiũ nõ eſt repro-

bandum.vt in d.l.de ſubmerſis.C.de naufra
giis.lib.xj.quod no.ꝑ limitatione d.c.qua-
liter & c.cum dilecti. de purga. cano. cum
ſi.vbi dr̃ quod fama debet habere originē
a bonis & grauibus. Vide no.in c.tertio
loco,de proba.& in c.veniens il ij. de teſti.
& in l.cõſenſu.C.de repu.& glo. & ibi do-
cto.in c.pe.de re iudi.lib.vj.in gloſ. penul.
tex.& ibi doctores in c.fi.de teſti.cogen.&
in c.cũ dilecti de electione,in nauibus,quæ
poſtea peremptę ſunt, de quo vide p Cyn.
& Baly.in l.ſi creditor.C.de pig.actio.& vi
de Bar.in l.ſi quis ex argẽtariis.§.pe. & ibi
per Modernos.ff.de eden.illa duo dicta no
tat Bar.per illum tex.in d.l. quotiens.C.de
naufra.li.xj.quæ dicta,vt notabilia liga di-
gito.Et qualiter probabitur mors hominis,
vide Alex.conſi.cxxj.loci,viſo ꝓceſſu &c.
in iiij.volu.conſi.& Bar.in l.quod pręſens.
C.de muttlegulis.li.xj. & vide notata in l.
ſi quidem.C.ſol.ma.& Bar. in l.ij.§.ſi dubi
tet ff.quẽadmo.teſta.aper.ãtur. & vide no-
tata in c.qm̃ frequẽter.l.o.§.ſin autem,vt lit.
non conte.& in c.in præſentia. de ſpõſali.
& vide Ang. de Vbaldis in d.l.quotiẽs. in
addi.vbi dicit ꝙ d.l.quotiẽs. facit optime,
quod mors alicuius poſſit probari non ſo-
lũ per teſtes,qui interfuerunt ſcripturę ꝓut
dicit d.l.ſi quidem,ſed ẽt per cõſanguineos
mortui, q dicant & aſſerant quod illum ha
beant pro mortuo per illum tex.& hoc di-
cit verum vbi non agit de maximo præiu-
dicio: ſed vbi ageret de maximo præiudi-
cio,verbi gratia, quia aliquis accuſatus de
homicidio Titij,ita quod per probationē
accuſatus decapitaretur,tũc requirit̃ proba
tio explicita: quia de maximo præiudicio
agitur l.ſciant.C.de proba.Vbi vero ageret̃
de magno præiudicio & probationes non
requiruntur ita dilucidę:vt in authẽ. quã-
uis.C.de repu.& in corpore vnde ſumitur,
procedat d.l.quotiens:quandoꝗ vero agit̃
de modico præiudicio,verbi gratia,q̃ agi-
tur ꝙ tabulæ teſtamẽti aperiantur,ita ꝙ mi
nimum præiudicium eſt, ideo leuiſſimę ꝓ-
bationes requirũtur, q̃a poteſt probari per
famam vt in d l.ij ff.quẽadmo.teſt.aperi.&
ita diſtinxit dñs Machagnanus de Azoui-
dis in l.cum quidam.§.quod dr̃.ff.de acqr.
hære.refert & ſequit̃ Angel. de Vbaldis in
addi.ſuis ad d.l.quotiẽs & vide Bar.in d.l.
4 qd ad præſens. Et qualiter probet̃† mors
alicuius animalis,vide Bar.de hoc in tract.
ſuo de teſte,ver.circa carmẽ in fi.adde Bal.
in l. non ita.§.ſpecies.ff. de lega. ij.vbi vr̃
dicere ꝙ per oſtẽſionẽ corij mors animaliſ
probari poſſit.& vide Bar.& doc.in l.ſi q̃s
ex argẽtarijs.ff. de eden.in.§.prohibet. Et
5 qualiter† probetur conſumatio rerum quæ
vſu conſumuntur,vide Bar. in d.l.quod ad
præſens,& dic ꝙ ad probationē ſuppelle-
ctilium & rerum minutarum ſufficit etiam
talis qualis probatio arbitrio boni viri, &
per coniecturas no. Bal. in d.l.iiij.C.de pe-
ti.hære.& glo.& doc. in l.fi.§.in computa-
tione,C.de iure deli. faci,l.ſi quis pro re-
dẽptione captiuorum,C.de dona.

1 *Medici denuntiatio, quòd ſit remanſura ci-
catrix,uel quid ſimile,nihil operatur,niſi
præcedat diligens inquiſitio.*

Medicus.

1 Denunciatio† facta per medicum,q̃ dicat
aliquẽ eſſe infirmum,vel ex vulnere remã-
ſuram cicatricẽ,nunquam aliq̃d operari de
bet,niſi præcedat diligẽs inquiſitio,& ideo
ſemper ſit cautus aſſeſſor, ꝙ in actis faciat
regiſtrari,quomodo iudex diligẽter exami
nauit, vtrum ex vulnere eſſet remanſura ci
catrix,& ipſe medicus diligẽter examinãs
hoc retulit, alias non valeret. ita ſingulari-
ter probatur ſecundum Bar.ibi.in l. ſemel.
C. de re mili. li.xij,quod no. pro his quæ
no.in c.ſignificaſti,de homici.& in c.propo
ſuiſti.de proba.& pro his quę ibi plene ſcri
pſit do.meus do.And.& vide Bar.in prima
conſti.ff.Quod intelligitur verum, quando
factum merum pendet a poteſtate iudicis,
ſecus ſi a poteſtate partium, quia partes eli
gunt, ſi concordant,no.Ioan. And. in addi.
Spe.in ti.de homi.ver.ſed pone. & idẽ do.
Abb.in d.c.propoſuiſti,adde quod Ang.te-
net hoc idẽ quod Bar. de qua materia per
Spe.in ti.de proba.§.j.verſi.hij quoque. in
prima parte & glo.in c.fraternitatis de fri-
gi.& malefi.et doc. in d.c.ꝓpoſuiſti. et per
Moder. in d.c.ſignificaſti,il ij.

1 *Manumiſſio quando dicatur facta ſub mõ?*

Manumiſſio.

1 Manumiſſio † facta ſub iſtis verbis, ma-
numitto te ſub hac conditione,vt des Ti-
tio x.intelligitur facta ſub modo,tex.eſt ſin
gu.ſecundum Nic.de Neap.ibi in l.Męuia.
ff.de manumiſ.teſt.refert et ſequit̃ do.meus
d.And.in repeti.c.Raynal.de teſta,in Ioan-

nina i xvj.char.& hoc fauore libertatis vt habetur & notat in d.l.Mæuia.Et quẽ effectum operetur modus & quem effectũ conditio vide no.in c.verum.de cõdi.appo.& no.in d.c.Raynaldus.in prima gl.

1 *Copulæ coniugalis inhibitio hodie eſt reſtricta vſque ad quartum gradum incluſiue.*

2 *Conſuetudo,ſeu ſtatutum,quotiens concurrit cum iure communi, ſublato communi, non videtur ſublatum ſtatutum.*

3 *Scandali ratione multa prohibentur, quæ alias permitterentur.*

Matrimonium II.

1 Licet inhibitio † copulæ coniugalis hodie ſit reſtricta ad quartum gradum incluſiue vt in c.non debet.de conſan.& affi.& in c.fi.de clandeſti.deſpon.cum ſi. T ñ ſi in aliquo loco eſſet hodie conſuetudo,vt in quinto gradu non poſſit contrahi matrimoniũ, & ex contractu generaretur ſcandalũ non valeret matrimonium.ſing.eſt gl.quam do. Abb.Siculus meus ibi dicit ſe neſcire alibi in c.ſuper eo.de cognat.ſpi.Et ratio poteſt reddi duplex,quia hæc conſuetudo cõcurrit cum iure antiquo, nec cenſetur ſublata per ius nouum,ex quo non reprobatur per illud ius,& concurrit ſecum ſcandalum: & hanc rationem ſentit gl.in d.c.ſuper eo. Et ſic infertur ex iſta ratione,ꝙ quotiens con-
2 ſuetudo † ſeu ſtatutum concurrit cum iure cõi,ſublato cõi non videtur ſublata conſuetudo,ſeu ſtatutũ.de qua.q.remitto te ad plene notata p ſcribentes poſt gl.in c.j.de conſti.li.vj.& pleniſſime p do.meũ do.An.poſt d.Ant.Io.de Ligna.& alios in c.j.de reſcri. & per d.Abb.in c.j.de cogna.ſpi.vbi aliqd de hoc dicit.Secunda ratio colligit ex his, quæ notantur in d.c.ſuper eo.vbi conſuetu-
3 do † continens in ſe ſcandalum ex præteritione põ inhabilitare alias habiles,ſed vbi à principio nullum fuiſſet impedimentum ſolum ſcandalum ſuperueniens non poteſt diſſoluere matrimonium vt dicit gl.in d.c. ſuper eo,quãm [illegible] notabis, quia pp ſcan[illegible] non [illegible] recedendum à veritate iuris diuini.v: in c.ij.de noui ope.nun.& in regula,qui ſcandalizauerit,de reg.iur.cũ ſi.

1 *Epiſcopus de iure communi poteſt iudicare de cauſa matrimoniali, idem in legato ſedis apoſtolicæ: & an cauſa matrimonialis poſſit ex conſuetudine ſpectare ad inferiorem ab epiſcopo?*

Matrimonium III.

1 De iure † cõi eps habet poteſtatem iudicãdi de cauſa matrimoniali tex.eſt expreſſus & rotundus in c.accedentibus.de exce. prælat.vbi dicitur ꝙ dignitas epalis eſt cognoſcere de cauſis matrimonialibus, quem tex.d.Abb.in c.j.de cõſan.& affi.dicit eſſe ſing.& ſe neſcire alibi. Et ratio reddi põt, quia cum cauſa ſit grauis, ad eum eſt perferenda.xxv.diſt.perlectis.c.j de offic.archi. ſecũdum Hoſt.in d.c.accedentibus.Sed melius facit c.ad hæc.de offi.archi. vbi archi. nequit terminare ardua ſine præſentia epi. & vide pro dicto quod not.in c.j.de cõſan. & affi.& in c.literas.de reſti.ſpo.et in c.cauſam matrimonij.de offi.dele. Sed limita d. c.accedentibus.quo ad legatum ſedis apoſtolicæ,qui poteſt in prouincia ſibi decreta audire cauſas matrimoniales,& ẽt ſeparare matrimonium in caſibus à iure permiſſis. ita colligit do.Abb per illum tex.in c.fi.de coniug.ſeruo.& infert ꝙ legatus in prouincia concurrit cum epo in his, quæ pertinẽt ad dignitatem epiſcopalem. pro hoc.c.j.& ij.de offi.leg.li.vj.Item limita d.c.accedẽtibus,& ea quæ notantur in d.c.j.de conſan. & affi.quo ad vicarium epi,coram quo põt agitari cauſa matrimonialis,ita colligit do. Abb.per illum tex.in c.fi.de cogna.ſpir.Et an cauſa matrimonialis poſſit ſpectare ad inferiorem ab epo ex conſuetudine? vide tex.iuncta glo.in d.c.accedentibus.& in c. auditis,de præſcrip.& in c.literas præalle. & in d.c.j vbi concludunt doct.ꝙ ſic,cõtra Hoſti.in d.c.literas præallegato.& in d.c.j. & apertius probatur quam alibi in d.c.auditis. T ñ do.meus d.An.nititur ſaluare Hoſti.in c.vno.de plus peti. licet cõſulendo & iudicando ſequeretur cõem opi.prout vidi ſæpius per ipſum conſultum.

1 *Matrimoniũ cum aliqua contraxiſſe ſi quis alleget,ipſa vero dicat ſe cum alio contraxiſſe,nec cõſtat de anteriori tempore, quid iuris ſit?*

Matrimoniũ IIII.

1 Quidam † probat ꝙ mulier cõtraxit ma

trimonium cum eo: & mulier probat ꝙ ipſa contraxit cum alio: nec conſtat de anteriori tempore quid iuris? Innoc. ſing. in rub. de ſpon. duo. quem ibi ſcribentes referunt & ſequuntur decidit, ꝙ mulier debet abſolui. Sed do. meus in repe. rub. de cau. poſſ. & proprie. dicit, ꝙ firmo iudicio limitari pōt, niſi vnus ipſorum eſſet in quaſi poſſeſſione matrimonij: quia tūc pręſumeretur pro ſuo matrimonio ratione poſſeſſionis, & ad hoc allegat Bartho. Brixi. q. lvj.

1 *Verbum meus de ſui natura denotat dominium in rebus, in quibus quis habere poteſt dominium de præſenti, ſecus in alijs, et de futuro. Fallit in hypotheca generali.*

Meus.

1 Licet verbum meus † de natura ſui denotet dñium gl. eſt ſingu. in c. quo iure. viij. diſt. & voluit Bar. licet de ea non faciat mētionem in l. j. ff. de ſta. ho. hoc non procedit in iuribus & actionibus, in quibus quis nō poteſt habere dñium, & ideo actiones non poſſunt dici meę ita dixit Guil. de Cu. in d. l. j. quem ſequitur ibi Bart. Sed contra eos do. meus d. Troylus de Malu. ſolēnis vtriuſq; iuris doctor in cathedra allegauit tex. apertum & ibi gl. in l. meorum. ff. de verb. ſig. de quo tex. dicit ſe mirari ꝙ non fuerūt recordati. Ego adduco aliū text. apertū i l. ſi legatus. §. ſi quis bona in verbo, nam & meorum. ff. ad Trebe. faciat l. nam quod. in fi. & l. cogi. in prin. ff. eo. ti. Item non ꝓcedit habito reſpectu ad futurū tempus, ſed ſolū ad præſe[n]s. caſus eſt quem iudis o ſuo di[c]it eſſe ſing. in l. ſi ita. ff. de au. & ar. le. vbi dicitur ꝙ ſi teſtator dicit, lego veſtem me[a]m et argentum meum, debetur ſolum veſtis & argentum, quæ erant tpe teſtamenti: & per illum tex. dixit Guil. de Cun. in l. omnia. C. de epiſ. & cle. ꝙ ſi priuilegia ſtudij Pariſienſis conceduntur ſtudio Tholoſano, intelliguntur conceſſa ſolum priuilegia tpe conceſſionis, non aūt futura: de quo ſecundum eum videndum eſt ibi Bal. Ad idem facit c. fœlicis. de pœn. li. vj. & l. ſi mandauero. §. is cuius. ff. manda. vbi publicatis bonis alicuius cenſentur publicata bona præſentia, nō futura, ad idem c. ſi. de reſcri. & cle. literas. eo. ti. Fallunt tñ prædicta in hypotheca generali. vnde ſi in contractu obligo tibi res meas, non tm̄ præſentes, ſed ēt futuræ intelliguntur hypothecatæ. caſus eſt ſing. in l. ſi. C. qui res pig. ob. poſ. & hoc operat̃ natura hypothecæ generalis per illum tex. Vel iudicio meo ad illam legē dici poteſt, vbi tractatur de modico præiudicio, vt tunc extēdatur obligatio ad res futuras, ita interpretatur illam legem, d. Abb. in c. quia circa. de priui. Vbi vero ad participationem orationum offero me & mea eccleſiæ, veniunt ſolum pręſentia gl. eſt notabilis in c. vt lex cōtinentiæ. xxvij. diſt. Quod tñ declara ſecundum Arch. ibi. & vide Bar. in l. ſi. in vlt. col. C. de pac. & Bal. in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccle. & Ang. cōſi. clxxviij. & Lu do. Ro. in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. obli. & Canon. in c. in præſentia. de probat. vbi de hoc ſecundum eundem do. meum.

1 *Iudex in notorio an debeat procedere ſentētiando, an potius exequendo?*

2 *Sententiæ appellatione venit diffinitiua, nō præceptum iudicis.*

DE LITERA N.

Notorium.

1 An iudex † in notorio debeat procedere ſententiando, an potius exequendo? Innoc. in c. ex parte. de ver. ſig. tenet, ꝙ potius debeat procedere exequendo, refert & ſequitur eum d. Abb. in c. ad noſtram. el iij. de iuretur. & in alijs locis. & ipſe ad hoc allegat tex. gl. & Bar. in l. ſi ius ſuſtum. ff. de his qui notan. infa. vbi probatur ſecundum vnam lecturam, ꝙ non requiritur in notorio eſſe cognitio, nec ſolennitas ſñiæ, ſufficit iudicis præceptum de exequendo, ad idem adducit l. ij. §. quod de frumentaria. ff. de admin. rer. ad ciui. perti. vbi clare colligitur maxime per Barto. ꝙ vbi omnia iura partis ſunt nota iudici, vt quia produxit oēs rationes, poteſt pronunciare parte abſente & non citata ratione notorietatis. & hoc voluit Inn. in c. quanto. de tranſlatio. præla. Concludit ergo d. Abb. ꝙ vbi notorium eſt tale, ꝙ inficiari nō poſſit, nec requiruntur aliquę præſumptiones, ſufficit quoddam præceptum. Sed quiſpiam poſſet opponere contra oēs tenentes hanc partem, ꝙ non requirat̃ ſñia, de tex. in c. cum dilecti. in verſi. nimirum ſi crimen notorium exiſtebat non erat illi indicenda purgatio, ſed in eum condemnationis ſñia promulganda. de pur. cano. et ibi lucerna iuris canonici Io. An. dicit, Nota hūc tex. ꝙ ēt in notorijs ferenda eſt ſñia diffinit.

ſiua, nec ſufficit ſolum præceptum iudicis, etiam ſi reus vocatus confiteatur ſtatim: & illum tex. ad hoc reputo ſing. & meliorẽ de iure. Facit contra d. Abb. poſt alios inquantum dicit, ꝙ vbi notorium eſt tale, quod inficiari nõ poſsit &c. tex. d. c. cum dilecti. in ver. crimen eiuſdem presbyteri, vſq; adeo publicum & notorium fuerat, ꝙ nullus inficiationi locus pœnitus exiſtebat: nam ibi crimen erat ita notorium, ꝙ non erat locus inficiationi, et tñ tex. ibi dicit ꝙ ſnia condẽnationis eſt promulganda, et per conſequẽs ſnia diffinitiua, & non præceptum. Et ſi aliquis mihi diceret, quõ probatur ibi in tex. de ſnia diffinitiua, reſpondeo, quia appella-
2 tione † ſniæ proprie venit ſnia diffinitiua, vt dixit glo. q̃ cõiter reputatur ſing. in l. j. §. biduum. ff. quã app. ſit & gl. in cle. j. de re iudi. & quod notatur in c. cum olim. de teſti. & in c. cum olim. de cau poſ. & propri. vbi per d. Card. et d. Abb. in c. cauſam matrimonij. de offi. dele. & ibi plene per do. meũ. & in c. cum dilectus. de ordi. cogni. per eundẽ & per do. Card. in c. veniens. de iureiur. & no. in rub. ff. de re iudi. et in l. quod iuſsit. ff. eo. vbi plene per Moder. cum alijs concor. Item præceptum proprie non dr̃ ſnia, ita dixit glo. xj. q. iij. in ſumma. & in c. dudũ. il ij. de elec. Non obſtat l. ictus fuſtium. & gl. & Bar. ſecũdum vnam lecturam. quia eius q̃d multipliciter exponitur non habetur veritas, ita dixit Bal. in l. ne quicquã. §. vbi decretum. ff. de offi. conſu. ubi refert Boetium hoc dicentem. Item talis lectura confundit per tex. expreſſum. d. c. cum dilecti. Nõ ob. d. l. ij. §. quod frumẽtaria. Quia ille tex. nullam mentionem facit de præcepto, ſed de pronuntiatione facta abſq; citatione & parte abſente non citata per rationem notorietatis, nec ille tex. facit cõtra. Quia in dubio debemus intelligere ꝙ illa pronũtiatio fuit facta diffiniendo potius q̃ præcipiendo & potius ſententiando quã exequendo. Et recte intuenti ita vr̃ procedere tex. ille. Et ꝓ opinione quã teneo faciat gl. in c. porro. de adul. Sed pro concordia dicerem, ꝙ aut factum eſt ita notorium, ꝙ non poteſt aliqua tergiuerſatione celari, et omnis pręſumptio ceſſat pro delinquẽte, adeo ꝙ nullatenus eſt locus inficiationi: et tunc ſufficit aliqua ſententia, licet non ſolennis, et ita procedũt iura pręallegata, et opinio Abb. Bar. et ſequaciũ. Aut factum non eſt ita notorium, ſed quaſi notoriũ, licet locus inficiationi non videaẽ, & tunc procedit d. c. cum dilecti. & ſi recte ponderes d. c. cum dilecti, mihi vr̃ ita procedere in verſ. tanq̃ de notorio liqueret, nihilominus hoc cogitandum relinquo. Vide tñ quod notatur in c. veſtram. de coha. cler. & mulie. & præſertim per d. Anto. ibi in repe. & quod no in c. ex parte. il ij. de ver. ſig. & in d. c. ad noſtram. cum ſi. & plene ꝑ Sal. in repe. l. ea quidem. C. de accu. cum ſi. concor. vt ibi per eum. facit quod notatur in c. manifeſta. & in c. de manifeſta. & quaſi per totum. ij. q. j. et per doc. in l. emptorem. ff. de actio. emp. & ven. & aliquid per Bart. in l. ſcriptus. ff. de reli. & ſump. fu. cum ſi.

1 *Verbum nullatenus, eſt canon latæ ſententiæ, & per illud eſt ſublata poteſtas inferioribus diſpenſandi, vel ſtatuendi contrarium. Et quid de dictione nullo modo.*

Nullatenus.

1 Verbum † nullatenus eſt canon latę ſnię gl. eſt elegans in auth ſi qua mulier. C. ad ſe natuſcon. Velleia. quã reputauit ſing. d. Card. in c. ſuper litt. de reſcri. refert & ſequit ibi do. meus do. Andr. vtriuſq; iuris monarcha in repeti. ſua ſolenni. c. teſtimonium. de teſti. faciat gl. in cle. j. in verſ. nullatenus. & quod voluit ibi d. Ant. de Bu. de ſequeſ. poſ. & fruc. & quod volunt Moder. in c. q̃a fruſtra. in verſ. nullatenus audiatur. de vſu. & facit tex. in c. conſtituimus. in verſ. nullatenus ad accuſationem vel ad teſtimoniũ. iij. q. v. Et adduco elegantem gl. in cle. ut hij q. in ver. concedatur. de æta. & quali. & quod voluit ibi Ioan. de Imo. poſt Pau. de Liaz. & d. Car. vbi poſt eos dicit per illam gl. ꝙ per hæc verba, nullo modo, & nullatenus, & ſimiles dictiones, eſt denegata poteſtas inferioribus diſpenſandi, vel ſtatuendi cõtrarium, & de illa gl. fecit feſtum do. meus in d. c. teſtimoniũ. in xxvij. col. vide q̃d voluit Ang. in l. ſi quęramus. ff. de teſta. vbi allegat contra Bart. l. fi. in verbo ideoq; hoc nullo modo fieri cõcedimus. C. de teſta. mili. & vide ẽt Io. de Imo. in d. l. ſi quæramus. vbi allegat gl. in d. cle. vt hij qui. & idẽ voluit in c. quia ingredientibus. de teſta.

Adde Gemi. in c. Romana. in. §. cũ ad pręfatam. in iiij. no. in ſi. de appel. li. vj. & in eo. c. §. ſnias. ꝙ lex ſi diſponat, ꝙ iudex nullatenus faciat actum non interueniente certa ſolennitate ſi facit contrarium, non tenet, allegat gl. in d. cle. j. Et de iſta clauſula nullatenus audiaẽ quæ ſolet apponi in ſtatutis, q̃d operetur, vide doc. i d. c. quia fruſtra. & do.

meũ in c.ſi.de ordi.cog.ubi plene de hoc.et
vide Ang.in l.venditionis.in ver.non audie
tur.C.de vſuca.pro empt.vel tranſactio.Et
vide quod voluit Bart.in l.oẽs.C.de fundi.
patrimo.li.xj.ꝙ iſta exceptio introducta ꝑ
ſtatutum, ꝙ pars nõ debeat audiri impedit
litis ingreſſum. Et vide d.Abb.de dictione
nullo modo in c.qualiter.il ij.de accuſa. &
vide Hoſt.in c.paſtoralis.de iudi.& Ange.
conſi.ccxxx.vbi dicunt ꝙ valet lex ſeu ſta
tutum denegans audiẽtiam alicui ꝑꝑ ſuum
delictum. Tñ Ang.in dicto ſuo cõſi.dicit ꝙ
non valet ſtatutum denegans iuſtitiã,vt ſin.
dixit Inno.in c.quæ in eccleſiarum.de con
ſtitu.& ibi vide do.meũ.& vide Ang.in l.ſi
non ſpeciali.C.de teſta.& in l.j.C.de bo.va
can.li.xj.Bar.in l.ſi cum mulier.ff.ſo.ma.&
ibi Nic.de Neap. & Moder.& Bal.in l.iu-
bemus.§.ſane.C.de ſa.ſan.eccl.vbi alleg.l.
ſi ſeruus.C.de his qui ad eccle.confu.& vi
de Bald.in q.incipiente ſtatuto cauet,& in
repeti.d.l.cum mulier.& gl.in c.j.de reſcri.
li.vj.& Lud.Ro.in conſi.xx.& do.meũ in
rub.de excep.et in d.c.paſtoralis.tex.& ibi
Bald.in l.j.C.de patri.po.& in l.peremptio-
rias.C.ſen.reſcin.nõ poſ.& l.plane.ff.de pe
titio.hære.vbi concludunt,quod valet lex
ſeu ſtatutum denegans alicui audientiam.

1 *Neceßitate ineuitabili quando quis impedi tus dicatur?*

Neceßitas ineuitabilis.

1 Quando quis† dicatur impeditus aliquã
ineuitabili neceſsitate vide Bal.in c.ſciſci-
tatus.de reſcrip.vbi dicit ꝙ ille dicit̃ ineui-
tabili neceſsitate impeditus,qñ in vinculis
eſt detentus ab inimicis:& alleg. tex,quem
ipſe reputat vnicum & ſin.in l nam & ſer-
uus.in j.reſpon.ff.de neg.geſt.quem tex.di
cit eſſe notandum pro intellectu,d.c.ſciſci-
tatus.item ẽt ſi careret veſtibus,vt in l.in ea
dẽ.ff.ex qui.cau.maio.& optime facit tex,
iuncta gl.in c.ſi qui teſtium.de teſti.

1 *Verba, Nihil agit, ſunt canon latæ ſentẽtiæ.*
2 *Sententia lata ex libello inepto eſt ipſo iu re nulla.*

Nihil agit.

1 Iſta verba†nihil agit ſunt canon latę ſen
tentiæ tex.eſt peregrinus ſecũdum do.meũ
in c.prudẽtiam in verbo,nihil egiſſe.de of-
fi.delega.vbi doc.dicunt per illa verba.ꝙ
proceſſus habitus per duos,tertio nondum
excuſato,eſt ipſo iure nullus:& hoc ex du-
plici defectu.ſ. poteſtate exercitij iuriſdi-
ctionis,& ex defectu formæ traditæ i reſcri
pto,do.meus ibi alleg.tex.in l.ſi.in verſi.ni
hil egit.ff.de libe.et poſthu.vbi Bal.per illũ
2 tex.dicit,ꝙ ſnia † lata ex libello inepto eſt
ipſo iure nulla, & ſic illa verba ſua canon
latæ ſniæ.facit l.fideiuſſor.in verſic.fruſtra.
agit.ff.de neg.geſt.& optime facit tex.in l.
niſi.ff.de tute.& ratio diſtra.vbi Bal.idem
colligit,quod ſententia lata ex libello ine-
pto eſt ipſo iure nulla.

1 *Verbum, Omnino, intelligitur ipſo iure.*

DE LITERA O.

Omnino.

1 Verbum,omnino, intelligitur†ipſo iure.
gl.eſt ſing.ſecundum Bal.in l.j.§.ſi pecuniã.
ff.depoſi.refert et ſequitur Lud.Ro.notab.
j.idem voluit Fran.Cremẽ.in nota.vij.Ego
allego aliam incognitam maioribus noſtris
in l.obſignatione.C.de ſolu.quæ intelligit
illum tex.d.§.ſi pecuniam procedere ipſo
iure.& per illũ tex.d.§.ſi pecuniam inter-
pretatur.d.l.obſignatione.& illam gl.ſubti-
liter inductã retulit mihi do.meus d.Andr.
Barba.in cathedra, licet in commentis ſuis
hoc non dixerit. Pro certo illa gl.relata ad
illum tex.licet nullam mẽtionem faciat de
verbo omnino,probat hoc. Sed recte fecit
do.meus quia non allegauerit eam in com-
mentis:quia illa gl. difficulter probat hoc,
ex quo nullam mentionem fecerit de ver-
bo,omnino. Adde Bar.in l.j.circa ſi.ff.iudi.
ſol.ꝙ ver. omnimodo importat exactionẽ.
Tene ergo pro ſing.gl.d.l.j.§.ſi pecuniã.Et
nota ẽt quod verbum omnino,licet ſit præ
ciſæ ſignificationis, vt probatur in c.quali-
ter.de iudi.tñ recipit interpretationem cõ
gruam a iure cõi,vt in l.cum ſtipulatus ſim
Dãmam.ff.de ver.obl.iſtud voluit Bal.in l.
ſi.C.de contrahen.emp.& do.meus in c.at
ſi clerici.de iudi.& in d.c.qualiter.& alleg.
tex.in c.& ſi Chriſtus.de iureiur.et ibi Bal.
colligit hoc.& vide quod voluit Bald.in l.
precibus.C.de impub. & alijs ſubſti.vbi di
xit ꝙ eſt verbum præciſum, & quod dixit
Ioan.de Imo.in c.in cauſis.de teſti.ꝙ verbũ.
omnino importat neceſsitatem.& vide gl.
in c.ex parte.il j.de offi.deleg.vbi exponit

verbum omnino,i.ſine aliqua pactione.facit c.Piſanis.de reſtit.ſpol.& vide omnino do.meum in d.c.qualiter.& de iſto verbo omnino & alijs vide Matth.de Matthe.in ſingu.cxj.

1 *Clericus an poßit dari in obſidem ab epiſcopo, & monachus ab Abbate?*

Obſes.

1 An eps † poſsit dare in obſidem de clericis ſibi ſubiectis, & Abbas vnum de monachis? Lud.Ro.in ſing.ccccevj.nunquid.dicit ꝙ doc.curiales dicũt cõiter ꝙ ſic, vt eſt caſus i c.ex reſcripto.de iureiu.Tñ ipſe tenet contrarium & alleg.gl.ſing.in c.vt pridem.xxiij q.viij.reſpõdet ad d.c.ex reſcripto,quia ibi Abb.dedit de conſenſu Papæ, & dicit hoc eſſe verũ ſicut Deus eſt Deus, & ſic vt pica dicit illud quod dicit gl.in d.c.vt pridem. Ego dico contra ipſum & io.Theutonicum, quia reſponſio data ad d.c. ex reſcripto, diuinat ad illum tex. cum ibi nulla mentio fiat de conſenſu Papæ, & per conſequens iſte intellectus non valet, quia intellectus diuinatorius eſt reijciendus a iure,vt dixit gl.in l.filium quem habentẽ C.fami.erciſ.Sed diſtingue iſto modo poſt d.Abb.in d.c.ex reſcripto.ꝙ ſiue loquamur de monachis, ſiue de clericis,vt ꝓprie ſortiantur naturam obſidum ſolus Papa poteſt dare eos obſides.vt no.in d.c.ex reſcripto, & ar.c.cuncta per mundum.& c.per principalem.ix.q iij.& ſic procedat glo.in d.c.vt pridem. Aut dãtur,non vt proprie ſint obſides,ſed vt ſtent in certo loco,& tunc ſi loquimur quo ad monachos, Abbas poterit monachum ſuum deputare pro neceſsitate vel vtilitate monaſterij ẽt inuitum: qa monachus non poteſt Abbati reſiſtere, cũ voluntas ſua dependeat a voluntate Abbatis,vt in c.ſi religioſis. de elec.li.vj.& in c.non dicatis.xij.qõ.j.& iſto modo procedit tex.ſi ſubtiliter ponderetur in d.c.ex reſcripto.Et ex hoc puto ꝙ cum detinentes eũ inuitum dummodo de voluntate Abbatis non ſunt excõicati.ar.c.vt famæ.de ſenten.excom.ſed inuito Abbate non poterit retineri.tñ quia habet beneficium c.ſi quis ſuadente.xvij q.iiij et facit c.nuper.de ſenten.excom.quia eſſet quędam ſpecies ſeruitutis tenere hominem inuitum.& immutare ſtatum hominis eſt ſolius principis, ar.l.j.§.de qua re.ff.de poſtu.Si vero loquimur in clericis ſecularibus idem eſt dicendum,tñ non poterũt deputari per epiſcopos inuiti,ſicut & monachi per Abbatem,cum non ſint ita aſtricti,& ſic non poterunt inuiti teneri,licet a principio cõſenſerint ſine excõicationis pœna,ar.c.contingit.de ſen.excom. nec eps poteſt diſpenſare ar.c.ſi diligenti.de foro compe.Quid in laicis ut qñ interuenit iuramentum?dic vt notat in d.c.ex reſcripto.

1 *Opinio vltima in dubio videtur a iuriſconſulto approbata,idẽ dicitur de Innocentio.*

Opinio I.

1 Quando iuriſcõſultus † refert opiniones diuerſas,& non eligit aliquam ex illis,ĩ dubio vr̃ ſequi illam,quam vltimo loco retulit:et illa vr̃ eſſe ſua opinio,licet antea aliter dixerit:iſtud voluit Cyn.in l.j.C.de ſa.ſan.eccle.facit optime quod legitur & not.in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Treb. Similiter dicimus de Innocentio,qđ illa opinio dicaẽ teneri ab eo,quam ultimo loco refert.ita dixit Ioan.And.in c.j.de priui.li.vj.& Bal.in auth.ex teſtamento.C.de colla.& do.meus d.And.in repe.c.Raynaldus.de teſta.in Ioãnma.in liij.char.vbi ẽt dicit,quod illa dicitẽ opinio alicuius,quam magis deliberate tenet,puta, quia in pleriſq; locis illam repetit,& per coniecturas,& pręſumptiones aliquas apparet illam eſſe opinionem ſuam:et de hoc allegat tex,de quo plures in cathedra, & viua voce fecit magnum feſtum in l.diui fratres.ff.de iure patro. Et licet gl.in d.l,qui filium allegaretur cõiter pro ſingu.ad hoc tñ do.meus d.Troylus de Maluic.eximius vtriuſq; iuris interpres in cathedra ſolitus eſt allegare ad hoc gl.meliorem de corpore iuris in l.ea lege,C.de cõdi.ob cau,quæ dicit altera pars eſt vera,quia vltima,pro qua gl.optime facit tex.ſecũdum eum,quem ſolitus erat allegare Bar.in l.bona fides.ff.de poſi.& text.in l.ſi idem cũ eodem.ff.de iur:ſdi.om.iudic.& in d.l.damni infecti.§.Sabini.ff.de dam.infe.

1 *Occulte fieri quid & quando dicatur? Et quid clam? & quando ſcientia præſumatur etiam in ruſtico?*

Occulte.

1 Quid dicatur fieri occulte † habes gl.in l.ſciãt oẽs,C.de his qui ex quib.ratio.mutu

pec.accepe.li.x.quæ dicit id fieri occulte, quod fit ſine authoritate principis, quod vr̃ ſecundum Bar. ibi cõtra.l.non intelligitur.§.tacita. ſecundum ſuam glo.ff.de iure fiſ. vbi eoipſo, ꝙ interueniti cautio publica nõ dicitur occulte geſtum neq; clã. Bar.ibi ſoluit, ꝙ illud dicitur fieri non licite, qñ nõ fit coram iudice: quod eſt verum ſi eius præſentia requiritur. Simile dr̃ ſi de conſuetudine, aliquid conſueuit fieri publice, vt matrimonia: & aliquis faceret coram duobus teſtibus, dicitur fieri clam vt l.ſi ff.de ritu nuptiarum. clam enim dicitur fieri quicquid fit taliter, ꝙ non poteſt venire ad notitiam eius, cuius intereſt, vt l.clam poſsidere.in prin.ff.de acq.poſ.& vide Lu.Ro.in d.l.nõ intelligitur.§.tacita,& ĩ l.licitatio.ff.de publica.faci: quod voluit Iaco.Butri. in l.nemo.C.de ſum.trini.& fide catho.vbi dixit, ꝙ ſi monachus & publice & palam contraxit matrimoniũ, præſumitur in errore, & punitur vt hæreticus: ſecus ſi occulte & illud dictum refert & ſequitur do.meus in c.ij.de ſortilegijs,& faciũt no. in c.fi.de clan. deſponſa. Et licet hęc ſint communia, tamẽ vtilia ſunt pro ſtatutis prohibentibus actũ fieri occulte.tene menti. & vide quod voluit Bar. in l.j C.de prædijs mino, ſine decre.non alie.lib.x.vbi dixit, quod illud dicitur occultum, quod fit ſine decreto, quãdo decretum eſt neceſſarium. & quod magis puniatur vide Bar. in l.j.§.generaliter. ff.vi bo.rapto.refert & ſequitur do. Alex. de Imol. in d.l.ſciant. in addi. ſuis. Adde quod præſumitur ſciẽtia contra ruſticos, ꝗ faciunt aliquid clare Bal.per illam glo.in l.j.C.de inter.matri.& vide Ioan. de Ana. in c.fi.de accu.in ij.col.hoſti.& Abb in c.cum clerici. de pac. Et vide pulchre per domi. Abb.in c.cum quidam.de iureiur. & faciat quod voluit idem Abb.in c.ſicut.il ·j. in fi. eo.ti. Itẽ dicitur fieri occulte & in ſecreto quod fit non obſeruata te la iudicij. tex. eſt iudicio meo in c. inquiſitionis.§.tertiæ. de accuſa. De collatione beneficij clandeſtina vide doct. in c. vnica.vt eccle.benefi. & in c.ſi tibi abſenti, de præben. lib. vj. & vide gloſ. in cap. Anaſtaſius in verſicu. occulte, xviij.diſtinctio.

1 *Officialium nomina ſi a ſtatuto caſſentur, ipſi officiales caſſati intelliguntur.*

Officialis I.

1 Si per ſtatutum † caſſantur nomina officialium incontinẽti, ipſi officiales intelligũtur caſsi, ita notabiliter colligit Ang. in addi. licet aliqui attribuant Bar. per illũ tex. in l.diuenos.C.de fru.Alex.lib.xj. Et ratio eſt quia caſſato noie caſſatur effectus facit illud quod dixit gl.in c.admonere. xxxiij. q.ij.ſi re priueris, nec nomen habere mereris.& optime facit tex.in l.a nullo.C.de ferijs. Ego addo in ſimi.tex.ſing. in l.fin.ff.de conſti. pecu. vbi ſi inſtrumẽtum iudicatur falſum, annullatur confeſsio facta in inſtrumento,& viciato contractu viciatur omnis clauſula ibi adiuncta. referunt doct. in l. ita ſtipulatus.§.Criſogonus.ff.de verbo.oblig. & ibi plene diſcutitur, an cõfeſsio facta in contractu inutili probet: Et vide quod in ſimili no.in c.Piſanis.de reſti.ſpolia.an cõfeſsio facta in iudicio inualido probet, quẽ tex.d.l.fi.reputauit ſing. Bal.in l.abſentes. C.ſi cer.peta.conſuluit Ludo. Roma. cõſi. lxxiiij.& conſi.xxix. Et ratio eſt, quia caſſato principali annullantur omnia, quæ ſequuntur ex eo c.auditis.de procura.c.inter dilectos. de fide inſtru.l.non dubium,C.de legi.& ff.ad macedo.l.creditorẽ.c.qualiter. de elec.cum ſimi. Et adduco quod pulchre voluit Bal. in l. vna.C.de confeſsis.in xxj. col.vbi dixit, ego confeſſus ſum teneri tibi ad centum vigore inſtrumẽti: inſtrumẽtum loquitur de pacto nudo, quod illa cõfeſsio intelligitur de pacto nudo:& adduco gloſ. in l.cũ patronus.§.patroni.ff.ſi qd in fraud. credito, vbi ſi inſtrumẽtum eſt fabricatum doloſe, omnis clauſula appoſita in eo maculatur.& vide quod voluit Bal.in authẽ. ex teſtamento.C.de collatio. & in c.j.§.j.in ti. de feu.da.in uicem legis commiſſoriæ, quod vbi inſtrumentum eſt nullum, precariũ appoſitum eſt nullum, & vide Cy. relatum a Bal.in l.fi.§.& quia.C.communia dele.ꝙ ſi de inſtrumento debet ſolui gabella, ſi caſſatur propter eius inualiditatẽ, non debetur gabella, voluit Ang.in authẽ. de nuptijs.§. quia vero,& Bal.in l.ſi prædium.C.de euictio.refert & ſequitur do.meus do. And.in d.c.auditis.& vide quod voluit Cy.& Bar. in l.poſt legatum.ff.de his qui. vt indig.& Inno.in c.cum venerabilis. de excep. & in c.cum olim.de cenſi.& quod voluit glo.reputata ſing.in l.ij.alias.j.ff.de ſecundis tabulis.adde tex. & quod ibi notatur per. Saly. poſt alios in l.eos.C. de vſuris. tene menti prædicta.

1 *Officium emens, ſicut illius commoda ſentit, ita & incommoda ſentire debet.*

Officium I.

1 Nota tex. in† argumentũ ſecundũ Ang. ibi in l.j.§.ſed ne tantum.C.de collegijs li. xj. contra notarium, qui emit officium ſcribendi ad certum bancum per tẽpus, prout fit Bononiæ, ꝙ ille qui emit dictum officiũ ſicut ſentire debet commoda illius officij, ita etiam incommoda vt l.vna.§.pro ſecũdo, C.de cadu. tol. regula. qui ſentit de regu. iur.li.vj. cum ſi. vnde ſi aliquod onus imponitur, ipſe notarios emptor ſuſtineat, non autem venditor: quod tene menti.

1 *Occupare rem alienam, quaſi propriam nemini licet.*

2 *Derelinquere aliud eſt, & aliud deſerere.*

Occupatio.

1 Tu habes † ꝙ non licet alicui occupare ſibi rem alienam, quaſi propriam, vt in l. cum quærebatur.C.vnde vi, cum ſi. Limita tamẽ illã l. & ſimilem ꝙ ſi quis authoritate propria ſibi occupauit prædium incultum & per conſequẽs deſertum non tenetur ex condictione illius l. cum quærebatur, iſtud probatur per tex. iuncta glo. in l. qui agros, C.de omni agro deſerto.li.xj. & ibi Bar. dicit hoc eſſe notandum & eſſe vtilliimũ pro ſtatutis in ciuitate Bugubij. in qua per formam ſtatutorum omnia prædia ſunt tributaria. Et no. diligẽter illã l. ꝙ aliud eſt de-
2 relinquere† & aliud deſerere, qui enim derelinquit agrum ipſum ex pœnitentia non reuocat, vt in l.j. & per totum.ff.pro derelicto. ſed qui deſinit infra biennium recuperare poteſt illum reſtitutis expenſis cultori, & datur biennium ſi non fuit vocatus ꝑ poſsidentẽ, alias datur ſibi tẽpus ſemeſtre, vt in l. locorum.C.de omni agro deſerto li. xj. quod tene menti. Et ideo cautus aduocatus accuſati in dicta ciuitate interdicto recuperandæ, vel ex illa l. debet articulare, ꝙ prædium erat incultum, & reputabaĩ deſertum: quo ꝓbato, neceſſario ſequitur abſolutio. & hoc intelligo quando prædium erat tributarium. ſecus ſi non erat, vt in l. clam poſsidere.§.qui ad nundinas.ff.de acquirẽ. poſ. & niſi diuturnitas temporis ſiue annorum, aliud induceret, vt no. in gloſ. in l.j.C.de ſer. fugi. & Bartol. in d.l. qui agros. Poſſes tamen dicere quiſpiã ſecundũ Ang. in addi. ſuis ad l. qui agros quomodo veniẽs auditur ſi agrum deſeruit. l.j.ff. pro derelicto: dicit quod ibi fundus non fuit derelictus, nec pro derelicto habitus, ſed tantum cultura. & ideo intra biennium auditur. & pro d.l. qui agros. vide tex. & Bar. in l. de eo.ff.de acqui. poſ.

1 *Multi debent onerari ſecundum onus, ad quod portandum ſufficientes conſuetudine reputantur.*

Onus.

1 Muli debent† onerari ſecundum onus, ad quod portandum ſufficientes conſuetudine reputantur tex. eſt optimus in arg. in l. publici.C.de curſu publico & anga. li. xij. & ibi Bar. dicit illum tex. facere, ꝙ ſi ego oneraui mulum tuum onere librarũ quinquaginta: qui bonus & ſufficiẽs putabatur ad tantum pondus, ſi tamẽ ita oneratus deceſsit ex pondere, quod ego non teneor, qꝛ permiſſum eſt mihi ipſum onerare ſecũdũ conſuetudinẽ, & muli ſufficientiam per d. l. publici. quod ſingulariter nota, quia quotidianum eſt. & vide eundem Bar. in l. qui inſulam.§. qui mulas.ff.locati.

1 *Officiali excedenti modum ſibi conceſſum, licite reſiſti poteſt propria authoritate.*

Officialis II.

1 Officiali† excedenti modum ſibi cõceſſum, & vltra modum facienti, licite reſiſti poteſt propria authoritate. caſum habes in l. contra noſtram.C.de executo. & exacto. lib. xij. & ibi Bar. dicit illam l. eſſe notandã contra baiulos, & nuncios qui ſunt deſtinati ad pignorandum aliquẽ, quia licite poterit eis reſiſti, ſi accipient pignora vltra modum debitum: & etiam debent puniri, qđ nota. concor. l. defenſionis facultas.C.de iure fiſci. li. x. faciunt ea quæ leguntur, & notantur in c. irrefragabili. de offi. or. & in c. pen. de ſta mona.

1 *Obligans generaliter omnia bona ſua non dicitur obligaſſe illa bona, quæ obligãdo, puniretur.*

Obligatio.

1 Aliquis † obligans generaliter omnia bona ſua non videtur nec intelligitur obligaſſe illa bona, quæ obligando puniretur, glo. eſt quæ reputatur ſing. in authē. de reſti. & ea quæ parit in princi. hoc tenet ibi Ang. Sed do. meus in repe. c. Raynaldus. de teſta. & in pleriſq; locis dicit eſſe caſum iudicio ſuo in l. ſpē. C. de dona. tu vide Bal. in l. voluntas. C. de fideicō miſ. in fi. verbis: & in c. imperialem. in prin. in ti. de prohi. alie. feu. per Fæde. & in l. ſi conſtante. §. quotiēs. & ibi per Moder. ff. ſolu. ma. & Bal. in l. j. ad ſi. de re. diui. & Bar. in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de lega. ij. & plenius per do. meum in d. c. Raynaldus. in xlvj. char. vbi iterū attingit iſtum paſſum.

1 *Officium alicui collatū in certo loco ex priuilegio exerceri in alio loco non poteſt.*

Officium II.

1 Officium † ſeu poteſtas collata alicui in certo loco ex priuilegio, exerceri in alio loco non poteſt. iſtud fuit ſing. dictum Hoſt. in c. pe. de offi. lega. & ibi domi. Abb. dicit hoc dictum ſe neſcire alibi.

1 *Opinio doctorum humanior, & æquior eſt ſequenda.*

2 *Opinio ſingularis pro matrimonio eſt præferenda communi.*

Opinio II.

1 Vbi doctores † in aliquo articulo ſunt varij, ſequenda eſt opinio humanior. i. rationabilior, & æquior, ad hoc bonus tex. in c. ſi vir. in ver. humanius. de cogna. ſpiri. hoc voluit ibi do. Abb. poſt alios. Si vero vtraque opinio eſt rationabilis ſequendum eſt plurimorum iudicium, ſecundum Hoſti. & bene in d. c. ſi vir. ad hoc allegat bonū tex. in ſing. xix diſt. in canonicis. & ibi Hoſtiē. dat notabilem regulam, ꝙ vbi doct. & magiſtri per ſuas glo. matrimonium ſeparant, nec aſsignant caſum in iure expreſſum, ſi reperiretur vnus doctor vel magiſter matrimonium ſubſtinens, tunc illius opinio eſt ſequenda, & ſic ſingu. ſentit, ꝙ vbi agitur
2 † de matrimonio ſubſtinendo ſingu. opinio eſt præferenda cōi, quod eſt notandū ſecundum do. Abb. poſt alios in d. c. ſi vir. Temperat tamen niſi cōmunis opinio haberet tex. pro ſe, & clarum eſt, ꝙ tunc non eſſet dubium. Mihi videtur, ꝙ dictum Hoſt. non ſit indiſtincte verum: ſed dicerem, qđ licet pro communi opinione non allegaretꝰ tex. ſi tamē melioribus & ſubtilioribus rationibus ſe moueret, quam opinio ſingularis ſtā dum eſſet cōmuni opinioni, ad hoc bonus tex. & quod ibi notatur in c. capellanus. de ferijs. nam deficiēte lege ſeu canone poteſt allegari ratio glo. in c. conſuetudo. j. diſt. & quod no. glo. in c. ex eo. de elec. li. vj. & vide quod plene ſcribit de hoc do. meus poſt do. Card. in cle. j. de elec. & quod no. in l. cū ratio. ff. de bo. damna. cum ſi. Si vero opinio ſing. moueret ſe meliori ratione, tunc ſtādum eſt illi, quia ſæpe reuelat Deus vni etiā deteriori ꝗ̄ melioribus ad hoc bonus & ſing. tex. in l. j. §. ſed nocet. C. de vete. iur. enucle. de quo facit feſtum do. Abb. in c. de conſtituto. & in d. c. Capellanus. & in pleriſq; locis. Ego alium allego tex. in c. eſto ſubiectus in verſi. reuelatum ſedenti. xcvj. diſt. & illum tex ad hoc allegat glo. in c. ſi habes. in ver. ſenex. xxiiij. qō. iij. quæ dicit ſæpe reuelatur minori. &c. & allegat d. c. eſto ſubiectus.

1 *Epiſcopus non poteſt conferre ius patronatus, ſine conſenſu patroni.*

DE LITERA P.

Patronus I.

Tu habes in c. decernimus. xvj. q. vij. ꝙ
1 epiſcopus † nō poteſt conferre ius patronatus ſine cōſenſu patroni. Pro cuius capituli ornatu aliqua pulchra memoratu digna tibi adduco. Et quidē do. de Rota deci. 296. dixerūt patronum ſine cauſa recuſantē cōſentire permutationi beneficij poſſe compelli per epiſcopum quod no. pro limitatione d. c. decernimus. Secundo adduco tibi quod pulchre voluit Gaſpar de Calda in c. cū acceſsiſſent. de conſti. quem refert & ſequitur ibi do. meus do. And. poſt Abba. in xj. alias. xij. colū. vbi dixit ſe obtinuiſſe de facto epiſcopum non poſſe diſpenſare contra inſtitutionē beneficij patronalis, vel ipſam immutare, vel contra eam venire. ſing.

conſenſu patroni,quod ſemper no.ſecundũ
do. Abb.ibi.nam ſi ex inſtitutione benefi-
cij collatio eſt fienda presbytero, non po-
teſt epiſcopus ſine licẽtia patroni diſpẽſa-
re vt conferatur non presbytero. & hoc ẽt
dictum ſequẽs Inno.limitauit do. Abba. in
d.c.cum acceſsiſſent. niſi diſpẽſatio habe-
ret fieri ex neceſsitate eccleſię.& patronus
nollet cõſentire, & ad hoc adducit dictum
do.de Rota in prꝗalle.deci.& ratio eſt quia
patronus nõ debet impedire magnã vtili-
tatẽ eccleſiæ.facit c.j.de his quæ fi. a maio.
par.c. Tertio adduco tibi Inno.in c. fin. de
cler.non reſi.vbi dixit epiſcopum nõ poſ-
ſe diſpẽſare cõtra ſtatutum beneficij.Quar-
to adduco tibi Pau. de Liaza. in cle. ne in
agro.de ſtatu mona.vbi dixit quod epiſco
pus non poteſt vnire beneficium patronale
ſine conſenſu patroni. Quinto adduco tibi
eundẽ Gaſpa.Calde. in d.c.cũ acceſsiſſent.
vbi dixit quod epiſcopus nõ poteſt diſpen
ſare,ꝙ habẽs aliud beneficium habeat be-
neficiũ patronale,ſi illud repugnat inſtitu-
tioni factæ a patrono. & licet patronus ꝓꝑ
negligentiã ſuã priuatus fuerit iure præſen
tandi.tamen beneficium non poteſt aliter
conferri,ꝙ̃ fieri debeat beneficij inſtitutio.
optime ad hoc facit cle.j.de ſupplen.negli.
præla.& quod voluit Bal.in l. ſi ita puellã.
C.ſi manci.ita fue.alie.& quod voluit Ioã.
And.in c.publicato.de elec. & do. meus in
in d.cle.j.Sexto adduco Bal.in l.ſi quis pre-
sbyter.C.de epi.& cle.vbi dixit illum tex.
eſſe in argumentum,ꝙ in præiudicium pa-
troni laico inuito non poteſt eccleſia ſim-
plex in collegiatã erigi.facit quod hꝫ in c.
paſtoralis.de dona.& ibi refert do.Car. La
pum dixiſſe,ꝙ executor qui debet facere
conſtrui eccleſiã,non poterit erigere in mo
naſterium.& faciunt hæc ad id quod dixit
Pet.de Anch.cõſi.cxj.vbi ſing.dixit, ꝙ qñ
alienantur res eccleſiæ patronalis non req̃
ritur conſenſus patroni layci, quia non re-
peritur in c.ſine exceptione.xij.q.ij.in l.iu-
bemus.la ij.ad fi.C.de ſa.ſan.ec. ſed intelli-
gantur iura præallegata de conſenſu illarũ
perſonarum,quarũ intereſt nõ alienari res
eccleſiæ.itẽ dicit ibi do.Pe.ꝙ præfata iura
loquuntur de conſenſu clericorũ,nõ autem
patroni laici. itẽ ius patroni eſt duntaxat
ad actum præſentandi.itẽ ad opponendum
ſe ſi res ſine cauſa diſtrahantur,ad hoc alle-
gat Inno.in c.nobis.de iure patro.ſed ꝙ pa
tronus interſit in tractatibus & alijs ſolẽni-
tatibus adhibẽdis in alienatione rerũ eccle
ſię non eſt iure cautum:& ita Bononię in fa
cti contingẽtia obtinui.Septimo adduco qđ
voluit do Abb.in c.ſi.de iure patro. vbi di-
cit ꝙ ſi præſentatio alicuius iuris patrona
tus ſpectet, & ſimul pertineat ad patronum
clericum & laicum , legatus de latere non
põt cõferre tale beneficiũ, qa licet ratione
clerici poſſet,vt in c.cũ dilectus eo.ti.tamẽ
reſpectu laici non poteſt,vt in d.c.cum dile
ctus. quia non debet priuari patronus lai-
cus iure ſuo propter mixturam clerici. fa-
cit ad hoc c.ſacris.de ſepul.& l. ſi cõmunẽ.
ff.quẽadmo. ſerui.ami.& allegat Fed.de Se
nis conſi.lxiij.vbi hoc tenet legatus pote-
rit vti iure clerici,& conferre eccleſiã cum
conſenſu ſolius laici,ſecundum eundem Fe
de.in præallegato conſilio. hoc voluit do.
Pe. de Anch. poſt Lapum ibi in c. vnico.
de iure patro.li.vj.

1 *Immunitatis priuilegio an gaudeat fugiens*
ad corpus Chriſti, quod defertur per ſa-
cerdotem.

Priuilegium immunitatis.

Et inquantum.ſ.in litera C.in ver.Cardi
nalis dixi ꝙ Lud.Roma.in ſing. in facti cõ
tingẽtia videbatur ſequi glo. in c. quæſitũ.
1 xiij.qõ.ij.pro illa.q. an fugiens† ad corpus
Chriſti,quod defertur per ſacerdotem,gau
deat priuilegio immunitatis,ſicut ſi accede
ret & fugeret ad eccleſiam,dic quod in fa-
cti contingentia non eſt ſecutus illam glo.
ſed pro tunc conſuluit ſecundum opinionẽ
Archi.in d.c.quæſitũ quæ eſt in oppoſitũ.

1 *Pœnitus intelligitur,ipſo iure,idẽ de dictio-*
ne prorſus.

2 *Verbum Careo, eſt canon latæ ſententiæ.*

Pœnitus.

1 Pœnitus†intelligitur ipſo iure glo.eſt ſin-
gu.in l.ſi qui aduocatorum in ver.pœnitus
arceantur.C.de poſtu.quam reputauit ſing.
ibi Raph.Fulgo.& inquantum in litera C.
in ver.careo.dixi de natura illius verbi,qđ
intelligitur ipſo iure,& allegaui gl.in l.pro
uidẽdum in ver.careat foro.C.de poſtu. &
glo.in c.nouit. de his quæ fiũ.a præla. adde
glo.aliam in c.nihil in ver.careat poteſtate.
2 de elec.& ibi do.Abb. dicit†ꝙ verbum ca
reo eſt canon latæ ſententiæ, & vide Domi.
de S.Gemi.in c.vno.de cle.coniu.li.vbi di-

cit ꝙ verbum careo denotat totalem priuationem, & allegat glo. in cle. in plerisq; de electio. Adde do. Abb. in c. in quibuſdã, de pœnis vbi dicit, ꝙ dictio pœnitus importat ipſo iure, allegat c. fi. eo. ti. Et de hac dictione prorſus ſecundum Abb. in d. c. fi. & vide tex. & ibi Abb. in c. ad aures de pſcri.

1 *Dominus ſi dixit ſeruo ab aliquo verberato, non reuertaris domum, niſi aliquid ſentiam de te contra verberantem, an ex illis verbis dominus teneatur de homicidio, ſi verberatorem ſeruus interfecerit?*

Præceptum.

1 Famulus † cuiuſdam nobilis fuit verberatus, dominus eius ſibi dixit, nũquam reuertaris domum, niſi aliquid ſentiã de te cõtra verberantem. poſtmodũ famulus interfecit verberatorem ſuum, quæritur nunquid dominus ex illis verbis teneatur de homicidio? In facti contingentia, fuit determinatũ quod ſic, & ita fuit dominus punitus, ita recitat Bar. in l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mandauit. ff. de acqui. hære. & pro hoc facit quia non refert an directe, vel indirecte aliquid conſulatur. Et pro hac q. optime facit c. ex literis. de exceſſi. prælа, ſecundum do. Abb. ibi, vbi colligit, quod verba enunciatiua tacite diſponunt quãdo ex illis ſequitur malum imminens. licet Ludo. Ro. in ſuis ſing. illum tex. alleget & ſibi attribuat. faciat l. certum & l. cum quid. ff. ſi certe. ad idem c. fi. de homi. lib. vj. vbi ſi mando aliquẽ verberari, & cui mandatur illum interfecit, teneor de homicidio: quia ſum i culpa illud mandatũ præbendo. ita in propoſito iſte nobilis tacite mandauit verberãtẽ verberari, ideo tenetur de homicidio ſecuto, quod eſt bene notãdum. Et cũ opinione Bar. in d. §. ſed quid ſi mandauit trãſeũt Ang. Ioan. de Imo. & Pau. de Caſt. Et vide eundẽ Pau. cõſ. cclx. incip. ꝙ per dicta verba non fuit probatum dictum Io. & Abb. in c. ſententiam. ne clerici vel monachi. in viij. col. Quod dictum ego tibi limito ſecũdum Raphaelem in d. §. ſed quid ſi mandauit, quem ſequitur ibi Ludo. Roma. eſſe verũ, niſi ex qualitate offenſę aliud perpẽdi poſſet. Exemplum famulus fuit percuſſus alapa, & dominus dixit nõ redeas domũ. &c. famulus iuit, & cum gladio illum interfecit, non tenebitur hoc caſu dñs, qui videtur mandaſſe fieri vindictã ſimilem in iure. vt no. in fi. in l. j. C. vnde vi. & in l. iij. §. cũ igitur. ff. de vi & vi arma. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. aquil. facit quod pulchre voluit Bal. in l. ſi prædium. in viij. col. C. de edil. ac. Ad hanc limitationẽ Raph. d. Alex. de Imol. in d. l. ſi quis mihi bona. §. quid ſi mãdauit adducit notabilem deciſionẽ Bal. in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. nam vt dixi ſi mando famulo meo, ꝙ vulneret aliquem, adeo tamẽ ꝙ eum non occidat, & famulus occidit, teneor ego mãdans, licet illud non mandauerim in d. c. fi. de homi. lib. vj. Modo dicit Bal. limitando illum tex. ꝙ illud eſt verum, qñ nõ poterat ſeparari executio mandati ab ipſo mãdato: ſed vbi optime poterat ſeparari, tunc ſecus, vt quia dixiſti famulo, ꝙ alapam daret alicui, & famulus occidit, non tenetur hoc caſu dominus de homicidio: & de intellectu illius c. fi. ponit Bar. in l. iij. §. fi. ff. de adimen. lega. & in l. diuus. ff. de ſica. & Bal. in l. cum mandatum. C. man. Facit etiã ad confirmationẽ limitationis poſitę per Raph. i d. §. ſed quid. quod voluit Bal. in l. non ideo minus. in vlti. col. C. de accuſa. vbi vr̃ Bal. idem velle ſed clarius ponit in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. Ego addo tibi aliam limitationẽ ad præfatum dictum Bar. in d. l. ſi quis mihi bona. §. ſed quid ſi mãdauit. per id, quod voluit Bal. in l. ſi literas. C. manda. vbi videtur alio modo limitare dictum Bar. ꝙ illud procedat, niſi famulus repudiaſſet mandatum, & poſtea iuerit, & occiderit, quia tunc dñs non tenebitur. allegat glo. in l. ſi filius. ff. ad mace. vbi bonus tex. in ar. & cle. j. de procu. Aduerte tamẽ ꝙ contra iſtud dictũ Bar. vr̃ glo. in l. j. in glo. j. & quod no. Guil. de Cun. C. de his qui. vt indig. vbi hæres tenet vindicare necem defuncti licite, accuſando occiſorẽ in iudicio. & dicit ibi Guil. de Cuneo pone, ꝙ Ticius, qui fuit hæres, dixit coram teſtibus, ego vindicabo talẽ offenſam. Ticius fuit vulneratus vel occiſus, ſi ille Ticius qui occiderat defunctum, & teſtes nũc deponunt qualiter Ticius hæres dixit ſe vindicaturum necem defuncti, an propter hoc poſſit ſubijci torturę? & Guil. ibi decidit ꝙ nõ, quia debet intelligi quando hæres dixit, vindicabit. ſ. licite. Pau. de Caſt. ibi inducit glo. illam ad q. Bar. in d. §. ſed quid ſi mandauit. & ad q. Guil. dicit ꝙ debet cõſiderari qualitas perſonæ. nam ex qualitate perſona dijudicatur animus l. famoſi. ff. ad l. iul. maieſta. & hr̃ in l. j. C. de falſ. mone. no. Bar. in l. metum. ff. quod met. cau

ſtattento q iſta indicia ad torturam conſiderantur arbitrio iudicis vt per Bar. in l. fi. ff. de qõ. & per Cy. in l. fi. C. eo per tex. in l. ſij. in verſ. tu magis ſcire potes &c. ff. de teſti. dicit Pau. de Caſt. q gloſ. illa in d. l. j. facit contra Bar. in d. §. ſed quid ſi mandauit tantum idem Pau. de Caſt. ibi tranſit cũ dicto Bar. in loco præallegato dicẽs q debet ſibi imputari propter ſuam iactationẽ. ar. l. fi. C. de do. promiſ. & facit in argumentum c. q̃ ſit graue. de exceſſi. præla. & cum Bar. tranſit etiã idẽ Pau. de Caſt. in ſuo cõſi. ccix. incip. in Chriſti nomine, vt q per prędicta non ſit probatum &c. Nõ obſtat glo. in d. l. j. quia iudicio reſpondert poteſt, q procedat in vindictis licita, & a iure permiſſa, & quicquid fit iure præmittente non meret pœnã l. Gracchus. C. de adulte. c. qui peccat. xxiij. q. iiij. cum ſi. ſecus in caſu noſtro, in quo nemini licet ſe vindicare vindictam exercẽdo, ſed bene iniuriam propulſando, per ea quæ leguntur & notantur in ſij. C. vnde vi. & in d. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. & in c. ſignificaſti. il ij. de homi. & in d. l. ſcientiam. §. qui cum aliter. & C. vt nemini liceat ſe ſine iudicis autoritate, vind. per totum.

1 *Faciens actum contra me tanquam procurator, vel vt hæres, debet fidem facere per inſtrumentum, quod ſit hæres vel procurator, alias ego non conſtituor in mora. Et quid ſi in iudicio egerit, & de mandato non oppoſuerim?*

Procurator I.

1 Si aliquis † proteſtat mihi tanq̃ procurator, vel tanquam hæres quod ego ſoluam ſibi, ipſe debet mihi facere fidem per inſtrumentum quõ ille ſit procurator, vel ſit hæres, alias ego nõ conſtituor in mora. iſta fuit celebris doctrina & pratica tradita a Bart. per illum idx. in l. ſi quis inficiatus. ff. depoſ. vide quæ ipſe dixit in l quod te. ff. ſi cer. peta. Bal. vero in c. cum in iure peritus. de offi. dele. et in c. ex parte decani. de reſcrip. dixit, q nemo præſumit procurator, niſi doceat de mandato, & alleg. d. l. ſi quis inficiatus. Do. meus d. An. vulgo dictus Barbatiã in d. c. ex parte decani. in lv. col. refert ſe in contingentia facti iſtam q. quidam litigaret in iudicio per procuratorem cõtra reũ reus nunq̃ oppoſuit de mandato, ſed cum eſſent partes in limine ferendæ ſniæ oppoſuit ſe non fore conſtitutum in mora, quia procurator non oſtendit mandatum, & allegabat tex. iuncta theorica Bar. in d. l ſi quis inficiatus. do. meus interpellatus ad reſpondendum poſt factas allegationes aduocatorum, reſpondit q d. l. ſi quis inficiatus. et doctrina Bar. procedit in actu extraiudiciali: ſed in actu iudiciali non procederet, vnde erat neceſſe q reus opponeret de mãdato, aliter bene conſtituebatur in mora: & allegauit in ſnd. uiduo Bal. ita interpræ tãtẽ illã l. ſi quis inficiatus. in rub. C. depoſ. & ſubdit do. meus in d. c. ex parte decani. q ex quo reus paſſus eſt illud. ſ. procuratorem litigare, pręſumendum eſt q ſciebat illum procuratorem fore, & allegauit Bal. ita dicẽtem in d. c. cum in iure peritus. & Lud. Ro. conſi. cxlix. quod dictum ut quotidianum & in practica, literis aureis ſcribe.

1 *Verbum poteſt, importat neceſſitatem, quãdo negatiua præcedit: & quid ſi apponatur ſine negatiua præcedente?*

Poteſt.

1 Verbum † poteſt importat neceſſitatem, qñ negatiua præcedit. iſta eſt notabilis glo. in c. j. de reg. iur. li. vj. quam ad hoc allegauit do. Abb. in c. j. de cau. poſ. & proprie. & ibi do. meus. & idem d. Abb. in c. j. de fi. inſtru. et in c. ſi quis contra clericum. in x. col. de foro compe. Secus ſi apponať ſine negatiua præcedente, quia eo caſu exponitur ſecundum ſubiectam materiam, quia aliquãdo importat neceſſitatem, aliqñ non, licet de natura ſui importet actum voluntarium. vide tex. iuncta gl. in l. j. in ver. dare poteſt. ff. de iuriſdi. om. iudi. vide ibi Modernos ſimiliter in l. ſi mandauero. §. fi. ff. mand. & in auth. ſed periculum. C. ſine cenſu. vel reliq. de quo vide p gl. & doc. in l. ſæpe. ff. de offi. præſi. & in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & poſthu. et in l. j. ff. de iniuſto teſta vbi per Bar. per eundem in repe. l. creditores. in j. col. C. de pig. & plene per Pau. de Laz. in cõmento c. potuit. de locat. vbi late tractat de hac dictione, de qua ẽt per Archi. in c. ſtatutum. de reſcrip. in vj. & quod no. in glo. in c. ſciſcitatus. de reſcrip. & vide quod voluit do. Car. in c. teſtimonialis in o. non debet. de teſti. & gl. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. proconſul. & adduco gl. in ... a nemine allegatã in c. ſi quis iam tranſlatus. xxij. q. ij.

Adde gl. in cle. auditor. in verbo, poterit. de reſcrip. & Gemi. in c. præſentium. in ix. col. de teſti. li. vj. & vide eundem in c. nõ ſolum. in j. reſpon. de appel. li. vj. in ij. col. vbi etiam de verbo, debet. Et an verbum põt requirat actum ſeu verificetur in potentia, vide in l. ſtatuliberos. §. ſi quis ſi acceperit. ff. de ſta. liber. vbi remittit ſe ad l. ſæpe. ff. de offi. præſi. & ad l. j. C. quõ & qñ iud. & dicit quod fuit interrogatus: ſtatuto cauebatur, ꝙ qui non poteſt ſoluere mille priuet capite, ille vult dare fideiuſſores, an ſufficiat ſi numerat? dicit forte nõ ſufficere, niſi numeraret ꝓp verbũ poteſt. Limita primum. ſ. gl. d. c. j. niſi reſultaret abſonus intellectus, tunc enim importat præſumptionem, ita dicit Abb. per tex. iuncta gl. in ver. nõ potuit. in c. quanto. de præſum. quod facit ad cõem vſum loquendi, & ad teſtium dicta. Vnde induco ad q. dicit ſtatutum, ꝙ ſi quis vulnerauerit aliquẽ puniat in cẽtum, quæ ſi ſoluere noluerit, vel non potuerit infra mẽſem amputet ei manus, quia licet proteſtet ſe nõ ſoluturum, tñ debet expectari menſis: qa voluntas hoïs eſt mutabilis, vt no. ff. de dam. infe. l. qui bona. §. ſi quis ſtipulatus, vñ huic menſi nõ poteſt renunciari: nam per hoc renũtiaret defenſioni poſsibile eſt enim naturaliter ꝙ cõdemnatus moriatur interim, quo caſu non fieret executio ſnîæ, nec decederet inteſtabilis, & defenſioni, quæ poteſt eſſe naturalis & perpetua renunciari nõ poteſt in criminali, vt ſingulariter no. ff. de pactis in l. pactum inter hæredem. item accidẽtaliter poteſt ſuperuenire defenſio per gratiam imperatoris, vt huic ſpei renunciari non poteſt: tñ lex dicit, ꝙ reſtitutio in integrum quę ſoli principi competit reputatur quid impoſsibile, & ideo non curatur vt ff. de fideicom. liber. l. ergo. §. j. ita pulchre Bal. in c. cum non ab homine. in fin. de iudi. & ibi Barba.

1 *Abſentia iuſta excuſat quem a pœna legali, non a pœna conuentionali, & ibi plura de iuſta cauſa.*

Pœna I.

1 Licet iuſta abſentia † excuſet quem a pœna legali, non tñ excuſat eum a pœna conuẽtionali, ſing. eſt gl. in l. ſi cum militaribus. C. de in integ. reſti. recipiendus & ſequit. Ludo. Ro. in repeti. rub. de arbi. in xxviij. col. & do. meus in repe. c. Raynaldus. de teſta. j

Ioannina prope fin. facit ad hoc elegans gl. in l. non ſolum. ff. de rei vend. & in l. iiij. §. ſi rem. ff de leg iij. dicentis iuſtam cauſam litigandi non habere excuſare quem a pœnis conuentionalibus, licet a legalibus. ſic inſti. de pœ. teme. liti. in prin. & vide gl. ſing. in l. in hac. ff. de tritica. quæ dicit quod iuſta cã litigandi, excuſat quem ab interitu rei, quã Bald. ponderat in c j. qui feu. tene. refert & ſequitur Lud. Ro. in præal. loco. item vide gl. in l. quod te. & in l. vlt. ff. ſi cer. pet. vbi iuſta cauſa litigandi excuſat quem a mora, & adduco aliam glo. ſing. ſecundum doc. in l. j circa fi. ff. ſi quis ius dicen. non obtẽ. vbi non tm̃ iuſta cauſa, ſed ẽt iniuſta qõ excuſat quem a pœna contumaciæ, licet ibi Bal. dicat eſſe ſimilem gl. in l ex conſenſu. §. fi. ff. de appel. facit l plagij & quod ibi no. C. ad l. iul. de plag. vbi iuſta cauſa excuſat quem a dolo, & quod notanter dixit gl. in l. j. in fi. ff. de abige. vbi non tm̃ iuſta cauſa, ſed iniuſta excuſat quem a culpa. Sed Ioan. And. in addi. Spec. in ti. de arbi. tenuit contrariũ dicens; cauſam ẽt ſuccumbẽtem habere a pœna excuſare, pro quo facit quod idem dicit in c. j. de elec. li. vj. quem refert Bald. in l. generaliter. C. de epiſ. & cleri. & in c. j. §. inter pares. de lege Cora ꝙ iuſta cauſa habet quẽ a pœna legali excuſare, ex quo dicto idem Bal. in addi. ad Spe. in ti. de arbi. allegat gl. notabilem, quæ hoc expreſſe dicit in l. ab executione. C. quo. appel. non recip. & de his omnibus vide Lud. Ro. in præalle. loco rubricæ de arbi. in xxviij. col. ad quæ dicta adde quod voluit Ang. in auth. de exhi. re. in prin. alias. §. . vbi dicit gl. ibi eſſe ſing. ꝙ habens iuſtam cauſam litigandi non puniẽ in expenſis, quam dicit non procedere qñ illa expreſsio, victus victori condemnetur, fit ab homine, quia tũc condemnatur in expenſis ẽt ſi habeat iuſtam cauſam litigandi, & ita dicit ſe in contingentia facti conſuluiſſe, refert & ſequitur do. meus in repeti. d. c. Raynaldus. de teſta. in Ioannina. circa fi. & in c. j. de reſcrip. in addi. & alleg. aliam glo. & ibi Ang. in d. l. non ſolum. ff. de rei vẽ & vide quod voluit Ange. in l. j. de eo per quẽ factum erit, vbi alleg. gl. d. l. in hac. et vide Bal. in l. debere. C. de fideicõ. liber. & in l. ea quę. C. quõ & qñ iudex do. meus in c. iij. de vſur. tet gl. ho. & facit quod pulchre voluit Bar. in l. ij C. ſi ſeruus vel liber. lib. x. ꝙ ſi aliquis accuſauit infamatum publice, & defecit in probãdo, ꝙ non debet puniri pœna talionis vel calumniæ, quia excuſat eũ infamiam præcedentem, quæ eſt iuſta cau-

ſa, quod menti comenda. & pro illo dicto optime facit c.j.circa ſi.de elec.li.vj.ſecundum d.Abb.in c.cum contingat.de reſcrip. vbi refert illud dictum Barto.ex quo dicto Bar.iuncto d.c.j.circa ſi.infero, ꝙ cauſa ꝓbabilis & iuſta excuſat quem a calumniæ vitio,quod no.

1 *Partis appellatione venit dimidia, & quando veniat pars infra dimidiam? Et quid de particula, vel portiuncula?*

Pars.

1 Licet † appellatione partis veniat dimidia l.nomen filiarum.§.portionis verba.ff. de ver. ſig.l.etiam patris.ff.de vſufr.c.ij.§. j.de deci.li.vj.cum ſi. Tñ ſi adijcit dictio aliqua venit pars infra dimidiam gl.habes ſingu.ſecundum omnes & d.Cardi.ibi in cle. vnica.in verſ.aut earum parte,de fo.cõpe. & illam gl. allegat d.Abb.in c.ſuper eo,de eo qui cogno.conſan.vxo.ſuæ, & Bal.in c. j.§.cum autem.in ver.quæro vtrum ſit differẽtia dicere partẽ, an aliquam partem in ti.de controuer.inueſti.in vſi.feu. ſed appellatione partis venit dimidia dimidiæ.idem dic in particula ſeu portiuncula iſte eſt tex. iuncta doctrina Bar.in l.meminimus.C qñ & qui.quarta pars debe.li.x.pro hoc facit quod dicitꝙ pars adiecta parti partis partem facit l.ſi plures.ff.de dam.infe.& vide ibi Bar.vbi dixit prædicta vera,niſi ratione adiuncti aliud appareat.& no.ꝙ Bart.in l.interdum.ff.de hære.inſti.dixit ꝙ libellãs debet eſſe cautus,vt ſi in libello petit duas partes rei, vt dicat & exprimat duas partes & portiones de tribus totius rei:quia ſi ſimpliciter peteret duas partes,intelligeret de duodecim partibus, vt habet i d.l.interdum.Et ſi opponatur ꝙ ibi loquit in hæreditate, quæ diuiditur in duodecim partes: ipſe reſpondet ꝙ eodem modo fundus diuiditur in xij.partes.vt in l.quotiẽs.§.ſi duo. ff.de hære.inſti.l.cum qð.C.de leg.Sed do. meus d.And.in commen.c.ij.de libel.obla. adducit contra dictũ Bar.c.indennitatibus. §.ſi vero.de elec.li.vj.vbi duæ partes intelliguntur reſpectu totius, & per illũ tex.do. Pe.de Anch.ibi reprehendit hanc doctrinã Bar.idem voluit ibi d.Domi.de S.Gemi.& adducit eundem d.Pe.in c.extirpandæ, de præben.vbi ẽt damnauit doctrinã Bart.& eundem d.Pe.in c.cum homines.de deci.& vide quod voluit ibi d.Abb. & vide Ang.i d.l.interdũ.§.ſi ita ſcri.vbi damnauit doctrinam Bar.& idem voluit Ang.in l.ſi in rem. ff.de rei vend.& idem ẽt voluit in l.etiam. ff.de vſufruc.vbi dicit,ꝙ iura allegata per Bar.non faciunt ad propoſitum,quia loquũtur in hæreditate,cui attribuitur ſimilis diuiſio in partes xij.& dicit ꝙ omnis conſuetudo mundi ſeruat contrarium eius quod voluit Barto.& vide do.meum in c.j.de teſta. vbi de hoc, quod no.

1 *Papa poteſt conuinci de crimine per duos teſtes.*

Papa.

1 Papa † poteſt conuinci de crimine per duos teſtes gl.eſt ſin.in c.præſul.ij.q.iiij.quã allegauit pro ſingulari d.Abb. poſt alios in c.tertio loco,de proba.& in c.quotiens, de teſti.& in c.at ſi clerici.in prin.de iudi.

1 *Poſſeſſorium quando ſuſpendat petitorium?*

Poſſeſſorium.

1 Licet † intentans poſſeſſorium nõ poſſit ſuſpendere petitoriũ aduerſarij, ſed potius ſit locus regulæ, qui prior appellat &c.l.ſ q prior.ff.de iudi.c.cum dilectus.de ord.cog. nam de natura actionis eſt nõ operari exceptionem. Tñ fallit niſi poſſeſſoriũ intẽtaret poſt petitorium in odium ſpoliantis, & in fauorem beneficiorum eccleſiaſticorũ per viam appellationis, quo caſu poſſeſſorium habet vim exceptionis,adeo ꝙ ſuſpẽdit petitorium. ſing.eſt caſus & alibi non repertus in cle.vnica.da cau.poſ.& proprie.

1 *Probatio ſi ex ſtatuti diſpoſitione contra inſtrumentum non admittatur tamen admittitur probatio contra probationem reſultantem ex illo inſtrumento.*

Probatio I.

1 Licet † ex ſtatuti diſpoſitione contra inſtrumentum nõ admittatur probatio, tñ bene admittitur probatio contra præſumptionem reſultantem ex illo inſtrũo gl. eſt quam ſcribentes reputant ſing.in l.iuriſgentiũ.§. quod fere.in ver.approbet.ibi.ex interuallo.& in verſ.ibi ſiue cauſam obligãdi.ff.de pact.Sed Ang.de Peru.ibi alleg.aliam glo.

in l.reos §.cum in tabulis.ff.de duob.re.& ibi Ang.& Ioan.de Imo.do.meus d.And.in repet.rub.de fide inſtru.in xiij.col.circa fi. allegat aliam glo.in l.j C.de contrahen.& committ.ſtipu.& tex.meliorem de iure in l. quicunq; quem ad hoc ponderat Bar.C.de apochis publi.li.x.& allegant etiam illum tex.moderni in d.§.quod fere.vide eos ibi & do.meũ in dicta repetitione.

1 *Præſcriptio legalis non currit militibus, ſecus in præſcriptione conuentionali.*

Præſcriptio I.

1 Licet præſcriptio † legalis nõ currat militibus, tñ currit præſcriptio conuentionalis ſingu.eſt gl.ſecundum Bal.& alios in l.ſi cum militaribus.C.de teſta.mili.refert & ſequitur do.meus in repe.c.Raynaldus. de teſta.& in Ioannina magnifecit Ludo.Ro.in repeti.rub.ff.de arbi.in pen.col.

1 *Probatio in contrarium non admittitur, quando lex ſtatuit quòd habeatur pro plena fide, ſeu quòd fides plenaria adhibeatur*

Plenaria fides.

1 Vbi lex ſtatuit † quod aliquid habeatur pro plenaria fide & ꝓbatione, ſeu ꝙ fides plenaria ſit adhibenda, non admittit̃ probatio in contrarium, elegans gl.eſt in cle.vna. in ver.feciſſe. circa medium, de proba.quã gl.reputauit ſingu.Ioan.de Imo.in l.qui bona.§.qui damni.ff.de dam.infe.quod intellige prout diſtinguitur in d.cle.vnica. & vide ibi d.Cardi.& alios doct.

1 *Præſcriptio contra eccleſiam regulariter nõ currit niſi xl.ann. & quid in actionibus perſonalibus?*

Præſcriptio II.

1 Licet regulariter † contra eccleſiã non currat præſcriptio niſi xl.anno, vt in c.de quarto, de præſcrip.cum ſi.tñ in actionibus perſonalibus non datur tm̃ tempus, ſed illud tempus quod datur a iure ciuili. Iſtud ſing.probat glo.relata ad tex.in c.cũ cauſa. in ver.reſtituerẽt ibi. agatur cõdictione ex eo contractu.de emptio. & ven.hoc voluit ibi do.Abb.& do.meus poſt alios, idem di-

cũt de alijs actionibus quarum aliquę clauduntur ſemeſtri, vt in actione redhibitoria, vt in l.ij.C.de edi.actio.& notatur in c.inſtum.de rerum permu.aliæ clauduntur anno, vt in actione quanto minoris, vt not.in præallegatis iuribus.aliquæ vero biennio, vt in actione de dolo.& hoc nota.pro limitatione fere totius tituli de præſcriptio.& alibi hoc non memini me legiſſe.

1 *Pupillus non poteſt obligari ſine tutoris authoritate, ſed liberari poteſt.*

Pupillus.

1 Licet pupillus † non poſſit obligari ſine authoritate tutoris inſti.de auth.tut.in principio.nihilominus ſi illa obligatio parit liberationem pupillo poterit iniri abſq; authoritate tutoris, ſing.eſt gl.ſecundum Ang. in l. ij ff.de accep.quod notãdum, dicit eſſe pro ſtatutis Florẽtiæ, vt ibi per eum.& vide ibi Ioan.de Imo.quod no.idem Ang.in cõſilijs ſuis conſilio vltimo. & vide quod pulchre voluit in ſimili Bal.in l.contra iur.in prin. ff.de pact.vbi voluit, ꝙ ſi alienatio fiat in vtilitatem eccleſiæ, poſito ꝙ non interueniat ſolennitas canonica, valet & tenet. & idem Bald.voluit in l.cum hi.§.cauſa.ff.de tranſa. & quod voluit ibi Guil.de Cun.& idem Bal.in l.quæcunq;.C.de bo.quæ libe. vbi dixit, ꝙ licet authoritas ſuperioris in alienanda re eccleſiæ debeat interuenire ĩ ipſo actu, vel incontinenti poſt, vt in c.j.de re.eccle.nõ alie.li.vj.tñ poteſt interuenire ex interuallo, qñ illa alienatio emanauit ad vtilitatem eccleſiæ.quod no.pro limitatione d.c.j.& in c.ſine exceptione.xij.q.ij.& c.tua.de his quę fi.a præla.ſine conſen.capituli.& iſto modo poſſunt ſaluari glo.Ioan. Theuton.in d.c.ſine exceptione.& in ſumma xij.q.ij.ſecundum do.meum in repe.rubri.de reb.eccle.non alie.in x.col. Et vide Abb.in c.cum cauſa.in fi.de re iudi.& Ro.conſi.ccccliij.incip.viſa principali conſtitutione. Et in conſi.liiij.inci.viſis circa id de quo quæritur.& vide l.cum hi.§.eam.et ibi gl.ff.de tranſa. & Bal.in l.nocet.& in l. qui ſolidum.ff.de hęre.inſti.& Ang.in d.§. eam.& Ro.in l.quamuis.in fi.ff.de acquir. poſ.& ibi Angel. & Alex.in l.murum.ff.de acqui.hære.& vide Bald.in l.cum inter.C. arbi.tute, vbi dixit, ꝙ contractum nullũ in fauorem alicuius, ille poteſt approbare, allegat.ff.de actio.emptio.l.Iulianus.§.ſi quis colludente. Tu adde pulchrum tex.contiu

ſta theorica doc.in c.cauſam quæ.de iudic.
vbi monachi debent proponere negotium
cum authoritate ſuperioris.ne ſi ſuccũbant
valeat ſuperior ex defectu ſui conſenſus li
tem ſopitam ſuſcitare.Quærunt ibi doc. qđ
ſi eſſet lata pro eis & in fauorem ipſorum,
nunquid teneat,ex quo habuerunt conſen
ſum prælati? dicunt ꝙ ſic arg.l.non eo mi-
nus.C.de procu.vbi ſnia lata in fauorẽ mi-
noris tenet,ſed ſi eſſet lata contra minorem
non teneret, quia conſtituit procuratorem
ſine curatore,licet aliter & non bene ſenſe
rit ibi d.An.& vide tex.iuncta gl.notabili,
pe qua ibi Bart.& alij faciunt magna feſtã
in l.ſi tutor.C.in qui. cau.reſti.in integ.non
eſt neceſ.& vide caſum i c.ſi qua de rebus.
xij.q.ij.vbi patet,ꝙ licet contractus geſtus
de rebus eccleſiæ ea uacante ſit nullus,tñ ſi
in fauorem eccleſię eſt receptum,ꝙ ſi cedat
in vtilitatem eccleſiæ poſtea eþs creatus ta
lem cõtractum in veritate nullum ex defe-
ctu poteſtatis poteſt habere ratũ,& ad hoc
vide gl.notabilem in c.j.ne ſede vacan. &
ad idẽ facit gl.notabilis in l.ſi mater.§.hoc
iure.ff.de excep.rei iud.ꝙ ſententia lata cũ
falſo procuratore poteſt haberi rata per do
minũ,ſiue ſit lata contra dñm,ſiue pro dño.
& illam gl.ſequitur ibi Bar.& adduco tibi
tex.in l.fin.C.de aduo.fiſ.& l.ſi fiſcus.ff.de
iure fiſ.vbi ſententia lata contra fiſcũ aduo
cato eius abſente,nõ tenet. & ita voluit gl.
in c.j.in ver.donec aduocatus.vt lite cõteſ.
Sed quid ſi ſit lata pro fiſco abſente aduoca
to?dicit Ioan.And.in d.c.j.quod valet & te
net, & iſtud voluit gl.in l.non intelligit.§.
diuus.ff.de iure fiſ.arg.d.l.non eo minus.&
refert & ſequitur do.Abb.in d.c.j.vide ibi
do.meum,& adduco gl.notabilem in l.nul-
li.ff.de tranſa.vbi tranſactio non poteſt fie-
ri per procuratorem ſine ſpeciali mandato
l.mandato.ff.de procu.l.tranſactionis.C.de
tranſa.c.per tuas.de arbi.& quod no.glo.in
c.qui ad agendum.de procur.li.vj.tamen ſi
per iſtam tranſactionem,quam facit procu-
rator ſine mãdato non præiudicat domino,
valet & tenet ſing.eſt gl.in d.l.nulli.& ibi
notanter firmat hoc Bar.& illam gl.allega
uit d.Abb.in c.contingit.de tranſa.vbi alle
gat Fede.de Sen.conſi.lxxxix.& dicit hoc
eſſe perpetuo menti tenendum,ꝙ tunc præ
latus poterit tranſigere ſine alterius cõſen-
ſu & licentia, quando per illam tranſactio-
nem reddit rem eccleſiæ meliorem,per gl.
& Bar.in d.nulli.& illam gl.magnifecit Pe.
de Ancha.in d.c.contingit.& Lud.Ro.con
ſi.clxxxiij.& conſi.clxv.& do.meus in d.
c.contingit.& in c.cum pridem.de pac.Ex
quibus omnibus ſumme ſing.theoricam,ꝙ
vbi in aliquo actu ſeu diſpoſitione debet i-
teruenire aliqua ſolennitas habito reſpectu
ad certum finẽ, ꝙ habito fine & effectu, ꝑ
quem introducitur ſolennitas illa, licet in
actu non interueniat illa ſolennitas, nihil-
ominus actus valebit,& ſufficit quod ſolen
nitas ex poſtfacto interueniat,per d.c.ſi qua
de rebus.& c.cum vos.de his quæ fi.a præ
la.& per id qđ voluit Bal.in d.l.quęcunq;.
ex quo ergo iura non volunt niſi hoc,ſcili-
cet effectum ad finẽ rei ar.l.j.C.de no.ope.
nuntia.in ver.quid vult prætor niſi hoc ha
bito effectu.non ad rẽ pertinet an ipſo actu,
an ex poſt facto, an ex interuallo interue-
niat ſolennitas legalis, Et iſto modo nõ ob.
ꝙ forma ſit ſeruanda l.cum hi.§.ait prętor.
ff.de tranſa.c.cum dilecta.de reſcrip.c.Piſa
nis.de reſti.ſpol.nam forma dat eſſe rei, &
perficit rem in eſſe l.iulianus.§.ſi quis.ff.ad
exhibẽ. Quia reſpõdeo quia iam ſeruatur
ſolennitas, licet interueniat ex poſt facto,
ex quo eſt ſatisfactum menti iuriſlatoris ꝓ-
pter finem & effectum ſecutum.quod ſing.
no.pro limitatione d.c.j.de reb.eccleſi.non
alie.et in d.c.ſine exceptione,& d.c.cũ tua.
Et reſpondeo aliter & elegantius iudicio
meo, ꝙ vbi aliquid eſt nullum ex defectu
conſenſus,tũc quandocũq; interueniat ſuffi
cit vt l.ratum.ff.rem ratam hab.& per Dy.
in c.ratihabitio.de reg.iur.li.vj.hoc voluit
Bart.in l.ſi mater.§.hoc iure vtimur.ff.de
excep.rei iudic.& ſic intellige c.cum vos.
de his quæ fi.a præla.& c.ſi qua de rebus.
xij.q.ij.& d.c.ſine exceptione.ea.cauſa &
q.cum ſi.nam glo.in d.§.hoc iure vtimur.te
net, ꝙ poſſum habere ratum ſiue pro me,
ſiue contra me fuerit lata ſententia. Vltra-
montani dicunt,ꝙ tunc poteſt haberi rata,
quando eſt lata contra me,ſecus ſi pro me.
non obſtat ſecundum eos d.l.nõ eo minus.
quia procedit & eſt ſpeciale in minore, vt
no.glo.in d.l.ſi tutor.Bar.tamen in d.§.hoc
iure vtimur.putat illam glo.veram per ra-
tionem præallegatam.ſ.vbi aliquid eſt nul-
lum ex defectu conſenſus &c. & in facti cõ
tingentia do.meus d.And.cum ſibi occurre
ret cõſultatio ſuper hoc paſſu.dignatus eſt
intuitu maximæ beniuolentiæ me require-
re,vt ſuper hoc paſſu viderem, & ita con-
ſuluit apud regnum Neapolitanum.

1 *Dictio,poſtea,de ſui natura denotat longum interuallum.*

Poſtea.

1 Dictio poſtea† de ſui natura denotat longum interuallum gl. eſt in l. pacta conuenta. ver. poſtea. ff. de contrahen. empt. do meus d. An. in repe. rubri. de reb. eccle. non alie. in xxvj. char. allegat gl. quam ipſe ſolus cõſiderat in l. cum fundum. in verſi. poſtea. ff. de vi & vi arma. & allegat notabilẽ tex. in l. ij. C. de cuſto. reo. in ver. poſtmodum, quẽ põderauit Bar. in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quæſtio. vbi dixit, ꝙ ad hoc vt quis poſsit condemnari ex confeſsione facta in tormẽtis, debet perſeuerare in illa, & illa perſeuerantia debet fieri ex interuallo, poſtquam mitigati ſunt dolores tormentorum, & ad hoc Bar. ibi allegauit d. l. ij. in verſi. poſtmodum, faciat notabilis tex. per locum a ſpeciali in l. quotiens. §. ſi quis poſtea. ff. de hære. inſti. vbi eſt ſpeciale fauore teſtamenti, & libertatis vt dictio poſtea denotet actum factum incontinenti, & ibi pulchre dixit Bal. quidam fuit accuſatus, ꝙ inſultauit Titium, & poſtea illum percuſsit, ꝙ illa dictio poſtea intelligitur incontinenti, & hoc propter odium pœnæ, vt cenſeatur vnum delictum, & de unica pœna teneat̃, & puniatur. et allegat ibi Bal. gl. ſing. in hoc in l. qui de crimine in verbo plurima. C. qui accuſ. bene facit gl. in c. cũ Vinctonienſis. de elec. idẽ voluit dominus meus in c. j in verſicu. poſtmodum. quod metus cauſa. et in cap in præſentia. de probatio. et in c. fin. de rapto.

Ego addo tex. ibi Bar. in l. illud. §. ſi idẽ. ff. ad l. aquil. vbi voluit hoc. & adde tex. in c. pater. de re iudi. li. vj. & Gemi. poſt doc. ibi & Gemi. in c. cum appellationibus. de ap. co. li. & glo. in l. in bonæ fidei in ver. poſtea. C. de pact. & Card. in d. c. cum Vinctonienſis. vbi allegat glo. in d. l. cum fundum. in ver. poſtea. & ſic do. meus nõ fuit ſolus, qui illam glo. allegauerit.

1 *Pecunia eſt de his rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt: limitatur vt ibi.*

Pecunia.

1 Pecunia† eſt de his rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt glo. in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad trebel. & per Canoniſtas in c. nulli liceat. de rebus eccle. non alie. & propterea poteſt ſine decreto alienari, vt in l. lex quæ tutores. C. de admini. tutor. Quod tñ limita, niſi illa pecunia ſit depoſita apud campſorem, & deſtinata ad emptionẽ rerũ immobiliũ, quia tunc cenſetur res immobilis, & inter ea quæ ſeruãdo ſeruari poſſunt. caſus eſt ſing. in l. iij. §. ſi quis ergo. ff. de cõtra. & vti. acti. tute. quem allegauit pro ſingulari Lud. Rom. in notab. cui adde Albe. de Roſa. in ſolenni tractatu ſtatutorum in ſecunda parte cciiij. & do. meum do. An. in repe. rub. de rebus eccle. non alie. & in d. c. nulli poſt alios.

1 *Promittens factũ alienũ quando obligetur?*

Promiſsio facti.

1 Licet alius† promittens factum alienũ ad nihilum obligetur, niſi ſpecifice promiſerit ſe curaturum & facturum, vt inſti. de inuti. ſtipulatio. §. ſi quis alium, & ff. de ver. obli. l. ſtipulatio iſta. in princi. & quod ibi not. tamen ſi ſimpliciter promiſit factum alienum cum iuramento obligatur ad operam præſtandam, ſicut ſe ſpecifice obligaſſet: vt ſic valeat iuramentum eo modo quo valere poteſt, ar. c. ad noſtram. de iureiu. & l. cũ pater. §. filius. ff. de lega. ij. faciat tex. cũ gl. in c. ex literis. el ij. de ſponſa. iſte eſt caſus ſing. ſecundum vnam lecturam in c. ex reſcripto de iureiu.

1 *Princeps non poteſt ferre ſententiam diffinitiuam contra partem non auditam.*

Princeps I.

1 Princeps† nõ poteſt ferre ſententiã diffinitiuã contra partẽ non auditam. ſingu. eſt tex. ſecundũ legiſtas in l. fi. in ver. cognitionaliter. C. de legi. vide ibi Bal. & Raphael. facit tex. in ſimili in c. indicas. iij. q. ix. quẽ ad hoc allegauit Ludo. Ro. in notab. 715. an Papa. ꝙ Papa non poteſt ſtatuere ꝙ credatur vni parti ĩ præiudiciũ alterius. ſed alius tex. eſt in c. j. de cauſa poſ. & proprie. faciat c. nos in quenq̃. ij. q. j. item conſtitutio denegãs iuſticiam eſt nulla, ſing. fuit dictũ Inno. in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitutio. quod dictum allegauit Bald. in l. reſcripta. C. de preci. impera. offerendis. & do. An. in c. ex parte de offic. dele. & do. meus in repe. d. c. teſtimonium. de teſti. in xxxiij. col.

1 *Infamis eſt ille, qui venit puniendus pœna*

infamiæ licet iudex eam pœnam alteret, & aliam imponat.

Pœna II.

1 Si ex diſpoſitione † legis, vel iuris municipalis aliquis veniat puniẽdus pœna infamiæ, ipſe eſt infamis, licet iudex debeat alterare pœnam, & imponere aliam. iſte eſt tex. multum ſingu. in l. nouerint. C. vt infra certum tempus criminalis qō termi. & ibi Ang. illum tex. primo allegauit pro ſing. & Ludo. Ro. in l. ſi vero. §. de viro. ff ſolu. ma. & do. meus in repe. c. teſtimonium de teſti. in lvij. colum.

1 *Semel malus ſemper præſumitur malus, niſi per tres annos continuos eum fuiſſe bonæ conuerſationis, & vitæ probetur, quia tũc emendatus præſumitur.*

Præſumptio I.

1 Regula eſt † ꝙ ſemel malus &c. regula. ſemel malus de reg. iur. li. vj. facit quod not. Bal. in c. j. de feu. da. inut. l. commiſ. & quod no. Inno. in c. cũ oportet. de accuſa. & quod voluit glo. iuncta theorica Abb. ibi. in c. ꝓpoſuit de cle. excom. miniſ. vbi not. ex illa glo. ꝙ ſemel excommunicatus ſemper pręſumitur excommunicatus, niſi probetur abſolutus, nam qualitas ſemel poſita, quæ ex ſolo curſu temporis non tollitur, ſemper pręſumitur exiſtere, niſi probetur ſublata, pro hoc d. regula, ſemel malus. & l. ſiue poſſidetis. & quod ibi no. C. de proba. & quod legitur & notatur in c. præterea. il ij. de tranſactio. & quod no. in c. ſi forte. de elec. li. vi. & in l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſda. cogan. Tamen limita hãc regulam, ꝙ ſi aliquis fuit ſemel ſuſpectus, & malæ vitæ, licet de facili non præſumatur mutatio vitæ de malo in bonum, ſi poteſt probari ꝙ iſte qui olim fuit malæ vitæ tunc, per tres annos continuos, ſeu a tribus annis citra probetur fuiſſe bonæ conuerſationis, & bonæ vitæ, ꝙ præſumitur purgatus & emẽdatus, & per hoc ceſſabit ſiniſtra ſuſpitio mali, elegans tex. eſt in authen. de mona. §. hinc autem nobis. ver. facit. & vide ibi Angel. quod no. ſing. pro limitatiõe d. c. ſemel. & c. teſtimonium. de teſti. vbi do. meus in ſua repetitio. circa fin. h. d.

1 *Dilationis termino lapſo, an iudex dilationẽ prorogare poſſit?*

Prorogatio dilationis.

1 Si iudex † elapſo termino dilationis dicat, prorogamus tibi dilationem ad tale tẽpus, an valeat talis prorogatio, ex quo terminus erat finitus? Specu. in ti. de dilationibus. §. nunc videamus ver. ſcias hoc, tenet ꝙ non, ex quo terminus erat finitus l. ſed ſi manente. ff. de preca. refert illud dictum Bal. in l. j. C. de temp. appel. in finalibus verbis, ſed non ſequitur. immo tenet contrariũ damnando. Specu. & mouetur, quia inſpecta mente iudicis vr̃ dare aliam dilationẽ quia verba debent deſeruire mẽti l. ſi quis filium. C. de libe. præte. c. intelligentia de verb. ſigni c. ſecundo requiris. de appella. adduci poſſet l. non dubium. C. de legi. vbi impropriamus verba vt mẽti deſeruiamus glo. in l. & puto. ff. fami. erciſ. tex. in l. pater. Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de cõdi. & demon. & cum opinione Bald. tranſit do. meus do. And. in rub. de dilatio. in ix. col. tene menti. & vr̃ mihi opinio Bald. veriſsima, quia in dubio debemus capere ſenſum, vt res potius valeat q̃ pereat c. Abbate. de ver. ſigni. c. quotiens. ff. de reb. dub. vt intelligamus iudicem dediſſe nouã & aliã dilationem, quod no.

1 *Epiſcopus tenetur pro pace habenda inter eũ & populum, dato ſibi bono cambio, epiſcopatui renuntiare.*

Pax I.

1 Epiſcopus † tenetur pro bono pacis dato ſibi bono cambio renunciare epiſcopatui propter pacem habendam inter eum & populum. ſing. eſt dictum Innoc. in c. niſi cũ pridem. de renun. refert & ſequitur dom. meus in c. j. de teſtib. vbi plura dicta memorãtu digniſsima refert de pace. & Roma. ſing. Soz. An epiſcopus.

1 *Pax vt habeatur poteſt quis transferri de vna eccleſia in aliam.*

Pax II.

1 Propter † pacem habendam poteſt quis transferri de vna eccleſia in aliam, peregri

num eſt dictum Ludo. Roma. in conſilijs ſuis conſ. cccxxxiij. quo ad primum. vlti. dubio. refert & ſequitur do. meus in cap. primo, de ferijs.

1 *Probationi quæ piæ cauſæ fauet in dubio ſtandum eſt.*

Pia cauſa I.

1 In dubio ſtamus † probationi, quæ fauet piæ cauſæ. caſus eſt ſingu. in l. lege Iulia. ff. de manumiſsio. te. generali, quem tex. reputauit ad hoc ſing. Bal. in c. i præſentia, de ꝓba. & in c. cum ſint iura partium. de regu. iur. lib. vj. & in l. contractus. C. de fide inſtrumento. & in c. domino guerram §. prōptiores in ti. hic finitur lex. incipiunt conſue. regni. refert & ſequitur do. meus in d. c. in præſentia & in c. ex literis. de probatio.

1 *Princeps concedens alicui caſtrum ſimpliciter, intelligitur concedere cum ſua iuriſdictione, & cum omnibus pertinentijs & iuribus ſuis. Et quid ſi epiſcopus vendat caſtrum, cum omnibus iuribus, an veniant ſpiritualia?*

Princeps II.

1 Si princeps † concedit alicui caſtrū ſimpliciter, intelligitur concedere cū ſua authoritate & iuriſdictione, & cum omnibus pertinentijs & iuribus ſuis tex. eſt rotundus in l. ſi quando. C. de bo. vacan. li. x. facit optime ſecundum Bar. in l. j. §. cū vrbē. ff. de offic. præfec. vrb. & no. per doct. in l. vlti. ff. de conſti. principium. & plura per d. Alex. de Imol. in d. l. ſi quando & ibi per eum habeas ad hoc remiſsiones. Vide Bar. in l. j. ff. de iur. om. iud. per Spe. & Ioan. An. eo. ti. §. j. verſ. ſed quæ meri. Oldra. conſ. cclij, incip. ad q. qua quæritur. per Guil. & Bal. in d. §. vrbem. per Bar. in l. ij. in princi. ff. de verb. ſig. & in l. inter omnes. ff. de acquir. re. domi. & in l. ſi aliena. ff. de vſu. per Bal. in c. j. de capi. qui cu. ven. vbi refert Hoſtien. per Bal. in d. l. fin. de conſti. prin. & in l. pe. in ij. col. C. de condi. inſer. & in l. a ꝓcuratore. C. mandati. & in l pen. C. de bo. quę libe. & in l. ij. in pe. col. C. de peda iudi. per Ang. in l. j. §. ſi. de offi. eius per Ludo. Rom. in l. iij. in prin. ff. de acqui. poſ. per Bar. C. de excuſa. mune. l. j. lib. x. & per Modernos in d. l. inter omnes. Et quid ſi epiſcopus vēdat vel donet caſtrum cum omnibus iuribus an veniant ſpiritualia? dic ꝙ non, ſecundū Innocen. in c. ex literis. de iure patro.

1 *Condemnandus in perſona & in membro, quodnam prius perdere debeat?*

Pœna III.

1 Si aliquis † debeat condemnari & puniri in perſona, & in mēbro, debet ſibi prius amputari membrum, & poſtea debet perſonam perdere, alias non poſſet fieri executio de pœna membri. notabilis glo. in l. omnes. C. de latro. li. x. hoc voluit ibi Bar. qui in facto vidit hoc ſeruari Peruſij.

1 *Comparere per procuratorem in cauſa criminali quis non poteſt, niſi poſt concluſum in cauſa.*

Procurator II.

1 Licet quis in cauſa † criminali non poſſit comparere per procuratorem vt in c. veniens de accuſa. & in l. pe. §. ad crimē. ff. de pub. iud. cū ſi. Nihilominus poſt concluſum in cauſa poterit comparere. caſus eſt ſing. & vnicus in l. quis indubitati. C. ad l. Iul. de adul. de quo fecit feſtum do. meus in repetitio. c. paſtoralis. de cauſa poſ. & ꝓprie.

1 *Rector ciuitatis an poſsit eſſe illiteratus?*

Poteſtas I.

1 Poteſtas † & rector ciuitatis an poſsit eſſe illiteratus notatur in l. fi. C. de ſen. ex pericu. recitan. ſed optime facit l. expertes. C. de decu. lib. x. ſecundum Bar. ibi glo. arguit ibi in contrarium ſolue ſecundum Bar. ibi ꝙ in caſu l. contrariæ requiritur ſcientia literarum.

1 *Bonus præſumitur, qui bene ſe habuit in aliquo exercitio.*

Præſumptio II.

Qui bene ſe habuit in aliquo actu, vel in
1 aliquo exercitio præſumitur † bonus tex. eſt quem ad hoc reputo meliorem de corpore iuris in l. athletis. C. de athletis, lib. x. & vl-

de ibi Bar. qui dicit, ꝙ ex hoc inuenta eſt conſuetudo, ꝙ ſcholaris ter examinetur, vt ibi per eum, & per eundem in l. magiſtros. C. de ꝓfeſſo. & medicis eo. li. & per Cano. in c cum ſecundum Apoſtolum. de præbē. quod tene menti, quia facit ad multa. Hoc forte non procederet in ſcholare notorie perito, qui doctorari debet ſine examine, vt dicit do. Abb. in c, conſtitutis, il ij. de ap. facit. c. de Petro, xlvij. diſt. c, nullus, xxi ij. diſt. & ideo dicit ibi Hugo. ꝙ non examinatur, qui de curia romana excipitur, cum tales ſint notorij. faciat c. ad apoſtolicam. de regulari. & ratio, quia fruſtra fit demonſtratio rei certæ demõſtratæ l j. ff. de dote prælega. Quod tamen intellige niſi eſſet data forma, ꝙ in doctorando requireretur examen, quia forma eſſet ſeruanda c. cum dilecta. de reſcrip. faciunt notata per Angel. & Ludo. Roma. in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fa. poſ. glo. & Bald. in l. j ff. de libe. & poſthu, ita dicit do. meus do. Alex. de Imo. in d. l. athletis in addi. faciat quod voluit do. meus do And, Siculus in c. cum dilectus. de ordi, cogni,

1 *Rector ciuitatis, qui in ſua electione promiſit dare cõmunitati duos clypeos certi valoris, an poßit dare quantitatem?*

Poteſtas II.

1 Poteſtas † ſeu rector ciuitatis, qui in ſua electione promittit dare communitati duas baliſtas ſeu duos clipeos certi valoris, ſed poſtea velit dare quantitatem, non auditur, caſus eſt in terminis & iudicio meo ſingularis in l. omnibus. C. de fabri. lib. xj. licet regula ſit ꝙ aliud pro alio ſolui nõ poſsit inuito creditore. vt in l. j. ff. ſi certum peta. & ibi plene per doc.

1 *Princeps ſi vni rem concedat, poſtmodum alteri motu proprio, an ſecunda conceſſio valeat?*

Princeps III.

1 Princeps † conceſsit rē vni pro ſe: poſtmodum conceſsit alteri eandem rem motu proprio. quæritur an valeat ſecunda conceſsio? dic ꝙ non, niſi dicat in ſecunda conceſsione, non obſtante tali prima cõceſsione facta, vt in c, ſi motu proprio, de reſcrip, lib. vj. iſte eſt caſus quem no. ibi Bar. in l. prædia. in ver. ſponte donauerit. C. de loca. prædi. ciuil. lib. xj. quod no. quia ſępenumero poteſt euenire de facto.

1 *Strata, & via an inter ſe differant.*

Pœna IIII.

1 Statuto cauetur † ꝙ committēs maleficium in ſtrata puniatur pœna dupli: aliquis commiſit maleficium in via, an ſtatutum vendicabit ſibi locum? dic ꝙ non: quia hoc caſu accuſatio non concludit pœnā dupli, quia ſunt attendēda verba legis & ſtatuti vt in l. j. §. docere, ff. vi bo. rapto. Et ratio eſt quia ſtrata & via ponuntur vt ſpecies diſtinctę & differentes. ıſtud probat bonus tex. in l. ablit. C. de priuil. do. augu. vel rei priua. li. xj. hoc voluit ibi Bar. & concordat ſecūdum eum l. j. circa finē. ff. de via publica, tene menti. Intellige niſi in contrariū appareret communis vſus loquēdi tam in via quàm in ſtrata, quia tunc attēderetur l. librorum. §. quod tamen Caſsius. ff. de leg. iij. & l. cū de Lanionis. §. aſinam, ff. de fundo inſtru. per Bar. in rub. ff. de ope. no. nun. quod tamen intellige vt ibi per Moder,

1 *Præceptum iudicis faciens ad cauſam dicitur ſententia interlocutoria.*

Præceptum II.

1 Omne præceptum iudicis † faciēs ad cauſas dr̄ ſententia interlocutoria. iſta eſt gloſ. ſing. in l. quotiēs, C. de priuilegio ſcholariū. li. xij. alias. de priuile. eorum qui in ſacro militant, & de priuilegio ſcholarium li. xij. quam glo. reputauit ſing. Bar. in l quotiens. C. de dignitati, li. xij. Sed eſt alia glo. in decre. in. §. diffinitiua. ij. q. vj quam allegauit do. Dominicus de S. Gemi. in c. vt animarum, de conſti, lib. vj. adde glo. in l. cum clericis. C. de epiſ. & cleri. & in l. ex ſtipulatione. C. de ſen. & interlo. om. iudi. & i l. & harum. ff. ſi ſeruitus vendi. & vide glo. in cle. j. de ſequeſtra. poſ. & fru. in cle. ij. de appel. Bar. in l. Titia. ff. de accuſa. & do. Alex. de Imo, in d. l. quotiens in addi. Adde glo. in authen. de litigioſis. in. §. ad excludēdas in verbo ab interlocutionibus col. vj. & illā glo. allegat Ang. in rub. ff. de re iudi. & dicit ꝙ talis modus loquendi non eſt alibi. &

illam

illam glo. facit ſing. Bald. in l. arbitro. ff. qui ſatiſdare cog. & in l. poſt ſententiam. C. de ſententiis. & Angel. in l. ſtipulatione. C. eo. ti. & in auth. de hære. & fal. in. §. ſi quis aũt non adimplens. in ver. de certa & in l. cum clericis in ver. ſententiatum. C. de epiſco. & cle. & Gemi. in c. ij. de conſti. lib. vj. in iij. col. vbi allegat aliam in. §. diffinitiua. ij qõ. vj. & vide Bal. in l. ſi ea. C. qui accuſare nõ pñt, vbi allegat gl. in d. §. ad excludẽdas.

1 *Priuilegium conceſſum mihi & omnibus meis deſcendentibus maſculis & fœminis, an deſcendentes per lineam fœmininam ſi ſint viduæ priuilegio gaudeant?*

Priuilegium I.

1 Si priuilegium † concedatur mihi & omnibus meis deſcendentibus maſculis & fœminis, ꝙ deſcendẽtes per lineam fœmininã ita ſortiuntur priuilegiũ ſi ſunt viduę, non aũt ſi ad mariũ conuolauerint, & põt eſſe ratio, quia poſtq̃ virũ aſſumũt, in torum in aliũ dicunt ſe transferre & ſtatum ſuũ mutare: nam mulier vidua fungitur priuilegio mariti quouſq; ſit maritata, et pro dicto adduco tibi tex. in l. quotiẽs. C. de priuil. ſcholarium. lib. xij. quẽ ad hoc Bart. ibi reputat ſing. pro ratione vero facit d. l. quotiens. & facit l. filia. §. vidua. ff. ad municipa. & vide Bar. in l. mulieres. C. de dignita lib. xij. vbi notat de hoc.

1 *Prædia cum graſſatoribus diuidentes debẽt viui comburi.*

2 *Igne cremari ſi quis debeat, ſemp̃ viuus eſt comburendus.*

3 *Puniri poſt mortẽ quando quis poſſit?*

4 *Mortuus eſt liberatus a fiſco.*

Pœna V.

1 Aliqui diuidentes † prędia cum graſſatoribus, viui debẽt comburi. tex. ſingularem habes ſecundũ Bar. in l. ſi quis a barbaris. C. de re milit. lib. xij. Et inquãtũ dicit ꝙ viuus debet cõburi. ego dico ꝙ vbi aliquis debet

2 concremari † ſemper debet viuus concremari. tex. habes in l. vniuerſi. in verſi. viuus concremetur. C. vbi cauſę fiſcales. nã crimina extinguuntur morte vt in c. quorundã. xxiij. diſt. C. ſi reus vel accuſa. mortuus fue. l. j. & ij. de quo legitur & no. in c. a nobis. ij.

3 de ſen. excõ. tñ † quis põt puniri poſt mortẽ propter horrendũ crimen, vt inſti. de hęredi. quę ab inteſt. deferũtur. § per contrarium. in ver. memoria dãnata fuerit. Et ſic limita illud qđ voluit Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iur. ſtatuto (inquit) cauetur, ꝙ

4 bannitus † poſſit percuti & diſrobari, ꝙ ſi eſt defunctus nõ poterit diſrobari quia homo mortuus eſt liberatus a fiſco. & qđ voluit Ang. in l. defuncto. ff. de publi. iudi. vbi arguit contra iudices, qui ponunt mortuos in patibulo, & non poſſunt. voluit Cy. in l. j. C. qui teſt. facere poſſ. & vide tex. in c. mulier. xv. q. j. vbi animal brutũ pp̃ horrendũ crimen punitur. Bal. ibi dixit glo. iuris ciuilis quã ad præſens non habeo menti, ꝙ homo mortuus propter horrendum crimẽ eſt tradendus beſtijs. & vide Bar. in l. conſtat. ff. de appellatio. & Bal. i l. j. C. de delict. defuncto. vbi dicit ꝙ pp̃ horrendũ crimẽ homines imbadaglantur. & per prædicta limita d. c. quorũdam. & d. l. j. & ij. ꝙ licet crimina regulariter extinguãtur morte, fallit tñ vbi crimẽ eſt horrendũ vide quod notatur in d. c. a nobis. & per Archi. in c. accuſatus. de hæreticis lib. vj. & c. cũ ſecundum leges. eod. titu. & li.

1 *Priuilegium principis motu proprio conceſſum, valet, fallit in caſu, vt ibi.*

2 *Officium habere nõ potens, ſi illud acceptet qua pœna puniatur?*

Priuilegium II.

1 Priuilegium † principis motu proprio conceſſum valet & tenet. caſum habes in c. ſi motu proprio. de prębẽ. li. vj. Sed ſi aliquis eſt obligatus cohorti ex priuilegio principis conceſſo motu proprio ad aliam dignitatẽ non aſpirabit, & carebit effectu priuilegij, & commodum cohortalis militiæ nõ habebit. tex. eſt in l. quiſquis. C. de cohorta. princi. & ibi Bar. dicit no. caſum ſingularẽ, in quo priuilegiũ principis conceſſum motu proprio eſt nullius momẽti, licet regulariter ſit contra per d. c. ſi motu proprio. Et dicit ibi eſſe caſum expreſſum, ꝙ ſi ſtatutũ

2 dicat ꝙ habens † vnũ officium non debet habere nec accipere aliud, ꝙ ſi accipiat, ille talis acceptans carebit officio acceptato & eius effectu, & ẽt punitur in hoc, quia nõ debebit habere ſtipendiũ primi officij, nec etiam eius priuilegium. optime facit quod legitur & notatur in c. de mulcta, de præben. cum ſimi.

1 *Officiales non punientes maleficia, & non imponentes pœnas legibus ſtatutas, quomodo puniantur?*

Pœna VI.

1 Qua† pœna puniantur officiales diſsimulatione non punientes maleficia & nō imponentes pœnas legibus vel ſtatutis impoſitas? vide glo. notabilem. in l. j. C. de deſerto. & occultato. li. xij. & ibi Bar. dicit illam glo. eſſe notandā cōtra capitaneos Peruſij, qui malefactores gratia vel diſsimulatione non puniunt. ad quod facit ſecundū eū. C. de lætitia & conſulum apparitione. l. quicquid vbi dicit illam l. eſſe ad hoc notandā.

1 *Pœna appoſita hæredi non vindicanti mortē defuncti, quando habeat locum?*

Pœna VII.

Quidam fuit occiſus, & opponebatur hæredi, ꝙ non vindicauit necem defuncti: & per cōſequens ꝙ nō debebat habere hære-
1 ditatē, quæro† qn̄ habet locū pœna appoſita hæredi non vindicanti necem defuncti? do. Abb. in repe. c. extirpandæ. §. qui vero. in x. col. de præbē dicit, ꝙ pœna ipſo facto committitur, cū affuit facultas illum actum gerendi & minime fuit geſtus ēt nulla admonitione præambula, & de hoc allegat glo. ſing. in l. j. C. de his qui. vt indig. & dicit ꝙ de iſta glo. fecit feſtū Bal. in l. in cognitione. ff. ad Sillani. vbi per illam gloſ. dixit ꝙ pœna afflicta propter non factū, incontinēti dr̄ committi, cū affuit facultas & facilitas & opportunitas actum faciendi, & minime fuit geſtus. Ego de hoc allego Bal. in c. tertio loco. de proba. vbi idem tenet allegat Inno. in c. ſuper his. de accuſatio. do. meus do. And. vidit de facto hanc qōnem, & allegauit Innoc. in d. c. extirpandæ. §. qui vero. quem refert do. in c. j. de vi. & honeſta. cle. lib. vj. & Bar. in l. inficiando. §. infert. ff. de furtis. & Bal. in l ij. C. de ſponſa. & allegauit glo. d. l. j. vbi Bal. ibidem facit feſtum de illa glo. tene menti.

1 *Promittens aliquid habere ratum vel firmum ſub pœna, an incidat in pœnam, ſi de facto controueniat?*

Pœna VIII.

1 Aliquis promiſit† ſub pœna aliquid habere ratum, an committatur pœna, ſi quis contrauenit de facto? Bar. in l. id quod pauperibus. C. de epiſco. & cle. dicit ꝙ non, ſecus ſi promittit habere firmū, quia verbū ratum refertur ad ius, verbū firmū refertur ad factum. & dicit de hoc eſſe glo. ſing. in d. l. id quod pauperibus, iſtud dictum refert & ſequitur do. Abb. in c. Raynaldus. de teſta. in vj. col. & ibi do. meus do. And. & in alijs pleriſq; locis, quod no. pro contractibus, in quibus apponuntur talia verba. Et ideo cautus aduocatus debet de conſenſu partiū talia verba apponere, vt aliquis nō poſsit nec de iure nec de facto contrauenire, facit c. cū ab eccleſiarum in verſ. rata debet & firma conſiſtere. de offi. ordi. cum ſi.

1 *Probans cum vno teſte & fama de ſuo titulo anteriori, ſi alius per teſtes idoneos de titulo citeriore probet, uter præferatur?*

2 *Fama an ſemper faciat ſemiplenā ꝓbationē.*

3 *Matrimonium manifeſtum quando præiudicet clandeſtino.*

Probatio II.

1 Si aliquis† probat cum vno teſte & fama de ſuo titulo anteriori, alius vero probat per teſtes idoneos de titulo citeriori, iudicandum eſt ſecundum clariorem probationē. Et ratio huius dicti eſt quia ſtandum eſt probationi apertiori & meliori per ea quę habentur & notātur in c. in nr̄a. de teſti. c. præterea eo. titu. c. licet cauſam de probationibus. l. ob carmen. §. ſi teſte. ff. de teſti. cum ſi. nam non ſemper eſt, verum ꝙ fama
2 †faciat ſemiplenam probationem, vt notāt ſcribentes in c. veniens. il j. de teſti. & Bar. in l. de minore. §. tormenta. ff. de qō. & iſtud fuit notabile dictum do. Abb. in c. ij. de clan de. deſpon. ad ſaluandum dictum Vincen. a morſibus d. Car. ibi inquantum Vincen. vo
3 luit ꝙ manifeſtum † matrimonium præiudicat clandeſtino, ēt ſi habeat pro ſe vnum teſtem & famam, quod dictus Gaſpar. de Calda. dicit eſſe bene notandum. ſed aliter ſentit ibi d. Cardi. & male, inquantum dicit, ꝙ vnus teſtes et fama plene probant, quia hoc non eſt verum: & licet plene probent, tamē ſtandum eſt potius alij probationi clariori & meliori per iura præallegata. Tene menti, quia in facti contingentia de hoc dicto d. Abb. conſecutus ſum maximum honorē coram legato Bononię, dum allegarem in quadam cauſa, & ita obtinui.

1 *Præſcriptio non interrumpitur per libellũ non legitime conceptum, & litis conteſtatio non legitime facta non prodeſt.*

Præſcriptio III.

1 Libellus † non legitime conceptus non interrumpit præſcriptionem tex. habes valde ſing. l. I. ſi accuſaturus. ff. ad l. iul. de adul. Et litis conteſtatio non legitime facta non
2 prodeſt gl. habes ſingu. in l. ſi pater. C. ne de ſtatu defun. & illum tex. & illam gl. reputauit ſingularem do. meus prætermiſſis aliis in c. Raynal. de teſta. in ſua repe. i. 18. char.

1 *Pœna appoſita in conuentione committitur ex ſola controuentione licet controuentio non habuerit effectum.*

Pœna IX.

1 Pœna † appoſita in conuentione cõmittitur ex ſola controuentione facti ſeu contradictione, licet contradictio non habuit impedire legatum factum auunculis, & tñ pœna appoſita ex conuentione habuit eſſe ſtum tex. eſt no. in d. c. Raynaldus, quem d. Abb. ibi dicit facere pro pœna appoſita in compromiſſis contra & aduerſus contrauenientes, vt cõmittatur pœna, licet cõtrauentio nõ habuerit aliquem effectum, ſimiliter committitur pœna ex controuentione iuris ſeu de iure facta vt in l. nuda. C. de cõtrahẽ. & cõmit. ſtip. refert & ſequit do. meus in d. c. Raynal. in repe. quod no. perpetuo, quia quotidie poteſt euenire in facto.

1 *Celeritas actus inducit ſuſpicionem fraudis.*

Præſumptio III.

1 Celeritas † actus inducit ſuſpitionẽ fraudis, hoc probat tex. iuncta gl. in l. ſi vẽtri. §. eorum. ff. de priui. credit. & gl. ſupremus doctor Bar. inducit ad q. quidam accuſabat de conſilio præſtito ad homicidiũ, & de homicidio probat per famam, itẽ probat quod fuit locutus homicidæ, & ſtatim occidit eũ, ſed neſciebat quid dixerit: dicit ibi Bart. quod ex breuitate ſpatii pręſumit conſilium dediſſe ei per illã gl. qđ perpetuo notabis. Et ibidẽ pulchre dixit Bart. quod ſi donaui bona mea Titio, & incõtinẽti feci homicidiũ, quod talis donatio pſumitur facta in fraudem pp celeritatem actus. idẽ voluit in l. poſt contractũ. ff. de dona. & vide qđ no. doc. in l. ſi qs poſt hanc. C. de bo. dam. vbi per Cy. facit qđ voluit Bal. in l. j. C. de ſer. fug. hoc idem voluit do. meus d. An. in quodã ſuo celebri cõſilio incip. viſo puncto & facti contingentia ſtat difficultas virũ ſit cõtractum matrimoniũ. Et põt reddi ratio, quia id qđ incontinenti fit præſumit præordinatum & præcogitatum et vide qđ voluit Bar. in l. ſi uir vxori. ff. de don. inter vir. & vxo. vbi hr quod ſi facto diuortio mulier reuertit ad maritũ incontinenti, qđ præſumit illud diuortiũ ſimulatũ. & ibi dicit Bar. quod ſi dñs licentiet famulum, & poſtea incontinenti illũ reaſſumat, quod talis dimiſſio & licẽtia fuit ficta & ſimulata. & vide qđ voluit Bal. in l. ij. C. de repu. hęre. vbi dic. q filius abſtinuit ſe ab hęreditate paterna: ſed incontinenti facta abſtẽtione reperit eſſe in poſſeſſione bonorũ, quod tunc præſumit abſtenſio ſimulata, ad hoc alle. Cy. in l. poſt contractum, & mouet ex eo, quia id qđ fit incontinenti præſumit præordinatũ, et ſic ratione vicinitatis actus præſumit fraus. facit qđ no. Spe. in ti. de dona. §. j. i ver. itẽ pone aliquis. & quod voluit idem Spe. in ti. de actio. & peti. §. in anterioribus. ver. quod ſi forte. & l. j. C. de iur. fiſ. li. x. & quod voluit Bal. in l. fraus. ff. de leg. qđ ſimulatus titulus non eſt titulus, & ſimulata traditio nõ eſt traditio. l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. l. cum ea. C. de tranſa. & hæc omnia, tanq̃ floſculos, menti commenda.

1 *Prohibitoriæ conſtitutioni partes renuntiare non poſſunt.*

Prohibitoria cõſtitutio.

1 Conſtitutioni † prohibitoriæ partes renũtiare non poſſunt gl. eſt celebris in l. a diuo Pio. ff. de ritu nup. quam reputauit ſing. do. Bal. in l. nõ dubium. C. de legi. idẽ voluit in l. quos prohibet. ff. de poſtul. vbi alle. Cy. in l. j. C. ne fideiuſ. dotiũ den. & in l. ſi mulier. C. ad Vellei. & uide qđ voluit Pau. de Ca. conſi. ſuo cccxlvj. & Bal. in trac. ſciſmatis. i iij. col. Et tempera dictũ glo. niſi ab eodẽ ſtatuto permitteret, tex. eſt ſing. ſecundum do.
meũ in c. nõnulli. in ver. niſi conſenſus par- 2
tium. de reſcrip. vbi plene per eũ optime facit c. ſtatuimus. §. in nullo. in ver. nec ad id expreſſus acceſſerit earundẽ conſenſus. de reſcrip. li. vj. & vide Lud. Ro. in conſi. cxlvij. & Bal. in l. j. C. qui admit. & gl. ſing. in l. nemo põt. ff. de lega. j. quã reputauit ſin. Bal. in

l.ij.C.vt in poſ.lega. Non ob.l.j.ff.de ſer.q̃ ſi vr̃ prædictis obuiare.quia ibi.l.vlti.proceſſit permittendo,vt poſsint cõſtitutioni ꝓhibitoriç renunciare,ergo ſi vltra non proceſsiſſet,eſſet ſecus,& vide do.meum in repe.c.Raynal.de teſt.in Ioannina maxime i xlvij.vel xlviij.char.Et ſi aliquis opponat de auth.non licet.C.de lib.præte.vbi dr̃,ꝙ non licet parentibus exhęredare vel præterire aliquem ex filijs , niſi ille filius probeť ingratus.& clarũ eſt ꝙ illa conſtõ eſt prohibitoria,& tñ illi renunciare põt filius, quia ſua intereſt approbare, vel iprobare teſtm̃ vt in l.filio prçterito.ff.de inju.rup.irritoq; teſt.Vñdeo gl.d.l.a diuo procedere,niſi per alia iura diſponať,ꝙ conſtitutioni prohibitoriæ renunciari poſsit, quatenus factũ priuatum & ius priuatorum concernat.

1 *Pœna grauiſsima dicitur pœna mortis.*

Pœna X.

1 Vbicunq; l.ſeu ſtatutũ † apponit pœnã grauiſsimam,venit pœna mortis: iſta eſt gl. quę reputať ſing.in l.ij.C.de eunu.do.meus d.And.in c.prudentiã.§.addicimus.de offi.deleg.alleg.aliam gl.in rub.C.nemi.lice.ſignum ſalua.q̃ dicit forte venit pœna mortis appellatione pœnę grauiſsimæ, & alleg.gl. in l.j.eo.ti.& facit tex.in l.j.in ver.grauiſsimam multã.C.de ſeditio.& gl.dicit ibi mortem,vel aliam ſecundũ qualitatem perſonę. facit l.ſi.ver.grauiſsimis pœnis. & in l.ſi qs ad declinandã.in verſ.grauiſsima pœna.C. de epiſ.& cle.cũ ſi.& vide qđ voluit Pe.de Anch.in cõſi.xv.vbi per pœnã grauiſsimã intelligit pœnam mortis . Sed pro veritate huius rei vide do.meũ in d.c.prudentiã.§. addicimus, circa fin.vbi ſuo more ſolito & pulchre & copioſe loquitur,quod nota pro ſtatutis,& alijs diſpoſitionibus apponentibus talia verba.

1 *Pactum vt obſeruetur ſi actum ſit inter contrahentes,quod res ipſa ſit ſpecialiter obligata,ea non poterit alienari.*

Pactum I.

1 Si propter † obſeruantiam pacti eſt actũ inter ipſos contrahentes,ꝙ res ipſa ſit ſpecialiter obligata,non poterit illa res alienari,ita multũ un.dixit Bar.in l.ſi creditor.§. ſi.ff.de diſtra.pigno.& per hoc tradidit ibi Bar.ſing.cautelam vt conducens rem aliq̃ puta domũ vel fundum ꝙ pro obſeruantia contractus recipiat obligationẽ omniũ bonorum locatoris,quia tunc cũ habeat ius in re illa ſibi locata pro obſeruãtia cõtractus, ꝙ nõ poterit expelli per ipſum locatorem nec per ſucceſſorẽ eius etiam ſingularem, quod eſt ſempiterna dignũ memoria & vt pro mirabili cõmemorauit iſtud dictũ Bar. in plerisq; locis. videlicet in l.j.§.quod ait prætor.ff.de ſuperfi.dicens ſe de facto pluries conſuluiſſe.idẽ dicit in l.filio.§.ſi vir.ff. ſo.ma.& ibi per Moder.& in l.emptorẽ.C. loca.refert ſe in facto ita obtinuiſſe.idẽ voluit in l.qui fundum.ff.loca.& qđ voluit in d.l.ſi ea lege.C.de cõdi.ob cau.& in d.l.ſi creditor.§.ſi.et in l.ſi ita qs.§.ea lege.ff.de ver. ob.ſequitur Arg.in d.l.j.§.qui ſuperficiem. ff.de ſuperfi.& in d.§.ſi ea lege.Bald.in l.nihil.§.Seruius.ff.de leg.j.& ibi per Moder. & in d.l.emptorem.d.Abb.in c.ſi.ne prçla. vic.ſuas.dixit tñ Bar. ꝙ cõiter nõ ponderatur & i d.l.emptorem,opus eſſe,vt colonus proteſtetur,& dicat,ego nolo recedere a re mihi locata , donec mihi ſatisfiat de pœna, vel intereſſe meo,cũ res iſta ſit mihi obligata.& cum de facto occurriſſet refert Bar.feciſſe fieri proteſtationem hoc modo, licẽ poterit dicere iſte conductor,quod iſte retinet iure pignoris,licet Io.de Imo.in d.l.ſi filio. §.ſi vir.conetur mordere doctrinam Bart. ſed ipſe non ponderat formalia uerba Bar. in d.l.emptorẽ.C.loca. Saly.in d.l.emptorẽ refert ſe dixiſſe ſæpenumero dictum Bart. procedere ſi cõductor dicat ſe velle retinere rem locatam iure pignoris, donec ſoluať ei intereſſe,vel pœna adiecta, & non vltra: tunc cautela erit , ꝙ emptor rei locatæ vel ſucceſſor offerat intereſſe vel pœnã,vbi pęna eſſet appoſita , quo caſu poterit expelli conductor,quia illa hypotheca ad aliud nõ fuit appoſita,niſi gratia facilioris executionis pœnæ vel intereſſe,niſi patientia per locatorẽ non præſtareť , nec ad aliud obligať locator qui non patiť cõductorẽ ſtare in re locata.l.ſi merces.§.j.ff.loca.l.mancipia.C. de re.alie.non alie.& qđ voluit ibidẽ Saly. & ꝙ ita Bart.intellexit id quod ipſe voluit in d.l.ſi filio.§.ſi vir.dicit Saly.apparere ex reportatis Bar.in d.l.emptorẽ.qđ dicit Sal. ſibi fuiſſe gratiſsimũ vidiſſe Bart.ita tenere in d.l.emptorẽ,licet Io.de Imo.Bal.& Ang. non recte ponderauerint dicta Bart.in d.l. emptorẽ.et ſic no.cautelam contra cautelã, vide quæ plene dicit do.meus d.An.in addi.ſuis in c.propter ſterilitatẽ.de loca.vide eundem in repe.c.Raynaldus in Ioannina. in xlvj.char.

1 *Prohibitio legis vbicunque concurrit cum prohibitione hominis, res illa alienari non poteſt, etiam in caſibus alias a iure permiſſis.*

Prohibitio.

1 Vbicunq; † concurrit prohibitio l.& ꝓhibitio hominis ſeu teſtatoris circa alienationē,corroboratˀ prohibitio,in tm̄,ꝙ nō poteſt res illa alienari,ēt in caſu a iure permiſſo,ita mirabiliter et ſingulariter colligit Io. de Imo.in l.filiusfa.§.diui.ff.de leg.j.in j.colū.ad intellectum l.ij.C.de vſuc.qđ eſt mirabile dictū,refert & ſequitˀ do.meus i c.Raynal.de teſta. i xlvj.char.in Ioānina.Ex quo infert vnū ſempiterna dignum memoria, ꝙ ſi teſtator rem ſuā legat eccleſiæ vel donat cum hoc,ꝙ non alienet,ꝙ eccleſia nō poterit rem illam alienare,ēt in caſu a iure permiſſo per authen.hoc ius porrectū.C.de ſa. ſan.eccle.& ſic fortificatˀ prohibitio alienationis facta a iure per aduētū pacti.optime facit l.legitima.& ibi Bar.ff.de pact.vbi diſpoſitio l.recipit fomentū & fortitudinem a pacto. voluit Bar.in l.non poſsibile ff.de pact.facit quia duo vincula magis ſtringūt. c.j.de treu.& pa.auth.ita q;.C.cōia de ſucceſ.ſed ꝓ enucleatione huius dicti vide do. meū i ꝑal.loco & Med.i d.l.filiusfa.§.diui.

1 *Alienare prohibitus ſub pœna,ſi rem alienari prohibitam det pignori , an & quando in pœnam incidat?*

Pœna XI.

1 Prohibitus † alienare ſub certa pœna aliquam rem,ſi dat illam pignori pro eodem bono,ſeu pretio,qđ ęquiualet pignori,quia ſi pignus venderetˀ non valeret plus,tūc nō vř pignori expoſita,ſed uere vēdita & alienata,& per conſequens iſte pignorans incidit in pœnā.iſte eſt caſus ſingu.de quo facit ibi feſtū Nic.de Nea.in l.qui habebat.ff.de leg.iij.Ratio quia tunc non eſt ſpes luitionis pignoris. belliſsima fuit doctrina Guil. de Cu.in l.manumiſsiones.ff.de tuit.& iur. quā ibi refert & ſequitur Bal idē dixit Bal. in l.voluntas.C.de fideicom.& in l.ſi C.de re.alie.non alie.& in c.j.§.vel libellario.in ti.qui.mo.feu.amit.alias regulariter prohibitus alienans,ſi rem illā pignorat non incidit in pœnam,vt no.in dictis iuribus & do. meus in repe.c.Raynal.de teſtam. Ioānina in xlvj.char.Et an prohibitus alienare ꝓhibeatur pignorare vide plene per do.meum in repe.rub.de re.eccleſ.non alie,& Bar.in l.in quorū.ff.de pigno.& d.Abb.in c.fin.de feu.et in c.de pigno.& in c.quod quibuſdā. de fideiuſſ.vbi de hoc,& ibi per do.meū.

1 *Pactum quòd pater cadat a feudo propter feloniam filiȷ́s,non valet tanquā iniuſtū.*

Pactum II.

1 Pactum non † valet ꝙ pater cadat a feudo propter feloniam filij.eſt enim mandatū iniuſtum:ita dixit Bal.in l.j.C.de pœna iud. qui male iudi.& allegat in arg.d.l.paterfa. teſtō.quā dicit eſſe ſing.& gl.in c.Rayn.de teſt.in verbo addiciēs,quæ dicit ꝙ licet hæres teneatur parere mandato teſtatoris , nō tū̄ tenetur parere, ſi mandatum eſt iniuſtū, quā gl.non tradas obliuioni. optime facit l. quidam in ſuo.ff.de condi.inſti.do.meus d. And.in repe.c.Raynal.de teſta.in Ioānina. alleg. gl.in l.non videntur.§.qui iuſſu.ff.de reg.iur.q̄ dicit ꝙ iurans obedire mandato poteſtatis , intelligitˀ ſi mandatum eſt iuſtū. nam vbi vnicum uerbū ſe habet ad bonum & ad malū,quia eſt ęquiuocum,capitˀ in bonum & non in malum.ita dixit Bal.per illā gl.in l.ſi ad excludendā.C.de iureiu.& adducit do.meus gl.in l.j.§.fin.ff.de his q̄ ſunt ſui vel alie.iur.quæ voluit,ꝙ iurans ſeruare ſtatuta populi,intelligitˀ ſi ſint iuſta, alias ſecus, quā gl.ibi Nic.de Neap.refert ſecundum quoſdam reputari ſingularem & in iure peregrinam:ſed ipſe dicit ſe allegare ſociam in l.eos.C.vſu.do.meus in d.c.Raynal.adducit gl.in c.j.quod metus cau.et illā gl.ponderat d.Abb.& allegat do.meus gl. in c.cum iuramento.de homic.& in c.tuas. de vſur.& in c.ne dei.de ſimo.& i c.ad hęc. il ij.de appel.& in c.ex parte.de accu.& in c.ex tenore.de ſen.excom.& in c.ad aures. de temp.ordi.& in c.ego N.de iureiu.& in c.veniens.& in c.quemadmodū.& in c.q̄ntauallis,eo.ti.& in c.nerui,xiij.diſt. & in c. ij.de maio.& obe.& i c.iij.de accu.& quod voluit Inn.in c.dilecti filij.de maio.& obe. vbi dicit,ꝙ ſi ep̄s iuret ſeruare conſuetudines, quas hactenus ſuperiores ep̄i obſeruauerunt, ꝙ veniunt conſuetudines laudabiles & honeſtę,ita reſidet do.meus d.An. in ꝑeal.loco.Ego adduco glo.in c.intimauit, de teſti,& tex.celebrem.in c.j.de iureiu.li. vj.tex.in c.Iulianus.& in c.non ſemper.c.ſi dn̄s.c.qui reſiſtit.xj.q.iij.vbi non eſt parendum ſuperiori cū pacto & offenſa dei.facit quod pulchre dixit Inno. in c.inquiſitioni,

de ſen.excom.& in c.quanto.de conſuet.& vtrobiq; videas d.Abb.& do.meum in d.c. quanto. Et ex iſtis oībus concludo, ꝙ iurās obedire ſeu qui tenetur alicui parere intelligitur in honeſtis & licitis,alias ſecus.

1 *Pœna in foro conſcientiæ non exigitur.*

Pœna XII.

1 In foro † conſcientiæ non exigitur pœna gl.eſt celebris in c. fraternitas.xij.q.ij. de qua fecit feſtum d.Abb.in c.Raynal.de teſta.& in c.j.de conſtit.& in c.ſi egreſſus. de iniur.& in c.quia plærq;.de immu.eccl.& in c.audiuimus.de ſimo. & in alijs locis.faciat quod voluit ipſe in c.j.de cuſto.eucha. & facit qđ habetur i c. ſicut.it ij.de iureiu. & ibi Bal.dicit ꝙ cenſura eccleſiaſtica nō curat de pœnis ciuilibus,ſed de iuris reſtitutione & alleg.gl.in d.c.fraternitas. & illam gl.pro ſing.allegauit d.Ant.de Bu.in d.c.q̄a plerīq;.& in c.j.de dolo & contu.& in c.de reſcri.Lud.Ro.in rub.ff.de acqui.hær. Pe. de Anch.in c.j.de conſti.li.vj vbi dixit,qđ ius competens ad vindictam,non habet locum de iure cano.& allegat.d.gl.c.fraternitas.Bal.in l.poſt deſertionē.C.de fur.ꝙ fur non tenetur in foro conſcientiæ,niſi ad reſtitutionem rei furtiuæ,& alleg.gl.d.c.fraternitas.eandem gl.allegauit Bal.in l.iubemus.§.ſane.C.de ſa.ſan.eccle.& in auth.ad hæc.C.de vſur.& in l.id quod pauperibus. C.de epiſ.& cle.licet do.meus aliter fuerit interpretatus text.& glo.d.c.fraternitas.in repe.d.c.Raynal. in Ioannina.tñ cōiter ſolet allegari gl.d.c.fraternitas.ad id quod dictum eſt:aliter nunc non examino. Et quæ ſit ratio,vide d.Abb.in d.c.Raynal.& in d. c.j.de conſti.ego adduco Lud.Ro.in repe. rub.de arbi.in ſi.verbis vbi alle.gl. ſing.in d.c.fraternitas quam ſecundū eum facit ſingu.Bal.in extractis.gl.decreti, dicēs pœnas dupli vel quadrupli ob furtum a iure ciuili inductas iure canonico minime peti poſſe.

Idem dixit in d.c.ſicut. vbi text.dicit vt occupata reſtituat non dicit pœnā quadrupli reddat.& vide Abb.in rub.de appel.in ſi.vbi alleg.d.gl.& in c.tua.de vſur.in ſi.& Abb.poſt Goſ.& doc.in c.dilecti. per Goſ. gl.ſi.ibi quæ allegat illum tex.de arbi. Et limita d.gl.procedere in pœna imponenda ꝑ iudicem : ſecus quando pœna committitur ipſo facto,per l.commiſſ.ff.de publi.ſecundum Abb.in d.c.dilecti.

1 *Pœna æris, & perſonæ, importat mortem, & publicationem bonorum:limita vt ibi.*

Pœna XIII.

1 Iudex † poteſt comminari ſub pœna æris & perſonæ,quę pœna importat mortem & publicationē bonorum gl. eſt ſing.in auth. de armis.ad ſi.de qua glo.exclamauit Ang. pro ſing.in conſi.ſuo ccxvij.nam quidā patronus nauis obligauit ſe cuidam mercatori, vt apportaret cū naui illā certā ſummā frumenti ad portum Piſarū.deinde accepit mandatum a rege Aragonū patronus illius nauis.ꝙ ſub pœna æris & perſonę deberet præſentare ſe cū naui coram maieſtate ſua apud Barcellonam: qui timēs incurrere indignationem regiam paruit regi.agebat̄ ad intereſſe, & ad pœnā per illū mercatorem contra patronum nauis.belliſsime Ang.excuſauit cū,vt in d.conſilio videri poteſt,refert & ſequit̄ do.meus d. And. in repe.d.c. Raynal. vide eundem Ang.pro illa gl.in l. nullus.C.vt inſcio principe & & Bal.in c. ij.de malo.et obe.vbi illam gl.reputat ſing. quod no.quia quotidianū, & ſæpenumero in facto euenit,& coram legato Bononię in facto obtinui, & lucratus ſum quatuor aureos exiſtēs ſcholaris Bononiæ. Limita niſi curia haberet certum & determinatum ſtilum circa puniendum contumacem , puta, quia eſſet de ſtilo,vt ſub pœna x.librarū teneretur comparere coram iudice, & iudex ſpreto illo ſtilo miſsit cedulā citatoriā pro cauſa ciuili, vt citatus compareret ſub pœna æris & perſonæ, et citatus ſpreuit illud mandatum,et non comparuit,ꝙ eſt excuſatus.tex.eſt multum ſing.in l.fin.C.de cano. præſtatio.li.x.ita pulchre voluit ibi Ang.

1 *Patronatus ius probatur per antiquā poſſeſsionem.*

Patronus II.

1 Per † antiquam poſſeſsionem nobiles laici probant ſe habere ius patronatus eccleſiarum, licet non habeant titulum,ita dixit ſing.Bal.in l.cum ſuper.C.de rei ven.refert et ſequitur do.meus in repe.rubri. de cauſa poſſeſ.et proprie.

1 *Poßidens præſumitur poßidere ex titulo præcedenti,& ab eodem.*

Poſſeſsio.

1 Vbi quis † poſsidet præſumitur poſsidere ex titulo præcedenti, & ab eodem gl. ſing. in l. quidam. ff. de rei ven. de qua fecit feſtũ ibi Ang. ſequitur illam glo. Bar. in l. non ſolum. ff. de vſuca. refert et ſequitur do. meus in repe. rub. de cau. poſſ. et proprie. et no. caſum d. l. non ſolum eſſe ſing. ſecundum Bar. ibi. Item ibi dicit ꝙ interruptio pręſcriptionis non interrumpit effectum præcedentis tituli veri, vt in l. ſi is qui pro emptore. §. ſi quis bona cum gl. et l. eum qui edes. §. ſi. ff. eo. ſed bene interrumpit effectum præſcriptionis pręcedentis tituli putatiui, quod dicit eſſe notabile et ſing. ibi.

1 *Poſſeſsionis extremis probatis, præſumũtur probata media, vnde ſufficit probare principum, & finem, vt medio tempore quis poſſediſſe præſumatur.*

Probatio poſſeſsionis.

1 Probatis extremis † poſſeſsionis præſumuntur probata media poſſeſsionis, vnde ſufficit probare principium poſſeſsionis, et finem, quo caſu præſumitur quis medio tpe poſſediſſe, iſta eſt gl. valde ſing. quam cõiter ſequuntur doc. in c. volumus. xvj. q. iiij. ita dicit d. Abb. in c. accedẽtibus. de priui. Bar. tñ prout refert d. Abb. in d. c. accedentibus dicit ſufficere ꝙ probetur principium poſſeſsionis et allegetur poſſeſsio de præſenti, quia poſſeſsio ſemel poſita præſumitur cõtinuata et durare l. ſiue poſsidetis. C. de ꝓba. Quis verius dixerit vide omnino d. Ab. in d. c. accedentibus. et do. meum in repeti. rub. de cau. poſ. et proprie. in vij. char. et vide quod voluit gl. et d. An. in c. cum a d ſedem. de reſti. ſpo. gl. d. Ant. & alios in c. accedens. de conuer. coniug. & in c. ex parte. de reſcrip. & in c. olim. il iij. de reſti. ſpol. Bart. in l. ſicut. §. ſuperuacuum. ff. qui mo. pig. vel hip. ſol. & in ſ l. admonendi. ff. de iureiu. & in l. conſti. C. & in l. ordinarij. C. de rei vendi. Pe. de Anch. in c. ſi. de pręſcri. vbi tenent ꝙ probata poſſeſsione principij & ſinis pręſumuntur probata media, & vide Matthęum de Matth. in ſuis ſing. in ix. char. ad ſi.

1 *Pœna vbicunque apponitur ipſo iure a lege, debetur non ſolum in foro iudiciali, ſed etiam in foro conſcientiæ.*

Pœna XIIII.

1 Vbicunq; pœna apponitur ipſo iure a lege, debetur non ſolum in foro iudiciali, ſed etiam in foro conſcientiæ ſeu pœnitentiæ. iſtud aſſumptũ probatur in c. ij. de præſcri. lib. vj. hoc voluit d. Abb. in c. j. de conſti. refert & ſequitur do. meus in repe. c. Raynaldus. de teſta. circa ſi.

1 *Pœna fiſco applicanda ob delictum in committendo conſiſtens quando poßit fiſco auferri.*

Pœna XV.

1 Licet pœna † applicanda fiſco in delicto conſiſtente in committendo non poſsit auferri fiſco vt in l. tranſigere. C. de tranſa per Bal. & in l. non oẽs. §. recte. ff. de fur. ꝑ Bart. tñ ſi venit illa ex delicto cõſiſtente in omittẽdo poteſt pacto priuatorum auferri fiſco gl. eſt ſing. ſecundum Dy. in l. ij. ff. ad ſillani. refert & ſequitur do. And. in repe. d. c. Raynal. de teſta. & adduco tibi glo. in l. auxiliũ. ff. de mino. quã Ang. reputat ſing. in trac. de inuentario, quæ voluit, qđ minor omittens facere inuentarium reſtituitur in integ. ex quo illud delictum conſiſtit in omittẽdo, bene facit gl. aurea in l. ſi mora. ff. ſo. ma. & vide quod voluit gl. in c. placuit. xvj. q. iij.

1 *Eccleſia poteſt agere ad emendationem damni contra prælatum, & eius hæredes, qui paſſus eſt rem eccleſiæ præſcribi.*

Præſcriptio IIII.

1 Nota vnum † quotidianum, & menti tenendum, ꝙ vbi prælatus paſſus eſt rem eccleſię præſcribi, eccleſia poterit agere contra prælatum ſeu eius hæredes ad emendationẽ damni glo. eſt ſingu. in c. placuit. il ij. xvj. q. iij. quã reputauit ſing. do. Abb. in c. j. de in integ. reſti. facit tex. in l. quicquid. C. arbi. tute. aliam vidi in decretis, quam nunc non habeo menti.

1 *Principes non recognoſcentes ſuperiorem in tẽporalibus poſſunt exercere ea, quæ ſunt reſeruata Imperatori in ſignum ſpetialis priuilegij.*

Princeps IIII.

1 Principes † non cognoſcentes ſuperiorem

in tēporalibus ſaltē de facto poſſunt exercere ea, q̄ ſunt reſeruata Imperatori in ſignū ſpecialis priuilegij vt legitimare, famæ reſtituere, interponere authoritatē in arrogatione, & ſimilia, hoc probat tex. ſing. quem tenebis ſemper menti in c. per venerabilē. qui fi. ſint legi. de quo tex. facit magnū feſtū ibi do. Abb. Ex quo infertur ſecundū eum, ꝙ ciuitates Italiæ, quæ hodie non recognoſcunt ſuperiorem in tpalibus, poſſunt exercere dicta iura: pro hoc vide quod no. Bar. in l. infamē. ff. de publi. iudi. in l. j. ff. de aqua plu. arcen. pro quo dicit do. Abb. in d. c. per venerabilem eſſe ibi tex. apertū. & de materia vide Marti. Lauden. in tract. de princi. & do. meum do. And. in ſuo ſolenni tracta. de præſtantia Imperatoris & regū, vbi copioſe de hoc: ad quem tractatū te remitto.

1 *Principis iura reſeruata in ſignum ſpecialis priuilegij, quanto tēpore præſcribi poßint?*

Præſcriptio V.

1 Nota † ꝙ iura principis reſeruata in ſignū ſpecialis priuilegij poſſunt præſcribi p tm̄ tempus, de cuius initio memoria nō extitit tex. eſt ſing. & perpetuo mēti tenēdus in c. ſuper q̄buſdā. de ver. ſig. quē tex. reputauit ſing. & dicit ſe nō alibi legiſſe ita clare do. Abb in d c. ſuper quibuſdā ibi infert, ꝙ dn̄i inferiores, & ciuitates poſſunt præſcribere poteſtatē legitimādi ſpurios, item reſtituēdę famę, creandi tabelliones, & ſimilia, quę ſunt reſeruata principi, ſi ſubeſt tm̄ tempus vt ibi de quo in d. c. ſuper quibuſdam, gl. tn̄ in c. vnico de clerico ægrotā. lib. vj. prope principiū ſentit oppoſitum. Sed primum dictum placet do. Abb. in d. c. ſuper quibuſdā, intelligendo de conſuetudine præſcripta. Limita tamē hoc per vnū notabile dictum Bar. i l. ſi publicanus. §. vlti. ff. de publi. vbi dicit tm̄ tempus requiri qn̄ præſcribit̄ contra principem. ſecus ſi contra priuatū qui acquiſiuerit iſta priuilegio vel conſuetudine ꝙ tunc nō requiritur tātum tempus, ſed ſufficit tp̄s decem annorum cum titulo, vel xxx. ſine titulo, ſicut dr̄ in vſufructu præſcribendo l. fi. C. de præſcri. long. tempo. faciat in ſimili gl. notabilis in c. ad audientiā. de præſcrip. & in c. dilectus. de capel. monachorum.

1 *Ordinatio per viam conſtitutionis, vel conſuetudinis a municipibus facta, de diſtribuendo aliquid annuatim ad pias cauſas iure eleemoſynæ, non poteſt per eoſdē tolli.*

Pia cauſa II.

1 Ordinatio † per viam cōſtitutionis vel cōſuetudinis per municipium factā de annuatim diſtribuēdo aliquid ad pias cauſas iure eleemoſinę, non pōt per idem municipium tolli. tex. eſt notabilis: vn̄ hoc ſumpſit Bar. in l. priuilegia. C. de ſa. ſan. ec. ſed eſt melior caſus in c. ad apoſtolicam, de ſimo. ſecundū Ludo. Ro. in repe. aūt. ſimiliter in viij. col. C. ad l. fal. Et vide quod idē determinat Io. And. in titu. de inſtru. edi. §. nunc vero aliqua ad fi. Tu vide de hoc, qđ voluit domi. Abb. in d. c. ad apoſtolicā. vbi dicit illū tex. eſſe menti tenendū ſecundum vnā lecturā, quæ ponitur in prin. glo fi. illius. c. quæ eſt notabilis & ſingularis, & non probat̄ alibi ſecundum eum, niſi ibi, vt intelligatur de conſuetudine, per quā layci conſueuerūt liberaliter offerre eccleſijs aliqua tēporalia, qn̄ percipiebant ſacramēta. idem voluit gl. per d. c. ad apoſtolicam. in c. ſua. eo. ti. & de materia vide ibi cōſiliū meū do. Abb. vbi pleniſſime et pulchre loq̄t, vt ſui moris eſt.

1 *Præſcriptio non valet contra ſupremam poteſtatem Papæ,*

Præſcriptio VI.

1 Contra † ſupremam poteſtatē Papæ nulla valet præſcriptio. dictum eſt Inno. in c. bonę. il ij. de poſtu. pręlato. quod pro notabili allegat do. Abb. in c. ij. de cleri. nō reſid. idē dicit do. meus do. Troylus de Maluli eius priuilegio habēte hanc clauſulam, ſi ſecus factum fuerit ſit irritū & inane. nam contra tale priuilegiū non poterit præſcribi. dictū eſt Bald. ſingulare ſecundum eum in l. ſi ſolennibus in fin. C. de fide inſtrumen. & hoc audiui via voce.

1 *Priuilegium immunitatis a ſolutione vectigalium alicui conceſſum an amittatur, ſi poſtea per tres annos vectigalia ab eo fuerint ſoluta?*

Priuilegium III.

1 Ianuenſes † & Piſani habuerunt priuilegium immunitatis a ſolutione vectigalium eis conceſſum a rege Apuliæ, & ſoluerunt

per tres annos poſt priuilegiũ conceſſum, fuit dubitatum an ꝓpter hoc amiſerint priuilegiũ illud,& teneãtur ſoluere in futurũ? Deciditur quod non, quia ille actus recipit iteratione͂, vnde requiritur ſpacium xxx. vel xl.annorum iuxta not.in c. accedentibus.de præſcri.ita ſingu.And.de Barulo. in l.ij.C.de his qui ex ma.pecu. ſuſcep. l.b.x. vbi dicit hoc de facto ſe vidiſſe terminari, refert & ſequitur do.& præceptor meus do. And. in commento c. cũ acceſsiſſent in xxxij.col.de cõſti.& addit etiam ibi And. de Barulo.ꝙ ſi habet immunitatem a datijs & a collectis ſi deſcribatur in libro cõis, vt ſoluat vna cum alijs, & non appellet infra tempus debitum poſtquam hoc ſciuit, non poterit poſtea ſe iuuare ex priuilegio ſuæ immunitatis l.j.§.ſi quis tutor.ff.qñ app.ſit & caſum illius l.dicit ſingu.eſſe peregrinũ, & communiter ignorari, refert & ſequitur do.meus in d.c.cum acceſsiſſent.

1 *Qualitas ſi in aliquo requiratur, iuri non eſt ſatisfactum ſi illud ſine ea qualitate interueniat.*

DE LITTERA Q.

Qualitas.

1 Vbi requiritur † certũ quid cum aliqua qualitate,non eſt ſatisfactum iuri,ſi interueniat illud ſine qualitate,glo.eſt cõmuniter reputata ſingu.& vnica.in cap. notificaſti. xxxiij.q.v quã ad hoc dicit eſſe menti tenẽdam do. Abb.in c.Abbas,qđ metus cauſa,facit c. Piſanis.de reſti.ſpolia.& c. ſtatutũ iũcto c.licet canon.de ele.lib.vj. Vide qđ voluit,conſuluit,& diſputauit Iac.de Are.quẽ refert & ſequitur Cyn.& Bald.in l.ij.C.de proba.Bar.in l.denunciaſſe.§.quid iñ ff. de adulte.& in conſi.x.inci.accuſatio fuit inſtituta.Guil.de Cu.& ibi Bar. in l qđ ergo.§. pœna grauior.ff.de his qui no.infam.Pe.de Anch.& alij ſcribentes in c. ſignificaſti. de adul.& in c.quia propter.de electio.Ludo. Ro.cõſi clxvj.cõſi 108.egregius. facit tex. in c.vbi periculum.§.cæterum.de elec. lib. vj.& vide quod voluit d.Abb.& do. meus in c.licet cauſam.de proba.& do.meũ vide in quodam ſuo ſolenni conſilio incip. viſo puncto & facti ſerie proceſſu, ac bulla obſeruandæ memoriæ Papæ Martini, quod conceſsio dictæ emphyteuſis &c. & vide do. Abb.in c.examinata.de iudi.in iij.colũ, vbi refert Cy.in d.l.ij.& vide eundem do. Abb.in c.j.de regula. Vide glo.fi.in l.non ſolum.§.ſciendum.ff.de no.ope.nun.iuncto tex.& ibi Bartol.& doc.text. in l.fin.C.an ſeruus ex facto ſuo.& ibi Bal.& Saly. glo. pe.in c.venerabilibus.de ſenten. excom.li. vj.Bart. in l.libellorũ.in prin.ff.de accu.in v.col.in ver.circa tempus.& per Bar.in l.ſi is qui.§.fi.ff.de iure fiſci.Bal. in l.ſi quis nõ dicam rapere.C.de epi.& cle. circa.iij. vel iiij.col.dum refert dictum Io.And. in c.j.de homi.li.vj.Inno.& Bar.in l.j.in princi. per illum tex.ff.ne quid in flumi. publi. glo. in cle.fi.in ver.reatum.de reſcri. quam alleg. Bar.in d.§.ſciendum.& Bal. in l.poſt dotẽ. ff.ſo.ma. & ibi per Imo.Et vide Abb. in c. de his i ſi.de accuſa.Facit quod no. in ſimi. glo.in c.vt circa.de elec.li.vj. quæ dicit, ꝙ ſi ad actum requiritur iuramentum cũ tactura ſcripturæ,ſi præſtatur iuramentũ ſine tactura,non eſt ſatisfactum cõſtitutioni ſeu diſpoſitioni, ſi præſtatur iuramentum ſine tactura,licet in veritate ſit iuramẽtum ſine tactura.& vide quod voluit glo.in cle.fi.c.j. ver.corporaliter a ſe tacta.de hæreticis.

1 *Querela an verificetur tam in cauſa criminali,quã ciuili. Et quid de verbo actionis, & de verbo accuſo.*

Querela I.

1 Querela † nedum verificatur in cauſa ciuili vt in c.querelam de procurato. & in c. querelam de iureiur.tamẽ verificatur in cauſa criminali glo.eſt cõiter reputata ſing. in c.maximianus in ver.querelam.lxxx diſt. quam ad hoc reputauit ſing. do. meus in c. dilecti.de iudi.in iij.col.circa prin.pro quo dicit fore caſum in indiuiduo.in c.cum cõtingat.de ſo.compe.idem dicit in d.c. dilecti.de verbo actionis, ꝙ verbum actio verificatur tam in cauſa ciuili vt in tit. de actio. in prin ꝗ̃ in criminali vt in l.iij.ff de ſepul. violato.cum ſi.& refert hoc voluiſſe Lud. Ro.in l.viro atque vxore.ff.ſo.ma.ꝙ ſi conſtituo procuratorem ad agendum, poterit accuſare,quia ſub verbo,actio,comprehenditur accuſatio. Idem voluit do. meus in c. j.in verbo actionibus.de conſtitu. Idem dico de verbo Accuſo,quod verificatur tã in cauſa ciuili ꝗ̃ in cauſa criminali.gl. & doc. & ibi Moder.in l.viro atq; vxore pręallegata.do.meus in c.tuę de procurato.Io.And. & alij in c.cum in tua.de teſti. & ibidẽ do.

Abb.in c.literis de præſum. Et cõclude ꝙ licet verbum actio proprie importet cauſam ciuilẽ, vt inſti, de actio. in prin. & verbum accuſo criminalem vt no. in d.c. cũ in tua. & ff. & C. de accuſa. per totum. tamen attẽdi debet materia ſubiecta ar. l. ſi vno. ff. loca. cũ ſi. & vide quod voluit Ioã. de Fantu. de verbo accuſo. in c. j. ver. accuſare. xj. q. j.

1 *Appellari quo caſu nõ poteſt, an poßit querelari, & quid econtra? & quid iuris ſit de ſupplicatione?*

Querela II.

2 Vbi ſumus in caſu, in quo non põt appellari poterit querelari. ſing. eſt glo. ſecũdum do. Car. ibi in c. querelam. de procurato. cũ querela ſit actus citerior appellatione, vt dixit ibi glo. quam domi. Abb. ibi dicit eſſe notandã propter ſtatuta prouidentia cõtra querelantem in certis cauſis, vt non extendatur ad legitime appellantem cũ ſint ſtricti iuris l. quicquid aſtringendæ. ff. de ver. oblig. l. iij. §. hæc autẽ verba. ff. de neg. geſt. & ibi Bar. c. in noſtra, de iniur. & dã. dato, idẽ dic econtra eadem ratione. & ad hoc adduco ego celebrem tex. in c. concertationi. de app. li. vj. vbi ſi grauamẽ non poteſt reuocari per remediũ appellationis ꝓpter lapſum decennij, poterit tñ reuocari p alia iuris remedia. & illum tex. allegant ſcribẽtes. & do. Card. in cle. conſtitutionẽ. §. inſuper. de elec. & adduco l. fi. §. illud. C. de tẽpo. appellationũ. vbi eſt caſus, ꝙ a negligẽtia iudicis non appellatur, ſed querelat, ibi in ver. tarditatẽ iudicis in querelã inducere. & hoc voluit ibi Bald. & hoc teneas in practica. Item dic ꝙ prohibita appellatione nõ prohibetur ſupplicatio. tex. in l. vnica. C. de ſen. præfec. præto. & tex. in l. præfecti præto. ff. de mino. iuncta. l. ſi quis aduerſus. C. de preci. imperato. offe. & gl. ordi. in c. ex literis. in verſi. ſupplicauit de in inte. reſti. Et an in caſibus, in quibus ſit prohibita appellatio ſit prohibita ſupplicatio. Bart. in l. vna. C. ne liceat tertio in vna eadẽq; cauſa prouo. tenuit ꝙ ſic. idem voluit Bal. in l. fi. C. de edicto diui adri. tol. & Ioã. de Imo. in c. ex literis, præallegato vbi reprehendit do. Anto. tenentẽ ibi contrarium eius, quod voluit Bar. in d. l. vnica. & quod do. Anto. ſequitur do. Abb. in c. tum ex literis. de in integ. reſti. vbi ex illo tex. colligit, ꝙ licet non poſsit tertio prouocari, poterit tertio ſupplicari Do. meus do. An. nouorum repertor dicit in d. c. tum ex literis, ꝙ Bar. & Io. de Imo. rectius loquuntur, quã do. An. & do. Abb. & non ſolũ non licet tertio ſupplicare, immo nec ſecundo, & allegat tex. celebrem i d. l. ſi quis aduerſus, qui hoc optime probat. Non obſtat d. c. tũ ex literis. quia iudicio meo poteſt taliter reſpõderi, vt procedat in principe admittẽte illam ſupplicationem ex ſola benignitate, & non ſecundum rigorẽ iuris. nam ex ſolo rigore iuris proceſsit, vt tertio non poſsit appellari, cum ergo princeps ſit ſuper ius c. propoſuit, de conceſ. præben. & ex ſola voluntate poſsit diſpenſare contra ius poſitiuum. vt voluit Inno. in c. cum ad monaſterium, de ſta. mona. quẽ refert & ſequit do. An. in c. ij. de conſti. & do. Abb. in d. c. tum ex literis. & in c. de multa. de præbẽ. ergo poterit contra ius diſpenſare ſupplicationẽ admittẽdo ar. d. c. propoſuit, & iſto modo procedat opinio do. Abb. & do. Anto. alias procedit doctrina Bar. & ſequacium. Vel aliter iudicio meo, vt ille tex. nõ loquatur in ſupplicatione, cum tex. rotũdum habeamus ꝙ non poſsit iterũ ſupplicari vt in d. l. ſi quis aduerſus. Tene tamẽ primã reſpõſionem, & concorda docto. prout dixi. Et pro primo dicto ſi vis tenere contrarium diſputando & cõferendo vide do. meũ in c. j. de offi. lega. vbi plene diſputauit, an prohibita appellatione vr̃ eſſe prohibita querela, vide eum ibi in additione. In practica tamen non recedas a cõi opinione glo. & doctorũ.

Adde doc. & ibi Gemi. in c. Romana. in j. reſſo. de appel. li. vj. ea. q. an epũs poſsit adiri ſine ſuo officiali per viã ſupplicationis, & vide Barba. in c. ex literis. de in inte. reſti. tex. & ibi Pau. & doc. in cle. conſtitutiones. §. inſuper de electi. Et vide Pau. de Ca. in l. ſi. in ver. miſſus ibi. nec poteſt appellare. C. de edicto diui Adria. tol. & Alex. in cõſi. xcij. inci. in cauſa dñi Bartholomęi in j. col. in iiij. vol. vbi vult ꝙ ſtatutum tollẽs appellationẽ, nõ intelligitur tollere querelam, allegat Bald. & Sali. in d. l. fin. & vide Paulũ de Liaza. in cle. j. de ſeque. poſ. glo. Inno. & doc. in d. c. ex literis in ver. ſupplicauit. & Abba. in d. c. querelã, & plene per Imo. in l. ex conſenſu. §. fi. in pe. & vlti. col. ff. de appel. & in l. j. §. fin. in xx. colum. ff. a quibus appellare non licet. & per Sali. in l. fi. circa vltimã col. C. de ſen. & per Ang. in l. j. C. de ſen. pręfecti. pręto. & But. in c. paſtoralis. de appel. in nota. dixi plene in c. j. de offi. delega.

1 *Statutum tranſiens in quaſi contractũ cum ſubdito poteſt a ſuperiore ex iuſta cauſa reuocari.*

Quaſi contractus.

1 Superior † ex iuſta cauſa põt reuocare ſtatutum tranſiens in quaſi contractum cum ſubdito, iſtud ſing. dixit Inno. in c. in noſtra de iniur. refert & ſequitur do. meus in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. in xxij. col. de iud. licet ſecundum eũ, aliqui reprobent illud dictum, tamẽ eſt pura veritas: pro quo dicto allegat tex. valde ſing. l. Ticius. ff. de obſequijs a l. ber. patro. pręſt. & de materia vide in c. nouit de iudicijs. & Bartol. in l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iur. & in l. pe. ff. de decre. ab ordi. facien. & l. cum qui. ff. de excu. mune. & i l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccl. & Bal. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. & in l. ſi cum m hi. ff. de dolo. & in l. non nuptę. ff. de ſenato. & in l. digna vox C. de legi. faciunt ea quæ habentur in c. quæ in eccleſiarũ. de conſti. & in l. j. C. ſi contra ius vel vti. pub. & vide plene per do. meum in d. c. nouit. in xiij char. vbi pro dicto Inno. allegauit tex. in d. l. Ticius pro valde ſingu. & vide eundẽ do. meũ. in c. j. de cõſtitutio. vbi de materia, & illũ tex. d. l. Ticius reputauit vnicum & ſing. ad hoc Ludo. Ro. alibi, ad pſens non habeo menti, qđ ſingulariter no,

1 *Pœnitentia trium quadrageſimarum ſi a canone imponatur an intelligatur de quadrageſimis trium annorum.*

Quadrageſima.

1 Vbi † aliqua lex vel canon imponit pœnitentiã trium quadrageſimarũ, an intelligatẽ de quadrageſimis triũ annorum? dic ꝙ nõ, ſed intelligetur de tribus quadrageſimis vnius anni, prima erit ante feſtum natalis, alia ante paſcha. tertia ante feſtum ſancti Ioan. Baptiſtæ. glo. habes notabilẽ in c. qui compulſus xxij. q. v. quã ſequitur ibi Archi. & iſtam glo. didici ab eximio iuris pontificij doctore, & ſacrorũ canonum patre dño & præceptore meo de mane domino Ioan. de Sala. & tene menti illã glo. ad hoc. Sed ego dubito an illa glo. dicat verũ. primo quia nullũ ius nec l. allegat probans ſeu probantẽ hoc, & per conſequẽs erubeſcimus cum ſine lege loquimur l. illam. C. de collatio. in auth. de triente. & ſemiſſe. §. conſideremus c. j. ne ſe. vacan. cum ſi. item licet authoritas, loã. Theutonici ſit magna, tamẽ creditur doctori, inquãtum mouet ſe ratione, vt eſt bonus tex. in c. ego ſolus. ix. diſt. Ego diſputationis gratia dicerem, ꝙ vbi lex facit mentionẽ de quadrageſima, debet intelligi tale verbum in potiori ſuo ſignificatu arg. l. i. §. qui imperpetuũ. ff. ſi ager vectigalis. vel emphy. peta. l. j. §. ſi is qui nauẽ. ff. de exercito. l. iij. §. hæc autẽ verba. ff. de nego. geſt. cum ſi. Cum ergo quadrageſima proprie dicatẽ quadrageſima ante paſcha. de conſe. diſt. v. c. quadrageſima. ergo de ea debet intelligi. item vbi lex non dicit nec nos dicere debemus l. ſi ſeruum. §. nõ dixit prætor. ff. de acqui. hære. facit quod voluit Bal. in c. venerabilẽ. de elec. & in c. Rodulphus. de reſcri. & in c. ſi. de proba. Cum ergo iure cautũ non ſit, ꝙ tres quadrageſimę impoſitę pro pœnitentia ita interpretentur ergo nec nos dicamus. Ego tamen in facto non recederem a glo. d. c. ſi quis cõpulſus, & per eam intellige & expone tex. in c. accuſaſti. de accuſa. in ver. per tres debes quadrageſimas pœnitere.

1 *Homo venit appellatione rei largo ſumpto vocabulo. Et appellatione propriorum bonorum veniunt ſubditi.*

DE LITERA R.

Res.

1 Appellatione † rei largo ſumpto vocabulo venit homo tex. eſt iudicio meo melior de iure in l. omnia. §. fin. ff. de leg. ij. & vide ibi Bal. & Io. de Imo. & vide Bald. in l. j. ff. de ſta. ho. vbi idem tenet, & allegat d. l. omnia. §. fi. & l. fi. C. de ver. ſig. & l talem. §. fin. ff. de hære. inſti. vide Lu. Ro. conſi. ccxlvij. in ij. dubio illius conſilij vbi conſuluit, ꝙ appellatione propriorum bonorum veniũt ſubditi. vide do. meũ de hoc in c. ij. de conſti. Adde Bar. in l licet. C. de pactis. vbi dixit per illum tex. ꝙ ſi bona relinquuntur ſub appellationẽ rerum continetur tota hæreditas vt ibi. C. vbi res eiuſ. non obli. l. fi. ff. de vſufru. lega. quia ibi erat hæres vniuerſalis, & in d. l. licet: non.

1 *Religionẽ ingreſſus, & profeſſus bona ſua in monaſterium non transfert, quando religioſorum dolo, vt eius bona lucrarentur*

tur ad profeſſionem faciendam fuit inductus.

Religio.

1 Si aliqui religioſi † dolo inducant aliquem ad religionem, vt lucrentur bona ſua, ſi ille ſic inductus facit profeſſionẽ, tenet profeſſio. ſed bona non veniunt ad monaſterium & hoc in odium ipſorum, quia non pp deũ ſed propter bona temporalia induxerunt illum ad monaſterium, ſiue religionẽ. text. eſt ſing. & alibi non repertus in c. cõſtituit. xx. q. iij. & illum tex reputauit ſing. domi. Abb. in pleriſq; locis, & maxime in c. in pñ ſentia. de prob. & in c. præterea. de offic. dele. & in c. cũ dilectus. de his quæ vi metuſue cauſa fiũ. Et licet quidam diceret, ꝙ ille tex. hoc non probat, quia loquitur in epiſcopis, & abbatibus tõdentibus aliquos per circũuentionẽ, vt habeant eorũ bona, tamen ſi ſubtiliter põderetur probat dictũ Abbatis iuncta glo. quia ad hoc tondebãt, vt intrarent monaſteriũ, patet, quia ſi aliter diceretur, non faceret ad q. illius cauſæ, qđ non eſt dicendum ar. l. Imperatores. ff. de in diem adiec. Et ꝙ tondebantur, vt profiterent, & eſſent monachi, facit optime tex. iuncta glo. in c. j. de regula. & in c. ij. eo. ti.

1 *Relatum ad aliud intelligitur ſecundum id ad quod refertur & habetur ac ſi fuiſſet expreſſum.*

Relatio.

1 Si quis † in ſupplicatione, vel aliqua ſcriptura refert ſe ad aliqua inſtrumenta, & acta pro veriori expreſſione cõtentorum, illa habẽtur ac ſi fuiſſent expreſſa. caſus elegans eſt de hoc ſcđm Angel. ibi in l. oẽs in ver. tanꝗ̃ ſuper ſingulis. C. de quadrien. pñ ſcri. faciat l ſi duo. ff. de admi. tuto. & quod not. in authẽ. ſi quis in aliquo documẽto. C. de edendo. & in c. j. de ꝓba. nã id quod ad aliud refert intelligitur ſecundum id, ad ꝙ refertur & fit relatio. ita dixit Bal. poſt Iac. But. in auth. ſacramẽta puberũ. C. ſi aduer. vendi. relatio, in dubio cenſetur ſimplex l. Iulianus refert & ibi gloſ. ff. de hære. inſti. & Bal. in l. ij. C. manda.

1 *Clauſula, Re exigente, quomodo exponatur?*

Re exigente.

1 Statuto cauetur ꝙ † teſtm̃ valeat cũ ſex teſtibus, & re exigẽte valeat cũ quinq;. No. ꝓ illa verba, re exigẽte, ꝙ ſi teſtator reperiretẽ eſſe adeo in extremis, qđ impoſsibilis fuiſſet cõuocatio ſex teſtiũ, quod valeret cum quinq; pp ęquitatẽ. nã i la verba, re exigente, exponuntur. i. ęquitate ſuadente. i. dictãte, ita dixit glo. no. in l. j. in verbo. re exigẽte. C. de in ius vocã. quam ad hoc ponderauit quidam doctor Moder. Bononiẽſis, ſcilicet, do. Vincen. de Palleotis.

1 *Clauſula, in ſuo robore duratura, non tribuit robur nouum.*

Robore ſuo.

1 Verba, in ſuo † robore duratura, nõ tribuũt nec dant robur nouũ, ita dixit Angel. in l. oẽs. in ver. ſuo robore. C. de pſcri. xxx. annorũ vbi allegat l. ſcripturas. C. qui po. in pig. habe. & auth. quas actiões, C. de ſa. ſan. ec. & in corpore vnde ſumitur. & dicit hoc eſſe vtile pro ſtatutis, & cõtractibus. & vide eundẽ Ang. in l. ſi. §. ſi. alias. in prin. C. de tẽpo. appel. vbi dicit ſe audiuiſſe Iaco. But. dixiſſe, ꝙ talia verba in ſtatuto nullã vim conferunt, niſi ſtatutũ fuiſſet abrogatũ. quia tunc illa verba tollerẽt abrogationẽ. & dicit de facto ſe infinitis vicibus practicaſſe: vide de hoc Bal. & do. meũ in cõmẽto c. cũ acceſsiſſent. in verbo in ſuo robore. de conſtitu. & vide Ricar. & Bar. de Sali. in l. legẽ. C. de pactis vbi dant hanc doctrinã. & vide do. meum in commento c. intelleximus. de iudi. & in cap. j. de pactis. vbi optime facit tex. ille ſecundum do. meum ibi & Ricar. & Bar. Sali. in d. l. legem.

1 *Remiſſio in criminalibus qñ locũ habeat.*

Remiſsio.

Aliquis fecit furtũ Bononię, & acceſsit in
1 Sicilia, vt puniatᷣ nõ habet locũ † remiſsio, ita incidenter dixit Bald. in l. ſi abducta. C. de fur. vt ibi plene ꝑ eũ, refert & ſequitur do. meus in c. j. de rapto. tu vide Saly. in authen. ſi vero criminis. C. ad l. iul. de adulte. & in l. j. C. vbi de cri. agi oportet. vbi dicit, ꝙ Dyn. tenet ibi ꝙ remiſsio eſt fienda ad locum delicti, anteꝗ̃ iudex domicilij condẽnet eum, alias ſecus, & mouetur per l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdic. quod nota. Et vide notata in c. poſtulaſti. & ibi ꝑ Pe. de Anch. in repeti. de foro compe. & in c. ſi. eo. lib. & in cle. paſtoralis. de re iudi. &

in authen.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi oportet.& in l.ſi cui.ff.de accu.

1 *Reſcriptum apoſtolicum ab vno impetratũ ſi mandet prouideri de primo beneficio vacaturo in diœceſi Bononienſi, an hic præferatur alij, qui impetrauit aliud reſcriptũ, de primo beneficio vacaturo in eccleſia cathedrali, ſi vacet beneficium in eccleſia cathedrali?*

Reſcriptum I.

1 Quidam impetrauit reſcriptum † a ſede apoſtolica, in quo mandatur prouideri impetranti de primo beneficio vacaturo in diœceſi Bononienſi. quidam vero alter impetrauit aliud reſcriptum, in quo mãdatur prouideri impetrãti de primo beneficio vacaturo in eccleſia cathedrali ciuitatis Bononiæ. Contingit ꝙ vacat beneficium in eccleſia cathedrali, quæſitum fuit quid iuris, an ſecundus debeat præferri primo? Et prima facie dr̃ dicendum ꝙ ſic, per regulam generi per ſpeciem de reg.iur.li.vj.c.j.et c.paſtoralis.§.qm̃ c.Abbatem.de reſcri.l.alimẽta.§.baſilicæ.ff.de ali.& ciba.leg.l.ſanctio legum.ff.de pœ.cũ ſi. Tñ in facti contingẽtia apud Parmam exiſtens ſcholaris Bononiæ conſului,& tenui contrarium. & in terminis adduxi celebrem theoricam Bar.in l.ſi dño.ff.de leg.j.vbi voluit hoc, motus ratione, ꝙ vbi vtraq; diſpoſitio ſolum venit verificanda in certa ſpecie, licet altera ſit magis generalis quo ad verba, nõ habet locũ illa regula generi per ſpẽm.& optime facit d.l.ſi dño.l.ſi hęres.ff.de op.lega,& pro illa theorica Bar.adduco caſum iuncta gl.in c. ex parte.il j.de offi.dele.& illum text.iuncta ſua gl.ad hoc põderat ibi d.Abb.et idẽ voluit.in d.c.paſtoralis.§.qm̃.Ex quo ſumme theoricam, ꝙ licet diſpoſitio ſit generalis, ſi tñ non poteſt verificari ſub qualibet ſpecie contenta ſub illo genere, illa gratia dicitur ſpecialis,& non generalis qđ ſingu. no.pro limitatione d.c.generi ꝑ ſpẽm.cũ ſi.

1 *Iudex poteſt recuſari a tertio comparente pro iure, & intereſſe ſuo, cum cauſa.*

Recuſatio.

1 Tertius cõparens † pro intereſſe ſuo poteſt recuſare iudicem, ſi habet cauſam legitimam recuſandi eum. nã ex quo admittĩ pro intereſſe ſuo vt in c.veniẽs.il ij.de teſt.

& in c.cũ ſuper.de reg.iur.ergo debẽt audiri oẽs defenſiones ſuæ.ar.c.cũ inter.de excep.ſingu.eſt gl.quã d.Abb.dicit ſe neſcire alibi in c.cũ ſuper.de offi.dele.& illam gl. ſequitur ibi d.An.& d.Car.& do.meus do. And.non tradas obliuioni, quia generoſum & ſtupendum dictum eſt.

1 *Reſcriptum ſuper aliqua re ſi impetrari lege prohibeatur, valet ſi in eo ponatur clauſula, non obſtante lege, & quòd iudex debeat admittere.*

Reſcriptum II.

1 Aliqua lex prohibet † aliqđ reſcriptum, ſeu priuilegiũ impetrari ſuper aliqua re,& prohibet iudices admittere. Cautelã tibi do ſi vis conſequi intentũ tuum, vt impetres reſcriptum, in quo inſerat̃ clauſula, nõ obſtante legeꝗ prohibet impetrari vel concedi, et ꝙ fiat mentio, ꝙ iudex debeat admittere, quia ſi nulla mentio fieret de iudice: iudex poſſet dicere, fateor tuum reſcriptũ valere, & te eſſe excuſatum pœna impetrandi, ſed ego non poſſum admittere vel audire. iſte eſt tex.iudicio meo ſingularis & ibi Bar.in l.nemine.C.de cano.fru.vr. Romæ.li.xj.& vide nota.per Cano.in c.nõnulli.de reſcri. & per Ioan And.in c.vnico.de exce.pręla. li.vj.in nouel.& per Bar.& alios in l.ſi.C.ſi contra ius vel vti.pub.& in extrauag.ad reprimen.in verſi legibus non obſtantibus.& aliquid per Bal.in l.humanũ.C.de legi.& plene per do.meũ in d.c.nonnulli.ad quem te remitto,& adduco tibi gl.celebrem in l. oẽs.C.de aqueduc.li.xj.vbi Bar.per illã gl. dicit ꝙ licet lex expreſſe prohibeat, ꝙ reſcriptũ principis cõceſſum ſuper tali negotio et ex certa ſcientia nõ valeat ipſo iure, tñ ſi princeps reſcribit,& ĩ reſcripto dicit, non obſtante tali lege, valet, Do.meus do. Alex.de Imo.ibi in addi.alleg.gl.magiſtrã. in auth.de hære.& fal.in gl.j.& doc.in d.l. ſi.& Bart in d.extraua.ad repri.in verb.nõ obſtantibus.Bal.& doc.in l.ſed & ſi quis.§. quæſitum.ff.ſi quis cau.per Bar.& doc.in l. ſi quis.in prin.teſta.de leg.iij.per Bal.in d.l. humanũ.per Bal.& doc.in l.ſancimus.C.de teſta.per Bal.& doc.in l.nemo põt.ff.de lega.j.& per Aretinũ inſti.de act.in.§.in bonæfidei.& in l.ſi conſtat.de appel.ſed vide do.meũ d.And.plenius in d.c.nonnulli.

1 *Verbum, reuertantur, ſignificat tranſlationem dominij ipſo iure.*

Reuertantur.

1 Verbum † reuertantur ſignificat tranſlationem dñij ipſo iure tex. habes peregrinũ quẽ ad hoc ponderat ibi Bar. in l. quiſquis. in verſi. reuertant. C. de omni agro deſer. li. xj. quod no. quia eſt vtile pro ſubſtitutionibus, de quo habes in l. ſi unquam. C. de reuocan. dona. & C. de inoffic. doti. ſi totas & vide Bar. in l. centurio, et ibi per Moder. ff. de vulg. & pupil. ſubſti.

1 *Reſcripta impetrata a potentibus exiſtentibus in curia Romana, ſunt ipſo iure nulla, quando inferunt alicui præiudicium.*

Reſcriptum III.

1 Reſcripta † impetrata a potẽtibus exiſtẽtibus ĩ curia Romana, ſunt ipſo iure nulla, qñ inferunt alicui præiudiciũ. iſtud probat tex. optimus ĩ argumentũ in l. j. C. de fund. limi. li. xj. in ver. qcquid vel potẽtia vniuſcuiuſq; & illũ tex. ad hoc magnifecit And. de Barulo quẽ refert & ſequit̃ ibi Bar.

1 *Reſtituere obligatus, liberatur reſtituendo pauperibus non ſuperſtitibus illis, quibus facienda eſſet reſtitutio.*

Reſtitutio.

1 Obligatus † ad reſtitutionẽ liberat̃ reſtituendo pauperibus non ſuperſtitibus illis, quibus facienda eſſet reſtitutio; adeo ꝙ reſtitutio non ſpectat ad epm, nec diſtributio male ablatorũ. ſed ipſemet, qui occupauit, põt pauperibus reſtituere, et in foro animę liberat̃, ad hoc facit elegans tex. in arg. a pri mũ, & ſi ſubtiliter ponderet̃ hoc probatur in c. ſicut dignũ. de homi. quem text. ad hoc magnifecit d. Abb. Vide eundem in c. cum ſit. de iudæis.

1 *Repetitio eorum quæ in præfationibus ponuntur, quando ſunt præparatoria ſequentiũ, ſemper in ſequẽtibus repetita videtur.*

Repetitio.

1 Vbicunq; † ea q̃ ponuntur in præfationibus ſunt pręparatoria ſequẽntiũ tunc ſemp videntur repetita in ſequẽtibus. ſing. eſt doctrina Pet. de Belui. per quẽ refert & ſequit̃ Cyn. in l. per retentionẽ. C. de vſur. & ẽt ibi refert & ſequitur do. meus d. And. in repet. c. Raynal. de teſta. ad fi. qđ no. pro his q̃ notant̃ in l. Titia. §. j. ff. de vet. ob. cum ſi.

1 *Nullitas ſi a ſtatuto prohibeatur, an cenſeatur prohibita ea, quæ cauſatur a defectu iuriſdictionis?*

DE LITERA S.

Statutum I.

per ſubſtitutum, debet ſeruire per alium militem, & non per domicellũ. & dicit ꝙ ſubſtitutus debet eſſe moribus prȩditis, & ſciẽtia & peritia eruditus, quod nota pro locis, vbi viget ſtudium, ꝙ doct. non poterũt ſubſtituere ſcholares, licet hoc aliqñ non ſeruetur, vt quotidie videmus.

1 *Sententia debet ferri in ſcriptis, & de conſenſu partium poteſt ferri ſine ſcriptis. Et multa de conſenſu partium, quo multa actus ſolennitates poſſunt remitti.*

Sententia X.

1 Sententia, vt ſcis, debet † proferri in ſcriptis. tex. habes in l. ij. & iij. C. de ſen. ex pericu. recitan. canonizata. ij. q. j. in primis ad fi. & vt legitur & notat in c. fi. de re iudi. li. vj. tñ ex conſenſu partium põt fieri vt ſñia non feratur in ſcriptis gl. habes iuncto tex. & ibi Bar. in d. l. quotiens. & ſic habes ꝙ talis ſolẽnitas põt remitti de partium voluntate. idem dicit ibi Bar. in ſacramẽto teſtis, quod remitti põt & alleg. l. j. ff. de feri. & l. ij. §. ſed quia. C. de iur. cal. Tu melius alle. c. tuis. de teſti. cum ſi. Idem in libello quia libellus põt omitti ſecundum eum, licet non expreſſe remitti, vt no. glo. in auth. offerat. C. de lit. conteſt. & ibi plene per Cy. licet q̃dam cõtra. Tu vide quod plene notatur in c. j. de libel. obla. & in c. de cauſis. de offi. de lega. Idem dicit eſſe in iuramento calumnię, quia omitti poteſt, licet nõ expreſſe ſ remitti, vt in d. §. ſed quia. dic de hoc vt hodie legitur & notatur in c. j. de iura. calum. lib. vj. vide Bar. in l. de pupillo. §. qui opus. de no. ope. nun. et in l. j. de iura. calum. Et ratio quare ordo iudiciarius remitti non põt, eſt, quia dr̃ inuentus in fauorem & vtilitatem publi. ſecundum do. Card. in cle. ſæpe. de ver. ſig. in prin. in xij. q. cui renũtiari non poteſt l. ius publicũ. ff. de pact. Quod eſt verum in ordinarijs, ſecus in ſummarijs iuxta dicta in extrauag. ad repri. Limita prȩdicta ſi corã iudice procedit, vt ordinario, ſecus ſi coram eo vt arbitratore, vt dixit d. Car. in d. cle. ſæpe. Acta tñ videlicet teſtes & poſitiones poſſunt dimitti, Vide d. Car. ĩ d. cle. ſæpe. vbi quȩrit an lit. conte. poſsit omitti? & dic ꝙ lit. conteſt. nec expreſſe nec tacite poteſt omitti, vt voluit Bart. in d. l. quotiẽs, & allegat notata per Io. And. in d. c. de cauſis, tu vide quod notatur in d. c. j. de libelli oblatio. & in c. vnico. de lit. conteſta. & ' no. primum dictum.

1 *Sequeſtrum fieri non poteſt, niſi debitũ oſtendatur per publicum inſtrumentum.*

Sequeſtrum.

1 Quis † non poteſt petere ſequeſtrum fieri de re alicuius, niſi debitum oſtendat per publicum inſtr̃m. caſum habes peregrinũ quẽ ad hoc no. Bar. in l. per hanc. C. de errog. militã. annõ. li. xij. idẽ voluit Bar. in l. libus. C. de agri. & cenſi. lib. xj. Et an hoc indiſtincte procedat nunc nõ examino. vide quod not. in c. examinata. de iudic. & in l. licet. ff. depo. et p̱ d. Ab. in c. ij. de ſequeſ. poſ. & fru.

1 *Conſuetudo an det iuriſdictionẽ ordinariã.*

Statutum XI.

1 Statuto † cauetur, ꝙ ſcholaris debeat cõueniri tñ ſub epiſcopo, & de conſuetudine eſt, ꝙ rector ẽt cõtra eum cognoſcat, an per tale ſtatutum ſit derogatum iuriſdictioni rectoris, quam habet ex conſuetudine? dic ꝙ non. tex. habes quem ad hoc no. Bar. in l. viros. C. de diuer. offi. li. xij. ſecus ſi haberet a lege, pro hoc facit qđ notatur in c. j de conſti. li. vj. Tene menti & collige ex illo text. ꝙ conſuetudo dat iuriſdictionem ordinariam ſicut lex, ita voluit ibi Bar. per illum tex. iuncta glo. & habetur in l. j. & fin. C. de emancipa. libe. tex. habes meliorem de corpore iuris in c. cum contingat. de foro compet. & optime probat tex. in c. conqueſtus. ix. q. iij. cum ſi. vide l. cum prætor. §. j. ff. de iudi. & ibi glo. & in l. more. & ibi doc. & in l. ſeq. in ver. nec ipſa lex. ff. de iuriſ. om. iud. de quo per Ioan. And. in c. j. de offi. ordi. & in c. quanto. de conſue. & in c. Romana. circa princ. de foro competẽ. in vj. & in c. fi. de excep. eo. lib. facit quod no. in d. c. cum contingat. vide tex. & Bart. in l. fin. §. j. de aqua plu. arcen. & ibi per Modernos & Ludo. Roma. in notabilibus.

1 *Societas tacita ex ſolo vſu contrahitur inter fratres, & tacite diſſoluitur.*

Societas II.

1 Inter fratres † ex ſolo vſu contrahitur ſocietas tacita, ita dicunt Cy. & Oldra. quos refert & ſequitur Bart. in l. ait. §. ſi quis hoc interdicto, ff. de iti. actuque priua, & tacite

diſſoluitur.l.itaq;.ff.pro ſoc. Tamen Bart. ſing. per gl.in d.§.ſi quis hoc interdicto.limitat hoc dictum eſſe verum in eo tantum, in quo apparet vſus, quia ambo erant artifices & communicabant vſum illius artis, & in illa arte tantum videtur contracta ſocietas, & in fructibus tãtum illis videtur facta communio, non in alijs emptionibus. Vide tu quod voluit idem Bar. in l. Titium.§. altero.ff.de admi.tuto.& in l.ſi patruus.C. commu.vtriuſq; iudic.& in l.cum duobus. §.Papi.ff.pro ſocio.

1 *Sciens actum, & ignorans qualitatem, an dicatur ſcire, ſi lex ponderat ſcientiã actus reſpectu certæ qualitatis.*

Sententia XI.

1 Vbi lex † vel ſtatutum ponderat ſcientiã actus reſpectu certæ qualitatis, ille non dicitur ſcire, qui ſcit actum, & ignorat qualitatem. iſta eſt gl. notabilis in c.concertationi. de appel.lib.vj.de qua fecit feſtum ibi Domi.de ſancto Gemi. quod dicit eſſe notandũ pro ſtatutis, quæ imponunt quandoq; pœnã ſcientibus actum, & nõ reuelantibus, ſicut dicunt quandoq;, ꝙ qui ſciuerit aliquem receptare bannitum, & non reuelat incurrit certam pœnam, quia dato quod ſciret vnũ receptantem, niſi ſciret illum bannitum eſſe nõ incurret pœnam. vnde debet eſſe cautus articulans in materia, vt cõcludat illum ſciuiſſe bannitum, & ita reſidet ibi Domi. Tu vide Bart. hoc idem tenentem in l.omnes, la ij.C.de agri.& cenſi.li.xj.& l.j.C.de colo.illiric.eod.lib.& in l.penul.C.de fabricen.eo.lib.& in l.j.C.de deſerto.libr.xij.& in l.Methrodorũ.ff.de pœn.& in l.nequid. ff.de incen.rui.naufra.& in l.j.ff.de recept. & vide Bal. in l.data opera.C.qui accuſ.nõ poſ.& ibi do.meum & vide gl.in l.ex maleficio.§.longe minus.ff.de actiu.& obliga. & adduco Ange.in l.j.C.de Nili agge.non rumpẽ. vbi dixit ſe obtinuiſſe Peruſij, Quidam præſtitit opem nobili, & ex quo non fuit articulatum & probatum quod ſciebat illum nobilem, fuit abſolutus, et adduco domi.meum d.And. vtriuſque iuris lucernam in c.cum viceſimum.de offi.deleg.vbi ponderat illum tex.in verſi.ſcienter, ad hoc q̃d vbi lex vel ſtatutum requirit quod actus fiat ab aliquo ſcienter, debet libellari de ſcientia, & probari, & dicit ꝙ Bononiæ tempore huius regiminis fuit facta quædam reformatio, ꝙ loquens cum rebelle puniatur pœna mortis, & inquiſitus, ꝙ locutus fuerat quidam cum rebelle, & poteſtas volebat eum decapitare, conſuluit ad inſtantiam d. Cardi. quatuor coronatorum Legati Bononiæ, ꝙ non debebat decapitari, imo abſolui ex eo quia in illa inquiſitione nõ fuit articulatum, ꝙ ſciens illum rebellem &c. Et aliud dicebat ꝙ illa reformatio intelligitur quando loqueretur cum rebelle ad præiudicium regiminis, alias ſecus, & allegabat tex.ſingul.in l.j.ff.ad leg.Iul.maieſta. & dicit ꝙ ille fuit liberatus, vide eum omnino vbi pulchre loquitur & allegat multa iura probantia hanc generoſam theoricam, & vide eundem domi.meum in clementi.j.de procura.& inc.ſicut.de hæret.& vide tex. in c.ij.de hæreti.lib.vj.vbi præſtans opem hæretico ſcienter debet puniri, ſed debet probari & articulari de ſciẽtia, vt dictũ eſt.

1 *Subſtitutus quando a liberis, de quibus teſtator in genere præſumitur cogitaſſe, non excludatur?*

Subſtitutio.

1 Vbicunque teſtator † cogitauit de liberis in genere, vel præſumitur de illis cogitaſſe in genere, nunquam videtur illos liberos voluiſſe præferre ſubſtitutis. & per conſequens non excludunt ſubſtitutum, exemplum, teſtator inſtituit filios ſuos maſculos, & ſi ſine liberis decederent ſubſtituit extraneum. ex quo teſtator præſumitur cogitaſſe de filiabus in genere, quia exprimen mendo maſculos, vr̃ voluiſſe præferre ſubſtitutum filiabus. ergo ſubſtitutus excludet filias fœminas. tex. eſt ſing. pro dicto in l. q in iure.ff.de teſtam. mili. vbi ſcientia de filio in genere præiudicat ipſi filio, quẽ tex. reputauit ſing. Bal. ibi & illũ tex. ad hoc allegauit ſing. Ang. in pleriſq; locis in l.tres fratres.ff.de pac.& i l.manifeſtiſsimi.§.ſin autẽ neſcimus.C.de fur.& in l. qui Romæ. §.duo fratres.ff.de ve ver.obli.& in l.ſi cũ vel in vtero.C.de teſta.mili.& in authẽ. ex cauſa.C.de libe.præte.& in l.filio præterito.ff.de iniuſto rupto teſta.& Ang. in conſilijs ſuis, non habeo ad præſens memoriam illius conſilij: Et ideo pulchre dixit Bar. in l.Titia.§.imperator.ff.de leg.ij. vbi quærit, quid ſi pater donauit alicui bona ſua nõ habens filios, & tamen in genere cogitauit de filijs, an per natiuitatẽ filiorum reuocetur

donatio, decidit ꝙ non, & ſingularis limitatio ad l. ſi vnq̃. C. de reuocan. donatio. & mouetur ibi Bar. quia pater cogitauit de filijs in genere, & ad hoc allegauit d. l. qui iure. & eandem hallegauit Io. de Imo. in c. ſi. de donatio. Sed Io. An. in additio. ad Spec. in ti. de inſtru. edi. §. porro. in ver. hoc autē certū eſt. tenet ꝙ beneficio. d. l. ſi vnquam renunciari nō poteſt, quia illa l. non eſt inducta donantis fauore, ſed fauore ipſorum filiorum. Sed Bar. in d. §. imperator. tenet cōtrariū, & verior eſt opinio Bar. ſecundū do. meū do. And. in repe. c. Raynaldus, de teſtamen. in Ioannina in ix. col. quia ſecundum eū d. l. ſi vnq̃. emanaueras in fauorem filiorū, tamē ille fauor haber ſubſiſtentiam ex mente patris, & ideo renunciatio illius pendebit ex voluntate paterna, & iſtud voluit Bal. in l. j. C. de inoffi. donatio. & glo in d. l. ſi vnq̃. & per conſequens ſecundū eū non recte locutus eſt Io. An. Dicit tñ æquā eſſe eius opi. Sed quidā Saly. in d. l. ſi vnq̃. refert & ſequitur Io. An. in prçallegato loco. Cogitādū tñ hoc relinquo, & no. caſum in d. l. ſi vnquam. eſſe notabilem & ſingularem ſecundum Saly. ibi.

2 *Verbum, ſufficit, quid ſignificet?*

Sufficit.

2 Vbi in aliqua † diſpoſitione apponiť verbū ſufficit, dic ꝙ de ſignificato talis verbi eſt, vt nihil aliud requirať, ita dicit glo. notabilis in c. ſtatutū. in prin. i ver. canonicis. de reſcrip. li. vj. quę tacite hoc ſentit, & illā glo. ad hoc allegauit do. Abb. in c. j. de poſtulatio. prælato. & in c. cū dilectus, de ſucceſsio. abinteſtato & do. meus do. Andræ. vtrobiq;, & adduco Domi. de S. Gemi. i d. c. ſtatutum. in verſ. canonicis. vbi dicit ꝙ verbum ſufficit non requirit aſſiſtentiā aliarum qualitatū, q̃ expreſſarū, quo ad perfectionem actus. Et dicit illam glo. eſſe notandā pro ſtatutis, & priuilegijs vbi verbum tale poneretur, vide do. Abb. in c. ſi. de ſponſa. duo. vbi ēt allegauit illam gloſ. & eandē glo. allegat in c. cum locum. de ſponſa. & & in c. cum apud & in c. tuæ fraternitati. eo ti. quod ſingulariter nota. Vide Lud. Ro. in l. cum mulier. in xvij. colū. in prin. ff. ſolu. ma. vbi allegat illam glo. & vide Ab. in c. qm̄ contra. in xxxij. col. de probatio; Sed pondera in contrariū glo. in c. cōſuluiſti. de cele. miſſarū. quæ vř ſentire contrariū. ſed dicit illam procedere, niſi aliter à iure caueať, & materia ſubiecta aliud ſuadeat. & in hoc pondera tex. in d. c. conſuluiſti. iuncto c. ſufficit. de conſecra. diſtin. j.

1 *Spurij, & nati ex damnato coitu de iure canonico ali debent a parentibus ſecundum eorum facultates.*

Spurius II.

1 Filij ſpurij. vel nati † ex damnato coitu, de iure canonico debent ali, & nutriri a parentibus ſecundum facultates eorum, tex. eſt ſing. in c. cum haberet ad ſi. de eo q duxit in matri. quā pol. per adult. & ibi do. Abb. dicit illū tex. non eſſe alibi, & in hoc hodie ſtatur iuri canonico etiam de iure ciuili ſecundum eum, quia eccleſia induxit hoc ex quadā æquitate naturali, & ne filij alimentis priuati pereant. & ēt ſenſit Bar. in auth. ex complexu. C. de inceſ. nup. vbi per rōnem. d. c. cum haberet. dicit parentes poſſe legare filijs ſpurijs rōne alimentorū, & quod poterunt parentes donare, vel relinquere dotes filiabus, cum dos ſuccedat loco alimentorum, quod ſingu. notabis.

1 *Sponſalia de futuro non tolluntur per ſimplex votum caſtitatis ſequens.*

Sponſalia.

1 Sponſalia † de futuro non tolluntur per ſimplex votum caſtitatis ſequens, ſingu. eſt glo. ſecundū do. Abb, in c. veniens. qui cle. vel vo. in ver. ibi de ſeueritate. ibi non obſtante voto ſimplici. hoc voluit & tenuit ibi Inno. & do. Abb. & do. An. & Hoſt. in c. rurſus. eo. tit. Licet do. Anto. & Gaſpar de Calda. contrariū tenuerit & non bene in d. c. veniēs. Et opi. cōem puto veriorem poſt do. Abb. per hanc rōnē. nam cū ſit orta obligatio ſponſo ſeu ſponſæ, non videtur, ꝙ in ipſius præiudiciū poſſit vouere caſtitatem ar. c. ex parte. de conuer. coniuga. & ꝓ hoc facit tex. d. c. veniens. Nec ob. ſi dicať ꝙ in d. c. veniens. ponderatur votū poſt ſponſalia emiſſum; quia reſpondetur ꝙ votū obligauit mulierē quo ad ſe, & ſolutis ſponſalibus per ſequēs matrimoniū per virū cōtractum in ſuo robore remāſit. tñ aſſigno aliā rationem, vbicunq; occurrunt duo vincula æqualia, vbi vnū non præponderat alteri,

præcedens vinculũ non debet tolli per ſequens, niſi illud ſit fortius & validius ar. c. accedens de crimi. falſi. c. literas. de præſump. & l. diuus. ff. de in integ. reſti. ſed votum ſimplex, & ſpõſalia de futuro æquipatantur, ita notabiliter ſentit glo. in d. c. veniens in quantũ allegat c. ſicut. de ſponſa. ergo. itẽ gl. in c. rurſus. qui cleri. vel vo. æquiparat ſimplex votũ ſimplici loquelæ, ergo cũ in ſponſalibus de futuro interueniat fides, adeo ꝙ de fide mentita debet imponi pnĩa. vt in d. c. veniens. & vt no. in c. ſicut. & in c. pe. de ſponſa. ergo votum ſimplex ſequens, fortius non debet dirimere & tollere ſponſalia de futuro præcedentia, quod tene menti perpetuo.

1 *Verba, ſaluo iure, modificant, limitant, & reſeruant.*

Saluo iure.

1 Iſta verba, ſaluo † iure, modificant & limitant & reſeruant. glo. celebris quæ reputatur ſingularis in l. itẽ Labeo. §. j. ff. fami. erciſ. quæ dicit, ſaluo &c. optime facit tex. in c. Raynaldus. in ver. ſaluo. & ibi do. meus de teſta. vide Ang. in conſi. xxj. vbi dixit, ꝙ ſi accuſatus fuit confeſſus contenta in inquiſitione eſſe vera, ſaluo &c. ꝙ illa dictio, ſaluo, modificat & limitat illam confeſſionẽ, & allegat præallegatã glo. faciat d. c. Raynal. & quod voluit do. Card. in c. expoſita. de arbitris & in c. qualiter. il j. de accuſa. Bal. in auth. interdicimus. C. de epiſ. & cle. & in l. perẽptorias. C. ſen. reſcin. nõ poſ. & in l. aſſe toto. ff de hæredi. inſtituen. & in l. ſi certarum. ff. de teſta. milita. ff. & in l. pen. alias ſi. C. de inſtitu. & ſubſtitu. ſub. condi. factis & in l. non dubium. C. de leg. & in l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. & in l. cũ iudex. C. de ſen & interlo. om. iudi. & in l. eum qui. §. iudicare. ff. de iuriſdi. om. iudi. & ibi per Mode. & in d. l. item Labeo. Angel. & alij in l. iudex poſtquam. & in d. l. ſi certarũ. Bal. in ti. de pace cõſtantiæ. §. amplius. ver. ſaluo. vbi allegat glo. d. l. itẽ Labeo. §. j. & vide do. meũ in præallegato loco, vbi allegat plures text. apponentes verbũ, ſaluo, & in tribus locis loquitur de iſta dictione, ſaluo, ſed illos tex. allegat in tertio loco. ſcilicet in xliij. char. quod no. pro contractibus & alijs diſpoſitionibus hoc verbo vtentibus.

1 *Securum facere ꝓmittens, ad quid teneatur.*

Securus.

1 Si aliquis † promittit facere ſecurum aliquem in aliquo facto, debet intelligi. ꝙ nõ ſit ſibi exceptio aliqua iuris, & debet ꝓmittens ita ipſam rem diſponere, vt nihil de iure poſſit ſibi obijci, ita ꝙ poſſit ſentire læſionem, ita notabiliter colligit domi. Anto. in c. quotiens. de pactis, quem refert & ſequitur ibi do. Abb. ſed nihil allegant. Ioan. de Imo. allegat glo. in l. ſi mandato Titij. §. fi. ff. manda. & pro illa glo. vide Bart. & doc. in l. illa conſtitutio. ff. de hære. inſti. vbi plura per Ioan. de Imo. & vide Ang. & ibi tex. in l. j. ff. qui ſatiſda. cogã. de illo qui promiſit facere ſecurum, & vide Bald. in l. ſancimus. C. de verbo. ſigni. do. meus domi. And. alle. glo. ſing. ſecundum eum in l. j. C. ſi aduerſus ſolutio. ꝙ debet facere ſecurũ, ita ꝙ reſtitutionem non poſſit pati, nec poſſit fieri aliqua exceptio quã glo. dicit Bal. ibi eſſe notãdam pro eo, qui promiſit facere ſecurum. facit tex. in l. Papi. §. mortis cauſa. in ver. ſecure. ff. de inoffi. teſta. & ibi Ang. alle. caſum in l. j. ff. de præto. ſtipula. & ibi dicit, ꝙ fidantia data bannitis vt veniãt ad ciuitatẽ, debet ſeruari, & vide ibi Bar. Et quid iuris ſi alicui data eſt ſecuritas veniẽdi, an videatur ei conceſſa ſecuritas redeundi? vide eundem Bart. in l. vetimur. ff. de ſepul. viol. & plene per eum in l. j. ff. ad l. Iul. maie. in prin. & in l. nullam vim. C. de nauicula. li. xj. dicit tñ ibi illum tex. facere in contrariũ, quia non expreſſiſſet in eundo & redeũdo, niſi neceſſe fuiſſet, dicit ibi Bar. ꝙ non venit ſecure, qui non poteſt redire ſecure l. ſciendum. ff. de leg. & ſi. ad trebel. l. de ętate, & ad d. l. nullam, dic quod ibi apponitur, cauſa maioris declarationis. Et vide Abb. in c. ſi. de treug. & pa. & i c. ego enim de iuretur. Bar. in l. relega. ff. de pœn. & in l. ſi. C. de dig. lib. xij. & do. in c. diſciplina. xlv. diſtin. & Bar. in l. ſi cui. ff. ex quibus cau. maio.

1 *Statutum loquens in numero plurali, an habeat locum in ſingulari?*

Statutum VII.

1 Statuta † Italiæ diſponunt, quod vir lucretur dotem vxore præcedente ſine filijs, quid ſi prædecedat vxor cum vno filio, an vir lucretur dotem? Et videretur prima facie

dicendum quod non, quia cum tali a ſtatuta ſint exorbitantia, & concipiant verba ſua in plurali numero, ergo in illo caſu debent intelligi, & non in alio ar l. ſi ſeruum. verſi. nō dixit prætor. ff. de acquir. hære. c. ad audientiam. de deci. Tamē dic quod cōtrariū eſt verius, quia ratio naturalis magis attenditur pluralis locutio. & licet vera & recta natura pluralis numeri non ſit contenta vnico indiuiduo, vt in l. ſi. ff. ad trebel. et in l. vbi numerus. ff. de teſta. & in c. pluralis locutio. de reg. iur. li. vj. & vnitas nō ſit numerus, ſed principium numeri. tñ ſecus eſt de rōne naturali, iſtud belliſsime decidit Bal. in l. j. C. de condi. inſer. & ibi eū vide, quia dicit alia ſimilia, & facit ad hoc ꝙ lex concipiēs verba ſua in plurali numero habet locū in ſingulari, quod nota pro ſtatutis punientibus producētes falſos teſtes, ꝙ habebit locū in producente vnū falſum teſtem l. iiij. §. in negocijs, ff. de neg. geſt. vbi per Iaco. Butri. Bar. & alios et vide glo. in c. ſecundo requiris, de appel. vbi ꝓbat hoc iuncto tex. & ibi doc. & illam glo. alleg. do. meus in c. Raynaldus. de teſtamētis in Ioānnina circa medium, adducens ad q præfati ſtatuti. vide glo. in c. accepta. de app. & Bal. in c. quoniam. de app. et Bar. in l. prætor ait. ff. vt bo. rap. et Bar. in l. ſtichus. ff. de leg. j. & Bal. in c. mandatum. de reſcrip. & domi. meū in c. prudentiam. §. addicimus. de offi. deleg. & in c. vnico. alias in rubri. de plus petitio. & in cle. et ſi principalis. de reſcrip. & do. Abb. in d. §. addicimus. Io. And. in additio. ad Specu. in ti. de teſt. §. j. in addi. quæ incipit, iiij. qō. Arch. in ſuis reportatis in c. accepimus. de æta. & qualita. quē refert & ſequitur Domi. de S. Gemi. in c. ꝗuis. de præben. in vj. et quod ibi voluit Pe. de Ancha. et in c. relatū. de teſta. & in c. vnico. de lit. conteſt. et vide do. meum in d. c. relatū de teſta. et in alijs locis ſuperius allegatis Bal. in l. quicunq;. C. de ſer. fu. glo. et Bal. in l. diuus. §. diuus. ff. de petitio. hæredita. glo. in c. ſi compromiſſarius. de elec. li. vj. et vide quod legitur. et quod notatur in l. pater Seuerinā. §. j. ff. de condi. & demon. et in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad trebel. cū ſi.

1 *Gabella ſi ex ſtatuti diſpoſitione de legatis ſolui debeat, an ſit ſoluenda de legato facto pro male ablatis?*

Statutum XVIII.

1 Statuto cauetur, ꝙ† de legatis ſoluaī gabella, vel ꝙ legata debeant inſinuari, an tale ſtatutum habebit locum, qñ teſtator legat pro male ablatis: dic ꝙ non, ita ſing. dixit Bal. per celebrē tex. in l. ſi ſeruo. verſic. extorquere. ff. de hære. inſti. ratio, quia non eſt legatum, ex quo aliquid acquiraī, vnde autē habemus reſpectum ad teſtatorem legantē, & certe non eſt legatū, quia impēdit debitum, aut loquimur reſpectu eius, a quo fuit ablatum, et tunc nō eſt lucrum, ſed debitum, refert et ſequitur do. meus do. And. conſiculus meus in repeti. c. Raynaldus. in Ioannina. de teſta. in lxij. charta.

1 *Statutum ſpecifice diſponens in certo caſu, derogat ſtatuto generaliter loquenti, & vtrunque ſeruatur in caſu ſuo.*

Statutum XIX.

1 Statuto cauetī, ꝙ frater† excludat ſororē dotatam: alio ſtatuto cauetur, qđ ſi frater, ꝙ excludit ſororē dotatam decedat ſine filio maſculo fratris, teneatur relinquere ſorori dimidiam eius, quod ipſa filia debebat habere in bonis paternis. modo pater habēs filiū et filiā dotatā, fecit teſtamētum, & inſtituit filium hæredē vniuerſalē, et inſtituit filiam in dote, et deceſsit relicto filio. fuit dubitatum vtrū filius veniens ad mortē teneretur relinquere dimidiā eius, ꝙ illa ſoror debeat habere, vt dr̄ in alio ſtatuto? Videbatur dicendum ꝙ ſic, quia vnum ſtatutū recipit limitationē, & debet intelligi ſecundum aliud, nihilominus contrarium eſt verius, iſta fuit celebris theorica Bal. in l. j. C. de legi. hæred. vbi refert ſe ita conſuluiſſe, & mouetur, quia vbi diſpoſitio habet clauſulā ſuā ſpecificā et determinatam ſufficit, & non tollitur per generalē, et alleg. tex. mirabilem in l. j. §. deinde. ff. de poſtu. & illud dictum Bal. allegauit, et ſecūdū ipſum conſuluit Ludo. Ro. conſi. xxxj. et vide ad hoc quod voluit Pau. de Caſt. conſi. cclv. vbi in hac materia conſuluit et domi. Abb. conſi. clxxxij. incip. qō talis eſt, ſtatutū etc. Et Lu. Ro. conſi. xlj. vbi in effectu cōſuluerunt, quod ſtatutum ſpecifice diſponens in certo caſu derogat ſtatuto generaliter loquenti, et vtrunq; ſeruatur in caſu ſuo: et vide do. meum in c. Raynaldus. de teſta. in lxix. charta, et in cap. j. de reſcrip. vbi plene de hoc.

1 *Sententia quæ tranſiuit in rem iudicatam*

habet præſumptionē quòd rite, & recte lata fuerit, quæ tamen præſumptio tolli poteſt per confeſsionem partis.

Sententia XII.

1 Sentētia † poſtq̄ tranſiuit in rem iudicatā inducit prę̄ſumptionē iuris, et de iure, ꝙ rite et recte lata fuerit. c. cum inter vos. de re iud. Nihilominus admittitur in cōtrarium partis confeſsio, et tollitur illa prę̄ſumptio. ſingulare fuit dictum Inno. in c. quia plerique de immu. eccl. quod dictum magnifecit Bal. in rub. C de proba. faciunt tres glo. quę alibi in iure non reperiuntur in authē. ſed iam neceſſe. C. de dona. antē nup. et in corpore vnde ſumitur. et glo. in l. cōtrahētibus. §. illo. C. de non nu. pecu. quas glo. didici a domino meo do. And. et viua voce in commentis ſuis, et præſertim in repe. d. c. Raynaldus. de teſta. et illud dictum Inno. reputauit ſingulare do. Abb. in d. c. quia plerisq;. et in c. fraternitatis. de frigi. et maleficia. et in c. ij. de pur. vul. et in c. per tuas. de ſentē. excom. et tacite ſentit do. Abb. in c. j. de cōſtitu. Adde Abba. in c. cum contingat. in xix. col. de iureiur. et in c. j. in fi. de conceſ. præben. ratio eſt, quia ſnia iniuſta ſuſtinet ex ſola præſumptione iuſticiæ, ſed iſta p̄ſumptio tollitur per cōfeſsionē illius, in cuius vtilitatē ius induxit illam præſumptionem, et ſic præſumptio cedit veritati c. veritate. viij. diſt. cum ſi. n.

1 *Filia dotata ſi ex ſtatuti diſpoſitione a bonis dotantis excludatur, an ad ea regreſsū habeat, ſi dotans non de ſuis ſed de alienis bonis dotauerit?*

Statutum XX.

1 Statuto cauet, ꝙ filia † dotata a patre non habeat regreſſum ad bona paterna, vel dotata a fratre non ſuccedat fratri, Modo in primo caſu pater dotauit filiam de bonis matris, et in ſecundo caſu frater dotauit ſororem de portione ſororis, quæritur an ſic dotata habebit regreſſum ad dicta bona fraterna vel paterna? Et Bal. in l. mater. C. de iure dot. tenet ꝙ ſic, quia cum effectu nō poteſt dici dotata ab eis, et verbum dotare ius ſignificat, non actum nudi miniſterij ar. ff. de manumiſ. vindi. l. pater ex prouincia in fi. et de iure dot. in l. ſi res. refert et ſequitur Pet. de Ancha. in repeti. c. canonum ſtatuta. de conſti. in xxxix. char.

1 *Conſanguineorum paternorum conſenſus ſi in contractu minoris debeat interuenire, alias maternorum. Si vnus tātum ex patre præſens adſit, et ex parte matris alius, an contractus celebrari poſsit cum eorum conſenſu.*

Statutum XXI.

1 Statutū exigit † conſenſum duorum conſanguineorum ex parte patris, ſi extant: alias ex parte matris, minor nō habet niſi ex parte patris vnum, & ex parte matris alium, nunquid valeat contractus cum conſenſu eorum? Bartol. in l. Stichum qui meus erit. ff. de lega. primo. determinat ꝙ ſic, vide ibi Moder. & illam theoricam Bar. refert & ſequitur Bal. in l. in cōiunctionibus. C de nup. vbi ſubdit quid iuris, ſi nolūt cōſentire, & dicit ꝙ minor poterit appellare, & deferre querelam ad iudicem l. fin. ff. de appel. recipien. faciat ad hoc c. nullus. & qđ voluit ibi d. Abb. de iure patro. & in c. relatum. de cle. non reſi. per eūdem & quod voluit Bar. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. & ibi alij. ff. ſolu. ma. & Bal. in l. ſi furioſi. C. de ſecun. nup. Ludo. Roma. in conſilijs cōſi. xxxv. faciat quod voluit d. Abb. in c. j. de rer. permuta. & de j. q. vide eundē d. Abb. in c. quotiens. de teſt. vbi refert hāc q. & alle. Bar. in d. l. Stichum qui meus erit. & vide Pe. de Anch. in repe. c. canonum ſtatuta. de conſti. in xxxix. char.

1 *Statutum ſi velit adhiberi præſentiam quatuor virorum in actu, et adhibeantur, decem vel plures, an actus valeat?*

Statutum XXII.

1 Si in aliquo † actu ſtatutū prouidet adhiberi prę̄ſentiam, vel conſenſum quatuor virorum, alias non valet. vtrum ſi adhibeantur decem, vel plures reddatur actus inualidus tanquam non ſeruata forma? Et videtur ꝙ ſic, quia omiſsio modi et formę viciat diſpoſitionem l. qui Romæ. §. flauius. ff. de verb. oblig. c. Piſanis. de reſtit. ſpo. c. cum dilecta.

de reſcrip.c.cum ſuper abbatia.de offi.delega.Contrarium tñ reperitur fuiſſe conſultum prout refert Pe.de Ancha. in repe.canonum ſtatuta. de conſtitu.in xxxix.char. quia licet ad ſolennitatem legis ſtatuat certum numerũ ampliatio numeri non vitiat l. hæredes palam.in prin.ff.de teſt.& l.cum tabulæ.ff.de ſecun.tabu.pro hoc l.nõ ſolet.ff.de reg.iur.& l.qui mutuam.ff.mand.l.pediculis.§.Labeo.ff.de auro & argen.legat. Item in maiori numero ineſt minor l.j.§.ſi ſtipulati.de verbo.obli.Præterea numerus ampliatus non diuerſificat formam l.non ſunt liberi.ff.de ſtatu homi.facit l.is cui.ff.quemad.ſerui.amit.l.j.§.item quæritur.ff.de aqua quoti.& æſti.facit quod no.Bar.in l.ſi prius.ff.eo.titu.

2 *Statuto diſponente, quòd qui duo homicidia commiſerit capite puniatur, & alio, quòd qui homicidium fecerit, puniatur in centum, an ſi quis homicidium commiſſit, & ſoluit centum, ſi poſtea aliud committat, debeat decapitari?*

Statutum XXIII.

1 Statuto † cauetur ꝙ homicida puniatur in centum.alio ſtatuto cauetur, ꝙ qui commiſerit duo homicidia capite puniat̃, verũ ſi quis commiſit homicidium & ſoluit centum, an ſi committat aliud debeat decapitari? Et videtur ꝙ non, quia pro primo eſt ſatisfactum, ergo non debet amplius puniri, nam paria ſunt condemnatum ſoluiſſe pœnam, & abſolutum fuiſſe C.ad l.Aquil.l.cõtra negantem. Contrarium tenet Bal.ꝙ debeat decapitari in authen.qui ſemel.C.quo mo.& quã iud. quia facta non poſſunt haberi pro infectis l.in bello.§.factæ.ff.de capti. licet ergo obligatio ſit extincta, primum tamen aggrauat ſecundum, ſicut prima contumacia quãtuncunq; purgata aggrauat aliã ſequentem, ut in d.authen.qui ſemel.& hoc dicit Bald.verum etiam ſi primum beneficium eſſet præſcriptione ſublatum, nã non obſtante præſcriptione cognoſceretur de illo, non propter ipſum, ſed incidenter, propter aliud aggrauandum, quod eſt notandũ ſecundum eum in d.authẽ.qui ſemel. refert & ſimpliciter ſequitur d.Pe.de Anch.in repe.c.canonũ ſtatuta.de cõſti.in xxxij.char.

6 *Sentẽtia corporis afflictiua poſt lapſum decem dierum non poteſt iure communi retractari, licet poſtea appareant probationes innocẽtiæ, ſed ex gratia ſpeciali a principe reſtitutio fieri poteſt.*

Sententia XIII.

1 Sentẽtia corporis afflictiua poſt lapſum decem dierum non poteſt iure cõi retractari, licet ex poſtfacto appareant probationes innocentiæ, ſed ex gratia ſpeciali põt fieri reſtitutio a principe. ſing.eſt caſus in l.diui.ff.de pœ.quem tex. reputauit ſing.do.Abb.in c.de his.de accuſa.& ibi vide contraria, quæ ad hoc formari poſſent.& illum tex.magnifecit idem d.Abb.in c.cõſanguinei.ad ſi.de re iudi.

1 *Iudex qui debet ferre ſententiam de conſilio ſapientis, illud conſilium adhibere non debet, quando in illa cauſa habet caſum legis expreſſum.*

Sententia XIIII.

1 Si iudex † debet ferre ſententiam de cõſilio ſapientis, et pro illa cauſa habet caſum legis expreſſum, non tenetur adhibere conſilium ſapientis, iſtud ſing.voluit Bart.in l.ille aut ille.§.cum in verbis.& in l.non aliter.ff.de lega.iij.& in l.j.C.de rela.Bal.in l.ancillę.C.de fur.& in l.ij.C.de legi.refert & ſequitur lucerna vtriuſq; iuris. Quod dictum tempera & limita niſi ex forma ſtatuti teneretur adhibere conſilium ſapientis, quia tũc licet haberet caſum legis expreſſum, nihilominus teneretur adhibere conſilium ſapientis, ita pulchre dixit Bald.in l.j.ff.de libe.& poſthu.& Lud.Ro.in l.hac cõſultiſsima.C.qui teſta.face.poſſ.licet aliter dixerit ibi Angel.

1 *Iuramentum an validet contractum factũ a minore ſine interuentu & licentia curatoris, quæ a ſtatuto requiritur?*

Statutum XXIIII.

1 Statuto † cauetur, ꝙ filiusfami.non poſsit contrahere ſine conſenſu expreſſo, ſeu expreſſa licentia patris, nec minor ſine licentia tutoris, vel ſaltem duorum proximorũ conſanguineorum

conſanguineorum, ſi tutorem vel curatorē non habet, & quod contractus aliter factus non valeat. Modo quidam filiusfamil.contraxit ſine licentia patris,& minor etiā ſine licentia prædictorum.Item filiusfami.iurauit non contrauenire,idē fecit minor.Quæritur vtrum valeat contractus factus cū dicto filiofami.vel minore ſaltem propter iuramentum? Iaco.de Bel.quem refert & ſequitur Pe.de Ancha.in repe.c.canonum ſtatuta.de conſti.in xxxix.char,tenuit diſputando ꝙ non valet, nec tenet,quia d.l.municipalis reſiſtit & non aſsiſtit in eo caſu,cū licentia non eſt adhibita,vt in l.non dubiū, C.de legi.nec iuramentum cōfirmat talem contractum, de quo per Bar.in l.cum lege. ff.de fideiuſ.& in l.ſi quis pro eo.ff.eo.vide no.in c.cum contingat. de iureiurā.& in c. quamuis ,de pact.li.vj. Et ex hac eius deciſione d.Pe.de Anch.in prælleg.loco dicit eſſe notandum,ꝙ dolus contrahentis nō firmat contractum, in quo deficit ſolennitas ſtatutaria, ſi autē ſolum deficit ratione doli,tunc aduerſus dolum committentis contractus erit validus,ſi placuerit contrahenti ſecum. vt in l.eleganter.ff.de dolo, facit quod no.& ibi per Pe.de Anch.in c.j.de reſcrip.li.vj.quod no.

1 *Intellectus l.poſthumus.§.ſi quis ex his.ff. de inoffi.teſta.*

Sententia XV.

1 Tu habes † tex.in l.poſthumus.§.ſi quis ex his.ff.de inof.teſta.vbi ſententia fuit lata pro eo, cui non competebat actio inoffi. teſtam.& licet ſibi non proſit ,nihilominus prodeſt ei,cuius intereſt. pro cuius intellectu do.meus do.And.viua voce dedit mihi duas remiſsiones ad Bal.interprætantē illā legem,ſ.in l.fin.C.de fideicom.liber.vbi ſingu.dicit ꝙ d.§.ſi quis ex his,caret ſpiritu rationis.ſed in l.ij.C.de re iudi.l.fi.dixit ꝙ d. l.poſtumus.§.ſi quis ex his.procedit eo caſu, quo expreſſe in libello nō apparebat,ꝙ alio modo non competebat agenti. ſecus ſi expreſſe appar uiſſet ꝙ nec agenti,nec ei cuius intererat profuiſſet,facit quod voluit d. Anto.in c.fi.de procura. & ibi do.meus, & quod voluit Bal.in c.j.de iureiuran.& do. Car.in c.debitores.eo.ti.quod ſing.no.quia Bononiæ iſta interprætatio Bal.in facti contingentia fecit mihi magnum honorem, & d.l.poſthumus.§.ſi q̄s ex his , allegauit Innocen.in c.ſuper his.de accuſ.,licet nō probet id,ad quod alleget , vt ibi videre poteris,& Bal.in l.cum patronus.ff.de fideiuſſ. vbi dixit , ꝙ ſi ineptitudo eſt tacita , valet ſententia,& allegat d.l.poſthumus.§.ſi quis ex his.vide do.meum d.Andr.de intellectu illius legis in d.c.ſuper his.& in c.ex parte Adæ.de teſtibus.

1 *Sententiæ lata per metum iudicū eſt ipſo iure nulla.*

Sententia XVI.

1 Dicebat † Ludo.Ro.ſing.xclij.ꝙ ſententia cenſuræ & excommunicationis lata per metum iudicis eſt nulla ipſo iure.c.j.quod metus cauſa li.vj.idem dicit in pecuniarijs ſiue ſecularibus ſententijs per glo.quam dicit eſſe vnicam in mundo in c.quatuor.xj. q.iij.Sed dum audirem do.meum do.Troylum de Maluicijs eximium vtriuſq; iuris interpretem, dicebat ꝙ illa glo.tenet contrarium,ſcilicet ꝙ eſt annullāda ope exceptionis , licet poſtea dicat ar.contra.&c.& pro illa glo.allegat alium in terminis hoc dicētem in c.iniuſtum ea cauſa & quæſtio.& ſic cum ſupportatione Ludo.non bene ponderauit glo.in d.c.qualiter.

1 *Doctor reconductus ad legendum, creditur reductus pro eodem ſalario,quod prius habebat,niſi mutata ſit conditio perſonæ.*

Salarium IIII.

Dum audirem vno mane domi.meum d. Troylum de Maluicijs vtriuſq; iuris doctorem celeberrimum, ipſe allegauit Bal.in l. etiam.in fi.C.de iure dotium dicentem,ꝙ ſi
1 communitas † conduxit pro vno anno doctorem ad legendum ſub certo ſalario, qui finito anno receſsit, demū elapſis pluribus annis eadem communitas reconduxit eundem nulla facta mētione de ſalario,ꝙ intelligitur reconductus pro eodem ſalario per illum tex.& per l.penul.§.vſur,ff.ſolu.matri.& ita remanſit Bal.Sed præfatus dominus meus limitauit illud dictum,niſi eſſet mutata conditio perſonæ,puta,quia effectus eſſet excellens in ſcientia,quia debebit augumētari ſalarium ſecundum eius excellentiam; nam conditio perſonæ debet eſſe in conſideratione , gl.in c.eps.x.q.ij.facit c.non cogantur,xlj.diſtin. & in l.ſi quis.ff.de vſuir.

qui eſt caſus ſing.ad hoc, & in c.cũ ad monaſterium.de ſtatu monac.facit quod dicit d.Abb.in c.cum omnes.in glo.penul.de cõſti.& hoc erit in arbitrio iudicantis ar.c.de cauſis,de offi.deleg.cum ſim.Item limitauit per aliud dictum Bal.in c.cum M.in princ. iiij.col.de conſtit.id eſſe verum ſi ſalarium erat illi lecturæ perpetuo ordinatum,& nõ pendebat ex arbitrio electoris.ar.l.licet.C. loca.nam quæ incerta ſunt promitti non videntur l.ſalarium.C.manda.l. Seia.§.Medico.ff.de annuis lega.

1 *Arbitratores tres ſi in vna cauſa ſententias in quantitate diuerſas ferant, de qua quãtitate pronuntiaſſe cenſeantur?*

Sententia XVII.

1 Si tres † arbitratores dantur in vna cauſa,& diuerſas ſententias ferant in quantitate, debent omnes quãtitates accumulari,& fieri tres partes, & in tertia ex illis vidẽtur pronũtiare,ita dixit Salyc.in l.hac edictali. §.his illud.C.de ſecun.nup.per tex.ad hoc celebrem in l.cum fundum.§.ſinautem, in ver.ita vt omnes ſummas &c.ff.manda. & illũ tex.facit ſing.Bal.in l.j.C.ſi ſeruus extero quod no.quia ſingulare.

1 *Clericus homicida vtrum ipſo iure ſit priuatus beneficio,an per ſententiam?*

Sententia XVIII.

1 Clericus † homicida non eſt priuatus ipſo iure beneficio ſuo: ſed venit priuandus per ſententiam,celebre fuit dictũ Innocen. in c.cum noſtris. de conceſſ.præben.quem referunt & ſequuntur ibi cõiter doc.Et intellige hoc procedere in clerico beneficiato,ꝙ homicidium ſuperueniens ſeu irregularitas non priuat quem ipſo facto beneficio ſuo,ſed opus eſt ſententia.pro hoc bene facit c.clericis,in verſ.honore priuetur & loco.ne cle.vel mona.vbi exercens iudiciũ ſanguinis,& incurrens irregularitatem nõ eſt priuatus ipſo iure beneficio ſuo, ſed debet priuari.& hoc tenet ibi domi.Abb.poſt alios,referens Innoc.in d.c.in noſtris.& vr̃ etiam hoc probari in c.ex literis.de exceſ. præla.Et notabis illa duo iura ad hoc. Sed ſi homicidiũ ſeu irregularitas præceſsit collationem tunc non tenet collatio,quia facta indigno ad executionem officij. vt in c.ſi. de tempo.or.hoc voluit Inno.in c.conſtitutione.il ij.de appell,& ita intelligit Inno.in d.c.cũ noſtris,qui prima fronte vr̃ ſibi contrarius ſecundum d.Abb.ibi.& vide eundẽ Abb.in c.querelam.de iureiuran.vbi tenet hanc partem,& alle.Inno.in d.c.cũ noſtris. hoc ẽt voluit Bald.in l.cũ fratrem.C.de his qui.vt indig.& in l.ſi maritus,C.de don.inter vir.& vxo. & vtrobiq; allegat Inno.in d.c.cum noſtris.Adde Ioan.de Ana.in c.inquiſitionis.de accu.in j.reſpon.hanc opi.tenet do.meus do.And.in d.c.querelam.& in c.cũ ſuper.de cau.poſ.& propri.vbi refert Bal.in dictis locis & ſequit̃ Inno.Idẽ tenuit Benedictus in d.c.in noſtris.poſt Io.de Imo. ibi,& vide Io.de Ana.in rub.de cler.excõmu.vbi de hoc.Sed Archi.in c.ſtudeat.l.diſ. tenuit contrarium per illũ text.ꝙ ſit priuatus ipſo iure, inquantũ ibi beneficium gratioſe conceditur homicidæ. & ſic Papa diſpenſat ibi in beneficio, ergo de iure erat priuatus,& vr̃ ille tex.multũ ſtringere contra Inno.& ſequaces.Item in d.c.clericis.et d.c.ex literis.potius faciunt contra Inno.q̃ pro.quia ibi ponunt̃ verba executiua, quæ præſupponunt ſniam latã a iure, & potius ad remotionem facti q̃ iuris referũtur, per id quod voluit d.An.i c.fi.de poſtu.& Bar. in l.ſi quis maior.C.de tranſa. & do.meus i d.c.fi.et in d.c.ſi diligenti.de fo.compe.Sed ſequere dictum Inno. quod cõiter tenet,nõ ob.d.c.ſtudeat.& alia iura per eũ ibi allegata,quia aperte hoc non probãt,ꝙ ipſo iure ſit priuatus:licet Papa cõcedat in d.c.ꝙ ſtudeat & teneat beneficiũ,& non ſequitur propter hoc,ꝙ fuit priuatus ipſo facto,imo poteſt intelligi,ꝙ Papa fecit ibi gratiam,vt non veniret priuandus per ſniam, & nõ ꝙ erat priuatus ipſo iure. Non obſt.ꝙ verba executiua apponantur in d.c.clericis.& in d.c.ex literis.quia reſpondeo ꝙ ſatis eſt ꝙ non dr̃,ꝙ ipſo iure,unde non debemus imponere hanc pœnam, ex quo de iure canonico hoc non cauetur expreſſe.& hoc voluit do.Abb.in d.c.querelam. per verbum remouẽtes poſitum ibi in tex.facit in li.quã no.glo.in c.fi.de iure patro.& xv.q.viij.in ſumma.& tex.in l.et ſi quis.§.idem Labeo. in ver.cum in eum pœna ſtatuta non ſit.ff. de reli.& ſump.fu.& tex.in auth.de nõ eligen.ſecundo nuben.in princ.in ver.non eſt lex tale quid dicens.

1 *Paria ſunt appellationem eſſe interpoſitam, vel eſſe infra tempora,infra quæ poteſt appellari.*

DE LITERA T.

Terminus.

Inquantum in litera A. in notabili incip. idē operatur tp̄s datum &c. & allegaui gl. ſing. ſecundum Dy. in l. ex iudiciorū in verbo ſecutæ. ff. de accuſa. adde aliam glo. in l. vnica. ff. nil no. ap. pen. ex qua Ang. de Are. ibi poſt alios dicit ſingu. notandū eſſe, ꝙ pa
1 ria † ſunt appel. interpoſitam, vel eſſe infra tempora, infra quæ pōt appellari, & allego tibi aliam gl. in c. non ſolū. de appel. li. vj. in ver. innouata, quę alleg. gl. d. l. vnicę. Ex q̄bus no. ꝙ ſicut ap. interpoſita ſiue ſit recepta, vel non nil poteſt innouari, & innouatum aut attentatum reuocat. ita ēt tempore ap. interponendę, quia eſt beneficium indultum a iure. de hoc dicit d. Ioā. de Ana. ꝙ eſt tex. ſing. de iure ciuili in l. a ſententia. §. hæres. in fi. ff. de appel. nam ibi ſi fuerit tranſactum per hæredem, et non appellatum, non nocet legetarijs, & ſic quia appellari potuit igitur idem operatur tempus quo poterat appellari, quod ſatis placet Ange. Are. in d. l. vnica. Licet ſecundum eum poſſet reſpōderi, ꝙ ibi contingit, quia legatarij ex ſe infra ſua tempora, videlicet, a die eorū ſcię poſſunt appellare: igitur tranſactio hæredis nil eis nocet. & de intellectu d. §. hæres. vide ibi Ang. Are. in l. fin. ff. de app. recip. Sed Angel. in d. l. vnica. dicit de hoc eſſe caſum apertum in l. poſt rem. in prin. ff. de tranſac. Et prędicta limita prout no. per eundē Ange. poſt alios in d. l. vnica. & vide per eundem Ang. alias limitationes an appellatio. penden. debet aliquid fieri. & adde illas ad eas, quas poſuit in litera A. in notabili incipien. regula eſt ꝙ nihil &c.

1 *Teſtes inhabiles ſi producantur, iudex ex officio eos repellere tenetur, etiam parte nō opponente.*

Teſtis I.

1 Si teſtes inhabiles † producant̄ a parte, iudex ex officio ſuo eos ēt parte non petēte repellere tenet̄, ita exquiſite dixit Inno. in c. intimauit. de teſti. quem oēs ibi cōiter ſequuntur. licet aliud voluerit ibi ſolennis doctor Ioan. de Ligna. & Pe. de Anch. in c. ſuper. de teſti. & illud dictum Inno. ſecutus eſt Lud. Ro. in repe. rubr. de arbi. in ix. col. vbi ēt dicit, ꝙ ipſe iudex ēt de conditione teſtis & perſonæ inquirere tenetur, & dicit eſſe glo. no. in l. j. ff. de magiſt. conueni. vide Ang. poſt Nico. de Neapo. & Bal. in l. quos prohibet. ff. de poſtu. vbi magnifacit illam gl. Tu vide ſingul. gl. in c. quærendum. ij. q. vij. & quod voluit ibi Archi. do. meus ī ſua ſolenni repe. c. teſtimonium. in vj. col. de teſti. dicit eſſe aliam gl. in l. iij. in princ. in glo. quæ incipit. his omnibus. ff. de teſti. & allegat aliam gl. in authen. de teſte. §. ſancimus. quæ dicit, ꝙ ſi homines villæ vel loci ſunt infames, ꝙ iudex debet eos remouere, etiā ſi partes conſentiant. & hoc innuit ille tex. ſecundum eum in ver. præcipue. & allegat aliam gl. licet hoc non dicat clare ſecundū eum in l. age cum Geminiano. C. de tranſa. vide ibi per eum.

1 *Teſti de conſenſu partium producto non poteſt aliquis defectus opponi, & die feriato recipi poteſt.*

Teſtis II

1 Vbicunq; teſtis † de conſenſu partiū fuit adductus, non poteſt opponi crimen ei, ſeu aliquis defectus. iſta eſt gl. celebris. in auth. de teſte. in. §. licet. in ver. ſupplicijs, quam reputauit ſing. An. in l. j. C. de teſta. & Bald. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. Quinimo ſi erāt recepti teſtes die feriato de conſenſu partium, valeret eorum receptio, & nō mutaretur ordo iuris, ita dixit Bal. in l. j. ff. de fer. et c. cum cauſam. in pe. col. de teſti. Tu intellige ſane hoc vltimum dictum eſſe verum in ferijs introductis in fauorem & neceſsitatē hominum per d. l. j. ſecus in ferijs introductis in honorem Dei: quia talis receptio nō valeret per id, quod habetur & no. in c. conqueſtus. de fer. cum ſi.

1 *Teſtis vnus ſemiplene probat, ſi deponat cum cauſa.*

Teſtis III.

1 Licet vnus teſtis † deponendo ſemiplene probet, vt no. in l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. in bonæfidei. C. eo. & in c. ex inſinuatione. de procu. & in c. fi. de iureiuran. Illud eſt verum ſi deponat cum cauſa. ſecus ſi ſine cauſa. ita dixit Bal. in c. j. §. non autē. de controuer. inueſti. refert & ſequitur Ludo. Ro. in repe. rub. de arbi. in viij. col. faciunt ea quę habentur in l. ſolam. C. de teſti. canonizata. iiij. q. iij. & in c. cum cauſam. eo. ti.

1 *Teſtis de cauſa interrogatus & ſimpliciter*

deponens, præfertur teſti de cauſa non interrogato ſimpliciter deponenti.

Teſtis IIII.

3 Si duo teſtes † non interrogati de cauſa ſimpliciter deponant, duo aũt teſtes de cauſa interrogati pure deponant, præferuntur iſti duo ultimi contrarij illis primis, ratione cauſæ cõcernentis ſubſtantiam dicti, ſecundum Iaco. Bu. in diſputa. quæ incip. qõ talis eſt quã refert Bal. i presbyteri. C. de epiſ. & cle. & dicit ſe alibi non legiſſe, licet dixerit gl. in l. j. ff. de no. ope. nunti. & in l. ſolam. C. de teſti. non teneri teſtes ad aſsignationem cauſæ: niſi fuerint interrogati. ff. de tranſac. l. cum hi. §. ex cauſa. per quod tñ limita id quod dicit Inno. in c. cauſam quę. de teſti. & iſtud celebre dictum refert & ſequitur Ludo. Ro. in præal. loco. ſ. in repe. d. rubr.

1 *Teſtes tabelliones præferuntur teſtibus non tabellionibus, & religioſi laycis, & magis creditur tot teſtibus, quam totidem iudicibus.*

Teſtis V.

1 Duo teſtes † qui ſunt tabelliones præferuntur duobus alijs non tabellionibus. glo. eſt valde ſing. in auth. de hære. & fal. §. ſi vero. in fi. in prin. magnæ gl. quam ad hoc ponderat Bal. in authẽ. ſed cum teſtator. C. ad l. falci. refert & ſequitur Ludo. Ro. in ſingu. ccclxvj. tu vide eundem Lud. in repe. rub. de arbi. in viij. col. faciunt ea quæ habentur in c. in noſtra, de teſti. & in l. iij. ff. eo. & iiij. q. iij. §. item in criminali. ver. itẽ in teſtibus. & adduco Bal. in c. ſuper hoc. in verſ. ad dignitatem & opinionem, de renun. vbi dicit illum text. eſſe valde celebrem & ſingularem, ꝙ ſtandum eſt teſtibus dignioribus & melioris famæ. & dicit non eſſe ſimpliciter in arbitrio iudicantis, ſed inſpecta dignitate & fama eorum. In probatione facienda eſt qualitas teſtium conſideranda, vnde creditur magis religioſis, ꝙ̃ laycis, tex. eſt et ibi Abb. in c. in noſtra. de procur. Et magis creditur tot teſtibus ꝙ̃ totidem iudicibus Bal. in d. c. in noſtra. in fi.

1 *Teſtes maſculi præferuntur fœminis.*

2 *Præſentatus a patrono maſculo præfertur præſentato a fœmina patrona.*

Teſtis VI.

1 Duo teſtes † maſculi præferũtur duabus mulieribus ratione inſtabilitatis, quam per ſe habent. ita notanter dixit Bal. in l. fin. ff. de fide inſtr. ad quod l. j. ff. de ſenat. & quod ibi plene notatur & per Bal. in l. multis. ff. de ſtatu ho. refert & ſequitur Ludo. Rom. in præalleg. loco rubricæ de arbi. Dixit
2 Bal. in d. l. j. ff. de ſenato. ſunt duo † patroni vnus maſculus et alius fœmina. fœmina pręſentat vnum, maſculus aliũ, præfertur præſentatus a maſculo, vt refert Franc. Are. in c. quoniam, de teſti.

1 *Teſtibus deponentibus id quod eſt conforme iuri communi, & veriſimile, quam alijs aliter deponentibus, magis creditur.*

Teſtis VII.

1 Statur magis † teſtibus deponentibus id quod eſt conforme & conſonum iuri communi, ꝙ̃ alijs aliter deponentibus, iſta fuit elegans doctrina Inno. in c. auditis. de præſcrip. quam refert Bal. in c. j. de controuer. inueſt. & Pet. de Ancha. & d. Anto. in c. j. de præſcrip. in vj. Ludo. Roma. in repe. rubri. de arbi. in pręalleg loco vide d. Abb. & Io. meum in c. licet cauſam, de proba. vbi referunt illam doctrinam Inno. in iiij. colum. in prin. & vide quod voluit gl. fi. in c. j. de præſcrip. lib. vj. & vide quod legitur & no. in l. ob carmen. §. fin. ff. de teſti. & in c. in noſtra. eo. ti. & iiij. q. iij. §. item in criminali. verſic. non enim. & quando aliqua dicantur veriſimiliora, vel aptiora. do. Abb. in d. c. licet cauſam dicit, ꝙ arbitrabitur iudex ex varijs coniecturis ar. l. iij. ff. de teſti. in verſi. tu magis ſcire potes. & in c. præterea. eo. ti.

1 *Teſtibus deponentibus quem non eſſe frigidæ naturæ, magis ſtatur, quam alijs ad affirmantibus.*

Teſtis VIII.

1 Duo teſtes † deponunt ꝙ vir eſt frigidæ naturæ, alij duo deponunt, ꝙ non eſt frigidus. ſtatur duobus vltimis teſtibus tanquã deponentibus veriſimiliora, & aptiora naturæ, arg. d. c. præterea. & d. l. ob carmen. §. fi. iſtud fuit celebre dictum Inno. in c. fi. de fri. & maleſi. refert & ſequitur do. meus in c. in noſtra, de teſti.

1 *Teſtes layci deponentes pro reo, præferuntur clericis deponentibus contra reum.*

2 *Teſtes deponẽtes equum eſſe bulſum, an præferantur teſtibus contrarium affirmantibus?*

3 *Medicis deponentibus vulnus nõ fuiſſe mortale magis creditur, quam alijs teſtibus cõtrarium aſſerentibus.*

4 *Teſtibus duobus affirmantibus magis credi, quàm cẽtum negantibus, quomodo intelligatur?*

Teſtis IX.

1 Duo † teſtes clerici deponunt me commiſiſſe fornicationem tali die: duo layci dicunt me fuiſſe ſecum tota die, & negant me commiſiſſe fornicationem: ſtatur dicto laycorum ex quo deponunt pro reo, nam rei ſunt fauorabiliores l. fauorabiliores, ff. de regu. iur. c. ex literis, de proba. cum ſi. & capienda eſt uia, vt excludamus delictum, per id quod voluit Bar. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de no. ope. nũ. quem refert & ſequitur d. Abb. in c. in præſentia. de probat. & per id quod voluit Inno. in c. dudum. ij. de elec. cum ſi. & iſtud decidit glo. elegans in c. cleri. lxxxj. diſt. quam reputauit ſingu. Bal. in l. data opera. C. qui accu. non poſ. & d. Abb. in c. j. de proba. & in c. ad noſtram. eo. ti. & in c. cum P. Manconella. de accuſa. vbi pulchre pro intellectu illius gl. & eandem gl. allegauit d. Abb. in c. quotiens. & c. inter. & in c. j. de teſtibus, de purga. cano. & do. meus in commento rub. de plus peti. & in d. c. in præſentia. Adde d. Abb. in c. bonæ memoriæ. ij. in viij. col. de elec. vbi allegat glo. in d. c. clerici. & vide eundem in c. in noſtra. de teſta. vbi dupliciter limitat illã gl. & per eundem in c. ex tenore. eo. tit. Adde celebre dictũ Bal. in auth. oẽs peregrini. C. cõia de ſucceſsio. in fine. Statutum dicit

2 equus † non redhibatur niſi ſit bulſus, duo teſtes dicũt eſſe bulſum, alij duo contrariũ. ius autem cõe dicit omne vitium occultum redhibẽdum, & dicit in dubio præſumi eſſe in cauſa redhibitionis, quia dubium facti debet decidi ſecundum naturalem æquitatem, vt refert do. meus in c. ex literis. in iij. col. de proba. adde Ang. in prima conſtit. ff. in iij. col. vbi dicit facere ad quæſtionem.

3 duo teſtes † dicunt Titium fuiſſe mortuum ex vulnere, duo Medici dicunt cõtrarium, ſcilicet vulnus non fuiſſe mortale, quorum dicto ſtabitur? Et videtur ꝙ dicto affirmãtium. ff. de arbi. l. diem proferre. §. ſi plures. Contrarium dicit eſſe verum, quia ſtatur dicto illorum qui melius cognoſcũt, vt in prima conſti. ff. ſed medici melius ſciunt & cognoſcunt, ergo &c. Nec ob. §. ſi plures, quia debet intelligi in teſtibus negantibus ſenſum. vel loquitur de negatiua non coartata. l. lacus & ſtagnum. §. j. ff. de acqui. rerum

4 domi. Et no. † ꝙ illa regula plus creditur duobus teſtibus affirmãtibus, ꝙ̃ centum negantibus nõ habet locum in negatiua coartata, ſed in negatiua credulitatis, & purgationis, ſecundum Abb. in d. c. bonæ memoriæ. ij. in viij. col. de elec. & vide Bal. in d. c. ad noſtram. de probat. vbi allegat gl. in d. §. ſi plures. & vide Nico. de Neap. in l. j. ff. de ven. inſpi. vbi refert Machagnanum de Azoguidis poſt Oldr. ꝙ gl. in d. §. ſi plures. eſt vera, niſi negantes deponant de peritia ſuæ artis.

1 *Teſtes duo deponente de metu præferuntur mille negantibus.*

Teſtis X.

1 Mille teſtes † deponunt de ſpontanea voluntate, duo autem deponunt de vi vel metu, quibus ſtandum eſt? dic ꝙ duobus teſtibus deponentibus et affirmantibus metum potius ſtatur, ꝙ̃ mille negantibus, iſta fuit celebris & præſtans theorica Inno. in c. ſuper hoc. de renun. refert et ſequitur d. Abb. in c. j. quod metus cauſa. & vide rationem ibi per eum. & vide Lud. Ro. in repe. rubr. de arbi. in vij. col. vbi refert Bal. allegãtem hoc dictũ Inno. in trac. ſciſmatis, quem poſuit ante rubricam. C. ſi quis al. quem teſta. prohi. et retulit etiam in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. procon. Do. meus do. And. Barba. in d. c. j. refert Ang. l. j. C. quod metus cau. & in l. ſi quis a ſe fundum. C. ad l. iul. de vi pu. ſequentem illud dictum Inno. in d. c. ſuper hoc. & dicit ꝙ idem Ang. in l. non veriſimile. ff. quod met. cau. damnauit dictum Innoc. & dicit ꝙ prima facie videretur ꝙ Ang. recte loquitur contra Inno. nam regula eſt ꝙ ſtatur teſtibus deponentibus veriſimiliora. l. ob carmen. ff. de teſti. c. præterea. c. in noſtra. eod ti. ſed teſtes deponentes de ſpontanea voluntate præſumuntur dicere veriſimiliora, ergo &c. & mouetur per d. l. non eſt veriſimile. Deinde dat quandam cõcordiam, dicens ꝙ dictum Innocẽ. procedit quando præceſsit metus, quia præſumitur durare, niſi probetur mutatus. arg. c. maio-

res, de baptiſ. alias procedat doctrina Ang. dicit tñ iudicando &, conſulendo ſequendam eſſe doctrinam Innoc. Mihi videtur ꝙ doctrina Inno. ſit veriſſima, & moueor iſto modo, veriſimilius eſt ꝙ quis metu & vi renuntiet beneficio ſuo acquiſito multis ſumptibus et laboribus, ꝙ̃ ſpōte. iſte eſt tex. rotundus & apertus in c. ſuper hoc. de renun. ſed Inno. loquitur de beneficio, ergo idem erit dicendum in renuntiatione cuiuslibet alterius rei prophanæ. ar. l. cũ de indebito. ff. de proba. & per conſequens Ang. non bene loquitur in d. l. non eſt veriſimile. nec illa l. ſi bene ponderetur, eſt contra Inno.

1 *Pater vel coniunctus licet non poßit eſſe teſtis in cauſa filij vel coniuncti, tamen ſi fuit deſcriptus in inſtrumento vt teſtis, adminiculatur inſtrumento.*

2 *Teſtis qui propter ſuſpitionem examinari non debuit, examinatus facit aliquod inditium.*

3 *Inſtrumentum ſcriptum diuerſis manibus tabellionum, an valeat?*

Teſtis XI.

1 Licet † pater & coniunctus non poſſit eſſe teſtis in cauſa filij vel coniuncti, tamen ſi fuit deſcriptus in inſtrumēto vt teſtis adminiculatur inſtrumento. hoc probatur in c. ex literis. ſecundum lecturam do. An. ibi. de tranſa. d. Abb. dicit ibi hoc non probari ex illo tex. quia tempore deſcriptionis ille erat ſuſpectus. dictum tñ ſuũ putat eſſe verum, quia regula traditur, ꝙ vbi teſtis non
2 † debuit examinari propter ſuſpitionem, tamen ſi fuerit examinatus facit aliquod indicium, vt no. Bar. in l. maritus. ff. de quæſti. & iſtud dictum aureum menti commenda. facit quod pulchre voluit Bal. in l. imperator. ff. de ſta. ho. duo notarij ſunt rogati ad conficiendum inſtrumentum, vnus eſt infamis, alter bonæ famę, ſi conficiunt inſtrumētum toleratur propter illum, qui eſt bonæ famę et allegat celebrem tex. in l. ſi quis ex argētarijs. §. j. de eden. & adduco quod pulchre voluit Angel. in conſi. j. ꝙ licet coniunctus nō poſſit eſſe teſtis in cauſa coniuncti, tamen ſi concurrit vna cũ alijs teſtibus admittitur & facit fidem per d. l. ſi quis ex argentarijs. §. j. & illum tex. allegauit Bald. in ti. de controuer. inueſti. §. ſi autem. in vſib.
3 feud. vbi dixit, † ꝙ ſi ſunt diuerſę manus duorum tabellionum, ꝙ vnus ſcribit, & alter de mandato eius ſubſcripſit, an valeat? dic vt no. in c. inter dilectos, de fide inſtr. & facit l. Trebatius. §. ſi. ff. de teſta. mili.

1 *Teſtis falſus in cauſa homicidij punitur vt homicida, ſi dolo malo deponat contra innocentem.*

Teſtis XII.

1 Falſus teſtis † in cauſa homicidij punit̃ tanquam homicida ſi dolo malo deponat contra innocentem. Egregius tex. eſt in l. j. poſt prin. ib. quæ falſum. ff. ad l. Corne. de ſicar. quem tex. reputauit ſing. Bal. in tit. de pace iura. firman. c. j. §. iniuria. ad fin. & do. meus in rub. de fideiuſſio.

1 *Fideicommiſſum tacitum præſumitur, ex eo per teſtator voluit rem remanere in ſua agnatione.*

Teſtator I.

Teſtator in teſtamento ſuo voluit edes, & domus ſuas non vēdi ab hæredibus, an per illa verba videat̃ relinquere per fideicommiſſum de vno in alium? interrogatus de facto a duobus procuratoribus doctiſſimis Bononiæ dixi, ꝙ ſic, & allegaui Bal. in terminis hoc dicētem in l. quotiens. C. de
1 fideicōmiſ. vbi dicit, ꝙ eo ipſo † ꝙ teſtator voluit remanere in ſua agnatione, ꝙ præſumitur tacitũ fideicommiſſum, & refert & ſequitur illud dictum iuris lucerna domi. meus do. And. in reperi. rubri. de rebus eccle. non alie. in xij. colũ. circa ſi. & refert ſe vidiſſe illud dictum allegatũ per quendam ſolēnem doctorē Romanum in ardua qõne illuſtriũ dominorũ de Sauellis, pro quo dicto dicit fore gl. in l. codicillis. §. in ſtatuto. ff. de lega. ij. de qua Bal. in d. l. quotiens non meminit, & illam glo. ad hoc reputo mirabilem, & ſing.

1 *Litium redemptor, & continuus litigator non poteſt eſſe teſtis, nec accuſatur.*

Teſtis XIII.

1 An † redemptor litium, & continuus litigator poſſit eſſe teſtis? dic ꝙ non, nec etiam.

poſſit eſſe accuſator.caſum habes vnicũ ſecũdum Lu.Ro.notabili.cccxvij.in c.ſuſpectos.iij.q.v.ſed ſimilem tex.habes in c.nullus ea.cauſa,& q.& illum tex. didici a domino meo in repeti.c.teſtimonium.de teſti. in xviij.colum.

1 *Papa poteſt habilitare per iuros, & criminoſos ad teſtificandum, niſi inducãtur ad teſtificandum in conſiſtorio principis, vel niſi ſint iure naturæ inhabiles.*

2 *Infamis non poteſt eſſe procurator in Curia Romana, nec vbi Imperator poteſt morari. & de quo infami ſit intelligendum.*

3 *Epiſcopus venit appellatione principis.*

Teſtis XIIII.

Communis concluſio doctorum eſt, ꝙ
1 Papa † poſſit habilitare periuros & criminoſos ad teſtificãdũ, ita no. in c. teſtimoniũ. de teſti. Dic non habere locũ qñ infames et criminoſi inducuntur in teſtes in conſiſtorio principis, duo iura ad hoc habes ſingularia & ſolitaria in iure l. ſed & milites. in §. in nemine in ver. quia ingredi vrbẽ eis non licet. ff. de excu. tuto. & ibi dicit Bald. ꝙ ſicut infamis non poteſt ingredi vrbem, ita non poterit ingredi cõſiſtoriũ principis, qa vbi eſt princeps ibi eſt Roma. vnde li-
2 cet procurator † poſſit eſſe infamis ſcdm eũ non tñ habet locũ in curia Romana, & ita dicit limitare tex. inſti. de excep. §. fin. facit l. athletas. §. ignominiæ cauſa miſſus. nec in vrbe, nec alibi, vbi Imperator poteſt morari. l. licet. ff. de his qui no. infamia & iſta duo iura reuelauit mihi do. meus in repe. d. c. teſtimoniũ. Ego pondero vnũ, ꝙ tex. inſti. de excep. §. fi. non procedit indiſtincte, ſed debet intelligi de infami infamia facti, quia ſi eſſet infamis per ſñiam non ſolũ in principe, ſed ẽt in quolibet alio priuato erit verũ, quia non poterit eſſe procurator, & ad hoc adduco tibi tex. iuncta gl. iij. q. vij. c. j. incipit Infamis. & quod non poſſit infamis eſſe procurator principis adducerẽ tex. in arg. optimum c. quia epiſcopus. v. q. iij. vbi ꝓcurator epiſcopi debet eſſe non malæ famę ſuſpectus, ſed & bonæ opinionis, & lauda-
3 bilis artis. & clarũ eſt qđ appellatiõe † principis venit epiſcopus c. ſi quis. de ma. & obe. & glo. in cle. j. de baptiſ. Limita etiam præfatam concluſionẽ non habere locum, niſi talis inhabilitas in teſte proueniret ex diſpoſitione iuris naturalis, quia tunc Papa non põt talẽ inhabilẽ habilitare, pone exẽplum in inimicitia, nã talis inhabilitas cauſatur a iure naturali, vt in c. quia ſuſpecti. iij. q. v. & ideo conſtitutio Papæ habilitans inhabiles nõ vr̃ habilitare inhabiles reſpectu inimicitiæ, iſte eſt tex. in c. per tuas de ſimo. facit ſing. dictum Inno. in c. ſciſcitatus. de reſcrip. quod dictũ refert Ang. in l. cum prætor. ff. de iudi. vbi dicit ꝙ illi, qui impediuntur eſſe iudices naturali impedimento, puta, quia ſunt furioſi & ſimiles, ſi procedunt in cauſa, & non excipitur de inhabilitate, proceſſus eſt ipſo iure nullus, ſecus dicit ſi eſt impedimentũ iuris ciuilis, vide do. meum in d. c. teſtimoniũ. in repe. & in d. c. ſciſcitatus. tene menti.

1 *Teſtes duo affirmantes præferuntur mille negantibus. & quomodo id procedat.*

Teſtis XV.

1 Duo teſtes † affirmantes præferunť mille negantibus gl. eſt ſing. in l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de arbi, quã gl. Oldr. Laud. quã refert & ſequiť Nic. de Neap. in l. j. in prin. ff. de ven. inſpi. dixit ꝓcedere qñ negatiua illa nõ eſt probabilis ſed ſi probari poteſt, tunc ſecus. pone exẽplũ in collegio ad doctorandũ requirũtur ſeptẽ doctores l. ſi qs. C. de profeſſo. & medi. li. x. cõtingit ꝙ tres dicunt illũ peritũ, quatuor imperitũ, qui teſtes præferantur? dic ꝙ quatuor, quia ſunt plures, & præſumiť ꝙ dicant verius c. in noſtra de teſt. Nõ ob: gl. in d. §. ſi plures, quia procedit qñ negatiua probari non poteſt, ſed iſto caſu probari poteſt, & dicit quod do. ſuus do Machagnanus de Azoguidis, tenuit hanc partem in d. l. diem proferre. §. ſi plures. refert & ſequitur do. meus in c. pro poſuiſti. de probatio. & dicit illũ tex. optime facere ad hoc ſi recte ponderetur. quod nota, & pondera illum tex, an probet hoc,

1 *Frater in ciuilibus poteſt pro fratre teſtificari, & in certis caſibus in cauſa criminali, niſi cum fratre, pro quo deponit cohabitet.*

Teſtis XXI.

1 Licet frater † poſſit teſtificari pro fratre ſaltẽ in ciuilibus vt no. glo. iij. q. v. in c. j. &

in.§.itē.l. iulia,& in.§.parentes. iiij.q.iij.& in certis caſibus in cauſa criminali vt legitur & no,in c.literas.de pſump.iūcta theorica Bald.in l.parētes.C.de teſti. tū ſi frater cohabitat cū fratre non poterit tūc teſtificari, quia cohabitatio aliquid operat, & ex eo acquirit maior amicitia, dilectio,& affectio,quæ inducit præſumptionem,ꝙ frater ſemp teſtificaret in cōmodū fratris,ita pulchre dixit Bald. in d.l.parentes. & allegat ſingularē caſum i l.ſi vt allegas.C.de caſtrē. pecu.li.xij.& idē voluit Bal.i l.j.C.de epiſ. & cle.& in trac.de duo.fra.& cōſuluit Ioā. de Imo.cōſi.xiij.alias.cxxxiij.refert & ſequitur iſtud dictum do.meus do.And. in c. repellantur.de accuſatio.faciūt optime ea, quæ ibi notantur.

1 *Furioſus ſi faciat teſtamētum, vt quilibet ſapiens, an valeat. Et quid de ſententia ab eo iuſte lata?*

2 *Fatui habent in certis rebus eleuatum ingenium. Vnde Bar.conferrebat cū mercatoribus, quando in aliquo articulo conſulere debebat.*

Teſtamentum.

1 Tu†habes in l. furioſum.C. qui teſta. fa. poſ.ꝙ furioſus nō poteſt cōdere teſtm̄. ſed pone ꝙ furioſus faceret teſtm̄ tale, qđ faceret quilibet ſapiēs,an valeat:dic ꝙ tunc nō præſumit furioſus,& tale teſtm̄ valebit: qa eo caſu pſumit eſſe in ſana mēte, & habere dilucida īterualla,& ſic actus tenet.iſta fuit ſing.& peregrina theorica Io.An. in c.cum dilectus.de ſucceſ. ab inteſta. quē refert & ſequit ibi do. meus. & in rub. de accuſa.in addi.vbi narrat,ꝙ tpe romanorū quidā furioſus fecit teſtm̄ adeo multū ſolēne, vt videret factū ab hoie ſanæ mētis,& licet fuiſſet dubitatū multū de tali teſtamēto, tū fuit iudicatū vt valeret rōne prędicta.facit optime qđ no.Hoſt.in c.ad noſtrā.de cōſue.quē referūt & ſequunt Io.And.do. Abb. & alij. ibi.nā quidā fatuus Pariſienſis determinauit qōnem miro modo inter tabernarium, & quendā pauperē,a quo tabernarius volebat extorquere pecuniā,quia comederat panē ad odorē aſſati:nā determinauit ſolui illi ex ſono vnius denarij Tornēſis.quam qōnem nō potuiſſet Cato melius decidiſſe ad pacificandū aīos imprudentiū.& ni mi-
2 rū,quia qnq; fatui†& parū ſapientes habēt in certa re eleuatū & egregiū intellectū, & ingeniū,& acutius ſciunt diſcutere & decidere vnū caſum,q̄ oēs ſapientes,ſecundum do. Abb.in d.c.ad noſtrā. & hoc experientia docet,quæ oium rerū eſt magiſtra c.quā ſit de elec.li.vj.cle.diſpēdioſam.de iudi. cū ſi.& ſubdit ibi d.Abb.ꝙ do.ſuus do.Cardi. viua voce dicebat,ꝙ Bar.pluries qn̄ debebat cōſulere ſuper aliquo articulo cōferebat cū mercatoribus.& vide qđ voluit Pe. de Anch.in cle.ſi furioſus de homici.vbi dixit,ꝙ ſnia iuſte lata a fatuo valet & tenet, faciat tex.ſingu. in c.ſunt qui opes. xvij.q. iiij. vbi donatio facta eccleſię quodā impulſu mentis & ſine iudicio diſcretionis,valet & tenet,& nō reuocat, & ſi duxerit reuocandā incurrit crimē ſacrilegij.& hoc quia quilibet ſanus & diſcretus præuia rōne & faceret donationē illā. & ſi bene recordor & non fallor illum tex. facit ſingu. Ludo. Roma.in ſingula.

1 *Notarius ſemel de falſo inſtrumento condēnatus,notariatus officium amplius exercere non poteſt.*

Tabellio I.

1 Si notarius†eſt ſemel cōdemnatus de falſo inſtrō,de cætero notariatus officiū exercere nō pōt,iſtud colligit Bar.in l. ſi aliqd. C.de ſuſcepto.& Arch.i.lib.x. vbi ꝓbatur, & eſt caſus,ꝙ non pōt quis exercere officiū,i quo ſemel deliquit,& illū tex. ad hoc reputo meliorē de corpore iuris. faciat.ff. de eden.l.ſi quis ex argētarijs.§.j. & ibi gl. alleg.d.l.ſi aliquid,faciat regula ſemel malus,de reg.iur.li.vj.& c.paruuli.xxij.q.ij.et qđ voluit Inno.in c.cū oporteat.de accuſa, & vide plene per do.meum in legibus. do. Alex.de Imo.in d.l.ſi aliqd.in addi.ſuis vbi pulchre.& vide qđ voluit Pau. de Caſt. in l.ſi manumiſſus.C. de libertis & eor. libe. vbi ponit,virum ſi aliquis in officio ſemel deliquit poterit ipſum officiū exercere. & adde Bal.in d.l.ſi manumiſſus.vbi ponit de doctore virū poſſit amplius examen conſicere.& per Spe.in ti.de inſtr.edic.§.inſtrumentū ergo.verſi. iſ oppo.ꝙ tabellio & .§. reſtat ver.quid ſi tabellio.Inno.in c.fraternitatis. de hæreticis. & vide omnino do. meum in addi.ſuis.

1 *Teſtis deponens rem tanti valere,ſecundum ſuam opinionem an probet.*

Teſtis XVII.

1 An teſtis† probet ſi dicat rẽ valere tantũ ſcdm opinionẽ ſuã? dic ꝙ ꝓbat. iſtud dixit Bar. per illum tex. in l. hi qui, C. de prædijs et omnibus rebus nauicula li. xj. Qđ intelligit eſſe verũ ſi opinionẽ ſuã referat ad cõmunem æſtimationẽ. nã de re quæ non eſt expoſita vænalis non põt fieri æſtimatio per opinionẽ, quæ fit ſecundũ eſtimationẽ rerũ, quæ ſunt in eodẽ loco & hñt eaſdem qualitates vt in l. precia rerũ. & ibi Bar. ff. ad l. fal. & vide notata in l. ij. C. de reſcin. vẽdi. & in c. j. & in c. cũ dilecti. & in c. cum cauſa. de emptio. & vendi. & in c. cum cauſa quæ inter iconomum. de teſti. & tenementi tex. d. l. hi qui, ad hanc. quæſt.

1 *Caſum paſſus debet ſuper eo in loco, vbi illũ patitur, examinari facere teſtes, qui poſtea facient fidem coram competenti iudice, & in hac examinatione nõ eſt opus partem citare, ſi ſit in longinquo.*

Teſtis XVIII.

1 In loco† vbi aliq̃s patiẽ aliquẽ caſum practica eſt, ꝙ faciat examinari teſtes de caſu illo, & illæ probationes facient poſtea fidẽ corã iudice cõpetenti, iſta eſt mirabilis practica quã dat ibi Bar. per illũ tex. in l. ſi q̃s. C. de naufrag. lib. x. Et aduerte mirabile dictũ, ꝙ in tali examinatione non eſt neceſſe partem, citari quæ forte multũ ſit a longinquo, & ſic põt intelligi l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excuſa. tuto. vbi hẽ quod ſufficit probari caſum ex naturali iuſticia, hoc eſt, ſcdm ius gentiũ, in quo in ore duorũ vel triũ ſtat omne verbũ, non attẽta ſolennitate ciuili, & vide qđ dixit ibi Bar. & Guil. in l. ij. §. quod diximus. ff. ſi q̃s cautio. & ibi Bar. & vide eundẽ in l. cõtumacia. ff. de re iudi. & eundẽ Bar. & Imo. in l. quæſitum. ff. eo. ad idem do. Anto. in c. querelã. de procuratori. per glo. in c. quiſquis. iij. q. iij. per Azo. in ſumma de dila. & per Bal. in l. j. eo. ti. per Spe. eo. ti. §. ſi. ver. In ſumma ꝑ Arch. & Ioan. An. in c. j. de do. & contu. in vj. per Ioan. And. in addi. ad Spe. in ti. de appel. §. nũc breuiter. ver. quid ergo per Cy. & Bal. in l. ſi cũ. glo. in ver. ſanctũ. C. de fi. inſtru. ꝑ do. Ant. in c. ex rõne. de app. ꝑ Ang. in l. fi. ff. de fer. Bar. in l. ſi quis ex argentar. js. §. pe. de eden. & Bar. in l. qui accuſare. C. eo. tit. Et inquantũ dictũ eſt nõ eſſe neceſſe partẽ citari, aliũ caſum vide vt ſcripſit do. meus do. Alex. poſt alios in l. ait ꝑtor. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraũ credi. alios caſus vide per Ludo. Ro. in ſuis ſing. regulariter contra l. ſi qñ. C. de teſti. in c. in nomine dñi eo. ti. & in hoc Lu. Ro. lueret pœnã, quam ipſe ſibi impoſuit, inquantum dicit alios caſus non reperiri. sing. 169

1 *Teſtis dictum aſſerentis ſe recognoſcere aliquem, quia illum tali tempore vidit, valet, & probat.*

2 *Mortui cadauer deformatum quomodo recognoſcatur?*

3 *Equus quomodo recognoſcatur?*

Teſtis XIX.

1 Dictũ teſtis† aſſerẽtis ſe recognoſcere aliquẽ, q̃a vidit illũ, qui tali tẽpe fuit in ſtudio, & eius faciẽ inſpexit, valet & probat vt in l. cũ in diuerſis. ff. de religio. & ſum. fu. ne. iſtã ſolẽnẽ practicã probat tex. ſcđm Bar. ibi in l. ſtigmata, C. de fabricẽ. li. xj. ſed pone ſecundum eũ ibi prout de facto acci-
2 dit, inuenitẽ homo mortuus† cuius facies eſt adeo deformata & deuaſtata, ꝙ per eã non põt cognoſci, certe deueniendũ eſt ad alia ſigna, vnde ſi teſtis dicat: recognoſco, ꝙ eſt talis ex tali cicatrice, quã habet in aliqua parte corporis, ꝙ talis teſtis recte ꝓbat, caſus eſt in d. l. ſtigmata. facit etiã ꝙ alia ex iſtis ſignis ſeu ſtigmatibus recognoſcantur. Et ideo inoleuit conſuetudo ꝙ equi & multa alia aĩalia ſignẽtur certis ſignis, q̃bus reco-
3 gnoſcantẽ. Et qualiter† recognoſcatẽ equus vide in l. iij. C. de frumẽ. Alexã. li. xj. & iſta vt quotidiana, menti cõmenda. Adde ẽt ſecundũ do. meũ do. Alex. de Imo. in addi. ad l. ſtigmata, ꝙ põt peti exhiberi vt cognoſcatur vt in l. ſi cũ exhibuiſſet. §. j. de publi. & in l. iij. §. ſi quis noxali. ff. ad exhibẽ. & Bar. & Bal. in l. ſi & cauſas. C. ad exhibẽ. Bar. in tracta. de teſte. in ij. colum.

1 *Domeſticus partis licet repellatur a teſtimonio, nõ tamen domeſticus domeſtici partis.*

2 *Iudex ordinarius ſi vt ſuſpectus recuſetur, eius vicarius erit iudex.*

Teſtis XX.

1 Licet domeſticus† partis repellatur a teſti

monio l.ʃi.C.de teſti.c.in literis.eo.ti.cũ ſi. non tñ repellet domeſticus domeſtici partis.fuit ſingulare dictũ Inno.in c. inſinuãte. offi.dele.refert & ſequit ibi do. Pe. de Ancha.& Bal.in l.qui teſtõ.§.quęcunq; añ i.ff. de teſta. & cũ illo dicto tranſit ibi do. Anto.& do.meus do.And.in d.c.inſinuante. ꝓ quo dicto dicit ibi do. meus eſſe caſum quẽ ad hoc reputat ſingu.in l.j.C.ſi qua.prædi. piãte in verſi.vicario cõpetat, vbi probat,
2 ꝙ ſi iudex†ordinarius recuſatur vt ſuſpectus, ꝙ nihilominus vicarius erit iudex.& ſic collige ꝙ licet dñs non poſsit producere familiarẽ ſuũ in teſtẽ & in iudicẽ, tñ poteſt producere in teſtem et in iudicem fratrem ſui familiaris,licet famulus poſsit recuſari, ita colligit do.Pe.de Anch.in d.c.inſinuante,licet quidã Moderni tenuerint cõtrariũ, et reprobẽt dictum Inno.in d.c.inſinuante, per illũ tex.ꝓ cuius contrarij ſolutione vide omnino do.meũ ibi vbi pulchre et ſubtiliter ſaluat,et ſuſtinet dictum Inno.

1 *Teſtator non poteſt aliquem punire propter inobedientiam tertij.*

Teſtator II.

1 Quis†non põt puniri a teſtatore propter inobedietiam tertij.caſus eſt in iure vnicus et ſingu. in l.paterfam lias teſtamẽto.ff. de hære.inſti.quẽ ſic allegauit Bal. in l.j.C.de his quæ pę. no.refert et ſequitur do. meus domi.Andræ.in repeti, c. Raynaldus teſta. in ioannina.

1 *Teſtes produci non poſſunt publicatis atteſtationibus: Et quando contrarium ſit?*

Teſtis XXI.

1 Publicatis †atteſtationibus teſtes produci non poſſunt cle.ij.de teſti.c.fraternitatis. eo ti. authẽ. de teſt.§.ſi vero cum ſi. & hoc timore ſubornationis Limita hanc rõnem non habere locum , ſi producam teſtes excommunicatos ſeu alia inhabilitate impeditos,tunc ego cogor per iudicem eoſdem ad alios poſt didicita teſtificata producere, ita ſing.dixit Inno.in c.auditis, in ſin.de in integ.reſtitu.refert & ſequitur Ludo. Roma, in d.repe.de arbitris. in xix.colum.& ſcribentes in ꝫalleg.locis.

1 *Teſtis vt poſt didicita teſtificata produci poſſint qua cautela vtendum ſit?*

Teſtis XXII.

1 Cautelã nouam habes†quã dat Bal. in l. ampliorẽ.C.de appellatis.ſ.cũ tu poſt didicita teſtificata vis teſtes producere des nomina teſtiũ in ſcriptis iudici, qui ex officio ſuo teſtes repetet. & examinabit, quod vt̃ dubiũ cum cauſa ſubornationis non ceſſet, quod dictum ſi eſt verum eſt mirabile. ſed dato ꝙ ſit verum.quod non puto. Lud.Ro pręfatã cautelã limitat in repe.rubri.de arbi.in xix.col.eſſe verã,qñ iudicis culpa teſtes in prima examinatione non recte examinati fuerũt,ſecus ſi partis, vt dicit Inno. de teſti. c.per tuas.quẽ refert Bal. in l.veluti.ff.de eden.& optime probat tex.ille. Ego adduco Ang.in authẽ de teſte.§.quia vero collatione vij.in iij.col.in ver. ſolutio vbi dixit,ꝙ ſi iudex negligẽtia vel dolo omiſit,& non fecit interrogari teſtes cum interrogatorijs datis a parte, ꝙ poſt publicatũ proceſſum poterunt produci teſtes. & allegauit d.c.per tuas & cõſuluit in facti contingentia do.meus,prout mihi retulit.

1 *Falſum teſtimonium dicens in foro contẽtioſo tenetur de falſo, & de omni damno ex illo contingente. Et an id procedat in foro conſcientiæ.*

Teſtis XXIII.

1 Si aliquis †dixit falſum teſtimoniũ, licet in foro cõtẽtioſo teneat de falſo teſtimonio & de omni damno contingẽte ex illo, & ꝑ conſequens de delicto & omni exitu ipſius delicti,vt voluit gl.in c.presbyterũ de homici.& in c.imputari.de reg.iur.li.vj.& hẽ in c.ſicut de teſti.& eſt caſus peregrinus & melior de iure in c.j.de cuſto. euchariſ. facit quod voluit Bar.in l.furem.ff.de furtis. & Saly.in l.qm̃ multa facinora.C.ad l. iul. de vi pu. Nihilominus in foro cõſciẽtiæ tenetur duntaxat de dicto falſo teſtimonio, & non de omni damno,quod ex illo ſequitur,illud fuit ſingulare dictum Vincen. quẽ oẽs cõmuniter ſequuntur in d.c.j. de cuſto. euchariſ.licet do.meus do.And.diſputandi gratia iſtud impugnet, & ſubtiliter in cap. Raynaldus.de teſt.vbi omnino vide.

1 *Notarius non poteſt cogi reficere inſtrumen-*

tum a partibus deperditum, niſi iurent, calumniæ cauſa non petere.

Tabellio- II.

1 Quando quis† perdit inſtrumentum publicũ ſibi redditũ a notario, notarius non debet cogi reficere, niſi iuret, calumniç cauſa nõ petere, & qđ primũ, inſtrumentũ perdiderit vt probatur in l. cũ plures. ff. de bo. aucto. iudi. poſsi. & ibi per hoc facit quod no. Guil. in Spe. in titu. de inſtru. edi. §. ſed poſtquã ver. ſed nunquid in verſi. vbi aũt. ſed ꝙ fiat copia ex ſimplici iuramento non fit verbis tantũ vt in d. l. ſi plures, ſed probando cauſam aliter põt fieri copia, quotiens opus fuerit vt l. veluti. §. j. & ibi per Modernos. ff. de edendo, quç allegatur pro contraria in d. l. ſi plures. Sed dic ſecũdum Bar. ibi ex noua cauſa fit ſæpius copia, quç cauſa aliter probabitur, quam per iuramẽtum. quod not.

1 *Tutelæ inſtrumentum non valet, niſi in eo, exprimat quòd tutor aget vtilia, & prætermittet inutilia pro pupillo, ſaltem per verba æquipollentia.*

Tutor.

1 Tutor debet† exprimere in inſtrumento tutelç ꝙ aget vtilia & prætermittet inutilia pro pupillo, vnde ſi hoc non exprimaẗ in inſtrumento, non valet inſtrumentũ tutelæ. tex. eſt valde ſing. ſcđm Bar. in l. fin. §. oẽm. C. de admini. tuto. per quẽ tex. dixit ſe caſſaſſe plurã inſtrumenta tutelæ, refert & ſequitur do. meus do. And. in repe. c. Raynaldus. de teſta. in ioan. in xxxiiij char. & pondera illum tex. quia hoc probat quia ibi apponuntur verba neceſsitatiua, & quod præcipitur neceſſe eſt fieri l. j. ff. quod iuſſu. xiiij. q. j. c. quod præcipitur, & quod notaẗ in cle. paſtoralis. de re iudi. cum ſimi. Item quia datur forma citationis, & vbi apponiẗ forma debet adimpleri c. cũ dilecta de reſcri. l. cũ hi. §. ait prçtor. ff. de tranſact. cum ſi. alias eſt actus ipſo iure nullus, prout ꝓbatur in dictis iuribus. nã forma dat eſſe rei l. Iulianus. §. ſed ſi quis. ff. ad exhiben. Et nota ꝙ ſi non exprimatur dicta clauſula, ſed æquipollens valebit, & tenebit ſecundum Bal. in d. §. omnem. quia nil refert quid ex æquipollentibus fiat c. licet ex quadam. de teſti. c. tua. de conſangui. & affini. l. certum. ff. ſi cer. peta. l. in ſumma. ff. de iudi. cũ ſimi. & eo caſu intelligas non eſſe receſſum a forma, cum ſeruetur per æquipollens.

1 *Titulus beneficij quãdo præſumatur ex antiqua poſſeſsione?*

Titulus.

1 Vbicunq; † poſſeſsio eſt antiqua ſeu longa concurrente patientia diœceſani præſumitur titulus beneficij, adeo vt beneficiatus non põt cõpelli edere titulum. ſing. eſt dictum Innocẽ. in c. illud. de præſump. vide Hoſtiẽ. in c. licet Hely. de ſimo. & ſunt duo tex. ſing. in iure ciuili probantes hanc doctrinam l. qui in aliena. §. quod ſi non adierit vbi per Bald. & Ang. & ibi do. meus ff. de acqui. hære. alius tex. in l. filius. C. de peti. hære. do. Car. & do. meus vbi plene de hoc in c. requiſiſti. de teſta. & in repe. rub. de cauſa poſ. & proprie. do. Abb. in d. c. illud, Io. de Ana. in d. c. licet. Hely. & Ioan. de Imo. vide omnino do. meum in dictis locis.

1 *Tacens quando habeatur pro cõtradicente? & quando pro conſentiente?*

2 *Cambij literas recipiẽs, ſi nil dicat, videtur eas acceptare.*

Taciturnitas.

1 In oneroſis, † & maxime in obligãtibus perſonam regulariter tacens hr̃ pro contradicẽte vt notatur in l. filiusfamilias. §. inuitus. ff. de procu. ſecus in re concopiſcibili ſeu honorabili, & commodum afferente vt no. in l. qui patitur. ff. manda. & fuit theorica Innoc. in c. in geneſi. de elec. & habetur per glo. in regula. qui tacet de reg. iu. li. vj. & in c. ſicut. de elec. lib. vj. facit quod hr̃ in glo. c. fi. de procura. & quod plene ſcripſit do. Abb. in c. nonne. de præſump. Tamẽ do tibi pulchrã & ſtupendã doctrinã, nam in cle. j. de procura. habes ꝙ ſi quis ſcienter recipit inſtrumentũ, quo conſtituiẗ procurator, vr̃ tacite ſe obligare ad illud officium, vt eſt ibi tex. notabilis & hoc ideo, quia vltra taciturnitatem interuenit actus poſitiuus. ad idem facit c. ex ore, de his quæ fi. a maior. par. capitu. Et ex hoc cape vnam bonam theoricã, quod vbi tractatur de ꝑiudicio alicuius, ſi vltra taciturnitatem facit aliquẽ actũ, qui vr̃ venire ad probationẽ

actus, vt̃ tunc conſentire, ad hoc bonus tex. in l. filiusfa. ff. ad macedo. & ibi per Bart. quem tex. reputo ad hoc meliorem de cor pore iuris, & vide ibi Ang. qui ad hoc pon-
2 deras illum tex. dicit facere † pro literis cã-bij, quia ſi mercator ſeu campſor recipit literas cambij, & legit & retinet apud ſe, licet taceat, videtur eas approbare & acceptare, & vide quod no. Bar. in l. quo enim. ff. rem ra. ha. & in l. Titius. ff. depoſiti. & doct. præſertim do. meũ do. And. in d. cle. j. & vide do. Abb. in c. ſi. circa ſi. de procu. tene menti, quia quotidianum.

1 *Raptor dicitur etiam qui adit cauſa inferẽdi violẽtiam, licet non intulerit, quia neminem inuenit.*

DE LITERA V.

Vis.

1 Si adeo † domũ tuã cauſa inferendi violentiam cum hominibus armatis, & neminẽ inuenio, licet non intulerim violentiam, ex quo animo inferendi violentiã acceſsi dicor raptor. ſing. eſt glo. inſti. vi bo. rap. in prin. ſecundum Bal. in l. j. C. vti poſ. & mouetur per l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. tu vide caſum pro illa glo. in l. ſi quis ex domo. quem ad hoc ponderauit ibi Barto. & alij ſequuntur.

1 *Vxor tenetur laborare pro hæredibus uiri, ſi ab eis vxori alimenta debeantur. & an filius operari debeat patri?*

Vxor.

1 Vbi alimenta † debentur vxori mortuo marito ab hæredibus, donec hæredes reſtituant dotem ipſi vxori, vxor tenet̃ laborare pro hæredibus, viri, iſta eſt glo. vnica & ſin. & alibi non reperta in l. ſicut. ff. de ope. liberto. quã Salyce Bono. in l. vnica. §. exactio. C. de rei vxor. in verſi. tunc quæro. an infra tẽpus quo alere tenetur &c. reputat vnicam & ſi. & dixit non eſſe alibi: Quam glo. intellige procedere ſecundum Saly. in d. loco, quando alimenta debentur ex diſpoſitione legis, ſecus qñ debent̃ ex diſpoſitione hominis, tũc. n. tenetur p̃ſtare operas hęredibus mariti. & allegat ibi Saly. l. libertus. §. j. ff. de ali. & ci. lega. Et quas operas teneatur p̃ſtare vxor ſuo viro, vide Io. And. in c. literas. de reſti. ſpol. & in c. ad abolendã. de ſi. presby. & doc. ibi eũ ſequuntur. & qđ voluit Bal. i l. ſi vxorẽ. C. de cõdi. inſert. & qđ voluit Ang. in l. in rebus. §. p̃iit. ff. cõmo. & vide celebre cõſiliũ do. mei d. And. incipiens. Mihi vt̃ de aperto iure dicendũ ꝙ hmõi laudũ &c. vbi belliſsime loquit̃ copioſe & ſubtiliter more ſuo. vide qđ voluit Bar. in l. diuortio. ff. ſo. ma. Et an operę mulieris ſint viri vide Lu. Ro. in l. ex diuerſo. §. ſi. ff. eo. & quod legit̃ & notatur i l. ſi mulier. §. ſi. cũ l. ſeq. & in l. ſed ſi vir. ff. de dona. inter vir. & vxo. & voluit beatus Thomas in j. parte. q. xlj. articu. j. & qđ voluit Philoſophus. x. ethicorũ vbi dicit, ꝙ maſ. & fœmina coniungunt̃ non ſolũ propter gñonẽ, ſed pp aliqua domeſtica opera viri & mulieris, & qđ voluit idẽ beatus Thomas in j. parte q. xliij. ar. ij. & iij. & qđ voluit Apoſtolus. ad Corinthios. xj. & qđ legit̃ & nota. in c. hæc imago. xxxiij. q. v. & in c. mulierẽ. & in c. manifeſtũ ea. cauſa. & q. in c. quæcũq;. xxx. di. & Geneſis. ij. Et quid in alijs cui teneantur operari, vide Bal. in l. ſi nupta. C. de nup. Et an vxor debeat ſtare & laborar in domo priuigni, vide Bal. in auth. hoc locũ. C. ſi ſecũdo nup. mulie. & Nic. de Nea. in l. ſi diſceptetur. ff. vbi pupillus edu. debe. & Bar. in l. diuortio. Et quid in filio an teneatur operari patri? vide Bal. in auth. ex teſtamẽto. C. de collatio. & Ang. in cõſi. 29.

1 *Factum a maiori parte collegij, regulariter valet. limitatur, vt hic.*

Vniuerſitas I.

1 Quod fit a maiori † parte capituli, ſeu collegij, ſeu vniuerſitatis, regulariter valet l. qđ maior. ff. ad munici. cap. j. de his quæ ſi. a ma. par. ca. c. cũ inter canonicos. & c. dudũ. c. j. in geneſi. c. cũ in veteri. & c. cõgregato. de elec. cum ſimi. vide tex. no. iuncta glo. & theorica Bart. ibi. in l. quicunq;. C. de omni agro deſerto. li. xj. in ver. conſenſu omniũ. & glo. ibi dicit ſufficere cõſenſum maioris partis, & ibi dicit Bar. illã glo. eſſe vtilẽ ad q. ſtatuti dicẽtis, ꝙ factum per maiores ſtudij non valeat reprobari: qđ verũ eſt ſi ſit factum per maiorẽ partẽ, vt ibi. facit ſin. ſecundũ Nic. de Nea. ibi in l. vbi abſunt. ff. de tuto. & curato. da. ab his. Limita primo non habere locũ vbi tractaretur de reformatione alicuius officialis in ciuitate, quia tunc non eſt ſufficiens maior pars, ſed eſt

opus ꝙ oẽs in vnũ conſentiant, iſte eſt caſus ſing. ſecundum oẽs in authẽ. de defenſo. ciui. §. & ſi quidẽ. ibi dum dicit, cõi conſenſu & nullo reluctante. & illũ tex. allegauit Roma. in repe. Rubri. de arbi. in xiiij. colũ. & Ang. de Peruſio in l. maiorẽ. de pactis & Io. An. in c. cũ olim. de teſti. & ibi do. meus. quod no. pro cõfirmatione rectoris, ſeu alterius officialis. & vide do. meũ in c. fin. de iudi in xiiij. col. vbi dicit, ꝙ quis põt cõfirmari in officio per biennũ, dummodo fiat nemine diſcrepante illorũ, ad quos ſpectet. & dicit eſſe caſum ſing. in d. §. & ſi quidẽ. & refert Ang. in d. l. maiorẽ. & infert id quod ſuperius dixi de rectore. Et hoc intellige procedere de iure cõi, ſecus ſi aliter diſponeret per ſtatuta, vt hoc Bononię: nã vocatus ab vniuerſitate ſcholariũ ad videndum ſtatuta, reperi ſtatutum diſponẽs ꝙ ſufficit maior pars vniuerſitatis. & adde ad hoc Lud. Ro. in ſing. Limita ẽt pdictã regulã ꝙ nõ valet quod fit a maiori parte, vbi tractaretur de reuocatione libertatis in ſeruitutẽ. tex. ſingu. ſcdm Ang. ibi & Rayne. de Forliuio per prius i l. ſi quis hac. §. quotiẽs. ff. qui & a qui. manu. libe. nõ fi. tu vide Lu. Ro. in repe. rubr. de arbi. in xiiij. col. in fin. vbi allegauit illũ tex. pro ſing. ego adduco gl. & qđ volunt ibi ſcribentes in c. cũ olim. de teſti. vbi de hoc vide ea quæ habẽtur in c. cũ oẽs. de conſtitu. Limita ẽt nõ habere locũ, vbi maior vellet aliqd ſtatuere contra illud, qđ iã ſemel oẽs ordinaſſent, ita eleganter dixit Inno. in c. humilis. de maio. & obediẽ. & refert & ſequitur Lud. Ro. in repe. rubri. de arbi. in xv. col. & facit pro ratione iudicio meo c. oĩs res. de reg. iur. l. nihil tã naturale. ff. eo. l. Stichũ aut Pamphilũ. §. naturalis. ff. de ſolutio. Limita etiã, niſi alij vellẽt ſtatuere contra ius, vt dixit idẽ Inno. in c. cũ oẽs. de cõſtitutio. refert & ſequitur Lud. Ro. in d. repe. rub. de arbi. in xv. col. & remittit ſe ad Bal. referentẽ hoc duo proxima dicta in l. fi. C. de auctio. pſtan. & de hac materia per eũdẽ Bal. in l. j. ff. de offi. procon. tene menti. & de materia vide vt plene inſtruaris in d. c. cum oẽs. Adde Ang. in l. exactiones. C. de ſuſcepto. ppoſi. et archa. li. x. cũ tex. dicit oium, & glo. dicit ꝙ ſufficit cõſenſus maioris partis per d. l. qđ maior. quod ſcdm eũ facit ad qõnẽ. plures, ſunt electi fideicõmiſſarij in teſtamẽto, in quo apponitur qđ illud quod fuerit factum per oẽs obtineat firmitatẽ, certe valebit ſi fuerit facta per maiorẽ partẽ, ſicut ſi p oẽs. Itẽ facit ad qõnem, cõpromiſſum fuit i plures vt illud, qđ iudicatũ fuerit per ipſos valeat & debeat obſeruari, certe illud qđ fuerit iudicatũ, obſeruabitur ſi per maiorẽ partẽ fuerit iudicatũ. & vide glo. in c. fin. de re iudi. & Gemi. in c. præſentiũ. de teſti. li. vj. in x. col. in ver. conuentu. & Bar. in l. ſi vni. ff. de re iudi. doc. in c. quia propter de ele. Abb. in c. prudentiã. de offi. delega. Et adde ad prædicta aliã limitationẽ quã ponit Ab. in c. gratũ. in v. col. de poſtu. præla. & vide plene de materia regulã d. l. quod maior. cũ fallentijs ſuis per Barba. & Felyn. in c. cum oẽs. de conſti. Limita ẽt et dic regulã procedere, vbi maior pars in collegio fuerit, ſecus ſi maior ratificauerit extra collegiũ illud, qđ minor dixit, iſte eſt tex. valde ſing. et ſtupendus in c. in cauſis. de electio. quem ad hoc allegauit Bal. in l. per fundum. ff. de ſerui. ruſti. prędio. refert et ſequitur Ludo. Ro. in d. ſua repe. rub. de arbi. in xv. col.

1 *Beneficium eius qui uagatur, & dubitetur an ſit mortuus vel viuat, poteſt conferri. Et plura de vagabundo recenſentur.*

Vagabundus.

1 Si beneficiatus † eſt vagabundus, & tãdiu abſit, et dubitetur an viuat an mortuus ſit, beneficium eius poterit alteri conferri glo. eſt ſing. et alibi non reperta in c. non oportet il ij. de conſecra. diſt. v lti. quã magnifaciũt ibi ſcribentes et in c. ex tuæ. de cle. nõ reſi. Ego addo aliqua ſempiterna digna memoria quo ad vagabundum & primo celebrem tex. in l. quod niſi. §. ex prouincia. ff. de oper. lib. vbi libertus nõ tenetur inſequi patronum vagabundum ad præſtandũ operas. et ibi Nic. de Neapo. inducit ad vaſallum, q tenetur ſeruire dño, ſi incipit vagari per mundum, non tenetur. et vide qđ voluit idem Nico. de Neapo. in l. item illa. ff. de conſtitu. pecu. vbi dixit ꝙ debitor non tenetur inuenire creditorẽ vagabundum, et ſoluere ei debitũ, licet alias ſecus, vt ibi plene notatur, et vide Spec. in ti. de loca. §. nunc aliqua. ver. clxiiij. vbi dixit ꝙ ſi emphyteuta cępit vagari per mundum priuatur emphyteuſi, quẽ refert Bal. in authen. ſi quas ruinas. C. de ſacroſan. eccle. et vide quod voluit tex. in l. libera peculij adminiſtratio. ff. de pec. vbi ſi dominus cõceſſit liberã adminiſtrationẽ peculij ſeruo, qui incipit vagari, ꝙ intelligitur finita eius adminiſtratio, quia hr̃ pro mortuo faciat gl. d. c.

non oportet. et adduco glo. in c. cum tu. de vſur. quã glo. reputauit ſingu. do. meus do. And. ꝙ licet vſurarius teneatur præſtare vſuras illi, a quo extorſit, illud eſt verum, ſi nouit vbi habitat, ſecus ſi ignorat vbi ſit creditor, puta qa vagaret per mundum, qa tunc non tenetur inquirẽdo vagari. et adduco gl. in c. vnaquæq;. xiij. q. ij. quæ dixit, ꝙ vxor non tenetur ſequi virum vagabundum, quã glo. fecit ſing. Ioan. de Imo. in rub. ff. ſolu. ma. licet per errorẽ allegauerit glo. in c. Ebron ea. cauſa et qõ. et ita retulit mihi viua voce, et in cathedra do. meus in c. cum tu pręalleg. et in c. iij. de rap. Et inquãtum Ioan. de Imo. allegat gloſ. ſingu. in d. c. vnaquæq;, ego allego aliam in c. de illis. de ſponſa. et in c. ſi quis neceſſitate ineuitabili. xxxiij. qõ. ij. et in c. j. de coniug. lepro. et iſtæ tres glo. latuerunt Io. de Imo. inquantã allegauit gloſ. in d. c. vnaquæq;. pro ſingulari. Adde quartã glo. in c. j. qui matri. accu. poſ. Limita cẽs has glo. niſi ſcienter mulier duxiſſet in virum aliquẽ hiſtrionẽ qui ſolet vagari, quo caſu tenebitur ſequi virum ita dixit glo. in d. c. vnaquæq;. et in d. c. ſi quis. et vide quod voluit Bar. in l. mæuia. §. vxore. ff. de annuis lega. et ſcribentes in d. rub. et Io. de Imo. in d. l. cum dotẽ §. ſi maritus. ff. ſolu. matrimo.

1 *Actus geſtus collegialiter ab habilibus et inhabilibus ſuſtinetur propter habiles, fallit in tribus caſibus.*

Vniuerſitas II.

1 Regula eſt, quod † actus geſtus ab vniuerſitate, in qua fuerunt aliqui inhabiles, etiã ſi ſint præſidentes, non inficitur pp intereſſentiam illorũ inhabiliũ. Valet ergo actus geſtus collegialiter ab habilibus et inhabilibus, et ſuſtinetur actus ꝓpter habiles. iſte eſt tex. melior de corpore iuris, et alibi non ita bene probatur ſecundum do. Abb. in c. fin. de procura. optime faciat quod voluit Bal. in c. j. §. ſi autem. in ti. de cõtro. inueſt. et quod voluit Ang. conſi. j. retuli ſupra in alio notabi. i. Fallit in tribus caſibus, de quibus in d. c. fi. Et intellige tertium caſum ſecundum do. Abb. ibi procedere, vt diſtinguitur ibi per eum.

1 *Vocem habens nomine proprio, & nomine alieno, an poſſit illas diuidere.*

Vox.

1 Habens † vocem nomine proprio, & nomine canonici, an poſſit illas voces diuidere in diuerſas? vr̃ primo quod ſic: quia ex quo ſubſtinet vices plurium debent cenſeri iure plurimorum, vt in c. cum olim. de re iudi. Contrarium tenet Vin. in c. quamuis. de offi. deleg. vbi dicit, ꝙ delegatus principis ſi procedit nomine proprio, & nomine ſui collegæ non potuit ferre diuerſas ſentẽtias. & mouetur per tex. fin. in c. pe. de elec. lib. vj. vbi probatur primum dictum, & ſic extendit c. quamuis. Et ratio eſt, quia qua conſcientia putat aliquid iuſtum noĩe proprio debet cenſere iuſtum nomine conſocij ſeu ſubdelegãtis, & refert & ſequitur eum d. Abb. in d. c. quamuis, & tex. in d. c. pe. allegauit pro ſingulari Lud. Rom. in ſing. nulla tñ mentione facta de Vincẽ. in d. c. quãuis.

1 *Votum factum ante ingreſſum religionis; an diſſoluatur per ingreſſum de voluntate Abbatis.*

Votum.

1 An votum † factum ante ingreſſum religionis diſſoluatur per ingreſſum de voluntate ſuperioris. ſ. Abbatis? Scis ꝙ vota obligãt quem Deo, vouete & reddite c. ſi Chriſtus. de iureiur. c. magnę de vo. ſed ſuperior nõ debet poſſe tollere obligationẽ Deo q̃ſitã. Tu dic ꝙ contrarium eſt verum. ſin. eſt gl. ſecundum Ludo. Ro. in nota. xx. q. iiij. c. monaco. Sed ego allego aliam in c. noluit. xxxiij. q. v. quod do. Abb. in c. ſcripturæ. de vo. intelligit verum in voto religioni non conſono. nam ſi prius vouiſſet dicere pſaltertum, vel quid ſimile non putas hoc tolli per ingreſſum religionis, quod no. pro limitatione pręallegati dicti, & pro limitatione eius qđ legit & no. in d. c. ſcripturæ. ſic Lud. Ro. in prælleg. notabili ſubdit ꝙ diſſoluitur votum per matrimonium contractum accedente conſenſu alterius cõiugis, & allegat gl. ſingul. in d. c. noluit. Sed dic ꝙ non eſt opus allegare gl. quia tex. ibi ꝓbat, & vide Abb. in c. peruenit. il ij. de iureiurã.

1 *Venditio facta ab Abbate de re vnius conuẽtus ſibi non ſubditi ſed tantum de eius mẽſa, an poſſit reuocari?*

Venditio I.

1 Abb.vendidit † rem vnius conuẽtus ſibi ſubditi, quæ eſt alterius conuentus, an poſſit reuocare illam venditionem? dic quod nõ.gl.eſt in l.grauiſsimum,C.ne fiſcus rem quam vendidit euincat li.x.Quod intellige verum ſecundum Bar.ibi qñ illi duo conuẽtus erant de menſa Abbatis, ſiue abbatiæ. tunc enim talis error non attenditur, quia idem iuris eſt, ſiue ſit vnius conuentus, ſiue alterius.arg.l.quod ſi dubitetur.ff.de acqui ren.hære.Sed ſi non eſſet de menſa,tũc non poſſet vendere ſine conſenſu rectoris conuentus ſibi ſubditi, vt in cle.j.de reb.eccle. non alie.& ideo ſi venderet tanq̃ alterius, talis error uitiaret. Quod ſemper intellige ſi in venditione fuit adhibita debita ſolẽnitas,alias ſecus.faciunt ea quæ habentur in c.ſuper.de rebus eccle.non alie,quod legitur & not.in cle.frequens.de exceſ. præla. & per Moder.in l.ſi vacantia.C.de bon.va can.in addi,ibi in eadem l.ver.quæro.

1 *Verbum,non valeat,an intelligatur,ipſo iure? Et quid de verbo,non poteſt?*

Non ualeat.

1 Verbum † non valeat an intelligat' ipſo iure? dic ꝙ qñ lex ſimpliciter dixit,nõ valeat,intelligitur ipſo iure,vt in l.ſi quid. & ibi Bart.C.de canon,frumenta.li.xj.& in l. nõ dubium.C.de legi.Qñq; lex dicit nõ ualeat,ſi per te aliquid fuerit factum vel commiſſum,& tũc intelligitur ope exceptionis vt in l.vniuerſa.C.de p̃ci.impe.offe. Quod facit ad ſtatutum diſponens,ꝙ ſi contrahentes non ſoluant gabellã infra octo dies,contractus non valeat, quod intelligitur ope exceptionis,vt dixit Bar.in l.ſi ita quis.§.ſi ea lege.ff.de verb.obli.& vide ibi Moder. & vide notata in c.in nomine dñi, de teſti. & in d.l.nõ dubium.quod ſing.no. Sed pondera an hoc ſit verum per illam dictionem negatiuam appoſitam verbo valeat, ſicut dicimus qñ præcedit verbo poteſt, vt eſt gl.in c.j.de reg.iur.li.vj & voluit d.Abb.in c.j.de cau.poſ.& proprie.& in c.j.de teſti. cogen.& Bar.in l.Gallus.ff.de liber.& poſthu.Sed d.Abb. in c.nõnulli.§.ſunt & alij. de reſcrip.in verſicu.non valeat, dicit poſt alios,quod illa verba,non valeat, ex quo ſunt futuri temporis,& non præſentis, non inducunt nullitatem ipſo facto iuxta theoricam gl.in regula in pœnis de reg. iur.li.vj. & vide plene per eũdem d.Abb.& do.meũ de materia.in c.ſi diligenti,de fo.compe.& per gl.& Bar.in l.in criminali,C.de iuriſd. om.iudi.ad idem allegat d.Abb.in d.§.ſunt & alij.tex.optimum iuncta glo.& Bar.in l. vniuerſa,C.de preci.impe.offe.vbi per verbum,non valeat,non inducitur nullitas ipſo facto. & ad hoc tenebis ſemper menti.d. c.nonnulli. cum d.l.vniuerſa & theoricam Bart.in d.l.ſi quis. Vide quod voluit do. Abb.in c.in nomine dñi,in vlt.no.de teſti. De hoc verbo non valeat in fine vide glo. & Inno.in clem.diſpendioſam.in verbo valeat.de iudi,& vide Bal.in c.cum ordinem. in viij.col.de reſcrip.ꝙ qñ iure reperit' hoc verbum,non valeat,& nihil vltra cauetur, intelligitur per ſententiam,quia cum ſuper hoc debeat cognoſci, ergo & pronuntiari ar.C.de preci.impe.offe.l.vniuerſa &c.

1 *Frumentum quanti valeat,inſpicitur quanti vendi poteſt in loco fori publici, non alibi. & ibi de valore rei probando.*

Venditio II.

1 Quantum † frumentum valeat, vel aliæ res venales,nunquam debet inſpici, niſi in loco publici fori,& quãti ibi vendi potuiſſet,vnde ſi res poteſt vendi multo plus,vel multo minus alibi,ſed nõ in foro debemus locum fori inſpicere,& ſic conſiderare debes æſtimationem ſecundum locum publici fori.caſum habes peregrinum & expreſſum ſecundum vnam lecturam,quam ſequitur ibi Bar.in l.ſeptem.C.de erogat.mili. anno.li.xij.quod nota pro his,quæ notãtur in l.pretia rerum.ff.ad l.falci.& in c.cum dilecti.& in c.cum cauſa.de emptio.& vend. & c.cum cauſa quæ inter iconomum. de teſti.cum ſim.adde alium tex.quem Bar.non ponderauit, quia non fuit bonus canoniſta in c.j.de emptio.& ven.ibi non carius vendat q̃ in mercato vẽdere poſſunt. & ita ibi dicit d.Pe.ꝙ debet inſpici locus,vbi res vẽditur,nõ pretium loci, de quo eſt vendens, & licet forenſes et peregrini non ſortiantur forum in loco l.hæres abſens.ff.de iudi. tamen poſſunt ſe iuuare conſuetudine loci in rebus emendis.idem Pe.in d.c.cũ cauſa. il ij.vbi de materia de teſtib. de valore rei probãdo, vide Bar.i l.fi.C.de nauicu.li.xj. & in l.j.§.ſi hæres.ff.ad Treb.& in l.ſi ſeruus.ff.de condi.furti.

1 *Veſtes hiemales quo tempore debeatur, & quo tempore æſtiuæ?*

Veſtis.

1 Pro ſalario famulis † promittuntur ueſtes hiemales, & veſtes æſtiuæ: quã & in quo tẽpore debẽtur ſibi tales veſtes? dic ꝙ veſtes hiemales debent fieri calẽdis menſis ſeptẽbris, & debent durare vſq; ad calendas mẽſis Aprilis. & veſtes æſtiuæ a calendis menſis Aprilis vſq; ad calendas menſis Septembris, caſum habes in l. j. C. de mili. veſti. lib. x j. et ibi Bar. qđ dicit eſſe notãdum pro familiaribus, quibus promittuntur veſtes hiemales & æſtiuæ. & ſequitur Roma. ſingulari dcij.

1 *Fructuarius rem naturaliter poßidet, ius tamen vſusfructus quaſi poßidet ciuiliter, & naturaliter.*

Vſusfructus.

1 Licet fructuarius † rem naturaliter poſſideat vt in l. naturaliter. ff. de acqui. poſ. tñ ius vſusfructus quaſi poſsidet ciuiliter & naturaliter, adeo ꝙ dicitur quaſi poſſeſſor iuris gl. eſt ſing. ſecundum Bart. ibi in l. cum a te. §. deiectum. ff. de vi & vi arma. meliorem gloſ. habes ſecundum eundem ibi l. ait prætor. §. item ſi. ff. ex qui. cau. maio.

1 *Venditiones plures dicuntur, ſi plures res vno pretio emantur, & dictum ſit, tantũ pro vna, & tantum pro alia.*

Venditio III.

1 Licet plures † res ſint emptę vno pretio, tamen ſi ſit dictum tantum pro vna, & tantum pro reliqua, plures dicuntur venditiones glo. eſt ſingul. in l. ediles. in verſicu. vno pretio ibi pro vno, i. vnico facto ex pretio ſingulorum, ff. de edil. edic. quam reputauit ſingu. Bart. in q. incip. publicanus de publicanis. pro quo vide tex. l. cum duo ſerui. ff. de in diem adiec. faciunt ea quæ habentur & not. in l. cum eiuſdem. & in d. l. ediles. ff. de edi. edict.

1 *Error communis facit ius in dependentibus a iuriſdictione, ſecus in dependentibus ab ordine, ſeu in ſacramentalibus.*

Additio.

Ad limitationes datas ad l. Barbarius. ff. de offic. procon. quas poſui in litera B. not. incip. error cõis. adde aliam ſing. limitationem, quam ponit d. Abb. in c. apoſtolicam. de presby. non bapti. vbi dixit, quod cõmunis † error facit ius. Hoc intellige verum in dependentibus a iuriſdictione, ſecus in dependentibus ab ordine, ſeu in ſacramentalibus. in his enim attenditur veritas, non opinio. facit quod no. glo. in c. dudum. il ij. de electio. quod no. in c. nihil. & in c. quod ſicut. eo. titu.

Expliciunt ſingularia per do. Anton. Corſetum Siculum vtriuſq; iuris doctorem peritiſsimum.

SVBTILISSIMA SINGVLARIA SIVE NOTABILIA DICTA EXIMII IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS

D. Matthæi Matheſilani Bononienſis: Additionibus D. Ioannis Baptiſtæ de Caſtilliono Genuenſis: & Do. Gabrielis Saraynæ Iuriſconſulti Veronenſis nouiſsime decorata.



Q V V M fluxiſſent annorum curricula ab orbe creato, ſepoſitis elementis, quę in unum Chaos erant immixta, ſex millia ſexcētum & octo, Iulias quarto nonas, Indictione ſecūda: Ego Matthęus de Matheſilanis de Bononia Iuris Vtriuſq; doctor minimus, Cum peſtifera contagione ciuitas noſtra laboraret: rogātus a meo dilectiſsimo cognato D. Cambio de Zābecchariſs, viro alti cordis, & ꝓfūpię excellētis: necnō inſtigatus ꝑcibus & ſuaſu delitioſi viri, nobilis & egregij, Vatinijq; melliſluentis ocellos allicičtis ad ſe D. Petri Girodæ de Caſabria: vrbe diſcedens ad oras me tranſtuliſſem Polytici Caſtri: a præſtantiſsimis dominabus, & virgunculis gratioſis cognominati, Paradiſus Illuſtrium Dominorum: Ib: q: continue trahere tempus incaſſum: ſumpſi onus prę eligendi aliqua notabilia dicta, merito Singularia nominanda, ex varijs iuris voluminibus & lecturis. Sunt autem multum vtilia & decora, quæ (Deum teſtor) ea didici pro magna parte a ſingulariſsimis legum profeſſoribus poſt meum aſſumptum gradum: & dum ad prætoria Præſidis & Epiſcopi noſtri aduocando acceſsi. His ergo pręfatis, aſſumpto nomine Dei noſtri, almę Mariæ, beatorum Petronij & Proculi: Floriani & Ambroſij Patronorum et protectorum Bononię vrbis almę, ex qua oriundus ſum, incipio.

* A D D I T I O. Quū fluxiſſent &c. diem quartū Iulij anni 1409. deſſignat, quo tempore ipſe Matthęus Bononiæ florebat, ibiq; maxima ac dira peſtis ſæuiebat. Quēadmodum enim Magiſter Hiſtoriarū, Euſebius, Oroſius, Beda, Auguſtinus, Marianus, Marcus & Gerlandus in Chronicis aſſeruerant, ab initio Mundi vſque ad Chriſti natiuitatem 5199. anni fluxerunt: Quibus

ſi anni Domini 1409, addant, annos 6608. efficient: & hæc eſt Agiographorum receptior opinio. Quamuis Albumaſar & Alphonſus Rex in eorum Eris temporum ab ipſis in annorum numero valde diſſentiāt. Quoniam ſi Albumaſarem audiamus, inter Adæ creationem, & noctem diei Veneris, in quo fuiſſe cataclisma nonnullis rationibus affirmat, anni 2227. præteriere. Et ex Alphonſi Regi, ſententia inter diluuium & Chriſti incarnationem anni 3102. interceſſerunt: Qui omnes ſimul iuncti ad annos 5328, aſcendūt. Vnde inter has duas temporum Eras maxima eſt differentia, ſiquidem Albumaſaris & Alphonſi Era ab initio mundi vſque ad Domini ortum deducta, ſacrorū ſcriptorum Eras 129. annis ſuperat. Sed prior opinio eſt tenenda, cū & concurrat Indictio ſecunda hic allegata: quæ Albumaſaris & Alphonſi Regis calculatione attenta eſſet octaua, non ſecunda anni dñi 1280. Et ꝙ ipſe Matthæus de dicto tpe floruerit, innuere vī Catellianus Cotta in ſuis memora. vbi de Iuriſperitis tractat. Quis vero locus ſit tempore peſtis pro domicilio eligendus, late, quod ad Iuriſcōſultum pertinet, tradit Ioannes Franciſcus Ripa in ſuo tracta. peſtis in vltima parte in prin. in quo tractatu omnem peſtis materiā cumulauit. Gabriel Sarayna Iuriſconſultus Veronenſis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ſi ſit tabellio poteſt in cauſis breuioribus acta, & ſententiam ſuam ſcribere, eique plena datur fides.*

2 *Probatio per vnum teſtem idoneum in cauſis breuioribus plena probatio eſſe intelligitur, neque ad iuramētum neceſſarium deueniri neceſſe eſt.*

3 *Fama in cauſis breuioribus vim plenæ probationis habere videtur.*

1 PRIMO, nota, quod in cauſis bre-
1 uioribus, ſi iudex † ſit tabellio, poteſt ſcribere acta, & ſentētiam ſuam: & plena fides ei attribuitur, vt per Bar. in l. iubemus. il ij. §. ſane ſi hæc. C. de ſacroſan. eccleſi. Et ſic debet limitari quod nota. Innoc. in c. cum a nobis. extra de teſti. vbi videtur tenere cō-
2 trarium. Nota, quod † in caſibus, ſiue cauſis talibus breuioribus probatio per vnum teſtem idoneum intelligitur plena probatio eſſe, & ſic non eſt neceſſe deueniri ad iuramentum neceſſarium: Et ſimiliter fama
3 † videtur habere vim plenæ probationis. l. vbi. C. de iur. do. Et hæc regula videt eſſe de mente Bart. in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. & do. Ant. de Bu. in c. venīēs. il j. extra de teſti. & c. j. extra de appel.

* ADDITIO. Primo nota.) Vere id ſingulare dici poteſt, nam contrariū prima facie dicendum videretur, primo quia acta ſcribi debent de mandato iudicis, vt per Abb. in c. quoniam contra. de proba. & per Bal. in authen. quæ ſupplicatio. colum. j. verſi. & licet. C. de precib. impe. offer. vbi allegat d. c. quoniam contra. licet generalis commiſsio ſufficere videatur. Et nemo ſibi ipſi poteſt committere, cum & committentis, & commiſsi ſeparata eſſe debeat perſona. Secundo, quia vulgata iuris regula eſt, ꝙ quis duplici munere fungi nō poteſt, nec eodē tempore duorum ſuſtinere perſonam l. ſi. C. de aſſeſſ. ff. de offi. aſſeſſ. l. pen. & ff. ad munici. l. libertus. §. præſcriptio. & in authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. illud. & in l. hac parte. & ibi glo. C. de proxi. ſacro. ſcrini. & in l. penul. §. illi. C. de agenti. in reb. & l. eos. C. qui mili. poſ. li. xij. At vero quæ actorum appellatione veniant, Bal. in l. interrogatam. C. de liberali cauſa, dicit, ꝙ quicquid eſt factum in præſentia iudicis etiam non in figura iudicij, actorum nomine continetur, & proprie dicuntur ſcripturæ, quæ coram iudice fiunt, ſecundum Bal. in l. illud. in verſic. actorum. C. de ſacroſan. eccle. & ſic etiam venient quæ fiunt ante litis conteſtatio. Proprius tamen acta dicuntur poſt litem conteſtatam, ante vero præparatoria iudicij appellantur. Signate vero expreſsit autor, ꝙ etiam ſententiam ſcribere poteſt, quia apud doctores maxima eſt controuerſia, verum actorum appellatione ſententia veniat, vt plene per Fely. & Cano. in d. c. quoniam contra. & ibi Deci. col. v. nume. 15. de proba. Quod tamen in cauſis breuioribus iudex ſi ſit tabellio poſsit ſcribere acta, tenuit Bal. in authen. niſi breuiores. C. de ſenten. ex pericu. recit. vbi infert ꝙ iſti iudices villarum in cauſis breuioribus poſſunt eſſe iudices & notarij: qđ etiam dixit Bar. in d. §. ſane ſi hæc. hic allegat: de quo tamen videndus eſt Barb. in cōſi. lix. col. vij. vol. j. & conſequenter talis iudex notarius poterit ſcribere & legere ſententiam, vt per Bal. in l. cum ſententiam. C. de ſentē. Eodem modo ſibi credetur, ſi ip-

ſe partes citauerit, propriamq; relationem ſcripſerit argu. eorum quæ ſcribit d. Anto. de But. in c. j. de iudic. & ibi Ioan. de Imol. Licet alias vni teſti non credatur quantumcunq; magna dignitate præfulgeat l. iuriſiurandi, C. de teſtib. pro quo facit d. c. cum a nobis. & ibi glo. in verſi. vnius. de teſti. vbi non creditur iudici deponenti de eo, quod fecit, cuiuſcunque ſit autoritatis, quem etiã ad hoc põderat Iaſ. in l. ſi quis eum. §. ſi abſens. nume. 10. verſi. ego teneo contrarium. ff. ſi ex noxal. cau. agat. & dubium ſit an ſi iudex faciat aliquam commiſsionem notario, ipſe idem notarius poſsit eam ſcribere, & ſibi credatur, de quo per Bar. in l. ex ſententia. col. j. verſi. induco iſtam legem. nu. 3. ff. de teſta. tutel. & per Areti. conſi. xxxvj. col. penul. Alex. poſt Ang. in l. ſciendum. ff. de verbo. obliga. Iaſo. in l. ij. in vj. col. in vj. limita. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. Fely. poſt Hoſtien. in d. c. quoniam contra. colũ. xxiij. verſic. ſecundo quæro. & col. xxvij. verſi. quarto quęro. de probatio. Ioan. And. in reg. cum quid vna via. de reg. iur. in mercur. & Bal. in d. l. iuriſiuran. C. de teſti. & in l. iudices. C. de fide inſtru. & in l. fi. §. j. C. de iure delibe. qui in hoc articulo inter ſe valde diſſentiunt, quorũ tamen opiniones concordat Saly. in l. apud eloquentiſsimum. C. de fide inſtru. & do. Anton. in d. c. quoniam contra. aliiq; allegati per Alex. in addit. ad Bart. in d. l. ex ſententia. ff. de teſta. tutel. in addit. ſuper ver. aliquo actu. Et licet Bar. in l. ſeruus communis. la j. verſic. quæro, pone q aliquis. nume. 2. ff. de ſtipula. ſeruo. dixerit, q iudex qui ſit notarius non poſsit ſcribere geſta corã ſe, quia tractatur de alterius præiudicio, ſed alium adhibere debet per d. c. quoniam contra. & d. c. cum a nobis. & ibi per Innocẽ. niſi eſſet ſtatutum vel cõſuetudo ciuitatis, vel caſtri in contrariũ, quia tunc illi ſcripturæ ſtaretur. ar. l. j. C. de emancip. libe. & dicit videri expreſſum in c. cum dilectus. de fide inſtru. Tamen id intelligi debet in cauſis grauioribus & arduis, non in vilibus, vel breuioribus, in quibus de minimo præiudicio agitur, & ſtricta iudicij forma, aut ordo non obſeruatur, ſed ſummarie, & plerunq; ſine ſcriptis proceditur, vt in clemen. ſæpe. de verbo. ſig. nec in eis litis conteſtatio requiritur, vt per Spec. in titu. de lit. conteſta. §. quando autẽ facienda ſit. nu. 4. verſi. quid de breuibus litibus, nec publicatio teſtium eſt neceſſaria niſi petatur, vt tradit idem Matthæ. infra ſingula. xxxviij. & facit quod in ſimili tradit Iaſo, in l. ex quacunque. in prin. nume. 3. ff. ſi quis in ius voca. non ier. per ea quæ tradit Inno. in c. dudum. in glo. ſua. in verb. conteſtatione. de elec. vnde nimirum ſi in his ſecus ſit, Et ita in cauſis grauioribus procedant ea q̃ ſupra in principio in contrarium facere dixi, nam iudicis & notarij ſeparata debet eſſe pſona, & oportet acta ſcribi de iudicis cõmiſsione, hoc procedit in grauibus cauſis, vbi de maximo partium pręiudicio agẽtur, in quibus ſtrictus iuris ordo eſt ſeruandus, nõ in breuioribus, in quibus agitur de minimo præiudicio, & ita ſentit Bar. in d. l. ſeruus communis. la j. verſi. quæro pone, nume. 2. ſupra alleg. Nec ſimiliter obſtat, q quis duplici officio fungi non poteſt, nam tunc id procedit, quando officia ſunt prorſus diuerſa, ſed hæc officia non ſunt diuerſa, quia circa idẽ tendunt, ergo &c. & ita in terminis reſpondet Bar. ſi modo Bar. fuit, q ſup tribus libris C. ſcripſit, in l. cõperimus. in fi. C. de proxi. ſacro. ſcri. vbi in terminis infert, q ſi iudex qui erat tabellio ſcripſit omnia acta coram ſe facta, q ex ipſis pronunciare poteſt, & ſententia lata valet, nec impedit hic fungi duplici officio, q̃a circa idem tendũt, pro quo dicit facere l. his quidem. C. qui milit. non poſſ. libr. xij. & extra de conſuetu. c. ij. & de præben. c. cum ſingula. lib. vj. de quo latius per Are. in c. ex litteris. col. iij. de probatio. Et quemadmodũ iudex ſi ſit tabellio in dictis cauſis poteſt acta ſcribere, ita & econtra Tabellio idem poſſe videtur, cum, vt dicit Innoc. in d. c. cum a nobis. de teſtib. ipſi notarij dicantur de iure communi iudices, quamuis iuriſdictionem contentioſam non habeant, ſed ſolum volũtariam, & ij aliquibus in locis, vt in Thuſcia, chartularij iudices vocẽtur, vt per Nicol. Boer. in. §. vj. in glo. j. de iuriſdi. om. iudi. libr. conſuet. Biturig. Qui tamẽ in cauſis breuibus habent etiam cõtentioſam iuriſdictionem, & quemadmodum in his verbo ſuo creditur, ita & eorum ſcripturæ ſecundum Bar. & Pau. de Caſt. in d. l. iubemus. ij. in. §. ſane ſi hæc. ante fin. & tradit do. Nicola. Boer. in aurea deciſio. ſua ccxxij. col. pe. nume. 15. Et an ob id, vel ob autorita. ſibi a ſtatuto conceſſam talis notarius poſsit facere præceptum guarentigiæ tradit Ange. & Imo. in l. ait prętor. in prin. ff. de re iudi. poſt Bar. in l. poſſeſsio. §. & ſi poſſeſsio. ver. quęro quid ſi procurator. nume. 3. ff. de acquir. poſſeſ. & in l. non fatetur. ff. de confeſſ. & in l. error. col. fi. verſi. & eodem modo. nu. 10. C. de iuris & fact. igno. Rom. conſi. lxxxvj.

& Bald.conſi.xxij.in fi.vol.ij.cauſæ autem viles, vel breuiores dicuntur cauſæ valoris quinque aureorum, vel vſq; ad duos aureos, vt in l.ſi oleum.cum l.ſeq.ff.de dolo, vt tradit Bar.in l.diuus.ff de bo.damna.vel quæ ſunt decem aureorum, vt ff.ſi cui plus ꝙ per leg.falcid.l.ij.§.quamuis. vel quinquaginta arg.C.de defen.ciui.l.defenſores, & l.ſummam.ff.de recuſa.vel a centum aureis infra ſecundum Bal.in l.ij.in iij.col.C.de pedan.iudic.vel ccc.aureorum,vt in authen.de defenſ.ciuit.§.& iudicare.&.§.audient. Vel verius hoc committitur arbitrio iudicis inſpecta qualitate perſonarum & locorum.arg.l.ſed & ſi ſuſceperit.§.ij.ff.de iudic.& l.j & l.mela.§.fi.ff.de alimen.& cib.lega.& tradit Spe.in titu.de iuram.delatio.in prin.col.j.verſi.nota igitur.nume.3.cauſa enim decem librarum inter aliquos eſſet magna & inter aliquos cauſa centum florenorum eſſet parua,vt dicit Bart.in l.admonendi.col.penul. nume.54.verſi.ſed eſt aduertendum.ff.de iureiuran.& Bar.in d.authen.niſi breuiores.C.de ſenten.ex pericu.reci.& in d.l.diuus.& ſentit Specu.in titu.de iuriſdi.omni.iudi.§.j.nume.xxxvj. ver.& breuiter nota. hic.vbi dicit ꝙ tria ſunt genera cauſarum aliæ infimæ, vt quæ ſunt infra ſummam ccc.ſolidorum, & pro illis poteſt quilibet magiſtratus adiri, vt in authen.de defenſo.ciuit.d.§.& iudicare,& d.§.audient.& ff.de offic.eius cui manda.eſt iuriſdi.l.j.aliæ ſunt mediæ,vt quæ prędictã ſummam excedunt, & pro illis adiri debet preſes prouincię,vel delegatus ab eo,quando ipſe eſt impeditus l.placet.C.de pedan.iud. Aliæ maximæ,vt quæ ad merũ pertinent imperium, & pro illis adiri debent rectores prouinciarum vt ff.de offi.præſid.l.illicitas.§.qui vniuerſas. & in d.l.placet.§.non ita. non autem delegati ab eis, vel magiſtratus municipales l.ea quæ.ff.ad municip.niſi in caſu,cum contingit præſidem abeſſe ſecundum eundem Specu.in titu.de iudi.delega.§.fi.verſicu.item ꝙ eſt legatus. Et ꝙ in his cauſis breuioribus probatio per vnum teſtem idoneum,vel per famam plena probatio intelligatur tenet etiam Rom.in ſingul.ccj.incip.item quæro,an vnus teſtis cum fama,vbi per doctrinam Bar.in d.§.tormenta dicit, ꝙ in his quæ ſunt leuis præiudicij fama probat, licet ibi contrariũ teneat in probanda exceptione excommunicationis obiectæ in vim dilatoriæ. Idem etiam tenet Hippol.de Marſi.in l.de minore.§.plurimum quoque, col.xij.nume.54.verſic.modo tu potes dictis per eum.ff.de quæſtio.Bal.& Imol.in l.fi.ff.de hære.inſti.Abb in c.j.de poſtul.præla.et tenet Guliel.de Ludo in ſingul.xxvj.incip.textus eſt ꝙ vnus teſtis.per l.Theopompus.& ibi gl.in fi.ff.de dote prælega.Et notandum eſt, ꝙ licet negotium principale in ſe ſit magnum, tamen ſi illud ſuper quo principaliter agitur eſt parui præiudicij,cauſa cenſet̃ parui præiudicij,exemplum in iudicio ſuper reſtitutione dotis propter vergentiam mariti ad inopiam, certe licet dos ſit magna in ſe, cognitio tamen,& lis dicti articuli vergendi ad inopiam, eſt parui præiudicij, & ideo fama plene probat vergentiam ad inopiam,ita dixit Ioan.Bapt.de ſancto Seue.in repeti.l.admonendi.in xviij.char.in iij.col.in verſi.nona concluſio.ff.de iureiuran.per not.per doct.in d.l.vbi adhuc.C.de iure dot.hic alleg.& per Moder.in l.ſi conſtãte.ff.ſolu.matri.& per Canon.in c.fi.de iureiuran.& tradit Hippol.in d.§.plurimum quoque.nume.54.& Socin.in fallen.regul.clxxxvij.incipi.fama cum vno teſte.in iiij.fallen. Et aduertendum eſt, ꝙ cum dicatur hic in eiuſmodi cauſis vnum teſtem idoneũ plene probare videtur dicendum, ꝙ talis teſtis idoneitas ſit probanda per doctrinam Ang.in l.vel necare.ff.quemadmo.teſt.ape.vbi dixit, ꝙ vbicunq; optima opi.teſtium eſt cauſa inductiua plenę probationis, quæ alias plena non eſſet, tunc de optima opinione ipſorum teſtium eſt articulandum,& probandum quod etiam dixit idem Ange.in l.j.§.ſi quis neget.ff.eo.titu.quem refert & ſequitur do.Alexan.in conſil.lxxij.inci.in cauſa vertente in iij.col.vol.j.& do.Bartho.Cæpol.in conſi.crimi.lviij.eram.in vltima col.verſi.poſtremo.cum alijs pleniſsime adductis per Hippol.de Marſi.in l.ſi quæ quæſtio.colum.vj.nume.136.verſicu.& ad hoc allegaui.ff.de quæſti.& tradit Tho.Gramma.conſi.crimina.xxxv.numero 38. Et iudex repellit teſtem etiam ſi non petatur ſi ex actis appareat eum non eſſe idoneum,vt per Nicol.Boer.deciſi.cccxxj.numero.4.& facit quia iudex ex officio tenetur ſe informare de conditione teſtium, vt per Thom.Gamma.deciſio.xiv.nume.14.& teſtis idoneus dicitur, qui eſt omni exceptione maior. Gabri.Saray.

1 *Probatio per famam, vel per vnum teſtem videtur habere vim plenæ probationis in iudicijs poſſeſſorijs, in quibus de leui præiu*

dicio agi dicitur: Et ideo opus non eſt ad iuramentum neceſſarium deuenire.

2 Nota, quod in iudicijs poſſeſſorijs dici-
1 tur agi de leui præiudicio. Et ideo † probatio per famam, vel per vnum teſtem videtur habere vim plenæ probationis: & hæc ſenſit Bar. in l. j. C. quorum bo. & in l. ij. §. fi. C. vbi in rem ac. & ſic non eſt neceſſe deuenire ad iuramentum neceſſarium: licet Barto. videatur ſentire contrarium in l. admonendi. ff. de iureiuran. in vlti. char. & in extrauagan. ad repri. in verbo. ſummarie &c.

ADDITIO. Nota ꝙ in iudicijs &c. Ad iſtud dictum vide etiam Barto. in l. momentaneæ. C. qui leg. perſo. & mag. meum in l. admonendi. hic alleg. col. xxv. & in repe. eiuſdem. l. admonendi. col. lxxxv. verſi. dictum eſt ſupra. & col. cviij. circa fi.

* Quotuplex ſit iudiciũ poſſeſſorium, dic ꝙ triplex in. §. ſequens. inſtit. de interdict. declarat gl. in c. paſtoralis. de cau. poſ. & proprie. & per Alber. de Roſa. in l. fructus. nu. 3. ff. de rei vendi. Et an addendum ſit quartum videlicet iudicium conſeruandæ poſſeſsionis. l. iij. §. miſſum. ff. de carbo. edi. & l. j. C. eo. an vero includat ſub interdicto retinendæ, tradunt Ludo. Ro. & Alex. in d. l. j. C. ad carbo. & poſt eos Ripa in fin. rubr. de cau. poſſeſ. & proprie. in xij. q. num. 54. Sed quo ad ꝓpoſitũ de quo hic p Matth. dic ꝙ. Poſſeſſorium duplex eſt, ſummarium, & plenarium, vt dicunt Bal. & Paul. de Ca. in l. ordinarij. col. penul. & fi. C. de rei vendic. & Paul. de Caſt. in conſi. v. in antiquis. Poſſeſſorium ſummarium illud appellat quod principaliter ordinatur ad finem, ne lite pẽdẽte ſuper proprietate, vel poſſeſsione partes veniant ad arma, cum quælibet pars ſe poſsidere prætendat. Et dicitur iudicium ſummarium, quia natura negotij exigit vt ſummarie procedat cognoſcatur, & ordinetur, & ſolum affert præiudicium lite pendẽte, & donec plenius fuerit cognitum, vel aliter ordinatum, eſtq; tanquam præparatorium ad finem alterius iudicij inſtitutum, & aptitudine momentaneum, ideo non requirit plena probatio, ſed ſummaria ſufficit: Et in iſto poſſeſſorio ſummario modici temporis et conſequenter cenſura iuris modici præiudicij, argu. l. ſi debitori. de iudic. procedat quod dixit Bar. in d. l. j. C. quorũ bono. & in d. l. ij. §. fin. C. vbi in rem actio. ꝙ ſufficiat ſummaria probatio, & Deci. in l. ſi. in iiij. notab. C. de edic. diui Adri. tollen. & in conſi. lvj. cclij. & dclxiij. & Cur. Iun. in d. l. admonendi colum. antepen. & Deci. in l. carbonianum. nume. 2. C. de carbo. edict. Spe. in titu. de teſta. §. ij. Corne. conſ. clxxij. in fi. nume. 24. volu. ij. & conſi. j. nume. 26. vol. iij. Gozadi. conſi. xij. col. ij. numero 11. verſi. quibus tamen non obſtantibus. Aliud eſt poſſeſſorium plenarium, quod ordinatur ad finem & effectũ perueniendi ad ſententiam diffinitiuam ſuper petitorio, in quo principaliter diſputatur de iure partium, ſeu de proprietate, & vim perpetuam obtinet, vt poſſeſſor in poſſeſsione remaneat, & defendatur, donec altera pars egerit, & obtinuerit in petitorio l. exitus. ff. de acquirẽ. poſſeſ. & quia hoc perpetuum affert præiudicium donec pro altera parte cognitũ, & pronuntiatum fuerit ſuper proprietate, dicitur plenarium iudicium, & in eo ordo iudicij requiritur, & ita procedant quæ ſcribit Bart. in d. l. admonendi. hic alleg. & ibi Cur. Sen. & in d. verſic. ſummarie. & Deci. in c. edoceri. col. iij. de reſcrip. & in c. cauſam quæ. col. ij. de iudi. & Matthæ. de Affli. in deciſio. Regni. cclxxiij. vbi dicit ſacrum conſilium regiæ maieſtatis fuiſſe in hac opinione, & ꝙ non ſufficiat ſemiplena probatio, nec vnus teſtis. vel fama, quam etiam opini. tenet Alex. in conſi. clxxxvij. ad fin. vol. vij. dicens magis communem opinionẽ eſſe hanc, ꝙ in iudicijs poſſeſſorijs non ſufficiat ſemiplena probatio, ſed neſcio vnde tunc collegerit, ꝙ illa ſit communis opi. cũ Cur. Senior in d. l. admonendi dicat, ꝙ oẽs vſq; ad ſua tẽpora contrariũ tenuerint. Idẽ etiam tenet Ripa. in l. ij. ff. quorum bon. circa fi. Et hæc vere fuit diſtinctio Bar. ſi recte inſpiciatur in d. ver. ſummarie. & in d. l. ij. §. fi. in prin. C. vbi in rem actio. Fely. in c. veniens. il ij. col. iiij. de teſtib. & Ludo. Gomes ſuper regula cancellariæ de non tollẽ. tur. quæſt. in v. q. quam etiam poſtremo tenuit do. Hiero. Cagno. in l. in pari cauſa. nume. 7. ff. de regu. iur. Et vtrum in iudicijs poſſeſſorijs ꝓcedatur ordinarie ponit Bal. in l. j. in princ. C. de ſerui. in ver. in text. ibi more ſolito. Et adde Bald. in l. præſcriptione. col. xiij. C. ſi contra ius vel vtilit. publi. qui dixit, ꝙ licet regulariter requirat probatio plena, tamen vbi concurrit fauor ꝓbantis, & modicum præiudicium ſufficit iuramentum l. iij. §. duæ. ff. ad carbo. & Alex. in additio. ad Barto. in d. l. j. C. quorum bono. Et ſtatutũ prohibens appellari in cauſa poſſeſſorij quomodo intelligatur tradit Areti. conſil. cvj. Et inquantum dicitur hic, quod in eiuſmodi iudicijs vnus teſtis, vel

fama plene probat, adde Deci. idem tenentem. in c. j. de appel. & in c. cum causam. colum. ij. versi. tertio non videtur. de probat. & conſi. lvj. in princi. Quod tamen videtur intelligendum, niſi contrariū probetur, per notata per Paul. de Caſt. & Alex. in l. ij. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxa. cau. aga. & per Bal. & Alexan. in l. j. C. de re iudi. & Bald. in l. qui accuſare. apud finē. C. de eden. et in c. j. ſi de inueſti. inter domi. & vaſal. lis oria. facit l. j. C. ſi aduer. liber. l. ſi tutor. in fi. C. de peric. tu. l. contra negantem. in fi. C. ad l. Aquil. & l. j. et ibi Saly. C. de reb. cre. Ang. in l. diuus. ff. de teſta. mili. & in l. qui vas. in prin. ff. de fur. l. qui bona. §. damni. et ibi Ioan. de Imo. & Alexan. ff. de dam. infect. Pau. de Caſt. in l. fi. ff. de præto. ſtipu. Abb. in c. propoſuiſti. in prin. de probatio. Pet. de Ancha. in c. canonum ſtatuta. de conſtitu. & facit quod dixit Alexan. in conſi. xvj. ij. col. vol. v. ꝙ ſtatutum priuilegians probationem factā per famam in fauorem communis, intelligitur, niſi contra illam famam ſit probatio in contrarium, ſeu facta ſit probatio de contraria fama. Imo videtur dicendum ꝙ ſi contrarium probetur, ſententia lata probatione ſolius famæ, debet retractari per tradita ꝑ Innocen. in c. tua. de cohabi. cler. & mulier. Angel. in l. j. C. ſenten. reſcin. non poſ. Bald. in l. diuus. ff. de teſta. mili. Alex. in l. qui bona. §. quidam. ff. de dam. infect. pro qua opi. facit, quia veritas excludit opinionem c. veritate. & c. qui contenta. viij. diſt. & c. quicunq;. lxxxj. diſt. & c. nuper. de bigamis. facit tex. in c. per tuas. qui filij ſint legi. & ibi do. Anto. ſumme commendat, probatio autem per famam eſt probatio opinata, quæ poteſt habere in ſe ſimulationem conſtito de veritate, & opinio & ſimulatio cedunt veritati. Fama aūt hinc inde probata data paritate terminorum habetur pro nō probata ex utraq; parte Bal. in l. j. in v. q. C. de teſta. Alex. in cōſi. cxliiij. vol. ij. Bal. in l. ſacroſancti. in fi. C. de ſacroſan. eccleſ. & in l. ea quidem. C. de probat. et tradit Gozadin. conſi. viij. nume. 48. Et in materia famæ quando plene probet, & quando ſemiplene, late tradit Soci. in reg. clxxxvij. in verbo fama cū vno teſte. Deci. cōſ. cccccxxvij. nume. 2. Fulgo. in conſil. clxiij. in princ. nu. 2. & Deci. in c. veniens. il j. de teſtib. Alex. in conſil. ccxij. viſis & diſcuſsis ſcripturis. vol. ij. & conſi. lxx. in cauſa vertente. col. ij. & conſil. lxxxiij. viſo themate ſupraſcripto, col. ij. volu. iij. & conſi. xx. in cauſa appellationis, iij. colum, et conſi, xxv, in cauſa vertente. & conſi. cxvij. viſo proceſſu cauſæ vertentis. volu. iiij. & plene per Hippo. de Marſi. poſt Bar. in l. de minore. §. plurimum quoque. ff. de quæſtio. & Moder. poſt Bar. in d. l. admonendi. & quomodo probetur fama tradunt Moder. Pataui. plene in repe. l. ſi. ff. de quęſtio. poſt Bar. ibi, & Tho. de Piper. in ſuo tracta. de fama. & habetur per Albe. in l. teſtium. ff. de teſti. Et vide notata per Fulgo. conſil. cxlv. incip. quoniam plurimæ. per totum vbi plene tractat an & quando fama faciat ſemiplenam probationem: & an iuramentum in ſupplementum probationis debeat deferri reo, vel actori: & an a delatione iuri poſsit appellari, vel a ſentētia ſuper mero poſſeſſorio: & an credatur iudici aſſerenti ſe detuliſſe iuramentum ex cauſa. & an tale iuramentum poſsit deferri ante, vel poſt ſententiam. & an valeat ſententia lata ſub conditione ſi pars iurauerit infra certum tempus? Et adde ꝙ tunc probatio per famam etiam in poſſeſſorijs admittitur, quādo probatio per veritatem fieri nequit, alias ſecus, vt colligitur ex notatis per Albe. de Roſa. in l. quæcunque. numero 4. ff. de publicia. & ex his quæ ſupra dicta ſunt. Item id procedit, quando fama eſt legitima, vt quę ortum habeat ex legitimis præſumptionibus, & indicijs præcedentibus, vt plene per Bar. in l. ſi conſtante, in j. ij. & iij. q. & ibi Ripa poſt alios. nume. 27. ff. ſolu. mat. quod & in cauſis breuioribus, & modici præiudicij procedit, vt per docto. in locis ſupra allegatis, & apertius in terminis declarat do. Amadeus de Caſtello in ſuo tracta. de ſyndic. ſin ver. in eo, de eo, & ſuper eo, ꝙ fama publica præcedente. col. ij. verſi. ſed poſito ꝙ ſit probata fama. nume. 55. Sed an & quando probationes factæ in iudicio ſummario faciant fidem in plenario tradit late Socin. in fallen. in regul. ccclxxxvij. incip. probationes facta in iudicio ſummario. Gab. Sar.

1 *Iudex ſi reum ad centum conuentum, in nonaginta quinque condemnet, cumque a quinque abſoluat, dicatque Victum victori in expenſis condemno, an talis expenſarum condemnatio, tanquam incerta, ſit ipſo iure nulla, & quid ſi dixerit: Victos victoribus &c.*

3 Nota, quod ſi actor petiuit centum, & iu-
1 dex † cōdemnauit reū in nonagintaquinq;

& abſoluit a quinq;: & poſtea dixit, Victū victori &c. iſta condemnatio expenſarum, vt incerta, eſt ipſo iure nulla, ex quo vterque eſt victor & victus: hoc tradit᷑ per Bar. in l. ſi legatario §. fin. ff. de fideicom. lib. Secus forte ſi dixiſſet: Victos victoribus &c, quia tunc eatenus, quatenus vnus vicit, alter, qui eſt victus, eſt ſibi condemnatus in expenſis; & econtra ipſe eſt condemnatus alteri, quatenus alter vicit ipſum ar. ff. de rei vendi. l. quæ de tota. de quo tñ dubito.

ADDITIO. Not. ꝙ ſi actor &c. Adde ꝙ dictum Bar. in l. ſi legatario. hic alleg. ſequitur Imo. in l. iudex poſteaquam. in v. col. ff. de re iudic. & Lud. in d. l. j. eo. ti. Bal. in c. j. de plus peti. Saly. in l. j. in vlt. q. C. de plus peti. magiſter meus in l. errore. col. v. ver. quid autem. C. de teſta.

* Poteſt dici ꝙ videatur condemnaſſe pro rata, pro qua quilibet vicit, cum participiū reſoluatur in verbum & relatiuum, vt not. glo. in clemen. j. de præ. & Bart. in l. j. ff. de condi. & demon. & ſic dum dicit victum victori, intelligitur dixiſſe illū, qui eſt victus, et qui vicit in expenſis condemnamus. Et conſequenter intelligitur dixiſſe quatenus vicit, & quatenus eſt victus iuxta not. in l. ſtichus qui meus erit. ff. de lega. j. & ideo cū ex tenore ſententię appareat pro qua rata vicerit, & pro qua eſt victus, ſatis redditur certa ſententia per l. ait prætor. §. j. ff. de re iudi. Et ideo quatenus concurrit quantitas vnius cum quantitate alterius poterit fieri compenſatio, et reſiduum exigi: & ſi ex toto eſſet æqualitas, nihil poterit exigi, facit quod habetur in l. cum pater. §. antepenul. ff. de lega. ij. Vnde conſueuit etiam practicari ꝙ in caſu prędicto, quando vna partium in parte vicit, & in parte eſt victa vtraque abſoluitur ab expenſis, facit quod habetur in l. generaliter. §. his de pręſentibus cū ſua glo. & ibi no. per doctor. C. de rebus credit. Nec ob. d. l. ſi legatario. §. fi. & ibi Bar. quia reſpondetur vt per do. Ioan. de Imo. in d. l. iudex poſteaꝗ̄. col. j. in fi. ver. ſed hic inſurgit dubium quem etiam ibi ſequitur d. Alexan. in fi. addens idem etiam tenere Bal. in l. terminato. col. fi. C. de fruct. & litis expen. & in authen. generaliter. col. vj. verſi. iuxta hoc quæritur. C. de epiſ. & cle. & adde Ro. in l. j. ff. de re iudi. Et ꝙ quando vnus obtinuit in vno, & alius in alio, vel etiā in vno eodemq; capitulo pro parte obtinuit vnus, & pro parte ſuccubuit alter, mutua debeat fieri compenſatio, ita ꝙ neuter alteri teneatur, intelligendum eſt, quando taxatio expenſarum facta fuit per iudicem ad inſtantiam vtriuſque partis, in ſingulis capitulis, in quibus quilibet obtinuit ſententiam, & victoriam, & ſi expenſæ ſint æquales, ſecus autem vbi alter fuiſſet ſolicitus ad faciendū taxare pro parte ſua, & alter fuiſſet negligens, quia nunquam fecerit taxare, nā tunc ille qui fecit taxare, habebit expēſas, alius non, cum de liquido ad non liquidum non poſsit fieri compenſatio l. fin. C. de compenſa. & per Alexan. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. xiij. ff. de verbo. obligat. Item vbi expenſæ in vno articulo eſſent maiores ꝗ̄ factæ in alio, in quo obtinuit aduerſarius, tunc non fiet compenſatio, ſed condemnabitur aduerſarius in eo, in quo expenſæ alterius partis factæ ſunt plures compenſatis reliquis expenſis in articulo in quo obtinuit aduerſarius, & ita determinat Bal. in d. l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ. & tradit Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in fin. vbi de expenſis tractat. nume. 13. verſi. quæro vlterius iudex. Sed Saly. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iudi. tenet ꝙ retentis terminis Bart. in d. l. ſi legatario. §. fi. ſolus actor ſit condemnādus in expenſis, quia reo licitum eſt negare totum propter partem indebite petitam. ar. l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. de quo tamen videndus eſt Bart. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. oblig. & in l. ſi quis cum totū. ff. de excep. rei iudi. in prin. & Bar. & docto. in l. qui inſolidum. ff. de lega. ij. & Sal. pro eius opi. allegat l. j. cū gl. in ver. diſpēdio. C. de plus peti. dic vt ibi ꝑ Saly. in vlt. q. & iſtud placet Ang. Are. inſti. de pœ. tem. liti. i. §. hec autem oīa. col. ij. nu. 4. ver. quid ſi vnus vicit, pro quo allegat glo. in l. cum quædam puella. §. fin. ff. de iuriſdi. om. iudi. Dictum Bar. in d. l. ſi legatario. §. fi. videtur intelligendum quando condemnatio expenſarum eſſet incerta quo ad perſonas, ſecus ſi quo ad expenſas. arg. c. cum dilecti. in fi. de dolo & contuma. & in c. auditis. de procur. c. j. de ſequeſt. poſſeſ. & fruct. prout notat Alexan. in addit. ad Bart. in d. §. fina. Adde ꝙ expenſa facta in cauſa principali, in qua reus obtinuit, compenſatur cum expenſa facta in cauſa appellationis, in qua ſuccubuit, vt per Pau. de Caſt. in primo ſuo ſingul. & Guid. Papæ ſing. xc. incip. expenſa per glo. in d. l. generaliter. §. in ſe autē. in verſi. diſpendij. C. de iuretur. Gab. Sara.

1 *Creditores, & legatarij an agere poſſint actione perſonali contra inſtitutum in vſu*

fructu hæreditatis vel omnium bonorum, alio hærede vniuerſali, pure, vel ſub conditione inſtituto?

2 *Actio perſonalis non datur contra debitorẽ, vel illum, qui eius perſonam repræſentat.*

3 *Hæres ſemel non poteſt deſinere eſſe hæres.*

4 *Creditores ante Senatuſconſul. Trebellianũ, poterant ſolum agere contra hæredem, nõ autem contra fideicommiſſarium vniuerſalem, quia debitoris perſonam non repræſentat.*

5 *Vſusfructuarius hæreditatis, vel omnium bonorũ qua forma ad onera hæreditatis præſtanda teneatur? Et quomodo caueat hæredi, de eo indemne a creditoribus conſeruando?*

6 *Hæres vniuerſalis poſt mortem vſusfructuarij inſtitutus niſi poſt mortem vſusfructuarij hæreditatem adire poterit.*

7 *Creditores agere volentes, hæreditati curatorem dari faciẽt, ſi hæres vniuerſalis poſt mortem vſusfructuarij omnium bonorum fuerit inſtitutus.*

8 *Intellectus l. controuerſia. ff. de tranſact.*

4 Nota, quod ſi teſtator inſtituit vxorẽ hæredem in vſufructu omnium bonorum: & poſt mortem vxoris inſtituit hæredem Titium, vel aliquem locũ pium: poterunt † creditores & legatarij agere contra vxorem, & ipſa poterit agere contra debitores hæreditatis, et poſſeſſores rerum hæreditariarum. vt notat Bar. in l. fi. ff. de vſufruc. le. Secus forte eſſet ſi pure inſtituiſſet hæredẽ Titium, vel locum pium: quia tũc in vita vxoris actiones actiue, & paſſiue competũt inſtituto vniuerſali & cõtra ipſum. l. quotiẽs. C. de hæred. inſti. & ſic de facto pronunciauit d. Roger. de Peruſio cum eſſet poteſtas Bononiæ: & in hac forma limitauit dictum Bart. Contra hoc vltimum tamen multum facit l. controuerſia. ff. de tranſac. Item quia non videtur poſſe aſsignari bona ratio diuerſitatis inter hunc caſum, & dictum Bar.

2 Ego verius puto, ꝙ indiſtincte agere † non poſsint actione perſonali creditores & legatarij contra inſtitutum in vſufructu hæreditatis, vel vſufructu omnium bonorum, alio inſtituto hærede vniuerſali pure, vel ſub conditione, puta, poſt mortem vſusfructuarij. per regulam l. quotiens. C. de hære. inſti. Item per rationẽ, quia actio perſonalis datur ſolum contra debitorem, vel illum, cuius perſonam repræſentat. l. j. §. ſi hæres. ff. ad Treb. ſed inſtitutus in vſufructu, vel hereditate omnium bonorum non repræſentaret perſonam debitoris, nam ſi repræſenta-

3 ret, quia † eſſet hæres ſemel, non poſſet deſinere poſtea eſſe hæres. l. et qui ſoluendo. ff. de hære. inſti. Item pro hoc facit ratio, quia

4 videmus, ꝙ † antequam fuerit introductũ Senatuſconſultum Trebellianum poterant creditores ſolum agere contra hæredẽ, non autem contra fideicommiſſarium vniuerſalem, quia non repræſentat perſonam debitoris. l. j. §. ſi. ff. ad Trebel. & inſtit. de fideicommiſſ. hære. §. & in Neronis. Nec ob. id quod no. Bart. in l. fi. ff. de vſufru. lega. quia reſpon. ꝙ dictum ſuum ſic debet intelligi,

5 ꝙ † is, cui relictus eſt vſusfructus totius hæreditatis, vel quotæ hæreditatis, vt dimidiæ, teneatur ad onera præſtanda hac forma, videlicet, quia hæres tenetur ſibi tradere & cõſignare omnia bona, velut quotam dimidiam non deducto ære alieno, ipſe vero legatarius debet cauere de conſeruando hæredem indemnẽ a creditoribus. Non autem debet intelligi, ꝙ creditores poſsint directa via conuenire ipſum legatariũ inuitum arg. l. ſi quis ſeruum. §. fin. cum l. ſeq. ff. de lega. ij. & l. iij. C. de pact. et facit pro hoc tex. in ſimili inſtitu. de fideicom. hæredi. §. poſtquam ſenatus. Et aduertendum eſt, ꝙ

6 eo caſu, quo † quis eſt hæres vniuerſalis inſtitutus poſt mortem vſusfructuarij, non poterit ipſe adire, niſi poſt mortem vſusfructuarij, vt l. j. ff. de condit. & demon. & ideo

7 oportebit, ꝙ † creditores volentes agere, faciant interim dari curatorem hæreditati, ſiue bonis, contra quem agant l. ſi quis [illegible] hæres inſtituatur. ff. de hæred. inſti. [illegible]

8 de cura. bon. dan. Nec ob. præ[illegible] l. controuerſia. ff. de tranſac. quia reſpondetur, ꝙ ibi ponit caſus ſpecialis, quando duo erãt, quorum vnus cõtendebat ſe eſſe hæredem ex teſtamento, alter ab inteſtato, & tranſegerunt, taliter quod quilibet eorum haberetur vt hæres pro dimidia: nam tunc propter incertitudinem toleratur, quod creditores poſsint quemlibet eorum conuenire pro dimidia. ſed in propoſito caſu non cadit talis dubitatio, nam inſtitutus in vſufructu hæreditatis, vel omnium bonorum alio hærede inſtituto vniuerſali, non poteſt con-

3 tendere ſe eſſe hæredem vniuerſalem ex quota aut ex teſtamento, vel ab inteſtato,

vt ſatis patet ex prędictis ergo &c.

ADDITIO. Nota ſi teſtator inſti tuit &c. Ad hoc vide Bald. conſil. cl ix. in v. parte incip. vſufructuarius an teneatur ſoluere debita. & Pau. de Caſt. in conſil. incip. In Chriſti nomine i cauſa quæ vertitur Bononiæ. Alex. in addi. ad Bar. in l. fi. hic alle. dat quamplures remiſsiones ad illud.

Onus ſatisfaciendi creditoribus non ſpectat ad vſumfructuarium omnium bonorũ, licet Bar. in d. l. fi. ff. de vſufru. lega. contrarium dixerit, nam contra Bart. eſt communis opinio, vt dicit Alexand. in l. ſi filio. §. ſi vir in quinquennium. col. iij. ff. ſolu. mat. & patet ex his quæ idem Alex. tradit in l. vſufructu. ff. ad l. Falcid. & ſequitur Deci. conſi. ccccccxxxvj. in cauſa quę agitatur col. v. num. 13. & in conſil. ccccccxc. vbi plene per totum. Quod docto. in locis prædictis generaliter procedere dicunt, vſq; adeo, vt nec ad ſolutionem legatorum talis vſu-fructuarius teneatur, ut plene notat idem Alexan. poſt Pau. de Caſ. in d. l. vſufructu. circa fin. & in conſi. xij. col. penul. verſic. ad tertium vol. ij. & Pau. de Caſt. in lectu. Bononien. & Alex. in l. deducta. §. qui poſt. col. ſi. nume. 3. ff. ad Treb. Pro quo vide quæ late habentur in appoſiti. ad Bar. in d. l. fin. & Soci. in l. j. in prin. col. j. ver. colligo tertio & ibi Iaſon in ij. lectu. col. iij. ff. ad Trebel. Et non teneatur nec ad debita, nec ad legata diffuſius conſulendo tenuit per multas rationes Gozadi. conſi. xciiij. incip. an illuſtriſsima. col. v. verſ. aggreſſor quod dubium nume. 22. Vide tamen Ang. Areti. inſtitu. de vſufru. in §. conſtituitur. col. fi. verſic. quæro ſi relinquitur. nume. 3. qui videtur tenere vſuſfructuarius omnium bonorum teneatur ad debita hæreditaria per d. l. fi. vbi Bar. ff. de vſufru. lega. & per notata per Bal. in l. j. C. vſufru. quod etiam videtur ſentire Ripa in l. j. in prin. in iiij. notab. ff. ad Trebelli. dum reſpondet Socin. Sed tu dicas eorum dicta poſſunt intelligi quando vſuſfructuarius omnium bonorum ſoluerit tanquam procurator proprietarij. arg. l. j. §. fi. cum l. ſeq. ff. de oper. noui nuncia. Vel dato poſsit cõueniri a creditoribus, illud eſt forte, quia, ex quo deducendum eſt de legato vſuſfructus omnium bonorum, vt eſt text. in d. l. vſufructu omnium bonorũ. ff. ad leg. Falci. cenſeatur ei a teſtatore iniunctum ipſe ſoluat, & ita in terminis Bar. in d. l. fin. ſtatuit Corne. conſi. cxcv. incip. circa quod licet prima. col. ij. verſ. ſed quia vniuerſalis. volu. iiij. Ipſe tamen vſuſfructuarius omnium bonorum habet exercitium omnium actionum hæreditariarum, & exigere poteſt a debitoribus hæreditarijs, nam videtur habere mãdatum ab ipſo proprietario circa ea, quæ cõcernunt res, in quibus conſtitutus eſt vſuſfructus l. j. §. fin. cũ l. ſeq. ff. de ope. no. nuncia. & hoc voluit Fran. de Albergo. de Are. in l. vxori vſumfructum. ff. de vſufru. lega. quod dictum refert & ſequitur Soci. in conſi. cxxxj. in præſenti cõſultatione. col. vij. in prin. Pe. de Anch. conſi. iij. in prin. nume. 2. & tradit Deci. conſil. ccccxviij. viſa & iterum lecta notula. col. iij. in prin. num. 7. & 8. Item plura alia poſſunt adduci, quæ colligit Capit. deciſione clxxxiiij. in fi. Gab. Saray.

1 *Depoſiti notorij contractus adeo eſt fauorabilis, quòd executionem meretur, ſicut ſententia, vel confeſsio in iudicio facta, vel iuramentum conuentionale, aut iudiciale, vel laudum emologatum, ſecus ſi depoſitum notorium non ſit.*

5 Nota, quod contractus depoſiti eſt in tantum fauorabilis, quod † meretur executio-
1 nem, ſicut ſententia, vel confeſsio facta in iudicio, vel iuramentum cõuentionale, vel iudiciale l. poſt rem. ff. de re iudi. vel laudũ emologatum. l. cum antea. C. de arbi. & de depoſito probatur. C. depo. l. pen. vbi Bart. hoc tenet. Hoc tamẽ debet intelligi, quando depoſitum eſt quodammodo notorium, vt quia de eo apparet publicum inſtrumentum, vel apparet publica ſcriptura atteſtationum teſtium, qui fuerunt recepti ad perpetuam rei memoriã in aliquo ex caſibus iure permiſsis, facit quod no. in ſimili. C. de edic. diui Adri. tollen. l. fi. & per Barto. in l. creditores. C. de pig. Alias autem non haberet executionem, quia requireretur libellus, & lit. conteſta. & poſt litem conteſta. examinarentur teſtes vt in c. quoniam frequenter. extra vt lit. non conteſt. & hanc limitationem dedit d. Roger. de Peruſi.

ADDITIO. No. contractus &c. Adde dictum quod Matthę. hic attribuit Rogerio fuit Ang. in l. penul. C. depoſ. vbi formaliter dicit quod licet inſtrumentum depoſiti habeat executionem paratam per illum tex. in verſ. illico. & ibi Bar. tamen ſi de depoſito non conſtat per publicam ſcripturam, ſed per teſtes opus eſt eos examinare lite conteſt. pro tanto dixit Bar. in l. ſi vj. col. verſ. procedo vlterius, C. de edic. di.

ui Adri.tollen.ꝙ ſi teſtamentum non eſt re-
dactum in ſcriptis ceſſat beneficium illius
l.quia non adeſt illud notoriũ quod ſit iudi
ci ex inſpectione ſcripture de quo loquit̃
illa lex.Et eſt neceſſe ꝙ priuati teſtes exa-
minentur & publicentur iuxta l.publicati.
C.de teſta. & cum illa ſcriptura publicata
practicabit̃ illa lex.Sande.plura ponit quæ
ſatis faciunt in propoſito allegando Mat-
thæ.hic.in c.ſicut.col.iij.de re iudi.Concor
dat cum iſto dicto Alex. in l.fin.xij.colum.
verſi.in eadem glo.in fin.C.de fideicom.vi
de allegata per eum.

✠ Depoſiti contractus maxime eſt priuile-
giatus, tria enim eius priuilegia ponuntur
in l.penulti.C.depoſi.aliud ſingulare poni-
tur in l.ſi hominem.§.quotiens.ff.depoſiti.
aliud etiã eſt,ꝙ non poteſt ei opponi exce
ptio non numeratæ pecuniæ l.in contracti-
bus.§.j.& ibi Bal.C.de nõ nume.pec.quod
ibi limitat Bal. niſi fieret fraus de cõtractu
ad contractum. Et an priuilegia depoſiti
omittat depoſitũ irregulare tradit late poſt
alios Curt.Iunior in l.ij.in prin.col.iij.ver.
ſed hic cadit neceſſaria.nume.15.ff.ſi certũ
peta.vbi etiam ponit an depoſitum confeſ-
ſionatum habeat priuilegia depoſiti,et in l.
j.col.iij.verſic.colligunt etiam,nume.15.C.
de eden.de quo vide Bal.in conſi.ccxlv.li.
ij.Pau.de Ca.conſi.clxij.in antiq. Bal.in cõ
ſi.cccxxxij.vol.iij.Corne.conſil.lxj.col.xj.
vol.iij.Soci.conſ.cxliij.col.ſi.vol.j. Pau.de
Caſt.in conſi.viij.viſo.& Iaſo.in l.ij.ad fin.
prin.vbi Moder.Taurinen.ff.ſi cer.pet.&
Cagno.poſt Deci.in l.cõtractus.in iij.char.
nume.20.ff.de regu.iur.& dixit Deci.in d.
l.j.C.de eden.in iij.notab.vbi addit, ꝙ vbi
depoſitum expreſſe non reperitur priuile-
giatum in eo ſeruari debet ius commune,
quia diſpoſitio generalis etiã includit per-
ſonas & caſus priuilegiatos,vt no.Bal.in l.
in fraudem.§.ſi.per illum tex.ff.de teſta.mi
lit. quod tamen declaratur, vt per eundem
Deci.conſi.v.& in l.j.ff.de reg.iur.& in l.j.
C.vnde libe. Et qua exceptione,vel conuẽ
tione poſsit depoſitum retineri nec depo-
nenti reſtitui tradit Pet.de Anchar.conſil.
ccclx.ex ſerie pacti.in prin.& plenius Gui
li.Mayner.in l.quotiens nihil.col.iij.nu.6.
ff.de regul.iur.nam quando ratio extrinſe-
ca ſuadet fidem nõ ſeruari,vt in tribus ca-
ſibus poſitis in tex.l.bonafides.§.merito.ff.
depoſi.depoſitum non erit reſtituendũ de-
ponenti,puta ſi bona deponentis ſint publi
cata,confiſcata,vel quando dominus rei fu
ratæ concurrit cum fure,vel quando nõ te
net depoſitum ipſo iure,quia fur, vel præ
do rem illam depoſuit apud dominum ip-
ſius rei,quoniam rei ſuæ depoſitum ipſo iu
re non tenet d.l.bona fides.& l.qui rem.ff.
eod.titu.& ideo in dicto caſu depoſitarius
præfertur deponẽti,ſicut in alio caſu quan
do deponentis bona fuerunt publicata vt
dictum eſt,& facta fiſci in caſibus.ſ.requirẽ
tibus publicationem bonorum,et per illos,
ad quorum poteſtatem hoc pertinet iudica
re,fuerit declaratum vt l.deportatorum.C.
de pœn.l.commiſſa.ff. de publica. & l.j.§.
quibus, cum ibi nota.ff.de legatis iij. licet
enim ſecundum Saly.& Bald.in d.l.bonafi
des.de iure ſit verum,ꝙ bonafides ſeruãda
ſit quæ in depoſito maxime locum habet,
quoniam requirit æquitatem,vt ibi,tamen
non eſt ſeruanda, vbi contradicunt præce-
pta ciuilia,quãdo enim ius ciuile detrahit,
vel derogat iurigentium ex cauſa rationa-
bili,illud eſt ſeruandum, quia ex bona fide
procedit,ideo,vt ibi dicit Bal.æquitas me-
re conſideranda non venit ſecũdum ius gẽ
tium, ſed mixtim debet conſiderari habito
reſpectu ad præcepta ciuilia,& prætoria,et
hoc voluit notab. text.in d.l.bonafides. in
verſi.& probo hanc eſſe iuſtitiam,per quẽ
ſecundum Ricar.Malumb.ſoluitur quæſtio
poſita in prin.d.l.vtrũ reſtitutio rei depoſi-
tæ fieri debeat deponẽti,qui fuit poſtea de-
portatus, vel fienda ſit fiſco, quoniam res
depoſita effecta ſit fiſci, & ſic illi tanquam
domino reſtituendum eſt depoſitum,vt ibi
habetur in text.in verſi.nam male meritus
ad exemplum & terrorem aliorum egeſta-
te debet laborare, cui cõcordat ſecundum
Alber.de Roſat.ibi l.ſedet maritus.ff.ſolu.
matri.l.tutelas.§.ſi.ff.de capi. dimi.& l.iij.
ff.de bo.damna.cum ſi.Sed diſponente ſta-
tuto, ꝙ bannito ius non reddatur, ſi depo-
nens ſit bannitus,et omnia eius bona publi
cata,an depoſitarius volens agnoſcere bo-
nam fidem poſsit ei ſoluere ſponte,antequã
conueniatur a fiſco? Videtur ꝙ ſic per l.iij.
C.de nouatio.ſed illa lex hoc non dicit, qa
loquitur in ceſsionario,qui habet iura vti-
lia,hic in fiſco,qui habet iura directa. Item
ibi cedenti non denegabatur ius,ſed hic bã
nito denegatur ius. In contrarium videtur
tex.in d.l.bonafides,nam extrinſeca,et ſpe
cialis ratio bonæfidei debitum iure contra
ctus impedit, quando in maiorem æquita-
tem dilabitur. Sed poteſt in hoc diſtingui,
ꝙ ſi ſciens ſoluit,nõ liberatur,ſi vero pro-
babiliter ignorans liberatur.argu.l.ſi.ff.de
tranſa.ff.de manumiſ.l.qui pœnam,nam cũ

ſura directa tranſeant in fiſcum, conſtat ꝙ ſcienter ſoluit indebitum.ff.de ſoluti l.reo criminis.a contrario ſenſu.ibi.interim &c. cum ſimil.de quo per Bal.in rub.C.depoſi. Et inquantum dixit Matth.ꝙ de depoſito debet apparere publicum inſtrumentũ,vel publica ſcriptura atteſtationum teſtium, recte dixit,nam alias non haberet priuilegia de quibus hic,quia licet lex ſoleat aliquem actum priuilegiare,requirit tamen,ꝙ prius de ipſo actu cõſtare debeat,vt probatur in l.diuus Traianus.ff.de teſta.mili.per quem tex.dixit ibi notab.Bar.ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ contra inſtrumentum nõ poſsit opponi aliqua exceptio,debebit tamen ſemper plene conſtare ꝙ ſit inſtrumentum, & ideo non obſtante ſtatuto poterit ſemper opponi ꝙ non ſit inſtrumentum,& tradit Cur.Iun.in d.l.j.col.iij.nume.15.C.de eden. in ratione decidendi illius tex. Et dum dicit ꝙ idẽ eſt ſi de depoſito appareat per publicã ſcripturam atteſtationum. adde ꝙ idem eſt ꝙ de aliquo adſit inſtrumentum, vel ꝙ illud teſtibus probetur per id quod voluit gloſ. not.in l.vltima.in verſic.depoſitionibus.in fi.C.de edict.diui Adri.tollen.vbi dixit,ꝙ beneficium eius legis quod datur hæredi oſtendenti teſtamentum non cancellatum, non abolitum,nullaq; parte vitiatum,vt.ſ. mittatur in poſſeſsionem hęreditatis,habet locũ in hęrede inſtituto in teſtamento nuncupatiuo,cuius nulla eſt ſcriptura facta,ſed de quo cõſtat teſtibus,tanquam eorum atteſtatio a iudice accepta, & in ſcriptis redacta habeat vim teſtamenti in ſcriptis conditi.Et eam glo.ſequuntur Iaco.But.Guil.de Cune.Bar.Bal.in iij.q. Ang.qui dicit ſingu. Saly.Alexan.Corne.& Deci.ibi idem Iac. But.in l.vltima.& ibi Bal.in colum.iii.verſi.idem ſi dicta.C.de fideicommiſſ.Alexan. conſil.xciij.repetitus.col.vlti.vol.vj.Deci. in c.ij.col.ſi.verſi.xiiij.de proba.ex quibus Alex.in d.cõſi.xciij.reſpondit,ꝙ ſi ex forma ſtatuti inſtrumentum donationis debet inſinuari intra menſem, alioqui donatio irrita ſit, ſi de donatione non eſt factum inſtrumentum,ſed ea teſtibus probata eſt, & eorum atteſtatio publicata, debet donatarius intra menſem ab ea publicatione inſinuare donationem,alias ea irrita manebit, ac ſi poſt inſtrumentum de ea donatione factum,ea non fuerit inſinuata.Et dicit aliud Ang.in d.l.ſi.quod dicit eſſe ſingul.ꝙ ſi ex ſtatuto inſtrumenta publica habeant executionem paratam,& de debito non fuit confectum inſtrumentum,ſed de eo poſtea fuit facta probatio teſtibus, quorũ dicta in ſcripturam ſunt redacta,ea ſcriptura non ſecus habebit executionem ac inſtrumentum id quod confectum fuiſſet,et ſequuntur recentiores ibi præter Iaſo,ſequitur etiam Alex. in d.conſi.xciij.& late Felyn.in c.ſicut.col. iij.in prima declaratio.de re iudica.& Hippol.de Marſi.in ſingul. cccclxxxiiij.ſi vera loqui.& tradit Tiraquel.in tract.de retrac. conſangui.in.§.ij.in verſic.illius oſtendere contractum in glo.j.nume.14.verſi.& huic ſententiæ conciuit. Gab.Saray.

1 *Obligatus ad dandum monaſterio mille in anno,ſi duo millia in bonis habeat, quorũ uſumfructum vxori relinquat, alio hærede uniuerſali ſibi inſtituto, an dicta duo mille ſtatim monaſterio ſolui debeant,an uero quinque tantum pro centenario quotannis habere debeat.*

6 Nota ꝙ ſi obligatus † ad dandum mona
1 ſterio mille in anno, habens duo millia in bonis,inſtituat vxorem in vſufructu omniũ bonorum,& Titium hæredem vniuerſalẽ: non debent omnia mille de hæreditate ſtatim ſolui, ſed actio competens monaſterio eſt ad rationem quinq; pro cẽtenario: nam ſalua debet remanere proprietas duorum millium:& de fructibus ante omnia ſoluendum eſt debitum annuum, & de reliquis vxor percipiet vſumfructum.arg.l.ſi.§.ſin. autem æs alienum.C.de bo.quæ lib.& hæc audiui a Iacobo de Mariſcal.

* ADDITIO. Et ibi vide Paul.de Caſt.optime loquentem.Et late appoſui ſupra ſing.iiij.nota ꝙ ſi teſtator.Et adde Deci.conſi.cccccxc.vbi plene examinat.G.S.

1 *Iudicium ſine actione de conſenſu partium procedere poteſt,quando actio ſemel nata, fuit poſtea ipſo iure extincta.*

7 Nota,de conſenſu partium † poteſt pro-
1 cedere iudicium ſine actione.l.iul.§.quantum.ff.ad exhib.& nota.per Bar.in l.ſi Titius.ff.de verbo.obli. Hoc tamen debet intelligi quando actio fuit ſemel nata,ſed poſtea eſt extincta ipſo iure,ſecus ſi nunquam fuit nata.exemplum,in obligatione conuẽtionali,vt l.ij.in princip.ff.de do.præleg.& ibi per Barto.

ADDITIO. Nota quod de conſen-

ſu &c. Ibi.hoc tamen debet intelligi, adde quod iſtam limitationem tenuerunt Raph. & Ludo.in l.ſi Titius.hic alleg. Sed Alex. ibi tenuit contrarium,quia videtur contra tex.in l.ij.C.de pac.& in l.cum putarem.ff. fami.erciſcun.per quem tex.Barto.in d.l.ſi Titius.hoc videtur velle.& idem Bald.& Imo.in l.ſi ita ſtipulatus. circa viti.colū.ff. de verbo.obli.vide latius per Alexan.vbi ſupra, qui allegat q̄ plurimos text.contra iſtam limitationem,& reſpondet ad allegata in contrarium.

* Regula eſt ꝙ non admittit̄ quis ad agendum ſine actione l.ſi pupilli.§.videamus. ff.de nego.geſt.in tantum ꝙ dixit Alex.in l.vbi pactum.col.v.C.de tranſa, ꝙ quando ex actis de non actione actoris conſtat iudici poteſt eum repellere ex officio etiā reo non petente ex quo actionem habere concernit rectitudinem iudicij vt dixit Fely.in c.ad aures.col.ij.de præſcripti. imo omnis exceptio intentionis & facti impedit litis ingreſſum,ex quo pręſupponit agentē ſine actione experiri d.§.videamus.& per Ange.in l.vir bonus.ad med.ff.iudi.ſolut.& faciunt,quæ notat idem Matth.infra ſing.ix. nota regulā ꝙ quotieſcunq;. Ratio eſt,quia quilibet actor debet metiri ius ſuum ex eo iure, quod habet Bald.in l.j.in princi.ff.ſi vſuſfru.pet.& in l.loci corpus.§.competit. ff.ſi ſerui.vend. Primo fallit quando quis agit de facto,ſed per litis conteſta. ſperatur naſci actio.d.l.ſi Titius.& ratio eſt, quia paria ſunt actionem ab initio competere, vel ſtatim per litis conteſtatio.naſci, quia idem iudicamus de potentia propinqua ad actū, prout iudicamus de ipſo actu.l.penulti.vbi glo. & Bald.ff.de teſta.mili.l.j.§.ſed in eo. vbi Bart.not.ff.ad Syllania. & etiam quia licite ſit de facto illud, quod de iure ſtatim ſortietur effectū text.eſt in l.mulier.§.j.ff. de condi.inſti. Secundo fallit, quando qs agit de facto non ad finem, vt conſequatur ſententiam,ſed ad finem vt alia actio oriatur,ſeu acquiratur l.nuda.C.de contrahen. & committen.ſtip. Tertio fallit, quando agit reo expreſſe volente, vt hic dicit Matthæ.per tex.in d.§.quantum.& not.gl magna circa med.in l.vbi pactum.& ibi plene Alexan.colum.fi.nume.11.C.de tranſactio.

Quarto fallit, quando actio ab initio cōpetebat, ſed ex poſt facto defecit, & actor cum aliena iactura locupletaretur l.ſi poſt acceptum.ff.de rei vendi.de quo vide Bal. optime declarantem in l.j.in ij.q.C.de aliena.iudi.mut.cau.fact. Quinto fallit, quando eſſet dubium an actio cōpeteret, & pars & iudex nihil opponerent, valeret proceſſus & ſententia l.cum putarent.ff.fami.erciſcun.c.Abbate ſane.§.cæterum.ver.quoniam.de re iudica.in vj. Quantum vero ad tertiam fallentiam de qua hic per Matthæ. ꝙ reo expreſſe volente poteſt agi de facto quando actio eſſet aliquando nata, ſed poſtea fuiſſet extincta, per d.§.quantum.omnes tranſeunt cum ea,quæ probatur in d.§. quantum, triplici ratione ponderando, vt per Iaſo.in d.l.ſi Titius.col.ij.verſic. circa tertiam fallentiam. Contrarium tamen tenuit Alexan.poſt Areti.in d.l.ſi Titius.per multa iura,ad quæ reſpondet d.Iaſ.ibidem. col.ij.verſi.eſt verum ꝙ iſtud vltimū. Et quid ſi actio extincta ſit ex his actionibus, quæ partium conſenſu reſtaurari̊, vel reſuſcitari non poſſunt, vt quia ſit ex delicto l.ſi unus.§.pactus ne peteret.ff.de pac.an tūc detur antiqua actio vtilis iuxta l.ſi pupilli. §.j.ff.de ſolut.vel ſi reus conſentire nolit, an tunc per actorem contra reum agi poſsit per condictionem ob cauſam, vel ſine cauſa,vt reſtauretur iuxta l.ſi quis accepto.ff. de condi.ob cau.vide late per Alex.in l.ſi pars diuerſa.col.j.nume.2.C.de tranſactio. Et an & quando actio ſemel extincta reuiuiſcat tradit Bar.in l.Meuius.§.duobus.colum.iij.in vj.oppo.ff.de leg.ij.& per Dec. in l.actione.in prin.C.de tranſa.& Cur.Iuni.in l.debitori.in prin.C.de pact. Et an & quando actionem mihi competere poſsint petere a iudice declarari, eius officio implorato & de eo fieri inſtrumentum, ſiue loquamur ex parte rei, ſiue ex parte actoris tradit d.Alex.in l.ſi finita.§.eleganter. nume.3.& 13.ff.de dam.infe. Gab.Saray.

1 *Citatio hominis a citatione legis differt in duobus.*

2 *Citatio hominis nunquam arctat citatum ad diffinitiuam ſententiam audiendam, niſi ſpecialiter in citatiōe,de ea fiat mētio.*

3 *Citatio ad audiendum iudicis voluntatem etiam cum verbo, peremptorie, facta non valet.*

4 *Citatio iuris peremptoria,cum comminatione, quòd procedetur in cauſa,ſufficit ad omnia acta,vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiue.*

5 *Citatio prima, vel ſecunda iudicis,cum com*

minatione, quòd ſi non comparuerit, procedet, quantum de iure poterit, non habet vim peremptoriæ citationis, ita, quòd non ſufficit ad miſſionẽ in poſſeſſionem ex primo decreto: ſecus in citatione legis.

6 *Durius aliquando agitur cum lege, quam cum homine.*

7 *Citatio iuris, in certis caſibus ſpecialibus ex magna cauſa, & cum magna delibera tione ſolum fit.*

8 Nota quod eſt differentia † inter citatio
1 nem hominis, & citationem iuris ſeu legis
2 in duobus. Primo quia citatio † hominis nunquam arctat citatum ad diffinitiuã ſententiam audiendam, niſi ſpecialiter in citatione de ea fiat mentio, vt in c. conſuluit. extra de offi. deleg. & l. ad peremptorium. ff. de iudi. & eſt hodie tex. in clemen. ſæpe. de verbo. ſig. circa fi. & ibi nota. glo. ſuper
3 verbo ad id. Et ideo † citatio ad audiendã iudicis voluntatem, etiam cum verbo, peremptorie, non valet quo ad hoc, vt poſſit ferri diffinitiua, & hoc tenent domi. de Ro
4 ta. Sed citatio † iuris peremptoria cum cõminatione, ꝙ ſi non comparuerit procedetur in cauſa ſufficit ad omnia acta vſq; ad diffinitiuam ſententiam incluſiue, vt probatur in c. ſæpe. de appel. & in c. veniens. extra de renun. & ibi per do. Ant. & in c. j. de electio. lib. vj. iuncto quod ibi Ioan. Andr. in nouella. notat in verbo, procedatur, & in c. cordi. de appel. lib. vj. iuncto eo, quod ibi notat Inno. in fi. apparatus. & no. glo. in clemen. cauſam. de elect. circa finem, in ver bo intra tempus prædictum. Secunda dif-
5 ferentia, quia † prima. vel ſecunda citatio iudicis, cum hac cõminatione, ꝙ ſi non cõparuerit, procedet quãtum de iure poterit, non habet vim peremptoriæ citationis, ita ꝙ non ſufficit ad miſſionem in poſſeſſionẽ ex primo decreto, vt per Bal. in l. ſi finita. §. Iulia. ff. de dam. infect. & Spec. in titu. de cita. §. viſo. verſic. ſed quæritur. Sed citatio legis quę eſt cum tali comminatione, habet vim peremptorij, licet in lege non apponatur hoc verbum, peremptorie, vel ęquipollens, vt probatur in d. c. cordi. iuncto eo, qđ ibi notat Inno. in fin. apparatus. & in c. j. de
6 electio. lib. vj. & ſic eſt mirabile. quia † durius agitur hoc caſu cum lege ꝗ̃ cum homine, contra regulam l. Celſus. ff. de arbi. Hoc
7 ideo eſt, quia † citatio iuris fit ſolũ in certis caſibus ſpecialibus ex magna cauſa, & cum magna deliberatione.

ADDITIO. No. ꝑ eſt differẽtia &c. Ad iſtud vide Phil. de Pe. in c. ſæpe contingit. de appel. Gemi. in c. j. de electio. lib. vj. Fely. poſt alios in c. conſuluit. circa princi. de offi. & po. iudi. deleg.

* Adde ꝙ iſtud tenent domini de Rot. hic alleg. deciſio. cccxlij. retento eodem themate, in nouis, quos etiam refert Lud. Roma. in ſingula. ccclxxij. citatur quis ad audiendum, & idem Roman. conſil. ccclxix. circa primum. col. ij. Bart. in l. fi. in fi. C. de annal. excep. & melius in extrauag. ad reprimen. in verſi. ſuper crimine. Ant. de Bu. in c. cum ceſſante, & c. ſæpe. de appel. Geminia. in c. ij. de dolo & contuma. lib. vj. & in c. ad petitionem. col. iiij. de accuſati. & ibi Ioan. de Anan. col. vj Moder. in d. clementi. ſæpe. in verſi. ad id. de verbo. ſigni. Fely. in d. c. con ſuluit. nume. 16. de offi. deleg. & Alex. conſi. cv. nume. 5. lib. v. & Capi. in deciſ. Neap. deciſione prima. col. ix. verſi. tamen in præ ſenti quos allegat Sebaſt. Vant. in tract. de nullitatibus. in rubri. ex defectu citationis. nu. 56. Auguſt. Bero. poſt Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in verſi. citationes. nu me. 88. de probatio. Hippol. de Marſi. in ru bri. C. de probatio. nume. 393. Contrarium tamen videtur tenuiſſe Innoc. in d. c. conſuluit. de offi. deleg. Bald. autem in l. conſentaneum. col. ij. verſi. quarto nota. & ibi Saly. C. quomo. & quando iudex, dicit, ꝙ delegatus debet citare ad actum cauſæ, puta ad reſpõdendum petitioni. Ordinarius vero poteſt ſimpliciter citare, dicendo: Venias ad præſentiam noſtram, cum ſemper pręſumatur ex cauſa facere. Sed prima opinio videtur verior per ea quæ late tradit Barbat. in d. c. conſuluit. colũ. ij. vbi allegat plura pro hac parte, & Hippol. in d. rub. C. de proba. nume. 394. & in repe. l. de vnoquoq;. nume ro. 169. ff. de re iudicat. & per Cano. in c. fi. de reſcrip. & Alexan. in l. ſi finita. §. Iulianus. col. xj. verſicu. & iuxta prædicta. ff. de dam. infe. & per Rober. Maran. in ſuo Spe. aureo. in rub. de citatio. nume. 70. Et ratio prædictorum eſt, quia ſententia non debet continere volũtatem iudicis, ſed iudicium ſecundum diſpoſitionem iuris, vt per gloſ. in c. iudicet. iij. q. vij. & not. Abb. in rub. de re iud. col. ij. Quę tamen ratio videtur poſſe infringi, quia voluntas in iudice de regalata intelligitur ſecundum qualitatem eius, vt not. Imo. poſt Hoſti. in c. ſignificauerunt. & ibi Are. col. vij. verſi. iſtud dictum, de te-

ſtib. Ideo citatio facta ad audiendum voluntatem iudicis intelligitur pro ſententia de voluntate regulata prout ad iudicem ſpectat: & certe, ſi poſtquam in cauſa concluſum ſit, quo caſu tantũ ſupereſt, vt ferat ſententia, tali caſu citatus ad audiendum voluntatẽ iudicis, ſatis citatus videtur ad ſententiam, & contrarium iure non probatur: licet enim in quibuſdam iuribus dicat de citatione facta ad ſententiam, non tamẽ negatur, quin valeret citatio ad audiendũ voluntatem iudicis, quia in effectu ſecundum ſubiectam materiam & conſiderata qualitate iudicis, illa verba, quæ dicunt, de volũtate, pro ſententia in effectu intelliguntur: & ita etiam tradit Deci. in d.c. cõſuluit. nume. 8. de offi. deleg. Inquantum vero dicit ꝙ citatio iuris peremptoria cum comminatione, ꝙ ſi non comparuerit procedetur in cauſa, ſufficit ad omnia acta vſque ad diffinitiuam ſententiam incluſiue: idem tenet Specu. in titu. de citatione. in. §. viſo de temporum interſtitijs. in verſi. item licet in die peremptorij. nume. 5. per l. in peremptorio. & in l. & poſt ædictum. ff. de iudi. & in ver. item iudex debet. nume. 9. & in tit. de ſenten. §. iuxta. verſi. eſt etiam nulla. & ſeq. vbi dicit ꝙ iudex debet cũ peremptorie citat, comminari, ꝙ ſi citatus non comparuerit, procedet in cauſa quãtum de iure poterit, & debebit, licet hęc comminatio non ſit de ſubſtantia citationis d. l. in peremptorio. & c. tum ex literis. de in integ. reſti. in fin. extra de dolo & contuma. c. cum dilecti. circa prin. de maiori. & obed. c. humilis. & mittitur ſub præmiſſa conditione l. ſi apparitor. C. de cohortal. libr. xij. vide latius in dictis locis, & vide Specu. in d. §. viſo. verſi. quid ſi. in primo & ſecundo. nume. 11. vbi idẽ tenet quod hic Matth. ꝙ actor nõ poterit ob hoc mitti in poſſeſsionem ex primo decreto, vt per glo. in d. §. Iulianus. vbi Barto. & ibi Alexan. col. iij. nume. 14. & ſeq. Et idem Pau. de Caſ. in conſi. iij. ſuper primo. col. ij. & Abb. in conſi. lxxxiiij. caſus ſuper quo. lib. ij. & in d.c. conſuluit. & ibi Deci. numero 8. in fi. & innocen. in d.c. ad petitionem. de accuſa. Gab. Saray.

1 *Actionem non competere ſi ex libello appareat, libellus eſt ineptus, quia ex eo nõ concluditur ius agendi.*

2 *Libello nullo, litis conteſtatio, teſtium receptio, & totus proceſſus eſt nullus.*

3 *Libellum oblatum eſſe ineptum, vel nullum, paria ſunt.*

4 *Conditio, ſi pendente iudicio, purificetur, hoc creditori conditionali agenti non prodeſt, vt poſsit ſententiam obtinere.*

5 *Creditor conditionalis ſi in libello aſſerat, reum eſſe ſuum debitorem, pure, vel ſimpliciter, pendente iudicio, conditionis purificatio ei prodeſt.*

9 Nota regulam, ꝙ quotieſcunq; ex libel-
1 lo apparet ipſo † iure actionem non compe
tere, ſiue nata fuerit & extincta, ſiue nunꝗ
nata fuerit, neq; naſci ſperetur, ſiue nõdum
nata fuerit, ſed naſci ſperetur, vt qñ obliga
tio eſt conditionalis, libellus eſt ineptus: qa
ex eo non concluditur ius agendi l. ij. C. de
2 formul. Ex hoc † ſequitur ꝙ litis conteſta.
eſt nulla, & receptio teſtium, & totus pro-
3 ceſſus: quia paria † ſunt ineptum eſſe libel-
lum oblatum, & nullum eſſe, arg. l. quotiẽs.
4 ff. qui ſatiſda. cogan. Et ex hoc ſequitur † ꝙ
quamuis poſt litem conteſta. pendente iudi
cio purificetur conditio, non proderit hoc
actori, vt poſsit ſententiam obtinere: ſecus
5 eſſet, ſi creditor † conditionalis aſſeruiſſet
in libello reum eſſe ſuum debitorem pure,
vel ſimpliciter, quia tunc cum libellus ha-
beat formam aptam, proderit actori purifi-
catio huius conditionis pendente iudicio,
ita ꝙ pro actore ſententiabitur l. ſi rem. §.
fi. ff. de pigno. actio.

* A D D I T I O. Quod libellus ſit ineptus, quando ex eo non concluditur ius agendi tradunt docto. in d. l. ij. C. de formulis. & no. glo. in l. ij. §. circa. ff. de doli exce. & Bar. in l. j. in princ. col. j. verſicu. ſecundo vtrum quis habeat neceſſe. ff. de eden. Abbas. in conſi. lxxxix. col. ij. vol. j. & in c. examinatio. v. col. de iudi. & Imo. & Roma. in d. l. j. & Roma. in rubri. C. qui admitti. licet Bar. variauerit in l. edita. C. de eden. & in l. ij. C. de formul. & in l. certi condictio. ff. ſi cer. peta. & Canoni. in c. Abbate ſane. de re iudica. in vj. & faciunt quæ not. Bald. in l. j. C. de alie. iudic. mut. cau. fact. & in l. per diuerſas. in xiij. q. C. manda. & Ang. in l. ſi quis vi. §. differentia. col. xvj. ff. de acqui. poſſeſ. Et hoc procedit quando actio eſt ſpecialiter propoſita; ſecus ſi generaliter, nulla expreſſa cauſa l. fi. C. de annal. excepti. & per Inno. in d.c. Abbate ſane. & per Bar. late in l. non poteſt videri. in fi. ff. de iudi. & in l. & an eandem. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. Vnde dicas, ꝙ quęlibet actio habet vnam

cauſam proximam,& alteram remotam,vt in l,non quemadmodum.ff.de iudic,dominium eſt cauſa proxima in actione reali l.in rem.in prin.ff.de rei vendi.in perſonali cauſa ꝓxima eſt obligatio l.licet.§.ea obligatio.ff.de procura.cauſa remota eſt cõtractus.l.conſenſu.& l.actionũ gener?.§.actionum,quædam.ff.de actio.& oblig.& inſti.de obli,quæ ex conſen.§.j. Quando exprimitur cauſa proxima generaliter, tunc ius ſuperueniens pendente iudicio,in hoc iudicio clauditur;ſed quando libellus generaliter proponitur ex cauſa remota, tunc ius ſuperueniens in illo iudicio non clauditur, & eſt ratio,quia cauſa remota de neceſsitate pręſupponit locũ & tempus,quia ſi propono emptionẽ,oportet ꝙ fuerit facta certo tempore,& loco.Sed quando pono cauſam proximam,vt dominiũ,tunc illud non clauditur tempore contractus,& ſic ius ſuperueniens in illo iudicio clauditur. Sed quid ſi expreſsi cauſam remotam, & eam probaui, ſed non probaui de tempore, & ſic non apparet an ante litem conteſta. vel poſt fuerit facta, tunc reus abſoluetur.arg.not.ff.de neg.geſt.in l.cum actum.in fi. & l.non ſolum.§.ſed vt probari.ff.de ope.noui nuncia.& Ioan.And.in c.Abbas,quod met.cau.& Alexan.in appoſtil.ad Bar.in d.l.nõ poteſt.& vide late per Ang.Are.inſtitu.de actio.in princ.col.fin.nume.9.vbi late tradit,an & quando ius ſuperueniens pendente iudicio veniat in eadem inſtantia. Sed an ſemper in libello prędictæ cauſę ſint exprimendæ, dic ſi agitur actione perſonali debent exprimi cauſa proxima & remota, quia per expreſsionem ſimplicis cauſę proximę reus non redderetur certus,an cedat, vel contendat,quod fieri debet l.j.in prin.ff.de eden, vnde requiritur expreſsio cauſæ remotæ, vt ſic dicatur, Peto a te decem ad quæ es mihi obligatus ex cauſa mutui, vel depoſiti,quam opinionem tenet Arch.in d.c.Abbate ſane.de re iudica.in vj.Si vero agitur in actione reali pro dominio, vel quaſi tunc ſecundum omnes ſufficit exprimere cauſam proximam hoc modo. Peto talem rem, quæ mea eſt iure dominij, vel quaſi,per hoc enim reus certus efficitur, an cedat, vel contendat, cum res non poſsit eſſe plurium inſolidũ.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum,ff.commoda.l.Pomponius,§.ſed & is.ff.de procurat. nec etiam vnius tantum ex pluribus cauſis, ſed ex vna ſola l.iij.§.ex plurimis.ff.de acqui.poſſ.Et quid iuris ſit in alijs actionibus realibus,quæ cõ petunt ratione alterius iuris,ꝙ dominij,dic vt per Bart.in d.l.& an eandem.§.actiones,ff.de excep.rei iudica. Et an nomen proprium exprimi debeat in libello dicendum eſt, ꝙ aut cauſa quæ exprimitur in libello eſt apta producere vnam ſolam actionẽ, & tunc ſufficit eam exprimere,& nomẽ actionis tacere:aut cauſa propoſita eſt apta producere plures actiones,,vt patet in colono, qui arbores ſuccidit,vt in l.duobus.§.colonus.ff.de iureiuran.& ff.arb.fur.cæſa.l.j.& l.penul.quo caſu dãtur tres actiones, ut ibi habetur,& tunc debet exprimi nomẽ actionis,quam intentare intendit,ne ſola expreſſio nudæ cauſæ reddat reum incertum ſuper qualitate actionis propoſitæ,& per Barto,& docto.in l.edita.C.de eden.& in l.j.in prin.ff.eo.titu.Iaſo,in.§.omnium,inſtitu.de actio.Specu.in ti.de libelli concep.per Cano.in titu.de libelli oblatio.Et tradit Ioan.Pe.de Ferra.in practi.ſua, in euidẽtialibus.col.fi.verſic.verum quia ſuperius.Et quod dicitur de creditore conditionali,ꝙ conditionis purificatio pendente iudicio ei proderit, & ſic ꝙ ius ſuperueniens ei prodeſt, intellige; ſi ex cauſa de præterito ſuperuenerit: & ante cõcluſum in cauſa ſecundum Bar.in l.ſi mater.§.eandem.in fi.ff.de exceptio.rei iudica.Et adde Bal.in l.j.in princ.de exceptio.rei iudica.vbi hoc no.limitat.Item limita quando cauſa penderet coram ordinario,ſecus ſi coram delegato ſecundũ Bal.in l.præſcriptione. in ix.q.C.ſi contra ius,vel vtili.& vt per Ange.in l.ſi inſulam,ff.de verbo.obligat.& ibi Imo.colum.x.& Pau.de Caſtr.in dicta l.ſi rem alienam.§.ti,vbi no.loquitur. Gab.Sara.

1 *Libellus ut aptus ſit,ſufficit id in eo narrari, quod ſit cauſa agendi, nec eſt neceſſe, quòd fiat mentio replicationis, quæ poſſet obijci contra exceptionem,quæ reo competere poſſet.*

2 *Locator ad penſionem agens quæ in libello narrare debeat?*

3 *Venditor ad pretium agens an teneatur in libello exprimere tantum contractum venditionis,nec teneatur dicere ſe rem venditã emptori tradidiſſe?*

4 *Innominati contractus libellus quid continere debeat?*

5 *Innominati contractus actio non oritur,da-*

1 *Solennitas extrinſeca in inſtrumento interueniſſe non præſumitur, ſi opponatur ſecus ſi non opponatur, quia tunc pro producente inſtrumentum ferretur ſententia, ac ſi illa extrinſeca ſolēnitas interueniſſet.*

12 No. quod illa regula vulgaris, quod † extrinſeca ſolēnitas non præſumitur in inſtrumento debet intelligi, quando hoc fuit oppoſitum contra inſtrumentum. ſi autem nō fuit oppoſitum, ferretur ſentētia perinde ac ſi interueniſſet illa ſolennitas extrinſeca. Vnde ſi productum fuit inſtrumentum, in quo prælatus fecit aliquem contractū, nec fuit oppoſitum, quod defuit conſenſus capituli, ferretur ſentētia pro producēte inſtrumentū, vt in c. ea noſcitur. extra de his quæ fi. a præla. & not. Ioan. And. & Compoſt. & But. in c. cum dilectus. extra de conſue.

ADDITIO. Nota quod illa &c. Et quod ſolennitas extrinſeca ſemper præſumat nisi fuerit allegatus vel oppoſitus eius defectus, tenet ſingulariter Compoſt. in c. cum dilectus. de conſue. per c. ea noſcit allegat per Matthæ. hic. & hoc extollunt Ludo. & Alex. in l. ſciendum. ff. de verb. obli. Imo. poſt alios in d. c. cum dilectus. col. vij. & c. in præſentia. vlti. col. de probatio. Bu. & Imo. in c. ſicut. de re iudi. & ibidem Fely. col. xiiij. verſ. fallit ſecundo. ſenſit Rota de offi. ordi. v. in antiquis. ſequitur etiam Imo. in d. c. ea noſcitur. col. v. licet ibi dicat hoc eſſe parui effectus, ex quo non præſumatur quando negatur: ſed ſolum qñ non negat.

* Quod extrinſeca ſolennitas tunc non præſumatur, quādo fuit oppoſitum, alias ſecus tenet etiam Ludo. Roman. in l. ſi quis mihi bona. in. §. iuſſum. in fi. ff. de acquir. hære. & Spec. in titu. de probatio. in. §. iij. verſi. tertio per inſtrumentum. & Ange. Aret. inſti. de fideiuſſ. §. fi. nume. 7. Et ita videtur poſſe intelligi glo. in l. actor. ff. rem rat. habe. quæ tenet ꝙ in dubio præſumitur decretum iudicis interueniſſe, & quæ ibi no. Bar. in vlti. col. Vel quando agitur de actu modici ꝑ iudicij facto a viro bono, nam tunc præſumitur extrinſeca ſolennitas interueniſſe, vt per Inno. in c. j. de cleri. peregri. Felyn. in d. c. ſicut. in verſic. fallit quarto dicta regula. nume. 43. de re iudica. Imo. in c. peruenit. de emptio. & vend. Vel & tertio caſu, de quo per Paul. de Caſt. in conſil. 50. quem ſequitur Alexan. conſi. j. in iiij. volu. Vel quando ea ſolennitas extrinſeca communiter, & vt plurimum ſolet interuenire in actu, quia pro ea præſumitur ꝙ interuenerit, & ſi aliter non appareat, vt per Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de emptio. & vendi. §. j. verſi. nunc formam. Oldra. conſi. ccxvij. ſuper eo. Vel vltimo quando diuturnum tempus concurreret, quia tunc extrinſeca ſolēnitas interueniſſe præſumitur. Et in ſpecie ꝙ cōſenſus capituli & tractatus, & aliæ ſolennitates requiſitæ in alienatione bonorum eccleſiæ propter diuturnitatem temporis præſumantur interueniſſe, eſt communis opinio, vt per Fely. in c. albericus. de teſtib. quamuis ibi Abb. contrarium tenuerit in verſi. ego arbitror. Pet. de Anchar. conſi. cxxxv. ex conſilijs excellentium doctorū; vbi in ſimili conſuluit, ꝙ ex curſu xxx. an. purgatur omne vitium, quod in contractu monialium interueniſſet, quia præſumitur autoritas decreti, & autoritas ſuperioris interueniſſe. arg. l. filius. C. de peti. hære. l. qui in aliena. §. ſed ſi non adierit. ff. de acqui. hæredi. & ita etiam in terminis conſuluit Alexan. conſi. lxxix. circa primū. de quo quæritur in ſecundo dubio. vol. j. & ibi plenius loquitur, ꝙ in conſi. xlv. volu. vij. Et idem in ſimili caſu cōſuluit Are. in conſi. xxxvj. caſus talis eſt, vbi tenet, ꝙ teſtamentū Cardinalis, in quo licentia Papæ requirebatur ex diuturnitate præſumitur interueniſſe, & ita & conſuluit Deci. conſi. xxxv. col. pen. Et de vnione quæ facta præſumitur ſolenniter propter antiquitatem ſecundum Pet. de Ancha. conſi. clxj. in quæſtione eccleſiæ. in fi. et Ro. conſi. cclxxxv. quo ad primum. & de executione ſententiæ not. Pe. de Ancha. conſ. xxxix. viſa petitione. & clericus, qui diu fuit in poſſeſſione beneficij, præſumitur, ꝙ rite fuerit inſtitutus, vt no. Bal. in l. ſiue poſſidetis. in iiij. oppo. C. de proba. & tradunt doct. in c. illud. de præſump. Et ex diuturnitate temporis præſumitur, ꝙ de cōſenſu domini facta ſit alienatio per emphyteutam, vt Alex. ſcribit conſ. cxj. viſo & diligenter conſiderato. colum. pen. volu. iiij. & plene per Fely. in c. ſicut. de re iudica. & late per Iaſo. poſt Alexan. in d. l. ſciendum. col. vij. nume. 16. verſic. quarto limita. ff. de verbo. obliga. & per Corne. conſi. xciiij. & conſi. clxxxj. nume. 22. volumi. ij. & conſil. cclxxxiiij. nume. 3. volu. iiij. Nec obſtat, ꝙ vbi requiritur conſenſus expreſſus non præſumitur ſecundum Abb. in d. c. ea noſcitur, quia reſpondetur, ꝙ conſenſus vbi requiritur debet eſſe expreſſus, vt no. Are. in l. ij. §. voluntatem. ff. ſolu. matri. vbi inquit in j. colum. verſ. & aduerte. ꝙ licet verbum

voluntas etiam in tacita voluntate verificari poſſit, tamen conſenſus de ſui natura videtur importare conſenſum expreſſum, & Bal. idem videtur velle in d. §. voluntatem. & no. in authen. quod locum. C. de colla. & in c. fin. §. j. de iudi. in vj. vbi Domi. in prin. & cum propter antiquitatem cõſenſus præſumatur, vt not. Angel. in l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hære. cum ſi. Ergo videtur ꝙ etiam expreſſus conſenſus præſumatur, & hoc expreſſe dicit Alexan. in d. §. voluntatem. in prin. in verſi. hoc tamen limita. & facit, quia cum propter antiquitatem tẽporis omnia ſolenniter præſumantur interueniſſe, iſta ratio pariter militat in conſenſu expreſſo, quia præſumitur interueniſſe modo, quo requirebatur & plene per Deci. conſil. ccccix. viſo conſilio. col. j. & Soci. in regul. cccclxiij. inci. ſolennitas extrinſeca. Adde tamen ꝙ præſumptio quę inſurgit ex diuturnitate temporis non eſt efficax, quo minus contrarium probari poſſit, vt no. Cy. in l. ſi certis annis. in x. q. C. de pact. Bal. in l. ij in fi. C. de dotis promiſſ. Alexan. conſi. cxiij ſuper primo dubio. volu. j. Et ꝙ id opponi debeat, alias ſolennitas extrinſeca præſumatur, ex tacita partis non opponentis voluntate, multis ſimilibus comprobari poteſt. Nam libellus generalis, incertus & obſcurus non eſt admittendus, qa hoc modo agere non diceretur, nec loqui l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interroga. actio. l. prætor edixit. ff. de iureiuran. l. cum incertus. cum ſimil. ff. de leg. j. ad hoc vt reus deliberare poſſit an velit cedere, vel contendere l. j. ff. de eden. & in l. j. in fi. C. de annal. exceptio. & tamen ſi libellus generalis, vel obſcurus productus fuerit, nec pars oppoſuerit, iuri ſibi competenti tacite renũtiaſſe videtur, & libellum admiſiſſe vitio incertitudinis, obſcuritatis, vel generalitatis peccantem, vt inquit Barto. in l. edita. in iij. col. C. de eden. & ibidem dicebat Barto. in viij. colū. ꝙ ſicuti propter contumaciam partis admittitur concurſus actionum, quarum natura eſt, vt a princi. electione tollantur, ita admittitur ex conſenſu partium tacito, vel expreſſo. Et idem dicitur in exceptione generali, quæ excipientem iuuat, vt declarat Ang. in l. j. ff. de except. & eſt argu. in l. fi. C. de fruct. & litis expenſ. & de libello incerto apertius probatur in l ij. & fin. C. de ſenten. quæ ſine cer. quanti. & in l. in rebus. C. de rerum permuta. Idem dicitur in proceſſu, ne cum excõmunicato agitatus valeat, quoniam perſonam legitimam non habet, vt in c. cum inter. de exceptio. & in c. teſtimonium. de teſtib. & tamen ſi non opponatur, proceſſus valet & tenet, & videtur dictum proceſſum ratificaſſe & approbaſſe ſecundum glo. in c. j. de reſcript. in vj. Item clericus prohibitus eſt fideiubere. c. j. de fideiuſſo. c. te quidem. xj. q. j. & tamen ſi fideiubeat, et ille cui fideiubetur, taceat, nec ipſum repellat, valet fideiuſsio. c. peruenit. c. conſtitutus. de fideiuſſ. Et eodem modo officium tabellionatus exercet, & inſtrumenta valent c. j. ne cleri. vel mona. & no. Bar. in l. vniuerſos. C. de decurio. lib. x. & tamen lex reſiſtit, ne id ipſum exerceat, ſi opponatur. c. ſicut. ne cleri. vel mona. & idem in milite eſt, quo ad procuratoris officium, vt in l. ita demum. C. de procura. & in l. filiusfa. in. §. veterani. ff. eo. tit. & no. Iaſ. in l. patre furioſo. in iiij. col. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. & Roma. in conſi. ccccix. incip. quo ad primum. in ij. col. & plene per Iaſ. in l. cum quid. in j. lectu. col. ij. nume. 7. verſic. quinto limita, & in ij. lectu. col. iiij. nume. 19. verſi. quinta concluſio. ff. ſi cer. peta. & per Mar. Mantu. conſi. cxiiij. in pręſenti caſu. colum. iij. numero 40. Pro quibus optime facit nam ſuper non petitis iudex non dicitur ſedere l. ſi ex teſtamento. ff. de excep. rei iudi. l. j. & ij. C. ſi a non compe. iudic. & l. non diſtinguemus. §. de officio. & in. §. fi. ff. de arbi. & in c. cum dilectus. de arbi. & in c. P. & G. de officio delega. Et ideo, quando lex dicit quid fieri debere etiam ſub pœna, intelligitur ſi id petatur, vt per Abb. in c. penul. col. penulti. de iudi. Alexan. in conſi. xxiiij. incip. viſo. vol. vj. Franc. de Rampon. inter conſilia Cald. conſi. iij. in tit. de pœ. Pau. de Caſt. in l. peto. §. fratre. ff. de lega. ij. & facit quia iudex non tenetur impartire officium ſuum non poſtulatum. l. iiij. §. hoc autem iudictum. & ibi plene per ſcrib. ff. de damno infec. & per Bart. in l. properandum. C. de iudi. Barba. in c. cõſuluit. in iiij. col. de offi. deleg. & in c. de cauſis. eo. tit. in vj. col. & in conſi. xxxij. incip. viſo præſentis conſultationis puncto col. j. vol. iij. & in rub. de fide inſtru. in xxiij. char. col. j. facit text. in l. j. §. magiſtratibus. ff. de magiſtra. conue. l. vniuerſa. C. de preci. impera. offer. & c. j. ibi. ſi fuerit requiſitus. de ſenten. excommu. in vj. & in c. j. ad fi. ibi. ſepultorum corpora ſi petantur. de ſepultu. in vj. & tex. in c. cũ perſonę. §. j. ibi, a locorum ordinariis requiſiti. de priuileg. in vj. & glo. in c. cupientes. §. j. in verſi. contingẽtibus. de electio. in vj. quæ iura allegat d. Fely. in c. ſi autem. de reſcri

in iiij.col. Et optime facit ad propoſitum quod dicit Ang. in l. venditioni. circa prin. C. de vſucap. pro emp. vbi dicit ꝙ illa lex facit pro bannitis, qui nõ debent audiri ex forma ſtatuti, nam ſecundum eum hoc intelligitur, dummodo hoc opponatur a parte. Et dicit hoc voluiſſe Ioan. And. in c. ſtatutum, de reſcrip. in vj. Et plene tradit Hippol. de Marſi. in l. vnius. §. cognitiurum, in ſ. notab. ff. de quæſtio. & in practi. crimi. in §. nunc videndum. nume. 2. & faciunt quæ notat idem Matthæ. infra ſingul. xxxviij. no. ꝙ in cauſis ſummarijs. Et inquantum ſupra dictum eſt, ſolennitatem extrinſecam pręſumi niſi opponatur, intelligitur, ſi id a parte allegetur, alias id non ſufficeret. Pro quo facit quod voluit Ang. poſt Bal. in l. ſuper longi. in iij. col. ad fi. C. de pręſcrip. longi temp. vbi per l. ſi adulterium cum inceſtum. in. §. idem Pollioni. in verſi. ſi vtiq; error allegetur. ff. de adulter. dicunt, ꝙ vbicũq; dicimus præſumi bonam fidem, intelligitur ſi ea expreſſe allegetur, vnde ſecundum eum, cautus eſſe debet, qui ſe fundat ſuper præſcriptione, vt ſemper alleget bonam fidẽ, dato ꝙ ſit in caſu, vbi præſumitur. Idẽ tenet Bal. in c. ſi quis per triginta. in iij. col. ſi de feud. fue. contro. inter domi. & agnat. & Bal. in c. per tuas. in ij. col. ad fi. de actio. Angel. in l. eum qui. §. fi. ff. de publi. Et dixit Bart. in l. rem alienam. in ij. colum. ff. de pigno. actio. ꝙ ex poſſeſſione nunquam præſumitur dominiũ niſi allegetur iſta præſumptio a parte. Et idem tenet Bal. in l. etiam. ij. col. C. de execu. rei iudi. Saly. in l. certi. C. loca. Facit quod dixit Bald. in l. quicunque. col. j. C. de ſeruis fugiti. ꝙ licet in dubio præſumatur ignorantia l. verius. ff. de probationi. tamen oportet ꝙ allegetur per d. §. idem Pollioni. Et adde glo. in l. certum. in prin. in ver. confeſſus. & ibi Bar. ff. de confeſſ. quæ vult ꝙ licet olim dominus, nũc pręſumatur eſſe dominus l. ſiue poſsidetis. C. de proba. tamen requiritur, ꝙ ille qui fuit olim dominus, alleget ſe de præſenti dominum, nec ſufficeret allegare ſimpliciter dominium de præterito, ſequitur Bald. in l. edita. col. xij. C. de eden. Alex. in l. ſi minorem. ad fi. C. de reſti. mino. de quo tamen vide Anto. de Butr. & Imo. in c. præterea. il ij. de tranſa. & facit ꝙ licet quilibet præſumatur viuere vſque ad centum annos l. fi. C. de ſacroſan. eccleſi. tamen hanc præſumptionem oportet allegare per d. §. idem Pollioni. ſecundum Bal. in c. ex tenore. in ij. col. de teſtib. & plene per Iaſo. in l. cum quid. col. vj. nume. 16. & ſeq. ff. ſi cer. peta. quæ nota quia ea ita in materia cumulata non reperies in locis ordinarijs, in quibus de præſumptione prædictæ ſolennitatis tractat. Et vnum perpetuo nota, ꝙ conuictus de mendatio non poteſt dicere deeſſe ſolennitatem: & beneficiũ præſumptionis tollitur per prauitatem negantis, vt notab. dixit Bal. in l. fin de fideicom. & in c. j. §. item ſi vaſſallus. col. pen. de controuer. inueſti. Sed an ſimplex oppoſitio vel exceptio ſufficiat ad tollẽdam pręſumptionem extrinſecæ ſolennitatis, dic ꝙ nõ: per not. per Bart. in l. aſſeueratio. C. de non nume. pecu. & per Spec. in titu. de excep. §. ij. & in titu. de allega. & diſputa. §. ij. verſi. penul. Et faciunt notata per Ioan. And. in c. ſi forte. de elect. in vj. in nouel. vbi ponit an excipiens plura videatur ſe aſtringere ad ea omnia probanda. Et eſt text. & ibi doct. in l. ſcire. §. ſufficit. ff. de excuſa. tut. & Bar. in l. diuus. ff. de re iudi & ibi docto. Card. in clemen. in plerıſq; de electio. vbi ponit an opponens plura puniantur, ſi non probet omnia, & per Specu. in ti. de excep. §. quarto, vbi etiam ponit quid ſi vna tantum exceptio probetur, & per Cardi. in clem. conſtitutionem. in xv. q. de elect. Imo dicit Io. And. ſing. in c. ꝙ ſicut. in fi. de electio. ꝙ excipiẽs de cuius calumnia iudex dubitat poteſt compelli ſub pœna ad probandũ exceptionem ſicut & actor calumnioſe petens. Quin potius eſt, ꝙ ſi excipiens nõ probet, debet condemnari in expenſis. c. finem litibus, de dolo & cõtuma. & c. ſententiam. de pœnis. l. non ignorat. & ibi Bar. C. de fructi. & lit. expen. Et an oppoſita dicta exceptione, impediatur executio inſtrumẽti. Videtur dicendum ꝙ non, cum ea debeat probari, & altiorem requirat indaginẽ. Et eſt doctrina magiſtralis, quam tradit Alexan. in conſi. xcv. col. ii. verſi. hodie tamen. vol. ij. ꝙ nulla exceptio requirens altiorem indaginem, quæ ex proceſſu non paret, & quæ incontinenti probari non põt impedit executionem. Et colligitur ex dictis doctorum in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudica. & per Alex. in conſ. lxxxiij. in v. volu. & per Rober. Maran. in fi. ſui aurei ſpecul. G. S.

1 *Confeſsio ſine cauſa facta parte præſente extra iudicium ad obligandũm non valet, quo ad fidem plenæ probationis, ſemiplenã tamen probationem inducit.*

2 *Confeſsio ſola ſine cauſa facta parte præſen-*

te extra iudicium , per ſe ſufficit ad delationem iuramenti neceſſarij.

13 No. quod regula vulgaris legiſtarum, qđ
1 † confeſsio ſine cauſa facta parte præſente extra iudicium non valet ad obligandum, debet intelligi, ꝙ non valet ad fidem plenę probationis, tamen inducit ſemiplenam, ſiue ſit facta ſcriptura interueniente, ſiue nõ. Et poteſt poni exemplũ quotidianum. Ego dixi tibi, da mihi illos decem, quos debes. tu dixiſti, uerum eſt, ſed expecta me per menſem. ſi enim probo per vnum teſtem verũ mutuum, & ad confirmationem deduco illam confeſsionem ſine cauſa, eamq; probo
2 per duos teſtes, obtinebo. Item illa † confeſsio ſola per ſe ſufficit ad delationem iuramenti neceſſarij. l. inſtrumenta. C. de probatio. & hoc fuit de mente Mar. de Fa. & Specu. in tit. de confeſſ. §. nunc videndum. verſi. ſed quæ eſt ratio. & d. Ant. de Bu. ponit in c. ſi cautio, de fide inſtru. pro quibus allego duas glo. vnam in l. iij. §. eiuſdem. ff. de teſti. in verb. ſpeciem. aliam in l. ſi. C. de conue. ſi. debi. lib. x. in ver. vanitate.

ADDITIO. Not. quod regula &c. Et quod confeſsio ſine cauſa faciat ſemiplenam probationem, ſi aliqua cauſa allegatur per agentem tenet Specu. in titu. de confeſ. §. nunc videndum. verſi. ſed nunquid ſemiplenam. & d. An. Imo. Panor. & Fely. in c. ſi cautio. hic alleg. idem tenent & gl. in l. cum de indebito. §. ſi. in verbo ſtari. de proba. & Rom. in l. nuda ratio. de dona. & in l. admonendi. col. xxij. de iureiuran. Sed contrariũ & forte melius tenet Flo. in l. in bone fidei. C. de rebus credi. quia non debet plus operari vox mortua ꝙ̃ viua confeſsio ſine cauſa quæ non probat, vt in d. c. ſi cautio. tamẽ communis opi. præualeret ſecundum Fely. ibi. De iſto notabili dicto videatur eiũ per mag. meum in repet. l. admonendi. col. lxx. verſi. quid in confeſsione, de iureiur.

* Adde do. Abb. in d. c. ſi cautio. in iij. col. in verſi. ſecundo glo. quærit, vbi tenet, ꝙ talis confeſsio non noceat, quia agens non obtinebit probando ſolam confeſsionem, ſine numeratione: Et iſtud tenet Spec. in titu. de teſte. §. j. verſi. ſed pone egi. & Imo. in d. c. ſi cautio. Bal. in l. ſi. col. penul. C. commu. vtriuſq; iudi. Ang. in l. ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de verbo. obliga. Pau. de Caſt. in l. ij. §. ſi. ff. ſi cer. peta. & Fely. in d. c. ſi cautio. nume. 70. Contrarium tamen tenuiſſe videtur Bar. in l. certi condictio. in §. ſi nummos. ff. ſi cer. peta. col. ij. in verſ. hic moueo. vbi dicit, ꝙ agẽs ex cauſa mutui debet obtinere ſi probat mutuum per confeſsionem, etiam ꝙ non probet numerationem, et Bal. in l. ij. §. fina. ff. ſi cer. peta. & Imo. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de verbo. oblig. Salyce. in l ſi ex cautione. C. de non nume. pecu. colum. fina. Sed ꝙ confeſsio extraiudicialis faciat in ciuilibus ſemiplenã probationem tenet Abba. in c. eum dilectus. de ſucceſsi. ab inteſta. Bal. in l. in bone fidei. col. iij. ibi. modo quęro de viua voce. C. de reb. cred. Ant. de Bu. in c. ſi. col. viij. de iureiuran. Imo. & Abb. in d. c. ſi cautio. & Bar. in l. admonendi. ff. de iureiuran. & late per Felyn. in c. olim. col. iij. nume. 9. verſic. tertio confeſsio. de reſcript. Corne. conſil. cclxxxviij. nume. 8. volu. iij. Soci. in regul. xciij. in verſi. confeſsio facta ſine cauſa. Paul. de Caſt. in l. quibus diebus. §. qui dotalem, nume. 2. ff. de condi. & demonſtra. & eſt tex. & ibi Alex. in l. cum de indebito. §. ſi. ff. de probatio. & cauſa tunc debet ſaltem allegari, per eum qui confeſſioni innititur ſecundum Alexan. conſi. iiij. col. penul. & conſil. lxxxiij. col. ſi. volu. j. & per Rober. Maran. in ſuo Spec. Aure. char. 193. verſi. quintus actus ſucceſsiue emergẽs in hac ſecunda parte iudicij. nume. 6. verſi. tertio limita. Tamen in criminalibus facit niſi inditium ad torturam non ſemiplene probationem, ut per Saly. in l. ſi. col. v. C. de quæſtio. & late per Tindarum in ſuo dialogo de teſtium varietate. Domi. de Rot. deciſi. clxxx. licet confeſsio. in nouis. vbi dicũt hoc a legiſtis teneri pro Euangelio. Corne. conſi. xl. nume. 8. & conſi. ccxlj. nume. 3. volu. j. & conſi. ccxxxiij. volumi. iij. & conſil. clxxvj. nume. 7. volu. iiij. & Alexan. conſi. ccxij. ponderatis his. col. v. nume. 25. vol. ij. & Alexan. in l. magiſtratibus. nume. 6. ff. de iuriſdi. om. iudic. per glo. in l. ictus fuſtium. ff. de infami. & in l. capite quinto. in glo. magna, vbi Bar. ff. de adulter. & Guliel. May. in l. nemo poteſt mutare. col. xj. nume. 44. & ſeq. ff. de reg. iur. & Deci. in c. at ſi clerici. nume. 20. de iudi. Brun. in tracta. de indi. & tortu. in iij. q. primæ partis. col. iij. verſi. aliud eſt inditium. nume. 15. vbi plene examinat. Pau. de Caſt. in l. non donatos. C. ex quib. cau. infa. irroge. & per Thom. Gram. conſi. xxxij. in cauſa mota ad querelam, nume. 9. & per Hippol. de Marſi. in practi. crimi. in. §. poſtquam. nume. 21. poſt Pe. de Ancha. in conſi. xxiij. viſa inquiſitione formata. & plene in l. j. in. §. præterea. ff. de quæſtio. vbi dicit ꝙ confeſsio ſine cauſa in criminalibus non nocet, ſicut nec nocet in ci-

uilibus. Et late tradit Nico. Boer. deciſi. xc. nu. 5. poſt eos quos allegat, vbi etiam vnum addit ꝙ ſicut confeſsio extraiudicialis rei eſt ſufficiens inditium ad torturam, ita confeſsio extraiudicialis inſtigantis, ſeu accuſatoris faciens pro reo prodeſt ad abſolutionem, allegat Bal. in l. j. colum. ij. ff. de eo per quem fac. erit. Et Gerard. Petraſanct. ſing. lv. & Rom. conſi. lxvij. incip. Antonius accuſatus. col. ij. verſ. ſexto. & conſi. clxxvij. col. ij. ſecus ſi confeſsio accuſatoris vulnerati eſſet contra reum, quia tunc non facit contra ipſum reum inditium, ſed ſolũ præſumptionem, quæ minor eſt inditio, ut dicit glo. in l. mater. C. de calumnia. in verbo cauit. & ibi doct. eam ſequuntur. & Alex. conſi. xiiij. vol. iiij. quia nõ creditur tali vulnerato & in articulo mortis exiſtenti. l. ſi quis in graui. §. j. & ibi Alber. de Roſa. & Ro. ff. ad Sylla. & Gerard. Petraſan. in dicto ſing. lv. Et adde Hippol. in l. de minore. in princ. col. ix. verſic. quæro vlterius. nume. 29. de quæſtio. & Ang. Areti. in tracta. malefici. in verſi. comparuerunt dicti inquiſiti. in prin. nume. 4. vbi etiam dicit ꝙ tale inditiũ procedens ex confeſsione extraiudiciali purgabitur, vt purgatur vnumquodq; inditiũ. Talis tamen confeſsio extraiudicialis poterit reuocari, vt non faciat inditium, vt late proſequitur idem Hippol. in pract. crimi. in §. diligenter. nume. 79 & in. §. examinãda. nume. 32. & in ſing. cccx. incip. credo te ſcire. Et vide eundem Hippol. in dicta practi. crimi. in. §. diligenter, nume. 78. vbi dixit, ꝙ licet confeſsio extraiudicialis non ſit ſufficiens ad condemnandum, tamen talis confitens poterit puniri extra ordinem arbitrio iudicis tanquam ſe glorians de delicto, alleg. tex. in c. quam ſit graue. de exceſ. prælà. & Parid. de Put. in trac. ſyndic. in charr. 69. col. iij. verſicu. adde unum ſingulare. & per eundem Hippoly. in d. l. de minore. in prin. col. x. nume. 32. Et confeſsio ſine cauſa facta tam in iudicio, ꝗ̃ extra quãdo obliget late tradit Fely. poſt Abb. in d. c. ſi cautio. & plene per Corne. conſi. ccc. volu. j. & per Iaſo. in l. cum falſa. ad fi. C. de iur. & facti ignor. & per Bar. & omnes in l. generaliter. C. de non nume. pecu. Canon. in c. ſi. de confeſ. & per Ang. Areti. inſtitu. de literar. obli. in prin. col. ij. numero 5. Et plene per Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in ver. confeſsio. de probatio. nume. 40. verſi. vidimus ſupra de probatio. & per Ioannẽ de Graſſ. in ſuo arbore in iudicio. in v. principali ver. Primus ſlos, nu. 3. et per Paul. de Caſt. in d. l. generaliter. C. de non nume. pecu. & Alexan. conſi. iiij. & xiij. vol. j. & per Alex. in addi. ad Bar. in l. cum de indebito. §. ſed hoc. ff. de proba. & in l. Publia. ff. depoſi. & per Capic. deciſio. clxxix. in cauſa ſancij. in ſin. nume. 7. Affli. deciſio. ccclxxv. quidam Diomedes. col. ij. nu. 3. Gab. Sara.

1 *Iudex ſi ex forma ſtatuti habet pleniſsimã poteſtatẽ procedendi & terminandi, prout ſibi placuerit, vel voluerit, nulla iuris, vel inſtrumenti diſpoſitione ſeruata, non tamẽ poteſt tollere ius vni parti quæſitum ex iure gentium, vel ciuili, aut etiam ex ſtatuto. Et illa poteſtas ſolum operatur in formatione proceſſus, & in ſolennitate ſententiæ, & in his, quæ principaliter a iudicis officio dependent.*

2 *Dilationes multas dare ad iudicis officium ſpectat.*

14 No. ꝙ vbi iudex † ex forma ſtatuti, vel
1 reſcripti habet pleniſsimam poteſtatẽ procedendi & terminandi, prout ſibi placuerit, vel voluerit, nulla ſeruata diſpoſitione iuris, vel inſtrumenti: tunc non poteſt tollere ius quæſitum vni parti ex iuregentium, vel ciuili, vel ex forma alicuius ſtatuti. Vñ ſi reus præſcripſerat, non poteſt tollere ſibi ius ex præſcriptione quæſitum. Item ſi reus eſt tutus exceptione. S. C. Velleyani vel Macedoniani, non poteſt eum iuſte cõdemnare. Operatur ergo ſolum illa poteſtas i formatione ꝓceſſus, & ſolẽnitate ſen-
2 tentiæ, & in his † quæ dependent principaliter ex facto iudicis, ut eſſet dare multas dilationes, & ſimpliciter etiam ex officio, parte nõ inſtante: & hanc doctrinam ſingulariter ſentit Bar. in extrauag. ad reprimẽ. in verbo, videbitur expedire.

ADDITIO. No. q̃d vbi iudex &c. Adde ꝙ iſtud no. refert et ſimpliciter ſequitur Sand. in c. canonum ſtatuta. col. xx. circa prin. verſi. ſecundo no. de conſtit. & in c. qualiter & quando, il ij. §. ad corrigendos. col. ij. in prin. verſic. iij. not. de accu. & vide per eũdem in c. dilecti filij. colum. ij. in princi. de iudic.

* Statutum vel reſcriptum, quod dat pleniſſimam poteſtatem iudici procedẽdi, & terminandi, prout ipſi placuerit, vel voluerit nulla ſeruata iuris diſpoſitione, omnem iudicij figuram, vel ſolennitatem tollere vi-

detur,& rem reducere ad ius naturale, & gentium. Vnde cōcludendum eſt in hoc caſu, ꝙ quando committitur facultas iudicandi, ſi quidem per verba importantia arbitrium boni viri, vt eſt verbum, placuerit, vt infra ſingul. proxime ſeq. Matthæ. tradit iudex debet ſequi omnes regulas iuris ciuilis l. j. ff. de arbi. Si vero per verba ſignificātia liberam voluntatem, vt eſt verbum voluerit l. cum quidam. ff. de legatis. ij. & d. l. fideicommiſſaria libertas tunc eſt liber a regulis ciuilibus, debet tamen ſeruare regulas iuriſgentium, ſeu naturalis æquitatis, vt eſt caſus in clemen. paſtoralis. de re iudi. nam Imperator eſt ſolutus legibus, & ex vigore ſuæ poteſtatis tollit ſententiam, tamen quia in quibuſdam facit ibi contra naturalem æquitatem, ideo ſentētia caſſatur. Et ideo quando iudici datur liberum arbitrium, per hoc non poteſt facere iniuſtitiā, quia hoc eſt contra naturalem æquitatem, ſed poteſt omittere ſolennitatem iuris ciuilis, vt eſt glo. in clemen. ſæpe. in verſic. defenſiones. de verbo. ſignifi. & per Bart. in l. filiusfa. ff. de donatio. Sed an in dictis caſibus iudex poſſit reijcere exceptiones p̄ſcriptionis, vel aliam procedentem ex mero rigore iuris ciuilis, dicit Bar. in d. ver. videbitur, ꝙ in his quæ ipſe iudex habet facere non tenetur ſequi regulas iuris ciuilis, ſed in his, quæ iam facta ſunt, ita, ꝙ ex hoc ius alteri quæſitum ſit, vel oblatum, iudex non debet immutare, ſed tenere, et illud ſequi, pro quo dicit eſſe caſum i l. bonafides. ff. depoſi. alias eſſet auferre ius alterius, qđ eſt contra naturalem æquitatem. Et hanc opinionem ſequitur Roma. in rub. ff. de arbit. in j. q. etiam ſi dictū ſit ꝙ debeat iudicare ſecundum æquitatem, per dictum Innoc. in c. cura. in fi. ſuper glo. in verſicu. præſcriptum. de iure patro. Ioan. And. in reg. poſſeſſor. de regul. iur. in mercur. vt refert Bal. in authen. ad hæc. C. de vſur. dicunt enim præſcripta bona fide poſſe retineri ſalua conſcientia, conſcientia autem eſt in ipſa æquitate fundata, ergo. ſecundo per dictum Bal. in l. cum quis. C. de iuris & fact. igno. vbi dicunt, poſt Pe. de Bellaperti, ꝙ ſicut præſcripta poſſunt retineri in foro ſecuſari, ita in foro poli, quod ipſam æquitatem cōſiderat. Tertio, quia bona fide præſcripta poſſunt retineri tanquam præſcriptione ſublatus ſit tam naturalis ꝙ̄ ciuilis effectus, vt notat Bar. in l. fi. ff. rem ratam habe. in l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & oblig. & in l. at qui natura. §. cum me abſente. poſt glo. ibi. ff. de nego. geſt. Et per Cano. in c. nouit. de iudi. & per Bal. in c. j. §. ſi quis per xxx. ſi de feud. fue. contro. inter domi. & agnat. Quarto, quia præſcriptioni inductę in odiū negligentis non poteſt renuntiari per ipſos contrahentes, vt concludit Bar. in l. j. ff. de vſucap. & in l. nemo poteſt. ff. de leg. j. ſi ergo expreſſe non poteſt renunciari, ergo nec tacite per illud verbum, ęquitas. arg. l. cum quid. ff. ſi cer. peta. Et licet Ange. in l. j. ff. de neg. geſt. & in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. & Bal. in l. j. in verſ. item ſi cauſa eſt commiſſa. C. de præſcript. xxx. vel xl. ann. & in l. ſi pro hac. C. manda. dixerint, ꝙ tūc iudex in prædictis caſibus poterit iudicare, reiecta qualibet exceptione præſcriptionis, ea ratione, quia præſcriptio dicitur iniquiſſimum iuris ſubſidium, vt in authē. vt eccle. Roma. in. §. habeat itaq;. Socin. conſi. lxxxvj. inci. in cauſa verſ. prima, quia quo ad curiam. circa fin. vol. j. Tamen eorum dicta ſunt intelligenda quando mala fide quid eſt præſcriptum, quod confirmatur. argu. eius quod dixit Bal. in l. id quod pauperibus. C. de epiſco. & cler. & in l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condi. & demō. & per Bar. in l. legaui. ff. de libe. leg. dum quęrunt an teſtatore mādante ſolui debere debita intelligatur de præſcriptis, & concludunt, ꝙ ſi bona fide præſcripta ſunt, non cōprehendūtur, quia bona fide præſcripta ſalua conſcientia retineri poſſunt in foro poli. Et dixit Bal. in c. quintaualiis. de iureiuran. arbitratorem non poſſe mandare alteri parti ꝙ ſoluat debitum præſcriptū, quia præſcriptio eſt ſimilis ſolutioni l. ſi pupillus. ff. de admini. tuto. ſecus ſi præſcribens ſit in mala fide, quia etiam iudex ſecularis non debet ſeruare præſcriptionem mala fide introductam, vt no. Bart. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. & Bal. in l. ij. C. de ſer ui. & aqua. & in c. fi. de præſcrip. & Ang. in l. j. C. de iudi. in repet. ſua. & Canoni. in c. ſi diligenti. de præſcrip. Et eandem opini. firmauit idem Roma. conſi. cxlix. concluſionē primam. in pen. dubio. & in conſ. ccv. Fulg. conſi. cvij. & Imo. conſil. cxxij. & ſequitur Georg. Natam in d. clemen. ſæpe. §. non ſit tamen. col. xvij. de verbo. ſigni. Lanfran. in tracta. de arbi. in vlti. par. xxv. q. & infirmari poteſt per notabil. do. Pau. de Caſt. in l. ſi. §. j. in fi. ff. rem ratam habe. inducendo, vt per Fely. in c. fi. colum. v. ver. demum. circa prædicta. de præſcrip. & per doctor. in l. ſi ſic legatum. in prin. vbi Alexan. col. iij. poſt Imol. & ibi Iaſ. in fi. nume. 29. ff. de legat. j.

Et Ang. Aret. in §. in bonæ fidei. col. fi. inſtitu. de actio. & Aret. in c. dilecti. filij. col. ij. verſi. in contrarium. vbi Fely. col. ij. de iudi. Vbi id etiam extendunt ad arbitriũ, vel arbitratorem, cui talis data ſit per compromiſſum autoritas, & tradit Catellia. Cotta in memorã. in verb. præſcriptionis exceptio. Et Fely. in rub. de præſcrip. col. I. nu. 2. verſi. ſed aduerte. & ad prædicta faciunt late deducta per Hippol. de Marſi. in practi. crimi. in §. diligenter. nume. 26. cum ſeq. & in l. quæſtionis modum. num. 70. ff. de quæſtio. Gab. Saray.

1 *Verbum, placet, denotat arbitrium boni viri, ſed verbum libet, liberum arbitrium.*

15 No. ꝙ verbum † placet denotat arbitriũ
1 boni viri. l. fideicommiſſa. §. quanquam. ff. de legat. ij. Sed verbum libet, vel libuerit denotat liberum arbitrium. l. fideicommiſſaria libertas. la ij. in prin. ff. de fidecom. liber. ponit Bar. in l. alio. col. iij. ver. procedo vlterius. ff. de alimen. & ciba. leg. & l. ſi ſic. in princ. ff. de leg. j.

ADDITIO. No. ꝙ verbũ placet &c. Adde ꝙ illud verbum importet arbitrium boni viri tenet Bal. in l. fi. §. j. C. communia de leg. Abb. in c. verum. in ij. col. de fo. compe. & ꝙ verbum libet importet liberam voluntatem tenet etiam Alexan. in l. ſi ſic. hic alleg. in j. col. eſt text. in l. fideicommiſſaria libertas. la iij. ff. de fideicom. libe. per quam l. dicit Bart. in d. l. ſi ſic. ꝙ verbum placebit importat arbitrium boni viri contra illud quod ſupra dictum eſt allegando etiam ad id. l. Thais. §. ſorore. & l. Lucius. la j. eo. ti.

* Quod verbũ placet denotet arbitriũ boni viri tex. eſt in l. Thais ancilla. §. ſorore. & l. Lucius. la j. & ibi Bar. ff. de fideicom. liberta. & Bar. in l. cum proponas. C. de fideicõ. liberta. & in l. item ſi vnus. §. idem Pomponius. ff. de arbi. & in l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & in l. ſi quis arbitratu. col. iij. ff. de verb. oblig. & Bal. in l. captatorias. col. j. & ij. C. de teſta. mili. Quod præſertim procedit, quando additur ad verbum, bene, vnde ſi fiat commiſſio ad beneplacitum alicuius intelligitur facta arbitrio boni viri, ita notat Bal. in l. fi. §. j. in iiij. notabi. per illum tex. C. communia de lega. Abb. in c. verum. col. ij. in vlti. notab. per illum text. de foro compe. Geminia. in c. epiſcoporum. in ij. colum. de priuileg. in vj. Facit quod notãt doctor. in l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdi. om. iudi. vbi dicunt, ꝙ ſi debitor promitteret creditori ſoluere debitum in quocunq; loco ſibi placuerit pactum nil releuabit, quoniam intelligitur arbitrio boni viri. Et tradit Mantua conſi. vij. caſus ita ſe habet. col. ij. verſi. tertio & vltimo. nume. 25. & d. Abb. in conſi. iiij. in fi. & in conſi. cx. in princi. volu. ij. Verbum autem libet, ꝙ liberum arbitrium denotet, adde tex. in l. j. in prin. ff. de mili. teſta. & in l. etiam. in princi. ff. de bonis liber. facit l. procurator cui libera. ff. de procura. Idem etiam de verbo volo. l. cum quidam. ff. de leg. ij. l. vtrum. §. cum quidã. ff. de reb. dub. & Bart. in l. centeſimis. §. fi. & ibi Imo. ff. de verbo. obli. Vel ſi hæc duo verba libuerit, & voluerit ſimul iungantur, quia et tunc liberam voluntatem important, vt eſt tex. not. in c. ij. de ſequeſtra. poſſ. & fruct. in verſi. pro ſuæ diſtribuunt libito uoluntatis, & ibi Abb. in iij. notab. & Bal. conſi. cxcv. volu. ij. incip. laudare vos & commendare. col. v. per l. quia poterat. ff. ad Trebel. & l. cum proponas. C. de hære. inſti. Et de verbis ſignificantibus liberum arbitrium, vel arbitrium boni viri latiſsime tradunt Imo. Alexan. Iaſo. & cæteri Moder. poſt Bar. in d. l. ſi ſic legatum. ff. de lega. j. Bar. in d. l. centeſimis. §. fin. Paul. de Caſt. in l. ſi quis. §. iuſſum. nume. 8. & 9. ff. de acquir. hæred. Fely. in c. ne innitaris. & ibi Barba. de conſtit. & Fely. in c. j. nume. 76. & ibi Deci. nume. 21. de conſtit. latiſsime Georg. Natam in repeti. clemen. ſæpe. de verbo. ſigni. Gozadi. cõſi. xcj. prima facie. nu. 9. & conſi. c. circa ea quæ deduxi. nu. 21. & Deci. conſi. ccccxcij. viſo tenore. nume. 18. Alex. cõſi. lxv. col. ij. & conſi. lxxx. col. ix. & xj. & conſ. xlvij. colum. vij. & conſi. cij. & conſi. cxl. vol. j. & in conſi. xij. col. j. & conſi. xiiij. & conſi. xlj. & col. fi. vol. ij. & in conſi. ccv. in ij. col. vol. ij. vbi ponit, vtrum ille, qui poteſt facere aliquid arbitrio ſuo, teneatur de culpa, & conſi. ccxiiij. col. ij. & iij. & in conſil. j. volu. iiij. Notandum tamẽ eſt, ꝙ quando quid eſt cõmiſſum in alicuius liberam volũtatem, ille poteſt arbitrari quomodo vult, etiam iniuſte. l. cum quidam ff. de leg. ij. dum tamẽ dolus malus abſit l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & Bar. in d. l. ſi ſic legatum. in prin. & in d. l. centeſimis. §. fi. col. j. in fin. verſi. quæro quanta eſt virtus. nume 8. & in l. fideicommiſſa. §. ſi ſic. nume. 5. ff. de legat. iij. & in l. filiusfamilias. ff. de donatio. Ant. de Butr. & Imo. in c. j. de conſti. & Bal. in rub. C. de pœna iudic. qui male iudica. in ij. q. Illud tamen limita nõ procedere in criminalibus,

in quibus iudex virtute liberi arbitrij in procedendo ſibi conceſsi, non poterit præferre iniquum æquo, & ſic non poterit deuenire ad torturam niſi præcedentibus indicijs, vt per Gandi. in tracta. maleſi. in rub. an poteſtas qui habet arbitrium, quem refert & ſequitur Alexan. conſi. lxv. vol. j. incip. habita ſuper contentis in ſuperiori themate. col. ij. Idem tenet Fulgo. conſil. cxlix. ſuper inquiſitione formata. Et facit quod notat Bal. in d. j. per illum tex. in verſi. liberum. cum gl. de offi. ordi. vbi tenet, q́ ſi ſtatutum diſponat, q́ poteſtas poſsit libere inquirere, tamen non poterit inquirere non præcedente fama, vel plus, q̃ ſint indicia. Et ad idem allegari poteſt quod ſcribit idẽ Bal. in c. licet vndique poſt gloſ. ibi. de offic. ordi. q́ licet Papa, vel Princeps mandet inquiri in genere, tamen non debet intelligi, & limitari, fama præcedente, & non aliter, item requiritur citatio, & teſtes debẽt eſſe idonei ſecundũ eum ibi, quæ ſunt notanda in practica, vt tradit idem Iaſon. in d. l. ſi ſic legatum. nume. 17. ff. de lega. j. Et plene per Hippoly. de Marſi. in practi. crimi. in §. diligenter. nume. 24. & in §. conſtante. & in l. quæſtionis modum. nume. 70. ff. de quæſtio. & in repe. rub. C. de probatio. & Catald. in tracta. ſyndi. in verſi. cxxxix. incip. adde q́ ſi datur arbitrium poteſtati. Et ideo ſtante hac limitatione, dubito de primo dicto, q́ facta commiſsione in alterius liberam voluntatem, ille etiam iniuſte poſsit arbitrari, & q́ partes illius determinationi ſtare teneantur, nec poſſet peti reduci ad arbitrium boni viri, vt tenuit Abb. in c. j. in iij. notab. de his quæ fiunt a maio. par. cap. per ea quæ notat Bal. in l. ſi quis maior. in j. nota. C. de tranſa. vbi dicit q́ ſi ſtatutum dat liberum arbitrium iudici in certis cauſis, quia dictũ ſtatutum tendit in præiudicium tertij debet intelligi de ea libertate, quæ contineat in ſe æquitatem, non autem q́ poſsit præferre iniquum æquo, & facit quod dixit idẽ Bal. in l. j. per illum tex. ff. de ſoluti. q́ omne arbitrium commiſſum in re aliena, intelligitur commiſſum cum iuſtitia quibuſcunque verbis committatur. Præterea adduco, quia verba quæ alias importarent liberam voluntatem, ſi agatur de præiudicio tertij, intelliguntur de arbitrio boni viri, ne tertio præiudicium inferatur, vt notab. dixit Anto. de Butr. in d. c. j. col. penul. verſi. non obſtat. de conſtitu. Lapp. alle. lxj. viſis literis, col. ij. Abb. in c. dilecti. de iudi. & colligitur ex dictis Bart. in d. l. filiusfamilias. ff. de le- gatio. & in l. j. ff. de milit. teſta. Cum ergo in compromiſſo tractetur de præiudicio tertij, concludẽdum eſt, q́ prædicta verba pro arbitrio boni viri intelligantur, Et iſtud eſt quod voluit Bal. in c. quintauallis. circa ſin. de iureiuran. q́ in compromiſsis voluntas pro diſcretione, & arbitrio boni viri accipitur, & faciunt quæ dixi ſupra in ſingulari xiiij. q́ licet talis liber ſit a regulis ciuilibus, tamen debet ſeruare regulas iuris gentium, ſeu naturalis æquitatis per clemẽ. paſtoralis. de re iudica. Et dicit Fely. in c. quoniam frequenter. §. porro. in ij. colũ. vt lite non conteſta. q́ in his, quæ ſunt commiſſa arbitrio iudicis, iudex debet ſeruare æquitatem. Et ideo pro concordia, & declaratione præſentis quæſtionis recurrendũ eſſe cenſeo ad ea quæ ſcribit Lanfran. de Oria. in tracta. de arbi. in prin. col. v. verſicu. arbitrium duplex eſt, & præceptor meus domi. Marcus Antonius Blanc. in ſuo ſolenni tractatu de compromiſsis, in x. q. principali. in princi. quæ gratia breuitatis hic ommitto. Gabr. Saray.

1 *Verbum, iudicio tuo, liberam voluntatẽ an arbitrium boni viri ſignificet.*

16 Not. quod verbum † iudicio tuo, ſignifi-
1 cat liberam voluntatẽ, & hoc tenet Bart. in l. ſi ſic. in prin. ff. de lega. ad qd alleg. l. thais. §. Lucius. il ij. ff. de fideicommiſſ. liber. Sed Bar. ſeipſum correxit, & tenuit cõtrarium quod ſignificat arbitrium boni viri in d. extrauagan. ad reprimendum in verbo præ dicto. Videbitur expedire.

A ADDITIO. Not. q́ uerbum iudicio &c. Et q́ iſta verba importent arbitriũ boni viri, & non liberam voluntatem tenent Alexan. & Imo. in l. ſi ſic, de qua ſuperius per c. ſorus in verbo iudicio. & in verſi. iudex. de verbo. ſignifi. & licet ipſe non dicat idem voluit Barto. ſibi contrarius in extrauagan. hic alleg. Bald. in l. voluntatis. circa ſecundam colum. C. de fideicom. probatur in c. illud. de cleri. excom. & in c. inter corporalia. de tranſlatione ſonat tex. in c. verum. de foro compet. & in l. cum prætor. §. j. in glo. in uerbo iudicio. de iudic. ſequitur Felyn. alia adducens in c. j. col. xvj. de conſti. vbi forte per iuj. col. de iſtis & ſimilibus verbis planius loquitur q̃ alibi.

* Adde tex. in c. irrita. in verſi. iudicauerit. xxxv. q. vlti. Et tradit Benedi. de Plumbi. in d. §. Lucius. Alex. conſi. xxxiij. vol. j. Ro

ma.in rub.ff.de arbi.col.iij.verſic.item pone φ dictum ſit,φ iudicio ſuo, Et Lanfran. de Oria.in tract.de arbi.col.vj.in prin.verſi.dubitatum fuit.Anto.de Bu.& Imo.in c.j.de conſti.& vide quæ dixi ſupra ſingulari xiiij.& xv. Gab.Sara.

1 *Statutum, vel ius cõmune ſi actori ad probãdum dilationem præfigat, eo nihil probante, non propterea de cauſa liquere dicitur: & ideo reus diffinitiue non abſoluitur, ſed ſolum ab inſtantia, vel obſeruatione iudicij, ſecus ſi a iudice præfixa fuerit.*

2 *Reus quando debeat abſolui diffinitiue, & quando tantum ab obſeruatione iudicij actore infra terminum legis, vel iudicis nõ probante.*

3 *Contumax aliquando eſt melioris conditionis, quando præſens.*

4 *Sententia lata dolo alicuius litigantis contra contumacem eſt nulla; ſed lata contra præſentem valet, licet poſſet reſtitutio dari, vel doli exceptio opponi.*

5 *Iudex poteſt indiſtincte de facto ſupplere pro abſente, etiam per contumaciam: quod tamen in fauorem præſentis facere nõ põt.*

6 *Iudex nunquam poteſt pronuntiare poſitiones haberi pro confeſſis parte etiam per veram contumaciam abſente, quia reſpondere debet; ſecus ſi ſit præſens, & in reſpondendo contumax.*

7 *Delinquens non debet eſſe melioris conditionis eo, qui non deliquit.*

17 No.quod quandocunq; eſt præfixa acto
1 ri a iure communi, vel ſtatuto dilatio † ad probandum,eo nihil probante,non propterea dicitur liquere de cauſa:& ideo reus nõ poteſt abſolui diffinitiue, ſed ſolum ab inſtantia,ſeu obſeruatione iudicij l.properandum.§.& ſi quidem. pars actoris.C.de iudi.
2 Secus † ſi terminus fuiſſet præfixus a iudice,qui proceſſit in cauſa, vel a delegante, qui mandaſſet cauſam terminari infra certum tempus,nam tunc abſolueretur diffinitiue reus: & hanc regulam ponit Bart.in l.admonendi.col.ij.in ver.quæro primo. nu.13.ff.de iureiuran. Sed hæc differentia debet intelligi, quando reus petit ſe abſolui actore abſente: ſed ſi vterq; litigantium eſſet præſens in iudicio debet reus abſolui diffinitiue etiam in primo caſu.l.qui accuſare.C.de eden.& iſtam limitationem mirabiliter ſentit glo.in l.properandum.§.& ſi quidem pars actoris.in ver. termino.C.de
3 iudic.Et ex hoc ſequitur, † quod hoc caſu contumax eſt melioris conditionis,φ̃ præſens.Simile habetur alibi, quia ſententia la
4 ta † dolo alicuius litigantis contra contumacem eſt nulla: ſed lata contra præſentẽ, videlicet,licet poſſet dari reſtitutio,vel opponi exceptio doli l.ſi pretor.§.Marcellus.ff.de iudi.iuncta l.diuus.ff.de re iudi.Simili
5 ter † videmus, φ iudex poteſt indiſtincte ſupplere de facto pro abſente etiã per contumaciam . authen.qui ſemel.C.quomo.& quando iudex.& in l.ampliorem.in princ. C.de appella.hoc tamen non poteſt in fauorem præſentis no.in rubro & nigro.C.vt q
6 de aduo.part. Itẽ alibi videmus,quod † iudex nunquam poteſt pronunciare poſitiones haberi pro confeſsis abſente parte,etiã per veram contumaciam,eo quia debet reſpondere.ſecus eſſet,ſi eſſet præſens,& contumax in non reſpondẽdo,vt eſt tex.in c.j.de cõfe.lib.vj.Et ſic poſſunt haberi ex prædictis limitationes ad illam regulam, quod
7 † delinquens non debet eſſe melioris conditionis eo, qui non deliquit l.non ſolum. la j.ff.de noxa,& c.eum qui.de prebẽ.li.vj.

ADDITIO. No.φ quãdocunq; &c. De materia huius no.dicti,vide late p Bar. vbi ponit doctrinam,& ibi plene per alios præſertim per mag.meum col.xiiij.in fi.& ſeq.in l.admonendi.ff.de iureiuran. plene etiam per Alex.poſt alios in l.properandũ. §.& ſi quidem.C.de iudi.hic alle.per Bartho.Cæpol.cautel.ſua xciij.incip.ſæpe contingit.plenius per Mag.meum in repe.d.l. admonendi.col.xxxviij.

* Quando eſt præfixa actori a lege, vel ab homine dilatio peremptoria ad probandũ, eo nihil probante,non propterea dicitur liquere de cauſa,ſed tantum non ſufficienter actitatum eſſe eſt text.in d.l.properandum. in.§.& ſi quidem pars.ibi,& ſi quidem nihil ſufficiens actitatum eſt,tradit Spe.in tit. de ſenten.prolatio.§.nunc videndum.ver. illud,& Anto.de Bu.& Abb.in c.fi.de iudi. & communiter tradunt docto.in dicto.§.& ſi quidem pars,& Barto.in l.idem Pomponius.§.fi.ff.de arbi.& Bal.in authen.et qui. C.de tempo.appel.& in authen.qui ſemel. C.quomodo & quando iudex.qui etiam dicunt,φ reus hoc caſu non poteſt diffinitiue

abſolui, ſed tantum ab obſeruatione iudicij, quod tamen eſt intelligendum quando actor lite conteſtata, vel habita pro conteſtata ſe abſentauit, & nil infra terminum produxit, tunc enim cum nō ſit factus proceſſus, neq; de cauſa iudici ex actis conſtare poſsit, reū diffinitiue abſoluere nequit, ſed tantum ab obſeruatione iudicij, & ita proprie loquitur tex. in §. & ſi quidē pars, ſecundum communem doctorum intellectum. Si vero producto libello, & exceptionibus rei, replicationibus, & triplicationibus vtriuſque partis, infra dictum terminum actor non probauerit intentionem ſuam, tūc actore nihil probante, vel ſi reus exceptiones ſuas probauerit, debet reus diffinitiue a iudice eo præſente & petente abſolui, iuxta d. l. qui accuſare. C. de eden. quia tunc conſtare poteſt ex actis iudici de cauſa. & ex illa abſolutoria oritur exceptio rei iudicatæ. Quod procedit etiam ſi actor ſit perſona honeſta & legalis, & reus eſſet malæ conditionis & famæ, vt per glo. in c. ſicut. in fi. de ſenten. excommu. quæ dicit, q ſanctitas perſonę non facit, vt ſibi credatur in præiudicium alterius. & quia vbi agitur de præiudicio tertij, præſumptio bonitatis non attenditur, vt no. Abb. in c. cum in iure. de offi. deleg. & quia propter qualitatem perſonæ nō receditur a regulis iuris communis, vt no. Bald. per illum tex. in c. j. in fi. vt lite pendente. vt in c. iurauit. col. iij. de probatio. & per Deci. in c. poſtremo. de appella. Quod etiam verum eſt in criminalibus, quamuis ciuiliter motis, vt per glo. in c. cum ſunt. in glo. fi. de regul. iur. in vj. et Alexan. in conſil. lxvj. viſo. col. j. vol. j. in illis enim requiruntur probationes luce meridiana clariores l. fi. C. de proba. Iaſ. & alij in d. l. admonendi. ff. de iureiuran. & Deci. poſt doct. in d. l. qui accuſare, nume. 13. Item hoc procedit, etiam ſi conſtet reum nullum ius penitus habere, quia ſolum ius actoris conſideratur l. fi. C. de rei vendi. Vel ſi reus aſſumpſiſſet onus probandi, et defeciſſet, q per hoc non debet reus cōdemnari, ex quo actor non probauit, vt per gl. in l. circa. vbi Bar. ff. de proba. & Saly. in l. ij. C. de probatio. & ita determinant doct. in d. §. & ſi quidem pars. & Bal. & Phil. Franc. in d. c. cum ſunt. de regul. iur. in vj. Areti. & Moder. in d. l. qui accuſare. Riminal. in l. edita. colum. xvj. C. de eden. Iaſ. in l. iuſiuran. §. fi. ff. de iureiuran. vbi ponit qualiter intelligatur quod dicitur, diffinitiue quem eſſe abſoluendum, vel ab obſeruatione iudicij: & qui, ac quales effectus inde reſultent: & dominus & præceptor meus Alcia. in tracta. de præſumptio. in xliiij. præſum. ſub tertio, tertiæ regulæ. & de ſubſequenti ligno. in l. fauorabiliores. numero 11. ff. de regul. iur. & Cur. Iun. in l. & poſt edictum. in fi. ff. de iudi. Et adde q actor a principio antequam ſit ſibi oblatus terminus ad probandum poteſt iuramentum deferre reo, qui cogitur iurare, arg. l. manifeſtę turpitudinis. ff. de iureiuran. declarando vt late dixit Deci. in c. ij. col. ij. & iij. de probati. Regula tamen d. l. qui accuſare multipliciter limitatur, vt ibi per Iaco. But. Bal. & Saly. vbi aſsignant ſeptem fallētias, ſed plures ponit glo. in c. j. vt eccleſi. bene. ſi. & Specu. in titu. de proba. in §. probare. verſi. nunc ad propoſitum. Sed quid ſi in termino probatorio ſuperueniſſet aliquod impedimētū ob quod actor probare nō potuiſſet, an tunc iudex debeat procedere ad diffinitiuam in abſoluēdo reum? dic q ſic, niſi actor petat ſibi concedi probationem per in integrum reſtitut. ſi eſt tale impedimentum quod non potuit prouideri, vt no. Specu. in tit. de dilatio. in §. j. verſi. ſed quid certe. pro quo facit tex. in l. ſi per prætorē. §. ſi feriæ. ff. ex quib. cau. maior. & Cy. in l. ij. circa med. ff. ſi quis cautio. & Soci. in regu. ccclxxxv. incip. probatorio termino. in v. limitatione. Et ſi iudex alium terminum ad probandum dare denegauerit, vel appellet ab ipſo grauamine, uel habeat recurſum ad ſuperiorem per viam querelæ, quo caſu erunt ligatæ manus iudicis, vt vlterius in cauſa procedere non poſsit vt in authen. vt differ. iudi. in prin. & Bald. not. in l. ij. in xj. q. C. de epiſ. audi. Vel etiam ſtatim denegato ſibi alio termino ſuas probationes faciat, nam probationes etiam ſine vlla dilatione factæ valent, vt per Bart. in l. fi. ff. de feri. & ibidem Alb. de Roſ. Bal. Ang. & Moder. & Bar. in extrauagan. ad reprimen. in verbo, figura. & docto. in c. licet cauſam. de probatio. Imo fortius valet ſententia diffinitiua lata non dato termino ad probandum, vt not. Bal. in l. petendæ. in iij. notab. per illum tex. C. de tempo. in integ. reſti. pet. & tradit Iaſ. in repeti. l. admonendi. col. xxxiij. nume. 79. ff. de iureiur. Inquantum autem dicit hic, q iudex pōt indiſtincte ſupplere de facto pro abſente contumace, quod non poteſt in fauorem præſentis, iſtud eſt verum, in caſibus in quibus poteſt contra abſentem perueniri ad diffinitiuam ſententiā, tunc enim iudex poteſt ſupplere de facto inducendo probationes pro

abſente d.authen.qui ſemel. & d.l.amplio- rem.in prin.& ibi ita no.Bar.& in l.j.C.vt quæ deſunt aduoca.iudex ſupple. Si ve- ro contra abſentem,ad diffinitiuam perue- niri non poteſt,tunc iudex non poteſt de fa cto ſupplere,l.age,C.de tranſa,quam ita in- telligit Bart.in d.l.j.C.vt quæ deſunt aduo. Eſt verum, ꝙ in primo caſu,an pro abſen- te per contumaciā iudex ſupplere poſsit, variāt doctores,nam Bal.in d.l.j.C.vt quæ deſunt aduoca.& in d.l.ampliorem vult ꝙ illud non procedat quando abſens eſſet cō- tumax,& appareret eum eſſe abſentem ex minus probabili cauſa, nam tunc iudex nō debet ſupplere pro eo,niſi quatenus acta lo quātur per l.properandum.§.cū aūt here- moditiū,C.de iudic.Secus ſi eſſet abſens ex probabili cā, & ita intelligit d.l.amplioreˉ. cū quo tranſit Ro.in d.§.cū autem.& Pau. de Caſt.in d.l.j.C.vt quæ deſunt aduo.Bar. vero in d.l.j.abſolute & indiſtincte iſtud te net,& ſic etiam quando abſens eſſet contu max.cuius opinio videtur verior per ſua iura quæ ibi allegat,quę indiſtincte loquun tur,& per glo.quæ hoc tenuit in c.bonæ.il j.de poſtula.prælato.& communiter ibi ſe- quuntur docto,& glo.xxx.q.vlti.c.iudican tem.& Inno.in c.veniens.de accuſ.& Ale- xan.in d.l.j.nume.9.& vide Bar.in l.iiij.§. hoc autem iudicium.ff.de dam.infe.& in l. penul.§.ad crimen.ff.de publi.iud.in iij.co lum. Et dum dicit,ꝙ iudex nunquam po teſt pronunciare poſitiones haberi pro cō- feſsis parte per cōtumaciam abſente, ſecus ſi eſſet præſens,& contumax in non reſpon dendo iuxta d.c.ij.de confeſſ.in vj.Dic ꝙ iſtud non eſt ita ſimpliciter intelligendum. Nam ad hoc vt ille tex.habeat locum, tria concurrere debent. Primo, ꝙ ſit iuſſus re- ſpondere per iudicem in pręſentia,vt tenet glo.in d.c.ij.in ver.iuſſus. & ibi Archi.nec ſufficit ꝙ ſit citatus per nūtium,vel per epi ſtolam,vt per Dy.in reg. contra eum,de re gul.iur.in vj.& Spe.in titu.de poſitio.in.§. nono,verſ.licet,vbi hoc limitat,niſi citatus dixerit nolle reſpondere,vel venire , quia tunc eſt vere contumax,vt no.glo.in c.ve- nerabilibus.§.ſecus , de ſenten.excommu. in vj.poterit tunc iudex abſq; alia citatio- ne declarare eum haberi pro confeſſo facit glo.magna.in fi.in l.j.§.fi.ff.ſi quis iuſdicen. Secundo limitat,niſi iudex in citatione cō minauerit, ꝙ niſi compareat habebit poſi- tiones pro confeſsis,quia tunc illo non cō- parente poterit iudex pronuntiare eum ha beri pro confeſſo,& ſic intelligit Spe. in cō tumace.item citato cum comminatione:ſed in prima citatione non poſſet iudex etiam comminando imponere talem pœnam. Et quando in citatione eſſet inſertus tenor po- ſitionum,vel interrogationum,an tunc ſuf- ficiat ſimplex citatio, vt eo nolente reſpon dere habeatur pro confeſſo,vide Iaco.But. in l.ij.§.ꝙ ſi actor.C.de iura.calum. qui te- net ꝙ ſic,& facit in arg.in c.mulieres.in fi. de ſenten.excommu.ſed contrarium tenue runt Pe.de Anch.& Domi.in d.c.ij.per gl. ibi.quia licet mittatur copia poſitionum ta men tunc iudex,non interrogat, nec iubet, & in hoc caſu eſt ratio diuerſa, cum maior ſit contumacia non reſpondentis ad verbū iudicis, ꝙ̄ quando per nuntium,vel epiſto- lam,vt l.j.C.quomo. & quan.iudex.& ita videtur ſentire Bal.in d.§.quod ſi actor.Et quid ſi addita fuerit comminatio iudicis, ꝙ niſi comparuerit habeatur pro confeſſo, an tunc his ſimul iunctis contumax habeatur pro confeſſo,dic ꝙ ſic ſecundum do. Anto. de But.& Imo.in c.penul.de iuramen.calū. Et quid ſi ſit iuſſus a notario,de commiſsio ne iudicis tradit Domi.in d.c.ij.vbi tenet ꝙ non,quod tamen debet intelligi, niſi no- tarius hoc faceret in præſentia iudicis , & ex eius commiſsione , quo caſu haberet lo- cum diſpoſitio d.c.ij.ex quo iudex eſt præ ſens & committens , argu.l.omnium.C.de teſta.& per Bal.in l.nemo.C.de ſenten. Se cundo requiritur ad hoc,vt ille tex.in c.ij. de confeſsis lib.vj.habeat locum,ꝙ contu- max non poſsit ſuam contumaciam excuſa re,vt no.in l.ſi filius.la j.ff.de interrog.act. & per Bald.in l.j.C.de confeſſ.in viij.char. vbi addit etiam,ꝙ ſufficit ꝙ ex actis appa- reat quem eſſe contumacem, licet aliter nō pronuntietur illum eſſe contumacem,nam alia declaratoria non requiritur,& per Ho ſtien.& alios in c.fi.de iuramen. calum.niſi quo ad hoc,vt talis pœna tranſeat contra hęredem,quia nunquam confeſsio defuncti obligat hæredem,niſi præceſſerit ſententia declaratoria.l.eius qui delatorem.ff.de iu- re fiſci.& per Francif.Curt.Senior in l.ij.§. quod obſeruari,in materia poſitionū,& in- terrogationū.col.ij.nume.8.in vj.breuiloq. nam iuſta cauſa abſentiæ probata proceſ- ſus reuocatur,vt per Spec.in titu.de noto. crimi.in.§.j.& in notab.q.tradit do.Hiero. Gigas in ſuo ſolenni tracta.de crimi.læſæ maie.li.j.in rub.qualiter in crimi.læſ.maie. procedatur q.xviij.Tertio ꝙ poſitiones ei ſint lectæ,& datæ intelligi,vt per Bal.in d. l.ij.§.quod ſi actor,C.de iuramen.calum.

Si tamen antequam poſitiones ei legantur recuſaret quis ad iuſſum iudicis reſpondere, vel nollet audire, & recederet, haberet locum d.c.ij.& facit c.ij.de dolo & contu. in vj.& tenet Phil.Fran.in d.c.ij.col.iiij.in prin. Et ideo iudex tunc iſtis concurrentibus poterit ferre ſententiam contra eum, tanquam contra confeſſum, ſi tamen iudicialiter liqueat de cauſa, nam alias nō poſſet contra contumacem ferri ſententia diffinitiua, Quod ꝓcedit tam in ciuilibus, q̄ in criminalibus, vt in l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iudi.& l.abſentem.ff.de pœ. & no.in c.veritatis.de dolo & contuma. & Pe.de Anchara.in d.c.ij.de confeſſ.in vj.& Bal.in l.j.ff.ſi quis ius dicen.non obtempe. vbi notab.dixit, ꝙ non poterit iudex citando, comminari, vel interloqui, ꝙ eum habebit pro confeſſo, licet ratione contumaciæ, aliam pœnam imponere poſsit, vel niſi eſſet contumax in reſpondendo poſitioni, cuius confeſsio decideret totam cauſam, alias non poſſet ad ſententiam peruenire non ꝓbatis probandis, vt in l.intra vtile.ff.de minor. Et dum in fi.tangit regulam l.nō ſolum.la j.ff.de noxal.actio.dic ꝙ ea generaliter procedit, nam contumax nō debet eſſe conditionis melioris, ꝙ obediens.c.contingit.extra de dolo & contum.& c.j.in fi.de poſtula.prælato. Nec debet damnū inferri bono & deuoto, & lucrum malo, & crudeli.inſti.de donatio.§.fin. Et delinquendo homo non fit locupletior l.pretia rerū.ff.ad l.Falci.& tradit Alber.de Roſa.in d.l.non ſolum.facit c.eum qui.de pręben.in vj.vbi dicitur, ꝙ non decet, vt ſtultus, melioris, q̄ peritus conditionis exiſtat, vel ꝙ inuaſor, eo, qui iuſte ingreditur, priuilegio gaudeat potiori.xvj.q.j.c.legi epiſtolā.l. ſeruius.ff. quod vi aut clam.l.regula.§.antepenult.ff. de iuris & fact.igno.nec ex delicto quis facit conditionem ſuam meliorem l.iij.§.j.ff. de donat.inter vir.& vxor.l.ſi a patre.§.ſi prædo.ff.de petitio.hære. Et ſic etiam procedit in cōtumace. Nec obſtat quod hic dicitur per Matthæum de abſente per contumaciam, nam pro ſolutione facit quod not. Albe.de Roſa.in l.in pecuniarijs.nume.2. ff.de fer.vide ibi per eum.& adde ꝙ interdum malæfidei poſſeſſor eſt melioris conditionis, q̄ bonæfidei, vt patet ex not.ff.de rei vendi.l.item.§.fi. Et dum innuit ꝙ contumax dicatur delinquere, & ꝙ contumacia ſit delictum, adde Alexan.in l.ſi mora. nume.13.ff.ſolu.mat. Et in l.non hoc.nu.5. C.vnde legit, & idem Alexan.poſt Bart.& Pau.de Caſt.in l.j.§.hoc iudicium.ff.ſi quis ius dicen.non obtemp.& Pau.de Caſt.in l. plerīq;.nume.9.ff.de in ius voc.& Deci.in l.in actionibus.nume.3.ff.de in lit.iuran.& per Corne.conſi.xcvij.numero 3.& conſil. cxcviij.nume.9.vol.iiij.Guli.May. in l.nō videtur.§.qui iuſſu.ff.de reg.iur.& qua pœna puniatur contumax in ciuilibus, tradit Alexan.poſt Imol.in l.contumacia.ff.de re iudica.poſt Spe.in titu.de contuma.per totū. Et quid in criminalibus late ponit Hippol.de Marſi.in practi.in.§.poſtquam, vbi plene eam materiam tractat, & per Angel. Areti.in tracta.maleficio.in verſi.qui domi nus iudex.nume.28.verſic.quæritur tamen an tale. Adde tamen ꝙ ſi quis fuerit contumax in reſpōdendo poſitionibus, & ſic habeatur pro confeſſ., poterit tamen probare contrarium, vt per Pau.de Ca.in l.ij.nu. 5.C.qui teſta.face.poſ. Gabri.Saray.

1 *Sententia lata contra abſentem dolo aduer*
ſarij præſentis in exprimendo falſum ſiue
illud per falſos teſtes probauerit, ſiue non,
eſt ipſo iure nulla. Secus ſi pars præſens ta-
cuerit aliquam exceptionem dilatoriam,
vel peremptoriam aduerſario abſenti com
petentem.
2 *Delictum minus eſt tacere ius aduerſarij ve-*
rum, quam falſum exprimere.

18 Not, quod ſententia lata cōtra abſentem
1 dolo aduerſarij præſentis † in exprimendo
falſum, ſiue illud probauerit per falſos teſtes, ſiue non, eſt nulla ipſo iure, vt eſt caſus ſingularis in d.l.ſi prætor.§.Marcellus.ff. de iudic. Secus videtur, ſi pars præſens tacuit aliquam exceptionem dilatoriam, vel peremptoriam aduerſario abſenti competentem: quia tunc valebit ſententia, ſiue dicas eum fuiſſe in dolo in ſic tacendo, ſiue
2 non: ratio, quia † minus delictum eſt tacere ius aduerſarij verum, quam exprimere falſum, iiij.q.iiij.c.j.& iſtā doctrinam ſenſit Bar.C.de ſait.l.j.col.ij.verſi.item arguitur, contra glo.Inno.in c.præterea.in fin.extra de dilat. Ioan.Andræ. in c.ſi duobus.extra de appellatio.

* ADDITIO. Falſa cauſa expreſſa in ſententia non vitiat ipſam, niſi appellatione vel alio remedio reſcindatur, ita ſentit glo.fi.in l.ſi is ad quem.ff.de acquirē. hæredit.& ibi late Imo.& idem Imol.poſt Ang.in l.qui Romæ.§.duo fratres, col.xiij.

verſi.& propter prædicta.ff.de verb.obli. Soci.conſi.xviij.proſequendo ordinē. ver. & hoc etiam.circa medium.volu.j.dicitur autem falſa cauſa, quando remota eſt a veritate, vt funditus falſum, vel ſimulatum ſecundum Bal.in l.j.col.iij.C.de condi.indebi.fallit tamen ſecundum Ange.in d.§.duo fratres,quando ſententia eſt lata per falſas allegationes facti falſo inductas contra abſentes,quas iudex ſecutus fuit per d.l.ſi p̄tor.§.Marcellus.ff.de iudic.ſecus ſi contra præſentem eſſet lata a contrario ſenſu illius.§.Marcellus. quia tunc eſſet iniqua nō nulla,& bene poſſet peti reſcindi p in integrum reſtitutionem, ſi per falſas allegationes, vel inſtrumenta lata fuiſſet.l.fi.C.ſi ex fal.inſtru.& dixit Bal.in c.cum venerabilis.col.ſi.de exceptio.ꝙ ſi abſens erat ſolēniter citatus, & tenebatur comparere, neceſſaria erit reſtitutio in integrū, quia pro præſenti debet haberi in auth.qua in prouincia.C.vbi de crimi.agi oportet. ſecus ſi erat talis abſens,qui non tenebatur comparere. Et no. pulchrum intellectum ad d.§.Marcellus, quem hic ponit Matthæus, videlicet,ꝙ ille.§.intelligatur, quando aliquid falſum eſt allegatum a parte contra abſentem,ſecus ſi nil ſit allegatum,ſed præſens tacuerit etiam dolo aliquam exceptionem,rei abſentis,quem etiam refert & approbat Felyn.in c.ſicut.col.xj.nume.30.ad fi.verſi.fallit quinto.de re iudic.addens rationem eſſe,quia melius eſt tacere,q̄ minus diligenter loqui,vt per glo.in cle.conſtitutionē.in ver.de nouo,in fi.de elec.Et quod dicitur tacentem verum æquiparari dicenti falſum.c.j.de crimi.falſ.intelligitur in teſte tantum,vt ibi per docto.& per glo.in c.ne quis arbitretur.xxij.q.ij.& Ant.de Bu.in c.j.in j.nota.de probatio. per illum tex. Quamuis in iſto dicto Matthæi aliter ſentiat do.Anto.Butri.in c.cum Bertoldus.de re iudic.& Abb.in d.c.ſi duobus.de appel.& per eundē in d.c.cum Bertoldus.in xxv. col.verſi.tertia lectura,qui dicunt,ꝙ ſi pars præſens tacet per dolum de exceptione cōpetente abſenti,ꝙ nō tenebit proceſſus ad commodum præſentis ſecundum Innoc.in c.fi.de accuſat.vbi autem pars præſens tacuiſſet ſine dolo,valeret proceſſus,per tex.in d.c.ſi duobus.ſed Imo.in d.c.ſi duobus.& in d.c.fi.de accuſa.& ibi Ioan.de Anan.tenent oppoſitum, quia non tenetur quis allegare ius aduerſarij.c.j.de probati.l.nimis graue.C.de teſtib. Vnde non ſine cauſa Inno. in d.c.fi.relata opinione contraria ſubſiſtit, & pro iſta parte inſurgit Roma.late in l.ſi is ad quem.ff.de acqui.hæred.per d.§.Marcellus.qui non habet locum quando pars ſciebat ius alterius & tacuit.Itē loquitur in allegante falſum,non in omittente, & primus dolus maior eſt, q̄ ſecundus allegat notata per glo.in l.ſi mora.ff.ſo.matri.& in l.diuus.ff.ad Sylla.ſaluat tamē opinionem Inno.in vſurario,qui tenetur edere contra ſe iura partis aduerſæ, clemen.j.de vſur.& pro hac parte ſecundum Fely.in d.c.ſi duobus.multum facit d.c.ſi duobus.qui ſimpliciter loquitur, & quia difficile eſſet cognoſcere quando dolo taceret, & q̄n non. Et ideo non obſtat d.c.j.de crimi.falſ.cum ſuperius allegatis, quia ſolū in teſte habent locum,vnde dicebat Anton.de But.in d.c.j.de probatio,in iij.notab.ꝙ tacere veritatem ad quam propalandam, quis non tenetur in foro contentioſo non eſt peccatum. Et hunc intellectum Matthæi tenet etiam Fely.in c.nonnulli.§.ſunt & alij.col.xj.nume.33.verſicu.ſed poſito ꝙ eſſet vera opini.de reſcrip.Adde tamen domi.de Rota deciſi.ccccxiij.nota ꝙ licet ſententia diffinitiua.in antiquis. qui tenent ꝙ licet ſententia diffinitiua obtenta pro falſam cauſam,ſeu per falſas allegationes tranſeat in rem iudicatam ſi non appelletur, tamē præceptum interlocutorium,ſeu etiam decretū per falſam cauſam, ſeu falſas allegationes obtentum non tranſit in rem iudicatā, imo eſt nullum ipſo iure,allegant ad hoc tex.in l.cum vero.§.ſubuentum,in verſi.proinde.ff.de fideicom.liber.& in l.magis puto.§.ſi æs alienum.cum ſimil.ff.de rebus eo.& ita etiam intelligi debent ea quæ ijdem domini de Rota ſcribunt in deciſio.cccxlvj.nota ꝙ licet ſententia.in antiquis. Vide tamē latiſsime de intellectu d.§.Marcellus, & ſuæ materiæ per Alexan.in dicta l.qui Romæ.§.duo fratres,nume.38.& ſeq.& faciūt quæ notat idem Matthæ.in ſing.xvij.proxime præcedenti. Adde tamen in materia Ang.Are.in tracta.maleſi.in verſi.& ibi caput a ſpatulis,nume.18.verſic.aduertas, & ibi Auguſtin.Arimi.in additio.& in verſic.Gaium Sempronij, vbi dixit ꝙ bannitus propter contumaciam poteſt ſi eſt captus, allegare ꝙ fuit bannitus ex falſis allegationibus. Gab.Saray.

1 *Sententia diffinitiua,uel interlocutoria lata expreſſe contra regulam iuris communis,eſt nulla,licet ſint aliqui caſus, in qui-*

*bus poßit ſaluari, ſi ij in ſententia non fue-
rint expreßi.*

2 *Seruum eſſe contra dominum torquendum
ſi ſimpliciter pronuntietur, ſententia erit
ipſo iure nulla.*

3 *Sententia, qua iudex pronuntiauit filiumfa
milias potuiſſe teſtari, & ideo eius teſta-
mentum valere, non valet, licet poßit ſal-
uari in peculio caſtrenſi, vel quaſi.*

4 *Citatio facta, vt quis die feriato cõpareat,
eſt nulla, niſi exprimatur cauſa ſpecialis,
qua illo tempore procedi poſsit.*

19 Nota ꝙ ſententia interlocutoria, vel diſ
1 finitiua lata † expreſſe contra regulam iu-
ris communis eſt nulla, licet reperiãtur ali
qui caſus excepti, in quibus ſaluari poſſet
illa ſententia, ex quo illi caſus ſpeciales nõ
ſunt expreſsi in ſententia. vnde ſi iudex
2 † interloquitur ſeruum torquendum eſſe
contra Titium dominum ſuum, hæc ſenten
tia eſt nulla. vt eſt glo. no. in l. ij. in glo. fi. in
fin. ff. de appell. reci. Similiter ſi pronun-
3 ciauit † iudex filiumfamil. potuiſſe teſtari,
& ideo valere teſtamentum, ſententia erit
nulla, licet poſsit ſaluari in peculio caſtren
ſi vel quaſi. Similiter videmus in citatione
4 † nam citatio facta, vt quis compareat die
feriato, eſt nulla, niſi exprimatur cauſa ſpe-
cialis, qua illo tempore poſsit procedi, vt
not. Innocen. in c. præterea. de dil. & Bar. in
l. ij. ff. ſi quis in ius voc. non ier.

ADDITIO. Not, quod ſentẽtia &c.
in prin. ad glo. in l. ij. ff. de appella. reci. hic
alleg. & eſt glo. fi. in fi. hanc glo. no. allegat
Alexan. in l. ex diuerſo. §. fi. col. iij. verſi. ſed
in hoc vltimo. ff. ſol. mat. & in l. iiij. §. ſi quis
condemnatus, vlti. col. ff. ſol. ma. facit quod
no. Ludo. Ro. conſi. ccclxxxiij. penulti. col.
dicens quod vbi ex aliqua cauſa licet rece-
dere a iure communi non ſufficit quod ad
ſit illa cauſa niſi exprimatur. Inducit Inno.
in c. præterea. de dila. poſt prin. concordant
alij quos plene adducit Fely. in c. ſuper lite
ris. xvij. col. verſ. decima regula. de reſcrip.
faciunt quæ diximus. infra proxime. & ad
hæc vide etiam quæ dicit Felyn. in c. j. col.
iij. in princ. verſi. amplia quinto. de re iudi.

Ibi ſimiliter &c. Adde ꝙ facit c. quinta-
uallis. de iureiur. vbi iuramentum de exhę
redando cenſetur illicitum licet aliquo ca-
ſu poſſet eſſe iuſtum. faciunt quæ dixit Fe-
ly. in c. ſicut. colum. viij. verſic. dum doc. di-
cunt de re iudi. & in c. ſuper literis. colum.
xvij. verſic. decima regula. de reſcrip. adde
Bu. in c. per tuas. vij. col. de ſenten. excom.
vbi no. illum tex. ꝙ ſufficit ſententiã oſten
dere in ſe euidentem iniquitatem, licet cau
ſaliter poſsit ſaluari. Idem quod Matth. hic
tenet Fely. plura allegãs in c. j. col. iij. de re
iudi. pro quo facit etiam gl. fi. in fi. in l. ij. ff.
de appel. recip. q̃ allegat Alexan. in l. ex di
uerſo. §. fi. iij. col. ver. ſed in hoc vltimo. ff.
ſolu. ma. & l. iiij. §. ſi quis condemnatus. vlt.
col. ff. de re iudi. & Matthæ. hic. facit conſi.
Oldra. cccxxvj. inci. ꝙ articuli iij. col. vbi
vult ꝙ non ſufficit ꝙ cauſa ſubſit dum a iu
re communi receditur niſi exprimatur, alle
gat Inno. in d. c. præterea. hic alleg. pro c. ij.
de dila. & Hoſtien. in c. quo ad conſultatio-
nem. de re iud. & Ludo. pulchre cõſ. cc viij.
inci. hæc impetratio. ad fi. facit optime tex.
in c. conſtitutis. de elect. limita vt per Fely.
in d. c. j. colum. penul. verſi. xij. limita. de re
iudi. vbi oſtendit & declarat ꝙ gerens actũ
regulariter prohibitũ & certis caſibus ſpe-
cialiter permiſſum debet exprimere ꝙ ge-
rit ex aliqua cauſa ex ſpecialiter permiſ-
ſis. De hac materia dixit etiam Fely. in c. ſi-
cut. col. ix. verſi. vndecimus caſus. de re iu-
di. in c. j. in v. ampliatione. in xij. limitatio-
ne. eo. titu. faciunt quæ dicta ſunt in princi.
iſtius no. & quæ dixit Fely. in c. ſuper lite-
ris. xvij. col. ver. x. regula. de reſcrip. dixit
etiam Are. in l. in illa. col. vij. de verbo. obli
ga. vbi pulchre examinat regulam ꝙ inua-
liditas actus dicitur notoria quando regu-
lariter eſt prohibitus licet certis caſibus ꝑ-
mittatur &c. vide per eum.

* Regulam iuris pro ſe habens, dicitur rem
certam, & intentionem fundatam habere,
ideo allegant ſpecialitatem, onus probãdi
incumbit, vt eſt glo. in l. omnis diffinitio. ff.
de regul. iur. & Bart. in l. quotiens. ff. ſi quis
cau. Et per Phil. Fran. poſt gl. in rubr. extra
de regu. iur. Fely. in c. quoniam frequenter.
in prin. in iij. col. vt lite non conteſt. Iaſ. pul
chre in l. cætera. in iij. no. ff. de leg. j. Deci. in
conſi. ciij. col. ij. & conſi. cccclxxv. nume. 3.
Cur. Iunior in rubri. C. qui admitti. col. iij.
nume. 7. dum ponit ꝙ excipiens contra re
gulam de tempore illud probare debet: &
dicit eleganter Areti. in l. j. col. fi. ff. de teſta.
ꝙ ſecundum ius noſtrum eſſentia & forma
ſubſtantialis rei conſideratur ſecundum id,
quod ipſi rei ineſt regulariter, vt in pluri-
bus, pro quo dicit eſſe caſum cum glo. in l.
ſuus quoq;. in. §. puto. ff. de hæredib. inſtitu.
ideo reprehendit glo. in rub. ff. de vſufruc.

quæ dixit,ꝙ id,quod aliquo caſu deeſt rei,
non eſt de eſſentia rei. Et dixit Bal.ꝙ ſecun
dum regulam eſt pronuntiandum,niſi con-
trarium probetur in c.j.in ij.col.de aliena.
iudic.muta.cau.fact.allegat notata in l.qui
reſtituere.ff.de rei vendi. & idem Bal.in l.
ſi tutor.in fi.C.de ſeruo commu. manu. Al-
be.de Roſa.in ij.par.ſtatu.q.clviij.incipi.ſi
ex forma ſtatuti circa fin.bene facit tex in
l.ab ea parte.ff.de probati.& in c.ad deci-
mas.de reſti.ſpolia.in vj.quos ad hoc alle-
gat Deci.in l.j.nume.8.ff.de regul.iur.qui
ita tenuit, quemadmodum etiam in multis
alijs locis idem replicauit,vt in l.ea quę ra
ro.nume.3.ff.de regul.iur.& in l.ij.colũ.iij.
in fin.nume.22.& in l.imperium.col.x.nu-
me.53.& in l.iubere cauere,col.ij. nume.7.
ff.de iuriſdi.om.iudi.& in l.certum.in ij.no
tab.in fin.ff.ſi cer.peta.& in l.j.col.ij.in iii.
notab.C.de edendo,& in c.in præſentia. in
xij.notab.verſi.ſed tamen.extra de proba
& in conſ.viij.in prin.Iaſ.in l.qui ſe patris
col.xvij.nume.43.verſi.nec aliquid obſta-
bit.C.vnde libe.& in l.hoc iure quam legit
cum l.in illa ſtipulatione. col.penul.in fin.
verſi.tertio fundamentum.ff.de verb.obli.
& Crot.in l.qui Romæ.§.duo fratres. col.
xxij.verſi.tertio.ff.de verbo.obli.Et regu-
lam habens transfert onus probandi in ad-
uerſarium,vt eleganter ſcribit Gozad.con
ſi.50.prima facie. colũ.ij.nume.10.poſt eos
quos allegat.& dixit Sebaſt. Vantius in tra
cta.de nullitatibus proceſſuum.in rubri.ex
defectu proceſſus. nume.cxviij.verſi.dixi-
mus etiam,ꝙ imprimis illud obſeruare de-
bet iudex,ne aliter iudicet,q̃ quod legibus
aut cõſtitutionibus proditum eſt, vt inquit
tex.inſti.de offic.iudi.in prin.& propterea
ſi iudex expreſſe contra leges in corpore
iuris clauſas ſententiam diceret legibus ip-
ſis aduerſando, puta, ꝙ minor xiiij.annis
poſsit teſtari, ſeu ꝙ ſententia diffinitiua in
ſcriptis proferri non deberet,ſeu filios,æta
tem,vel priuilegium,ad munus, vel tutelæ
excuſationem non prodeſſe,& ſimilia,ipſo
iure non valeret,quaſi contra ius conſtitu-
tionis contrarium diſponentis manifeſte la
ta prout eſt tex.in l.j.§.item cum.ff.quę ſen
ten. ſiue appella. reſcind.l.ſi expreſsim.ff.
de appella.l.ij.C.quando prouoca.non eſt
neceſ.c.j.extra de ſenten. & re iudica.Nec
excuſaret eum ſua prætenſa conſcientia,qa
iniuriam facit legibus is, qui vult ſe melio-
rem videri,q̃ ipſæ leges,vt in authen.de iu
di.§.oportet.quem tex.allegat ad hoc pro-
poſitum,Paris de Puteo in tracta.de ſyndi.
in verſic.iudices puras.colum.penul.prout
neque idem iudex quaſi ꝙ leges & conſti-
tutiones huiuſmodi ignorauerit, excuſan-
dus eſſet,cum legum miniſter electus et de-
putatus extiterit, vt in l.j.§.poſt originem.
ff.de orig iur. & propterea non liceat tali
ius,in quo verſatur,ignorare dicta l.ij.§.ſer
uius,maxime,ꝙ leges,& ſacræ conſtitutio
nes,ita publice conſtitutæ ſunt,vt ab omni
bus ſciri debeant l.ſacratiſsimæ.C.de legi-
bus.cum ſimil.prout etiam non prodeſſet,
ꝙ litigatoris conſenſus eſſet,ꝙ talis ſenten
tia eo modo proferreretur, quia nihilomi-
nus eſſet nulla,vt declarant doctores in l.ſi
conuenerit.vbi Iaſ.colum.j.ver.tertio limi
ta.ff.de re iudi,quæ ſunt intelligenda de iu
re claro,& manifeſto, vt puta ꝙ eſſet regu
la iuris,alias ſi conſtitutio communiter re-
putetur obſcura, ob huiuſmodi probabilē
excuſationem,iudex,ſi cõtra eam quaſi pu
tans ad cauſam non facere, pronuntiaſſet,
ſententia ſuſtineretur,vt eſt tex.in l.cũ pro
latis.ff.de re iudi.lex nanq; obſcura, & va
rios habẽs intellectus ad decidendum alle-
gari non poteſt,vt voluit Bal.in l.in ambi-
guo.ff.de rebus dubi.& ſenſit gl.fi.in prin.
in c.j.de conſtitu.in vj.& idem Bal.in c.fi.
col.fi.verſi.vlterius nota,per illum tex.ex-
tra eo.titu.quem ſecutus eſt Decius conſil.
cccccxl.quæritur.in fin.poteſt enim iudex
ex varijs opinionibus alteram præeligere,
& ſecundum illam iudicare, vt dicunt Do-
mi.de Rota deciſi.dcclxxiiij.dic ꝙ aliquo-
tiens.in antiquis. Et adde quod dixit Ia-
ſo.in authen.ingreſsi.C.de ſacroſan.eccleſ.
ꝙ ſtatutum non poteſt immutare ea q̃ ſunt
regulæ. Quo vero ad primum exemplũ,
ꝙ ſeruus non poſsit torqueri contra domi
num eſt tex.in l.j.§.diui fratres.& .§.ſi quis
dicatur.& .§.ſi ſerui quaſi.ff.de quæſt.quod
procedit etiam ſi dominus illum vltro tor-
turæ exponat l. vnius facinoris.§. ſeruus
nec ſi.& ibi Hippol.de Marſi.ff.de quæſti.
nam ſalus dominorum non eſt committen-
da, arbitrio ſeruorum d.l.vnius facinoris.
§.ſi ſeruo qui vltro.ff.de quæſtio.& ſi de
eodem crimine ſeruus & dominus accuſa-
ti fuerint,ſeruus nõ eſt de domino interro-
gandus, & ſi aliquid a ſe dixerit domino
non præiudicat l.j.§.diuus Antoninus, &
.§.ſi ſeruus bona fide.ff.de quæſtio. Fallit
quando eſſet ſeruus communis duorum do
minorum, nam pro vno domino contra
alium torquetur l.extraneo.§.de quæſtio-
ne.ff.de quæſtio. Secundo fallit, in cauſa
adulterij,in qua ſerui contra dominos tor-

quentur.l.extraneo.in prin.& in l.de inceſtu.ff.de quæſtio.l.j.C.eo.ti.l.iij.C.ad l.Iuliam de adulte. & in l.vim paſſam.§.fin.ff. de adulte.& in l.conſenſu.§.virum.C.de repudi. Tertio fallit in caſibus, in quibus ſeruus poteſt dominum accuſare, vt in crimine læſæ maieſtatis, & hæreſis, ſimoniæ, ac fraudatæ annonæ, vt per Gandi.in trac. maleficio.in rub qui accuſa.poſſ, verſ.item repelluntur filij liberti, Bart.in l.hi tamẽ.§. liberi.ff.de accuſa.Fely.in c.nulli.de accuſ. vbi ponit quatuor limitatiões. Deci.in c. dilecti.de except.in iiij.colum.circa med. Bal in rub.C.qui accuſa.non poſſ.Angel.in tracta.maleficio.in verſi.& ad querelã Titij.nume.21.Oldra.conſi.cxlv.incip.quæritur.Roma.conſi.clij.et notat Odof.in rub. C.de delator lib.x.nume.9.& plura tradit do.Hierony.Gigas in ſuo tracta.de crimi. læſæ maieſta.in lib.ij.in rub.qui accuſ.poſ. in crimi.læſæ maieſta.q.xj.xij.& xiij.

Ad ſecundum exemplum dic, ꝙ filiusfa. miles, vel doctor, vel ſimilis poteſt de caſtrenſi, peculio, vel quaſi teſtari.l.qui teſtamento.§.j.ff.de teſta.l.fi.C.qui teſta.facere poſſ.& ibi docto.& Bar.in l.filiusfami.la ij. ff.de teſtamen.& in l.qui in poteſtate.& ibi gloſ.& docto.ff eo.titu.& niſi patrem inſtituat datur querela, & per eam teſtamẽtum rumpitur.Bart.& docto.in l.ſi a milite.§.fi. verſi.ſed quæro quid in querela.ff.de teſta. mili.& in authen.in teſtamento.C.ad Tertul.& in authen.ex cauſa.col.viij.in fi.ver, ſecundo caſu quando quæris C.de libe.præte. Item poteſt filiusfam.teſtari etiam de aduẽtitijs ſi ſit clericus etiam in minoribus ordinibus conſtitutus glo.in c.cum eſſes.de teſta.item & de bonis quæſitis ratione clericatus tanquam de caſtrenſi, vel quaſi l.ſacroſanctæ.& ibi Bar.C.de ſacroſan.eccleſ. & eius teſtamentum non ſubiacet querelæ inofficioſi l.cum clericis.& ibi Bar.C.eod. tit.& Abb.in c.quia nos. de teſta.vbi dicit ꝙ teſtamentum eius continens præteritionem filij, vel patris, valet etiam ſine conſenſu patris. Præterea filiusfamil.poteſt teſtari de aduentitijs ſibi quæſitis ex tranſitu patris ad ſecunda vota, vt in authen.de nup. §.quoniam.& ibi Ang.& in.§.veniet, & in l.penul.C.qui teſta.face.poſſ.& Bal.in l. j.ff.de legat.iij. Poteſt etiam teſtari filiusfa. monachi, vt dicit Bart.in l.patre furioſo.ff. de his qui ſunt ſui, vel alie.iur. Dyn.in l.liber homo.ff.de acqui.rer.domi.& per glo. in l.ſi ex cauſa.§.penul.ff.de mino. Item filius banniti poteſt teſtari de bonis ſuis ſitis in ciuitate, de qua pater eſt exbannitus, quia banno finita eſt patria poteſtas, quo ad iura illius ciuitatis tantum ſecundum Alexã. plene in l.ſi cum dotem.in.§.ſi patri ff.ſol. matri.poſt Fely.in l.j.C.de hęred.inſtituen. & poſt Imo.in l.Gallus.in.§.ille caſus.ff.de liber.& poſthum. & in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Trebel.& Pau.de Caſt.in d.l.j.C. de hæredi.inſti.præſertim ſtante ſtatuto, ꝙ filius bannitus ſuccedat in partem honorũ patris, ſecundum Bal.in authen.inceſtas.C. de inceſt.nupti.vel ſi ſtatuto diſponatur ꝙ bãniti ſint extra protectionem communis. vt per Alex.poſt Bal.in l.iij.C.ſi pend.appel.mors interue.plures etiam alij caſus cõſulto omittuntur, cum eos congerere laborioſum magis ſit, quam ſubtile. Poſtremo, quod dicitur ꝙ citatio facta, vt quis compareat die feriata eſt nulla, dic quod id vſque adeo eſt verum, vt ea nõ arctet citatum ad comparendum l.j.ff.de fer.glo.in c.bonæ, ll ij.in verſi.prædicta.de electi.quod eſt verum in ferijs in honorem Dei inductis, in alijs non, ſcilicet in utilitatem hominũ, nam tunc citatio valet, ſecundum Barto.in l.j.§. nunciatio.in v.col.verſic.quæris. Iacob.de Arena.ff.de ope.noui nuntia.& in c.fin.de feri.& ibi doct.de quo tamen vide late per Bal.in marga.in verſi.citatio, & per Spec. in titu.de citatio.& per Lanfranc.de Oria. in c.quoniam contra, in verſi.citationes. de probatio.& plene quo ad propoſitum citationis per Areti.in l.in illa ſtipulatione.colum.vij.ff.de verbo.obli.vbi ponit duas limitationes, & vide l.eadem oratione.ff.de feri.vbi ponuntur caſus, de quibus die feriata cognoſci poteſt. Et dicit Bal.in l.fi.colum.j.verſi.tres ergo ſunt actus.C.de fer. ꝙ commiſſio de citando nõ tenet facta die feriata, ſed actus nuntij, ſeu inſinuatio citationis, & relatio, ſcilicet, vt compareat die non feriata, valet, & ita practicatur. Adde tamẽ ꝙ commiſſio de capiendo delinquentẽ fieri poteſt quocunq; tempore feriato ſecundum Bal.in l.j.C.de exhib.reis, & in l.ij.in ij.col.in prin.in verſi.& hoc bene facit ad q.ff.de hæred.inſti.& Bar.in l.ij.§.j.in j.no tab.col.ij.verſi.ſed quæro quid econtra.ff. ſi quis in ius voca.non ier. Alex.plene in l. j.§.nuntiatio. col.x.ff.de ope.no.nuntia.& Fely.in c.meminimus. circa prin.iij.col.de accuſa. Quamuis igitur in tot tantiſq; caſibus ſaluari ſententia poſſit, tamen dicitur nulla, ni in ea aliquid ex dictis caſibus fuerit ſpecialiter expreſſus, vt dixit d.glo.fin. in fi.ff.de appella.recip.& Inno.in d.c.præterea.

terea.de dilatio.& in c.prudentiam.in prin ci.& ibi alij.de offi.deleg. Et adde quod no tat Bal. in l.quid ergo.§.pœna grauior.col. viij.verſic.iſtorum opiniones.ff.de his qui not.infa.vbi dixit,ꝙ vbi iudex vtitur arbi trio in caſu ſibi conceſſo, ſi ex actis nõ ap paret cauſa iuſtificans arbitrium ſuum, fa cit litem ſuam. Et dixit idem Bald.in l.Lu cius.in iij.nota.ff.eo.tit.ꝙ in diffinitiua per modum cauſæ iudex inſerere debet ꝙ nõ adhibet fidem teſti, quia erat vilis, vel quia vacillauerat. Hinc etiam dixit Angel.in l. vtique.in fi.ff.de rei vendic.ꝙ quando fer tur ſententia contra intentionem actoris, vel rei fundatam, cauſa eſt inſerenda, alias ſententia eſt iniuſta. & dixit Saly.in l.pro perandum.in.§.illo proculdubio.C.de iud. ꝙ vbi iudex auget, vel minuit pœnam a iu re taxatam, debet exprimere cauſam, fa ciunt quę notauit Ioan.And.in c.fi.de dolo & contum.ꝙ vbi victus non condemnatur in expenſis, debet exprimi cauſa, cur non condemnetur, & ſequuntur alij ibi. G. S.

1 *Inſtrumenta omnia contractuum poſſunt habere paratam executionem, ſicut ſenten tia, & quomodo id fieri poßit.*

2 *Iuramentum habet executione m paratam.*

20 No. bonam practicam, ꝙ omnia inſtru-
1 menta habebunt executionem † paratam, ſicut ſententia, videlicet, ꝙ dum fit contra ctus, debitor deferat iuramentum credito ri, qui iuret eum teneri ſibi, puta, in cẽtum,
2 nã ſi creditor ita iurauerit, habebit hoc † iu ramentum executionem paratam in l.poſt rem.ff.de re iudi.& l.non erit.§.dato.ff.de iureiuran.& Bar.in l.ij.in fi.ff.de iureiur.di cit ſe mirari, ꝙ practica hanc viam non in uenit. Idẽ eſſet ſi creditor deferret iuramen tum reo, & ipſe iuraret ſe debitorem eſſe. Sed hæc practica non eſt ita tuta, quia poſ ſet debitor habita pecunia fallere credito rem, & iurare ſe debitorem nõ eſſe, & eſſet tutus l.quod ſi deferente.ff.de dolo.

ADDITIO. Not. bonam practicam ad hoc &c. Ad iſtud no. vide latiſsime per mag. meum poſt alios in l.ij.col.ij.& iij.ff.ſi cer.pe. dum tractat an iuramentum habeat executionem paratam. & poſt multa hinc inde adducta videtur concludere ꝙ ſic mo dificando vt ibi per eum.

1 Licet inſtrumentum publicum continens contractum de iure communi non habeat executionem paratam l.minor xxv.annis cui fideicommiſſum.ff.de mino. tamen ſi in fine inſtrumenti poſt cõtractum diceretur. Et quia de prædictis poſſet dubitari dictus promiſſor detulit iuſiurandum ſtipulatori, qui iurauit centum ſibi deberi: ꝙ tale in ſtrumentum ratione iuramenti voluntarij etiam extraiudicialiter pręſtiti habeat exe cutionem paratam, quia ſententiæ æquipa ratur tenuit Bar.in d.l.ij.in fi.& ibi Fulgo. & Fulg.in l.ſed ſi poſſeſſori.§.penul.ff.eod. titu.& Paul.de Caſt.in l.nam & poſtea.§.ſi petito.ff.eo.ti.& in d.l.poſt rem.ff.de re iu dica.& Alex.in d.l.ij.& quamuis Ange.& Roman.ibi aliter circa hoc ſenſerint, vide plene per do.Alexã.in d.l.ij.& Angel.in d. l.ſed ſi poſſeſſori.§.fin.ff.de iureiuran. qui ipſi contrarius tenuit cum Bart.in d.l.ij.& per Barba.in rubri.extra de iureiuran. vbi dicit ꝙ dictum Bart.& ſequacium maxime procedit, ſi tale iuramentum deferatur cõ rã notario, quia ille eſt iudex chartularius ex forma ſtatuti, vt dicit glo.in l.j.ff.de iu dic.& habetur in l.ij.C.vbi & apud quos, quem refert & ſequitur Anto.Corſe. in di cta rub.extra de iureiur.in x.priuilegio.& d.Anto.de Canario in tracta.de executio. inſtru.in prin.col.iij.nume.8.& iſta fuit no ua inuentio Bar.& nouum eius dictum, vt dicit Roma.in repeti.rub.ff.de arbi.in vlti ma char.& dicit Bal.in l.j.C.eo.titu.ꝙ iſta fuit ſing.opinio Bar.idem tenet etiam Ant. de Canario in dicto ſuo tracta.de execut. inſtrumen.q.iiij.nume.7.& dicit Ang.Are. in.§.item ſi quis poſtulante.inſtit.de actio. ꝙ eam tenent omnes docto.in d.l.ij.ff.de iu reiuran.& eam magis communiter eſſe ap probatam dicit Iaſ.in d.l.ij.col.iiij.in prin. nume.20.vide ibi per eum, qui ſex modis eam limitat. & fortius & ſingularius dicit Bar.in l.ſi duo patroni.§.ſi quis iurauerit. ad fin.ff.de iureiuran.ꝙ adeo iuramentum habet executionem paratam, ꝙ non poteſt opponi exceptio pretij non ſoluti. Et habe re executionem paratam nihil aliud eſt ni ſi dicere, ꝙ non requiratur libellus, nec li tis conteſtatio ſecundum Bart.in l.intra.ff. de re iudi.vel ꝙ non requiratur alia proba
1 tio, quia ille, qui defert iuramentum intelli gitur tacite confiteri l.qui iuraſſe.§.fi.ff.de iureiuran. Et Bar.in d.l.nam & poſtea.§.ſi.
2 ff.eod.ti. Et dum ſcribit idem eſſe, ſi credi tor deferret iuramẽtum reo, ſed videri eam practicam in eo non eſſe tutam, dic.ꝙ Bar. loquitur in creditore, non in debitore, & ꝙ illa additio fuit Matthæi, non Bart. Sed pro veritate videtur poſſe diſtingui, vt ſi lo

quamur de debitore, qui primum detulit iuramentum creditori iuranti, ꝙ tunc hoc caſu ipſa practica ſit tuta, cum amplius non ſubſit ſuſpitio, ꝙ debitor neget illud, ſuper quo voluntarie creditori iuramentum deciſiuum detulit. Si vero in alio debitore, q non detulit, aut tempore quo a notario fit inſtrumẽtum, & pecunia numeratur, prout communiter fieri ſolet, et a creditore iuramentum defertur, & tūc cum ipſe debitor, debitum negare iure non poſsit, quod in præſentia teſtium & notarij et tunc numeratur, & ipſe recipit, idem erit quod in primo caſu. Aut tempore quo conficitur a notario inſtrumentum pecunia non numerat̃, neque aliæ res traduntur, ſed tantum fit inſtrumẽtum de confeſsione præcedentis debiti, & hoc caſu etiam videtur idem poſſe dici quod in præcedentibus, cum propter præcedentem rogitum notarij, ꝙ conficiat inſtrumentum de ſua vera cõfeſsione, tum etiam quia nõ videtur veriſimile quod ſtatim & eodem contextu ſit negaturus, quod paulo antea confirmauerat. argu. l. non ad ea. & ibi glo. in verſi. præſens. ff. de condit. & demonſtra. Et ſi aliquis debitor fallax, & verſutus reperiri poſsit, qui in fine inſtrumenti delato ſibi iuramento ad confirmationem contentorum in eo, poſtea negaret, quod antea in eodem inſtrumento affirmauerat, poteſt creditor tãquam deceptus petere ſe aduerſus illud iuramentum reſtitui. Vnde videtur dicendum ꝙ dicta practica videatur ſolum eſſe parum tuta, quando inter partes quædam ſcriptura mere priuata in præſentia teſtium conficeretur, & in fine creditor deferret iuramentum debitori, præmiſſa proteſtatione, ꝙ ipſe debitor diceret veritatem, & iuraret an omnia contenta in illa ſcriptura priuata eſſent vera, nec ne, quia eius iuramento ſtare volebat in omnibus & per omnia, hoc enim caſu cum nulla ſit facta confeſsio in præſentia notarij, qui iudex dicitur, vt ſupra dictum eſt, & plene tetigi, ſupra in ſing. j. & ſic nullum ex præambula confeſsione extraiudiciali, ſit acquiſitum ius creditori tunc videtur dicendum ꝙ ſi iuret, debitor ſit liberatus, cum illud iuramentum quod defertur ſub tali prægnanti forma verborum dicatur litis, quæ in futurum oriri poſſet, deciſiuum, & ipſe creditor videat̃ voluiſſe per illa verba ſe referre in totum ad eius iuramentum, & illum in propria cauſa iudicem facere. d. l. quod ſi deferente. ff. de dolo. hic allegata, Cogita tamen ſuper præmiſsis, ga neminem in locis ordinarijs reperio hoc tãgentem, Et adde ꝙ talia inſtrumenta propter iuramentum videntur habere virtut̃ clauſulæ guarentigiæ, ſecundum Bar. in l. j. C. de confeſſ. & Corne. conſi. xcix. viſis. nume. 2. & conſi. cclix. viſo puncto. col. ij. nu. 8. vol. iij. & in terminis tenuit Roma. in repeti. rub. de arbi. in vltima char. col. j. verſi. item virtutem guarentigiæ. & poſt eũ apertius do. M. Anto. Bauer. in tracta. de virtute & viribus iuramenti. in prin. col. ix. verſic. trigeſimonono. nume. 55. Vnde earum executio fieri poteſt per iudicem ſine iuris ſolennitatibus, & ſine cauſæ cognitione ſecũdum Bar. in l. cum vnus. ff. de bonis autho. iudi. poſſ. & in l. a diuo. ff. de re iudic. nec requiritur libellus, aut litis conteſtatio ſecundum Bar. & Bal. in l. ſi cauſam. C. de execu. rei iudi. & in l. qui pecuniæ. C. de ſent̃. quę ſine certa quanti. profer. & dixi ſupra, & vide Alexan. in l. ait prætor. §. ſi iudex. ff. de re iudica. & in l. ſi cum dotem. §. eo autem. ff. ſolu. ma. Et an conuentione partium fieri poſsit ꝙ inſtrumẽta habeant executionem paratam, vide d. Ant. de Canar. in dicto ſuo tracta. de executio. inſtru. in q. xxxij. numero 68. vbi diſtinguit, ꝙ aut partes cõueniũt, ꝙ habeant executionem realem, & poſſunt, aut perſonalem, & non poſſunt, fallit in caſu l. ſi. C. de capti. & poſtlimi. reuer. videlicet in capto ab hoſtibus, & reuerſo redempto, qui ex pacto a redemptore poteſt vſque ad ſatisfactionẽ debiti in carcere priuato, & publico retineri. Fallit etiam in debitore ſuſpecto de fuga, qui ex pacto in cauſa ſuſpitionis poſſet capi, & in omnibus caſibus a iure permiſsis, vt l. ait prætor. §. ſi debitorem. ff. quæ in fraud. credi. & in alijs caſibus notatis ibi per Bartol. & per Ioan. Andræ. in c. lator. de pigno. dic vt ibi latius per eum. Gab. Saray.

1 *Iudex quomodo poßit facere, quòd appellatio coram eo a quacunque ſententia interpoſita pro deſerta habeatur?*

2 *Appellans non comparens hora a iudice præfixa ad apoſtolos petitos accipiendos appellatio pro deſerta habetur.*

3 *Iudex ſi ſtatuat appellanti terminum certum, infra quem iter arripiat a loco, vbi eſt ſententiatum, ad locum vbi moratur iudex ad quem: & hoc appellans non faciat, appellatio deſerta dicitur. Idem de*

termino ad ſe præſentandũ coram iudice ad quem nume. 4. Vel ad præſentandum apoſtolos dilatorios, vel refutatorios. numero 6.

6 *Appellans poteſt arripere iter ad iudicem ad quem, & coram eo ſe præſentare per procuratorem.*

7 *Iudex a quo ſi appellanti ſimpliciter ſtatuerit terminum ad proſequendum, intelligitur ſtatutus ad inchoandum proſequi, & tunc non ſufficit, infra terminum iter arripere, ſed oportet, quòd ſe præſentet iudici ad quem.*

21 No. practicam, qua vti poteſt Iudex, a cu
1 ius interlocutoria † vel diffinitiua appellatur, quando vult illaqueare appellantem, et facere, quod appellatio habeatur pro deſerta. Primo ꝙ apoſtolos petitos in forma communiter vſitata ipſe non tradat incontinenti, ſed reſpondeat ſe eſſe occupatum, & ſe traditurum eos die penultima termini iu
2 ris, tali hora, puta, xvj. tunc, † ſi appellans non cõpareat dicta hora coram eo pro apoſtolis, appellatio eſt deſerta, nec excuſatur ſiue ante, ſiue poſt comparuerit, vt in clem.
3 quamuis. de appell. Secundo † ꝙ præfigat appellanti terminum certum, infra quẽ arripiat iter a loco, vbi eſt ſententiatum, ad locum vbi moratur Iudex ad quem. ſi enim ille hoc non facit, appellatio eſt deſerta, vt in c. peruenit. il ij. extra de appel. & in c. cũ
4 cauſam. extra de re iudica. Tertio † quod præfigat alium terminum, infra quem appellans debeat ſe præſentare iudici ad quẽ, quod ſi non facit, appellatio eſt deſerta, vt in c. perſonas. extra de appel. Valet tamen
5 tantum † arreptio itineris, vel præſentatio per procuratorem, quantum per principalem l. j. ff. de procurat. Quarto, ꝙ præfigat
6 † appellanti alium terminum, infra quem debeat præſentare iudici ad quem apoſtolos dilatorios, vel refutatorios: quod ſi non facit, appellatio eſt deſerta, vt eſt tex. ſingu. coniuncta glo. quam omnes tenent in l. præ
7 ſes. C. de appel. Si tamen iudex † a quo ſtatuiſſet ſimpliciter appellanti terminum ad proſequendum, puta, vnum menſem, intelligitur, i. ad inchoandum proſequi, & tũc nõ ſufficit, infra terminum arripere iter, ſed oportet ꝙ ſe præſentet iudici ad quem, vt in c. cum ſit Romana. extra de appell. & ibi no. Bar. in d. l. præſes. C. de appel. Aliũ modum vide in clemen. ſi ante. de dolo & contuma. in glo. magna. in prin. & per Innoc. in c. paſtoralis. de offi. deleg. &c.

A D D I T I O, No. practicam &c. Circa varios modos quibus iudex a quo poteſt aſsignare terminum appellanti colligũtur multa vtilia ex dictis Abb. & Philip. & aliorum vltra eos in c. perſonas. de appell. Et in primis no. effectum talium terminorũ de quibus etiam per Matthę. hic, quia eorum lapſus inducit deſertionem appellationis. vnde Cæpol. ſua cautel. xlv. colligit ex iſtis. vij. cautelas illaqueandi appellantem circa terminos. Et inquantum Matthæ. hic dicit ꝙ iudex cautus poteſt dicere petenti apoſtolos ſum occupatus uenias die vltima termini tali hora. quia ſi ante vel poſt compareat non excuſabitur, et remanebit deſerta appellatio per tex. cum glo. in clemen. iſ. de appel. Amplia etiam ſi iſte pendente illo termino iterum appellaret. quia prima appellatione deſerta non iuuabitur ex ſecunda, vt eſt ſolennis deciſio Rotæ ti. de appel. xxiij. in antiquioribus. quia non proſequẽdo in termino eſt quæſitum ius appellato; quod per ſecundam appellationem non tollitur. c. ab eo. de electi. in vj. Sed omnes iſtę cautelę limitantur dummodo iudex a quo detulerit appellationi. ſecus ſi non deferat, ſed procedat nõ obſtante appellationis interpoſitione, quia tunc nõ poteſt terminos præfigere vel aſsignare. Innoc. in c. vlti. de appel. Rot. eo. ti. deci. xvj. i antiquis. ſpe. de appel. §. videndum. verſi. verũ. Cæpol. vbi ſupra, Ro. ſingu. clxv. incip. iudex a quo cũ concor. quas ibi dedi. Cauſas tamen, quia iſta limitatio ſolet reprobari. dixi in addit. ad prædictum ſingulare. & ratio eſt, quia ſi iudex non defert non etiam eſt opus ꝙ aſsignet terminum. & ſic reſpondetur ad dictũ Innoc. cum ſequacibus.

* Ad officium iudicis, a quo appellatur pertinet terminum pręfigere certum ipſi appellanti ad apoſtolos recipiendos. vt in c. ab eo. de appella. in vj. & in l. iudicibus. C. eo. ti. & quo ad hoc durat adhuc eius poteſtas lata ſententia. vt in l. iudex. & l. Paulus. ff. de re iudica. Tempus vero petendi apoſtolos, quod datur parti ad eos accipiendos, & iudici ad eos tradendum, eſt dierum triginta, vt in d. l. iudicibus. & i d. c. ab eo. poteſt tamen iudex hunc terminum abbreuiare. argu. l. ij. & quod ibi not. ff. de re iudi. & ſic ſeruat generalis conſuetudo. Vnde ſi ſtatuta hora appellans non comparuerit appellatio pro deſerta habetur d. clemen. quam.

nis de appellatio. Et tradit Cardi. in clemē. ij. §. j. co. ii. vbi dicit verum niſi comparuerit per procuratorem ſpecialem: qui nō poteſt proſequi niſi doceat de impedimento, vt ibi. in ſi. q. Sed quid ſi appellans in termino comparuit, ſed iudex apoſtolos tradere recuſauit, an tunc excuſetur? Dic ꝙ aut iudex nō tradidit, quia non potuit, & vterq; excuſantur: aut quia noluit, et tunc ipſe appellans excuſatur, & iudex condemnatur, vt in l. quoniam iudices. C. de appel. & appellās hoc caſu debet ſtatim adire iudicem ad quem, & ei appellationem & querelam producere, vt in l. ſi appellationē. C. de appel. vel ſecundum Iacob. Bu. in d. l. quoniā. debet proteſtare infra triginta dies, qui dātur ad dandum ipſos apoſtolos, vt in d. l. iudicibus. Quæ autem ſit forma vſitata apoſtolorum tradit Ioan. Pet. Ferra. in practicā in forma apoſtolorum. Secundo &c. hoc tempus eſt arbitrarium d. c. peruenit. & c. cum ſit Romana. de appella. Tertio &c. tempus quod datur appellanti ad ſe præſentandum coram iudice ad quem eſt arbitrarium, & ſic eſt bonum in hoc habere iudicē a quo gratioſum, vt in d. l. præſes. C. de appella. infra allegata. c. perſonas, cū c. ſeq. & c. Abbate. de appel. ſolet tamen iſtud tēpus dari & moderari ſecundum diſtantiam locorum, & perſonarum qualitatem ad arbitrium iudicis d. l. præſes. C. de appella. & d. c. perſonas. & ſi infra terminū ſe non præſentauerit, appellatio reputabitur pro deſerta, l. ij. §. ſi. C. de tempo. appella. niſi iuſta cauſa eum excuſet. d. l. præſes. & d. c. perſonas. Quarto &c. ibi ſi tamen iudex. adde domini. de Rota deciſ. ccccli j. nota ſi iudex. in antiquis. & deciſio. cccccxxxviij. nunqd infra terminum. in antiquis. & deciſio. 537. nota ſi certus terminus. in antiquis. vbi dicunt, ꝙ quando terminus aſsignaſ ad proſequēdum, ſufficit inchoare, vel incipere vltima die. ſecus ſi aſsignaretur terminus nedū ad proſequendum, ſed etiam ad præſentandum ſe apoſtolico conſpectui, tūc enim nō ſufficit itineris arreptio, niſi ſequatur realis præſentatio, ſi potuit habere præſentiā domini Papæ: alioquin ſiat proteſtatio in valuis palatij, vt eſt moris. Et hęc dicunt procedere quando appellatur, & terminus per hominem extra curiam ad proſequendum aſsignatur. ſecus ſi in curia, quia ibi requiritur maior diligentia in proſequendo, ut nedum vadat, vel iter arripiat verſus cancellariam, ſed etiam ad ipſum cancellariū, vel eius locumtenentē accedat, ſi poterit, alioqu in de hoc proteſtetur, & præſentet commiſsionem ſignādam, & recipiat ſuper hoc publicum inſtrumentum; quæ ſi ſibi infra terminum præfixum ſignata, vel præſentata non fuerit, non ſibi nocebit, quia quod per me non ſtat &c. c. quod per me. de reg. iur. in vj. cum ſimil. Idem dicunt domini de Rota deciſio. xciiij. ſi iudex in partibus, & plenius deciſ. clv. ſi certus terminus. in nouis. & in vltimis deciſionibus deciſ. xxxx. incip. poſtquam fuit concluſum. nu. 20. ver. ſi certus terminus præfigatur. & in d. deciſio. etiam ponit vtrum dictus terminus poſſit a iudice prorogari. nume. 14. ver. verum iudex. Et appellatio quibus modis deſerta ſiat tradit Bal. in additio. Specu. in ti. de appell. & Cardi. in clemen. conſtitutionem. §. inſuper. j. q de electio. Et adde ꝙ ſi dubitetur an appellatio ſit deſerta, debet iudex in dubio pronuntiare non eſſe deſertā, quia per talem pronuntiam non perit ius alicuius ſecundum Pau. de Caſt. & ibi Alex. in l. j. ff. ſi quis cautio. Gab. Sara.

1 *Confeſsionis, vel conſenſus ab aduerſario extorquendi modus, & cautela.*

2 *Litera, ſi cui a te mittatur, in qua eum roges, vt centum quæ tibi debet, tibi reddat, & in contrarium nō proteſtetur, dicto debito aſſentire, & illud fateri videtur: teſtes tamen ſuper hoc producendi copiam literæ habere debēt, & eam coram eis aperiri oportet.*

22 No. mirabilem modum extorquendi cōfeſsionem, vel conſenſum aduerſarij tui, videlicet, ꝙ tu † mittas ei breuem literam, in qua dicas, ꝙ eum rogas, ꝙ ipſe reddat tibi centum, ad quæ tenetur ex cauſa depoſiti. Vel dicas, ꝙ tu emiſti ab eo domum ſuam pro centum aureis, nam † ipſe ſimpliciter accipiendo literam, non proteſtādo aliquid in oppoſitum, videtur fateri depoſitum, & aſſentire venditioni. l. filiusfamil. la ij. ff. ad Macedo. & in clemen. j. de procur. & hanc doctrinam ponit Bar. in l. quo enim. §. j. ff. rē rat. habe. & in l. cū tabernam. §. idem quæſijt. ff. de pigno. & videtur text. iuncta gloſ. ff. depoſi. in l. Publia. in fin. vbi Bart. etiam hoc tenet. Et vt ſcias hoc practicare, cautela eſt, ꝙ teſtes, quibus præſentibus dabitur litera per nuntium, habeāt copiam literæ, & quod tantum ſtent, ꝙ coram ipſis litera aperiatur.

ADDITIO. No.mirabilem modum &c. Iſta materia proprie tractatur in l.filiusfamil.hic alleg.per Matth.de qua tamen vide etiam per Bald.in l.cum quis.C. de iuris & facti igno.col.ix.in verſi.quæro an lex poſitiua,vbi plene,& de iſta cautela vide etiam per Alexan.conſil.lxxviij.in j. volu.Adde etiam Fely.vbi aliqua adducit & facit mentionem de Matth.hic.in fi.prædicta tamen non allegat in prohe.decre.colum.vj.verſ.ſecūdus caſus.De iſta materia ſeu cautela,vide etiam Bartho.Cæp.caute. ſua xxiiij.vbi iſtud ſingulariter limitat niſi in talibus literis contineretur calculus rationis de datis & receptis, vt fieri aſſolet, & vltimo loco poneretur in literis ꝙ deberet reſtitui certa ſumma quæ reſtat.quia licet quis retineret literas,non per hoc diceretur confiteri contenta in literis eſſe vera præſertim retentione, ſed potius diceretur literas retinuiſſe,vt videret an calculus rationis eſſet bene factus per tex.no.in l.cum ſeruus.ff.de cōdi.& demon.quod bene no. In contrarium tamen eſt tex.in l.emptor.§. Lucius.ff.de pactis,intelligendo vt ibi per Bal.& Fulg.ſecundum magiſt.meum.in repeti.l.admonendi.col.lxiij.verſi.& ex hoc habes.de iureiuran.

* Adde ꝙ idem voluit Bal.in l.ſi procurator abſentis in prin.ff.de procur.Bar.& Bald. in l.Titius Seio.ff.de conſtitu.pecu.& Bal. in rubri.C.de fide inſtru.in xiiij.colū.& in l.ſi literarum.C.de ſolutio.& in l.fin.C.ad Macedo.Bald.in l.ſi literas.C.manda.& in l.ſi.C.de nouatio.& in c.ex parte in vj.colum.de reſcrip.& in c.ſi.in viij.col.de iure iur.& in l.ſi defuncti.& in l.ſi procuratorē. ff.de procurato.Et Ioan.de Imo.in l.qui in domini.ff.de teſta.& in l.non ſolum in.§. morte vbi late Alexā.ff.de oper.noui nuntia.& in d.clem.j.de procura.in fi.& Lud. Roma.in l.quæ dotis in vij.col.ff.ſolu.matri.& Abb.in c.non iuſte in iij.col.de procur.& docto.in d.l.ſi.C.ad Maced.& Abb. in conſil.xviij.incip.in cauſa & quæſtione in ij.col.& conſi.vij.in vlti.col.in j.dubio vol.ij.Et per Hippol.de Marſ.in repetitio. rubri.C.de probatio.col.50.nume.299.& ſeq.& Corne.cōſ.cccxix.circa j.cōſultationis.col.iiij.nu.5.ver.ex quibus eliciēda eſt concluſio.Gozadi.conſi.xxiiij.prima facie nu.6.ver.tertio clarum eſt.vbi dicit ꝙ literæ acceptatæ,& lectæ obligant legentem & acceptantem ad contenta in eis, niſi expreſſe contradicat ſtatim, allegat Alex.conſi.lxxviij.volu.j.& idem dicit in col.ij.nu. 10.eodē conſi.xxiij.& in conſi.xcliij.an illuſtriſsima Domina Argentina.colū.x.nu. 49.verſi.octauo concludo.Et pulchre per Lanfr.de Oria.in ca.quoniam contra.vbi de inſtrum.fide & productione tractat col. pen.nu.58.verſi.tertio circa epiſtolam extra de probatio.vbi ſubdit,ꝙ oportet ꝙ dicta litera ſit confecta manu debitoris, vel ſaltem, ſi eſt manu alterius ſaltem,ſigillum habeat debitoris,nam idem eſt.per l.ſi contra per calumniam.C.de epiſ.& cler.nam ſigillum multum operatur ad faciendū ſcripturam indubitatam eſſe ſecundum Bald. qui ita notat in l.in bonefidei.C.de reb.credit.ſi autem nō habeat ſigillum, & debitor neget ſua manu ſcriptam, tunc peruenitur ad comparationem literarum,quæ comparatio plenam facit probationem ſecundum Bar.& docto.in l.admonendi.ff.de iureiur. Et de probatione epiſtolarum contra ſcribentes pro illis quibus ſcribitur tradit Cuma.conſil.clxxvij.incip.ſuppoſitis ſtatutis in princi.& nu.4.Fely.in c.nonne benedicimus.col.iiij.ver.fallit quarto.de præſumptio.& in c.cum M.Ferrarienſis.col.xvj.in ver.fallit tertio d.conſtitu.Barba.conſil.vj. col.vj.vol.j.& conſi.xxxvij.col.iij.volu.j. & conſi.xj.col.iiij.& conſi.xv.col.iiij.vol. ij.Et quid ſi quis producit ſcripturam,quæ dicit me obligatum, & ego contra ipſam nihil oppono,an videar approbare vide Bal. in l.ſi.C.ſi cert.pet.qui refert Iaco.de Aren. tenere ꝙ ſic.Sed Bald.ibi videtur tenere contrarium:& vide Bal.in l.ſi ex cautione in iiij.qō.C.de non nu.pecu.Et quid in criminalibus,an ſi repertus fuit aliquis interfectus,& neſcitur a quo,attamen vnus cuidam ſcribat epiſtolam,in qua dicat,hoc modo,videlicet.Quoniam aliqui dicūt te occidiſſe talem,ideo iudex mandauit vt capiaris pro tali delicto. Tunc ſi ille recepta tali epiſtola,illam legit,& tacet,& nihil dicit ſe excuſando,nec dicendo, ꝙ miratur de tali re,cū ipſe ſit innocens a tali delicto,an receptio talis literę cum taciturnitate faciat cōtra eum indicium ad torturam de dicto maleficio commiſſo?vide Hippol.de Marſi.in pract.crimi.in d.§.diligenter.col.xxiiij.nume.138. Gab. Saray.

8 *Statuta, vel leges, quæ permittunt præſcriptiones cum mala fide contra reales, perſonales, vel mixtas actiones, non valent ipſo iure, quia ſunt contra ius commune, & nutriunt peccatum.*

2 *Poſsidens rem alienam ſcienter, peccat.*

3 *Debitor, ad meram pœnam obligatus, non peccat etiam in foro conſcientiæ, ſi eam ſoluere recuſet.*

4 *Pœnam in iuditio, vel extra petenti, quis ſe ſoluturam offerre non debet.*

23 No. ꝙ omnes leges, & omnia ſtatuta, quę
1 permittunt præſcriptiones † cum mala fide contra reales, vel perſonales, vel mixtas actiones, non valent ipſo iure, quia ſunt cõtra ius commune, & nutriunt peccatum. vt in c. vigilanti. & c. fi. de pręſcri. & in regula
2 poſſeſſor. de reg. iur. in vj. peccat enim † qui ſciēſſe teneri ad cētū ex cauſa depoſiti, mutui, vel venditi, recuſat ſoluere, ſicut poſsidens rem alienā ſcienter. & hanc doctrinā ſentit Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. in illa quæſtione, an valeant ſtatuta circa ius diuinum. Idem tenet Ang. in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſucap. & in l. hæc autē iura. ff. de ſer. vr. præd. & l. fina. ff. quemad. ſer. amit. & in l. ait prætor. §. item ei. ff. ex
3 qui. cau. ma. Saluari tamen † poteſt vltima opinio in vno caſu ſcilicet quando debitor non peccaret recuſando ſoluere, vt quia eſſet obligatus ad meram pœnam, puta, ad duplum vel quadruplum actione furti, nam ſecundum ius diuinum, & ſecundum forum
4 conſcientiæ, nõ tenetur † quis ſe offerre ad ſoluēdum pœnā, etiam eam petenti in iudicio, vel extra. xiij. q. ij. c. fraternitas vbi eſt tex. ſing. iuncta glo. in ver. cum augmento. in fi. & not. doc. in c. dilecti. extra de arbi. & hanc doctrinam poſuit do. Ant. in c. fina. extra de præſcri.

ADDITIO. Not. ꝙ omnes &c. ibi Saluari tamē, adde ꝙ idem tenet Panor. in c. quoniam col. v. poſt Bu. & ibi Fely. col. fi. ij. de preſcrip. vbi dicit hanc eſſe communē opi. quam tenet Matth. hic. confirmatur ex hijs quæ late dixit idem Fely. in c. j. xx. colum. ver. tertius caſus de conſti. circa gloſſ. in c. fraternitas. hoc alle. ſecus vbi actio non eſt mere in pœnam, ſed quia viſum fuit legi ſic conuenire reip. vt in actione de dolo & ſimili, quia ſi interuenit dolus ex parte alterius tenetur vt pulchre per Abb. vbi ſupra propter glo. ſing. in c. admonere. xxxiij. q. ij. ex qua dicit Abb. in c. licet cauſam. xiij. & xv. col. de proba. ꝙ vbi ius agendi fundatur ſuper peccato nunquā præſcribitur, & ex ea intulit Bal. in l. j. xxij. co. C. qui accuſare quod in pœnis ſpecialibus nõ currit pręſcr. ptio. no. Spe. in ti. de ſen. pro la. §. fin. ver. & ꝙ ſecundū canones, ceſſante autē dolo bene currunt dictę præſcriptiones vt in redhibitoria quanto minoris & ſi. vt per Hoſt. quem Abb. vbi ſupra alleg.

* Præſcriptio cum malefide hodie non procedit, nam cum nutriat peccatum, ius canonicum eſt attēdendum. c. fi. de præſcriptio. c. poſſeſſor. de reg. iur. in vj. neque a ſtatuto, vel a aliqua lege contrarium induci põt. Et ideo dixit Barto. in l. omnes populi. ij. q. iiij. prin. in x. col. ver. ecce vltra dictum ſtatutum. ff. de iuſtit. & iur. ꝙ ſtatutum ꝙ creditor poſt decem annos non audiatur, nõ valet, vt quod inducit præſcriptionē in malefidei poſſeſſoribus, licet cõtrarium ſenſerit Ang. in l. j. C. de iudi. & Bal. in c. j. §. porro. col. fi. in verſi. extra quærit glo. quali. olim feud. per alie. de quo per Bar. in l. nemo poteſt. in pen. col. in ver. quæro, ſtatutum eſt, vbi Ang. ff. de lega. j. & in d. l. ſequitur. §. ſi viam. in j. colum. in ver. & idem puto. ff. de vſucap. & in l. ſi is cui. §. Flauius in fin. ff. de ſolutio. & in l. legaui in ver. vltimo not. ff. de libe. legat. & in l. cum notiſsimi in prin. in verſi. & ſic facit ad quæſtionē. C. de præſcrip. xxx. an. & Bald. in d. l. omnes populi. & in auth. ad hæc. C. de vſur. ver. item dubitatur de debito. & in. §. ſi quis per triginta. in iiij. col. verſi. ſed quæro nunquid. ſi de feud. fuer. contro. inter domi. & agnat. & in Marga. in verſi. Eccleſia. col. ij. vbi præſupponit valere. Ang. in l. ij. ff. de vſufr. ear. rer. quæ vſu conſu. Ioan. And. tamen in c. fin. de exceptio. in vj. in nouel. tenet non valere, & maxime ſi ſtatutum ſiat a prioribus ciuitatis vt per Bar. in l. ambitioſa in iiij. colū. ff. de decre. ab ordi. facie. & vide Alex. in l. ſi pœnæ in prin. ff. de condi. indebi. quia ſtatutum poteſt impedire naturalem obligationē, niſi in debitore ſciente ſecūdū Imol. in d. c. fi. de pręſcriptio. qui dicit, ꝙ debitor in foro conſcientiæ non poteſt ſe tueri præſcriptione dicti ſtatuti. Sed ſi ſtatutū, dicit, ꝙ inſtrumentum poſt decem annos præſumatur ſimulatum valet ſecundum Bar. vbi ſupra, quod verum eſt ſecūdum Rayn. ibi, qn̄ de ſimulatione doceretur vere, alias p̄ſumitur in fraudem, & non valet, vt ibi in repetitio. & refert Ioan. de Imol. in d. c. fin. vbi omnes Cano. reprobant Bar. quia eſſet via indirecta ad peccandum, & ad inducēdum præſcriptionem in malæfidei poſſeſſoribus, vt ibi Butri. Imol. Zabarel. & Abb. in iij. col. ad fi. cum ſeq. in ver. & per hoc dixit, qui plenius loquiſ & Pet. de Ancha. in

c.j.de cōſtitu.in vj.& Imol. in d.l.ſequitur. §.ſi viam.ff. de vſucapio. Imo tale ſtatutū non valet in vtroq; foro canonico & ciuili ſecūdum Io. And.in c.ij.de exceptio. in vj. & in c.per tuas de donatio.Petr. de Anch. in reg.poſſeſſor.& in c.ſi propter,de reſcri. in vj.& Zabarel. in d.c.vigilanti. Niſi quā actio eſſet pœnalis quia pœna de iure canonico non poteſt peti, ideo præſcribitur ſecundum Butri.Imol.& Abba.in d.c.ſi.Item niſi actio ſit a principio limitata tempore, vt redhibitoria,ſecundum Bal.in d.authen.ad hæc col.v.in ver.denuo quæritur.Item niſi quando præſcribens non eſt in culpa, vel peccato, vt in præſcriptione contra ſeruitutem vt per Ant.de Butri.Imol.& Barba.in d. c.ſi.Item nec contra vſurarios,nam ſtatutum,ꝙ vſurarius poſt certos annos non audiatur,valet,vt in d.c.fin.per Cano. & per Petr.de Ancha. in d.reg.poſſeſſor. in repe. in ſi.& Bal.in ſua qō.ſtatuto cauetur ꝙ fœnerator in viij.& xiij.col.& Alex.in l.cum mulier in vj.col.in ſi.in ver. adde ꝙ etiam Bal.ff.ſolu.matri.Et adde notata per Fely. in c.venerabilis. ver.hoc tamen ego limitarem.de iudicijs & per Abb.conſi. lxxvj.in vltimo dubio,in viij.col.& Cuma.cōſi.xc. poſt med.& per Alex.conſi.xcix.colum.ij. iiij.volu.& Barba.conſi.xxxj.& lix.volu. iiij. & Pau. de Caſtr. conſil xcix. in nouiſ.

Sed an poſsit a ſtatuto vel a conſuetudine induci ꝙ malefidei poſſeſſor præſcribat ſcribit Bal.conſi.xij.volumi.j.Imol.conſi. xxvj.vbi dicit ꝙ non & Pau. de Caſt.cōſi. cclviij.in nouiſ.& Alexā.conſil.clxxxviij. col.pen.ij.volu.& conſi.lxix.col.pen. vol. iij. Et vide Soci.conſi.lxxxvj.col.v.& cōſi.clxvj.colū.v. qui ponit ſtatutū permittēs præſcriptionē quomodo intelligatur,& ſi permittit pręſcriptionē cum ſciētia rei alienæ,an valeat,& per eundem Socin. conſil. cciij. Et vtrum de iure canonico præſcriptio.xxx.ann,vel longi temporis procedat cum mala fide in actionibus perſonalibus. Hoſtien.in ſumma in titulo de præſcriptio. rer.immobil.§.quæ res.col.j.verſ.actiones vero perſonales,dicite, per iura. cano.non derogari legibus antiquis quo ad actiones perſonales,quia non in perſonalibus,ſed in realibus illa locum habent, quod ibi late proſequitur,& Bar.in d.l.ſequitur.§.ſi viā. ff. de vſucap.quorum opinionem defendit Practi.Papien.in forma reſponſionis rei cōuen,in glo.in ver.præſcriptionis, vbi aſſerit ꝙ ita,& non aliter practicatur,& ſecundum hanc conſuluit do,Maria,Soci.conſil. cciij.circa primū cōſultationis articulū per totum, vbi auſus eſt affirmare, ꝙ iſta opin. Bar. & Hoſtien.eſt communis:quam etiam ipſe tenuit in repet.rubri.de cauſ.poſſeſ.& proprieta.conſuluit etiam pro hac opinio. Corne.conſi. clxxvj. ad euidentiam col.ij. & iij.& conſi.cxxxviij.videtur,per totum vol.j.& conſil.ccvj.circa thema. volu.ij.& conſil. cclj. in hac conſultatione. & conſil. cclxxv.quanꝗ col.j.ver.& dato.& col.pe. ver.ceſſat ergo iij.volu.& conſil.cclxxvij. ad euidentiam per totum vol.iiij. vbi conatur dare nouum intellectum ad text.in d.c. ſi.de præſcriptio.Sed contraria opinio. eſt communior,vt per Cano. in d.c.ſi.de præſcriptio.Et ibi Imol.atteſtatur ꝙ dicta opinio.Bart.eſt communiter damnata, & in d. §.ſi viam.vbi in ſi.ij.co.dicit ꝙ communis opi.eſt contra Bart. & ꝙ cōtra ipſum de facto conſuluit.idem tenet Abb.c.quod clericis.col.pen.de foro compet. & do.Ioā. Baptiſta de ſ.Seuer.in repe.l.omnes populi in viij.char.col.j.ver.ij.infert Bart.ff.de iuſtitia & iur.& Cuma.conſi. lxxvij.ſtatuto ciuitatis Vincentiæ.col.j.ver.mihi aūt.Alex. conſi.lxxxij. videtur prima facie dicendū ij.colū.iiij.volu.& dictam opin. per plures rationes confutat Petrus de Ancha.in c. ſine poſſeſsione col.viij.de reg.iur.in vj.concludens ꝙ iura ciuilia corrigātur per iura canonica tam in perſonalibus, ꝗ in realibus,vt præſcriptio non habeat locū cū malafide,plura adducit Fely.in d.c.fin.& ſecūdum hanc.opi.ſæpe conſuluit Alex. vt patet in eius conſil. clxxxv. viſo titulo quæſtionis ij.dubio colum.pen.vol.ij.& conſi. xxxiij. viſo proceſſu cauſæ col.j.iij. volu. & conſi.lxiij.ſtantibus iij.col.& cōſi.xcix. videtur prima facie.j.& ij.col. volu. iiij.& conſi.lj.videretur per deciſione j.& ij. col. volu.v.Eandem opin.dicit communē Præpoſit.in d.§.ſi quis p triginta circa ſi.Phil. Franc.in d.c.poſſeſſor. col.ij. de reg.iur. in vj.& Fulgo.conſi.cxxiij.S.& P. ciues.col. j.dicens, ꝙ ſic ſe habet communis opi. canoniſtarum. Prædicta tamen communis concluſio quatuor modis limitatur, vt per Fely.in d.c.ſi.col.ij.& iij. de præſcriptio. Et quo ad propoſitum limitatur vt nō procedat vbi actio eſt ſpecialis, & habet tempus limitatum a lege, vt actio furti, ad duplum,vel ad quadruplū, actio ui bonorum raptorum,iniuriarum,& ſimiles. Nam iſtæ actiones finiuntur & præſcribuntur per debitorem etiam ſciētem lapſo anno, vel alio tempore a lege ciuili diffinito, quia ceſſat

ratio peccati,& iniuſtæ retentionis,cum pœnæ legales non ſint debitæ in foro conſcientiæ vt vult glo. in d.c.fraternitas xij. qõ.ij. quam plene diſcutiunt Abb.& Fely. in c.j. col.xij.cum ſeq.de conſtitu. & Iaſ.in.§.ſed iſtæ in vlti.char.inſtitu.de actio.Et quid in pœna conuentionali vide Alex. conſi.cix. titulus quæſtionis col.iij. volu.ij. & conſil. xlix.paucis vtar.& conſi.l.viſo inſtru.tranſactionis iiij.volu,& cõſi. xcvij.viſo inſtrumento,eo.volu.Roma,conſi.cxliij. licet varie,Et plene per Ang.Aret.& Iaſ. in.§.omnes.col.antep.& pen. inſtit. de actio.& cõmuniter concluditur,ꝙ aut pœna conuentionalis eſt adiecta facto,& poteſt exigi , & debetur etiam in foro canonico , aut vero eſt appoſita dationi quantitatis,& præſumitur adiecta in fraudem vſurarum vt notatur & legitur in l. cum allegas.C. de vſur. Et hanc materiam late tradit Alex.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri.col.iij.& iiij.ff. de verbo.obliga.& plene per Balbũ in tract.præſcriptio.in ij. parte tertiæ partis princip.q. xiij.& xiiij.vbi late prædicta examinat,& faciunt quæ dixi ſupra in ſing.xij. & xiiij. Gab. Saray.

2 *Tempus inſtantiæ cauſæ appellationis poteſt per compromiſſum , vel alias de conſenſu partium ſuſpendi,ſed non prorogari.*

24 No.ꝙ tempus inſtantiæ cauſæ appella-
2 tionis bene poteſt ſuſpendi† per compromiſſum,vel alias de cõſenſu partium. vt in authen.ſi tamen.C.de temp.ap. & in clem. ꝙ diu.de ap.Sed illud tempus iam non põt prorogari.vt in c.abbate.extra de tẽpo.ap. & no.Cy.& Bar.in authen.ei qui.C.de ap. & clarius Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de ap.in.§.nunc breuiter.& ratio diuerſitatis eſt,quia durante tempore ſuſpenſionis non poteſt procedi in cauſa appellationis:ſed in tempore ꝓrogato ſic,ſi teneret prorogatio,

ADDITIO. Not.ꝙ tempus &c. Vide clem.ꝙ diu.de appel. vbi diſponitur de hac materia ad plenum & ibi bonus text. Ad iſtud no.ꝙ fatalia iuris vel ſtatuti poſſunt ſuſpendi non prorogari adde Lu. Ro. in l.ij.ff.de re iud.& Bal.in l.centurio quaſi in fin.de vul.& pup.idem tenet Cyn.in authen. ei qui.C. de tempo.appel. vbi tamen Bald.tenet contrarium,& Bar.in l.ſi.per illum tex.eo.ti.& Sand.vbi plura inducit in c.ex ratione col.ij.in prin.de appel.

* Eandem opin,& diſtinctionẽ tenuit Alexã. in l.properandum in prin. in ſiij.col. verſ. concludunt tamen. nu.13.C. de iudi. per l. nemo,in ver.nec ſub prætextu quodam altero.C.de tempo.appel. Et per rationes adductas per Ioan.And.in addi. Specu.in tit. de appella. in.§.nũc breuiter. ſuper verb. illud cum ſeq.vbi etiam refert Marti. Syll. & Richard.Malumbr.ita tenuiſſe.Et idem Alex.cõſi.xxiiij.inſpecto ꝓceſſu circa ſi. volu.iiij.& conſi.cxxxvij.in cauſa & lite vertente.col.j.vol.ij.& plene Maria.Soci. in c. venerabilis in xvj.art.prin.de iudi. Et hoc ex eo,quia maioris eſt præiudicij lapſus inſtãtiæ in cauſa appellationis, quã lapſus inſtãtiæ cauſę principalis,q̃ in cauſa appellationis, ꝑ lapſum tp̃is extinguitur omne ius, cũ maneat firma prima ſentẽtia l. ſi.C.de tẽpo.appel.Secus in inſtãtia cauſę principalis vt in d l.properãdum.§.ſi. Ex quo primum infertur,ꝙ vbi per lapſum temporis perit omne ius, poterit tale tẽpus ꝓrogari vt notabiliter dixit Roma.in l.ij ff.de re iudica. Secundo infertur ꝙ inſtantia cauſæ principalis per compromiſſum ſuſpendi non poſſit,quia eſt minoris pręiudicij vt videtur tenere Bar.in d.l.properãdũ in prin. & Spec. & Ioan.And.in tit. de iudi. delega.§.reſtat. ver.ſed nũquid de tempore.& Ant.de But. in c.pen. de iudi.iſta tamẽ concluſio intelligenda eſt in cauſa proſequendæ appellationis:ſecus in tempore dato ad appellãdum, quia illud non põt per aliquem conſenſum partium ſuſpendi, vt ſingu. not.Bald.in d. auth.ei qui,& in authẽ.hodie.C. de appell. & Pau.de Liazar.in d.cle.quãdiu. Et Ant. Corſet.in ſing.in ver.appellatio interponi. Nam tempus proſequẽdæ appellationis ſtatuitur vtriq; parti vt in d. auth.ei qui.nimirum ſi cõſenſus partiũ in ſuſpendendo operatur,ſed tẽpus decem dierũ in appellando ſtatuitur tantum appellanti,& iſtud ẽt ſequitur Paul.de Caſt.in d.l.ij.ff.de re iud.& ibi idem tenet Roma. ſubdens ꝙ tale tẽpus ad appellandũ poterit cõſenſu partium minui per l.ſi.§.ſi.C.de tẽpor. appel.Et vide Bar. in d.l.properandum. & in l.Seius & Augerius.ff.ad l.falcid.& in l.ſi quis pro eo, in ſecundo membro.ff. de fideiuſſor.vbi dat remedium,ꝙ inſtãtia cauſæ principalis poterit ꝓrogari, videlicet ꝙ de nouo renouetur inſtantia vnico momento, repetẽdo omnia acta per not. per.glo.in l.quæ omnia ĩ prin. ff. de procura.per Bal.in l.mutari.ff.eo.tit. vt quia actor dicat,reo,libellũ, quem alias tibi obtuli,reoffero.Et reus dicat.Et ego reſpõdeo,prout alias reſpondi. Et ſic de ſin-

gulis:In hac tamen reiteratione requiritur conſenſus iudicis ſicut in alijs actibus iudicialibus iuxta c.forus,de verb.ſigni. vt dicit Ful. in d.l.properādum. Dicit tamē circa hanc practicam Ant.de But.in c.pen. de iudic.ꝙ in quibus actibus iudicialibus exigitur formalitas non ſufficeret recenſere acta ad hoc, vt videantur omnia reiterata arg.c.clericus. de iureiur. loquitur tamen ſub dubio forte: Sed Alex.in d.l.properandum,ſuſtinendo dictam opinio.reſpondet illi textui,ꝙ ille in ſecundo actu non iurauit iterum,ſed nolebat primum iuramentū extendere vires ad deducta in ſecūdo actu. Sed in caſu noſtro fiebat expreſſa reiteratio actorum,licet per relationem ad allud, quæ debet idem operari, ac ſi de nouo de verbo ad verbum facta fuiſſent acta argu.l. vbi autē non apparet.§.ij.ff. de verb. obli. & in l.certum.ff.ſi cert.peta. Et ita reſidet Alex.in d.l.properādum in prin. Sed quātum ad principalē doctrinam, de qua hic ꝑ Matthæum,videtur ꝙ illa differentia inter ſuſpenſionē,& prorogationem,non habeat vrgentem rationem,quia ratio, quæ principaliter conſideratur in prorogatione eſt, vt finis litibus imponatur,ne lites immortales ſint d.l.properandum. Iſta tamen ratio vtiq; militat in ſuſpenſione, quia per ſuſpenſionē nō imponitur finis litibus. Et ad talem finem præciſe habetur reſpectus, & probatur in l.ſi.ff.pro ſuo.Et iſta differentia videtur potius verbalis,ꝙ̄ realis meritoque non debet procedere,l.ij.C. cōia de legat. Et parum nobis ſeruirent iura,quæ prohiberent prorogationē,ſi poſſet ſuſpenſio fieri argu.c.cum quid,de reg. iur. in vj.& per ſuſpenſionem ita duraret lis per mille annos,ſi poſſet fieri.ꝙ̄ per prorogationem.Et hæc differentia reprobatur per Areti.in c. venerabilis col.ſi. ver. tu conſidera.de iudi.& per Fely.in c.ex ratione.col.j.ver. ſecundo dum nu.3.& ibi Deci.col.v. in prin. ver. ſed tamen. nu.9.extra de appellatio. & adde quæ late adducit And.Tiraquel.in tract.de retractu cōſangui.in.§.j.in ver.intra annum.in glo.x.nu.31.& 32.ver.præſertim vero in hoc caſu. Gab. Saray.

1 *Sententia lata contra vnum,vel acta probatoria contra eum facta, ſi tertio plene præiudicare debeant,tunc tantum præiudicāt quando ſententia eſt contra præſentē lata.*

2 *Confeſſio tranſactio,compromiſſum,proceſſus & ſententia arbitri,vnius, alteri non præiudicat.*

25 No.ꝙ in omnibus caſibus,in quibus ſententia lata cōtra vnum, & acta probatoria

1 †facta contra eum, plene præiudicant tertio:iſtud tantum eſt verum,quando eſt lata

2 contra pręſentem,Confeſsio† tamen in iudicio non pręiudicabit tertio,ſicut nō præiudicaret tranſactio, compromiſſum, proceſſus, & ſententia arbitri.l. ſi dictum.§.ſi compromiſſero,ff.de euic.& not.Innocen. in c.auditis,de pręſcrip.& in c.cū ſuper de re iudi.in pe.col.& Bart. in l. ſi perluſorio. ff.de ap.ipſe tamen videtur tenere contrarium in l.ij.ff.de iudica.ſolui.

ADDITIO. No.ꝙ in omnibus caſibus &c.Ibi confeſsio tamen,amplia ſiue ſit voluntaria ſiue contentioſa vt per Io.And. in addi.Spe.quem refert Pan. in c.q̄uis de re iud.& prius per But.ſubdentem ꝙ facit qua lequale pręiudicium.ſed quod imo plene præiudicet firmat Alex.in l. ſæpe in antepe.col. de re iud. primo quia cui noceret ſententia nocent acta vt per Abb. vbi ſupra per c.inter dilectos de fide inſtru. cum concor.de quibus per Alexan. in l. is apud quem.C.de eden. & per alias rationes de quibus per Alex.in d.l.ſæpe.Ad illud vero quod dicit hic Mat.de tranſactione & compromiſſo &c.adde quod idem tenet Pan.in c.auditis hic alle.in viij.col. & in d.c. quāuis poſt But.in ij.colum. dicentem idem in pacto & iuramēto.idem etiā Pau.de Eleaz. in cle.j.de reſcri.cum concor. iſta tamē eleganter limitātur tribus no. modis per Sād. in d.c.quāuis col.ij.antepe. poſt prin.

4 Nouem ſunt ea quæ requiruntur, ad hoc vt ſententia contra vnum lata, præiudicet alteri:primum ꝙ interueniat a principio legitimus contradictor,& ille dicitur legitimus contradictor ad quē principaliter cauſa pertinet, alijs in conſequentiam.l.cū duobus,ff.de exceptio.rei iudica. Secundum requiſitum eſt ꝙ cauſa defendatur per ipſum contradictorem, & per conſequens ꝙ non ſit lata in contumacem l.qui repudiantis.§.ſi,ff.de inoffi.teſtamē.ſufficit tamen ꝙ contradictor fuerit præſens in tota cauſa,licet poſtea in actu ſentētię fuerit contumax, per hoc enim ſententia non minus operabitur effectum ſuū,ꝙ̄ ſi nō fuiſſet contumax, ita dixit Bar.in l.ſi ſuperatus.ff.de pignor. vbi allegat in argu.l.ſi rem.§.ſi,cum ibi no. ff.de euictio. & ita dixit ſe intelligere,l.ſi

ideo.ff.de euictio.idem tenuit Fulgo.in d.l.
ſi ſuperatus.& d.Abb.in c.penul.ff.de re iu
dica.& idem videtur voluiſſe Bal.in l.ij.in
verſi.or modo capio.C.quib.res iudic.non
noc. Sed Bar.in d.l.qui repudiantis.in fi.
dixit,ꝙ imo non nocebit alteri dicta ſentẽ
tia lata in contumacem, qui fuerat tamen
præſens uſque ad ſententiam excluſiue,ſed
bene nocebunt acta facta quouſque ille cõ-
tradictor præſens fuit: ex quibus actis po-
ſtea poterit contra illum tertium iudicari,
quia præiudicat ſententia,cui præiudicant
& alia acta,vt no.Inno.in c.cauſam.de teſti
bus,& cum dicta opinione Bar.tranſit Ioã.
de Imo.in d.c.penul.extra de re iudic.Sed
prior opinio eſt tenenda per rationem tex.
in d.l.ſi per luſorio.§.fina.ff.de appel.& l.ſi
ſeruus plurium.§.j.ff.de lega.j.vbi innuit,
ꝙ vbi propter non defenſionem principa-
lis contradictoris iudicatum eſt cõtra eum
ſententia non nocet alteri,ſed ſi contradi-
ctor defendit in tota cauſa, licet ſit contu-
max ad audiendum ſententiam, illa contu-
macia non eſt cauſa, propter quam veriſi-
militer contra eum pronuntietur, quia ex
actis iudicandum eſt.quod etiam confirma-
tur ex glo.ſingul.in l.ij.in verſ.abſens.C.de
contrar.iudi.tutel. & ex multis rationibus
adductis per Alexan.in l.ſæpe.nume.78.ff.
de re iudica.vbi ſubdit quod dixit Bald.in
d.l.ij.C.quibus res iudi.nõ noc.qui ibi ſcri
pſit,ꝙ contra contumacem non preſumitur
ſententia lata ob contumaciam ſi ex actis
apparet, de pleniſsima probatione, vel ſi
ille fuit abſens ex iuſta,& probabili cauſa
facit tex.in l.diui §.j.ibi.& euidentius pro-
batur.ff.de libe.cau.& ibi Benedic.de Plũ-
bi.& vide quæ dixi infra ſingu.xxvj.illud
tamen quod dr̃,ſententiam latã contra con
tumacem nunquam nocere tertio fallit,vbi
lex,vel ſtatutum non conſiderarunt verita
tem facti,ſed ſolum actum ſentẽtiæ,vt quia
ſtatutum ſit ꝙ pater teneatur pro condem-
natione lata cõtra filium,nam tunc ſi filius
propter contumaciam,ſit cõdemnatus,ſen-
tentia afficiet patrem,quia lex tantum pon
derat actum condemnationis. arg.l.palam.
§.quæ in adulterio.ff.de ritu nup. & in l.ſi
cõdemnatus.ff.de noxal.& ita voluit Bar.
in ſua diſputatione incip. Peruſinæ ciuita-
tis.& in l.filius.in prin.ff.de verbo.obliga.
& Bal.in l.j.in vj.q.C.ne filius pro patr &
Bal.& Ange.in d.l.qui repudiantis §.fin.&
Ang.in l.ij.§.ſi.ff.ſi ex noxa.cau.aga.& Lu
do.Roma.in l.ſi filio.la ij.ff.ſolu.mat.& do.
Alexan.in d.l.ſæpe.nume.80.ff.de re iudic.

Tertium requiſitum eſt,ꝙ ſententia fer-
ratur declaratoriæ,id eſt,affirmatiue, puta,
pronuntio,vel declaro talem eſſe ingenuũ,
ſecus ſi ſententia hoc modo ferratur, vi-
delicet,pronuntio talem nõ videri ſeruum
petitoris, vt eſt tex.in d.l.diui.ff.de libera.
cauſ. Quartum eſt, ꝙ non detegatur col-
luſio l.j.& per totum.ff.de colluſio detegẽ.

Quintum ꝙ cauſa ſit talis naturæ,ꝙ præ
iudicare poſsit aliis,inter quos non fuit iu-
dicatum.Bal.in d.l.ij.C.quibus res iudi.nõ
noce. Sextũ ꝙ cauſa ſit ordinaria,& aga
tur principaliter propter ſe,& de ea ſit ple
ne cognitum.l.ſi iudex. cum ibi nota.ff.de
his,qu. ſunt ſui, vel alie.iur.ſi tamen cauſa
eſſet extraordinaria, vel ſummaria, & ap-
pareret in ea fuiſſe plene cognitum, & ple-
ne probatum,preiudicaret eodem modo ac
ſi ordinaria fuiſſet ſecundum Iacob.But.in
l.ab hoſtibus.§.ſed quod ſimpliciter.ff.qui.
ex cau.maior.vbi voluit,ꝙ licet probatio-
nes factæ in iudicio ſummario non probẽt
in plenario,& ſimiliter ſentẽtia lata in ſum
maria cauſa non releuet in plenaria, & or-
dinaria d. l.ſi iudex. cum ibi not. ff.de his
qui ſunt ſui vel alie.iur.tamen fallit niſi ꝓ-
bationes in ſummario iudicio factę fuiſſent
plenariæ, quia tunc prodeſſe debent. Se-
ptimum requiſitum eſt,ſecundum Ange.in
d.l.ſi per luſorio.ꝙ illi,quibus ſententia no
cere debet ſciuerint cauſam agitari, & ad
eam fuerint citati,ſaltem per generale pro-
clama,ſi eorum nomina ignorabantur. alle
gat d.l.ſæpe.ff.de re iudica.& no.per Inno.
in c.ex inſinuatione.& in c.in noſtra.de ꝓ-
curator. hoc tamen reprobat Imo.in d.l.ſi
per luſorio.§.j.vt ibi per eum,& per Alex.
in d.l.ſæpe.nume.82.verſi.item vltra præ-
dicta. Octauum requiſitum eſt,ꝙ ille prin
cipalis contra quem fuit lata ſententia non
prouocauerit iudicem cõtra ſe. Et ſic requi
tur ꝙ per iniuriam principalis non ſit lata
contra eum ſententia,alias non noceret al-
teri,vt probatur in d.l.ſi ſeruus plurium.§.
j.cum glo.in verſic.iniuriam.ff.de lega.j.&
ibi not.docto.& in l.exceptione.ff.de fide-
iuſſo. Nonum et vltimum requiſitum eſt,
ꝙ culpa principali ſuccumbenti imputari
non poſsit,eo ꝙ non appellauerit, nã alias
ſententia aliis non nocebit, vt in dicta l.ſi
ſeruus plurium.in.§.j.in verſic. quid ergo.
ſecundum intellectum glo.in verſi.non no
cebit,qui eſt magis communiter approba-
tus. Sed ad id quod hic dicitur de confeſ
ſione,ꝙ ſi fiat in iudicio tertio non præiudi
cat,vide late Bar.in l.facta.§.ſi hæres.ff.ad

Trebel.& plene per Ioan.And. in additio,
Specu.in tit.de ceſsio. actio.§.j. ſuper ver.
ſed nunquid ſola.& in titu.de defenſore.§.
j.in additio,incip.quæritur an confeſsio do
mini,& per Cy.in l,ſi delegato.C.de noua-
tio.& in l.ſi.C.de procura.per Iacob.Butr.
Bal.& Ang.in l.ſi actor.ff.de procura.& in
l.ſi emptor.ff.de pact.qui doctores licet in-
ter ſe diſſentiant, tamen videt ꝙ confeſsio
plene præiudicet,primo,quia regula eſt,de
qua ſupra dictum eſt, ꝙ cui nocet ſentētia,
nocent & cætera acta,ergo & confeſsio iu-
dicialis nocebit,ſecundo, quia videmus ꝙ
confeſsio aduocati præiudicat principali
præſenti & non contradicenti, qui potuit
prohibere,& contradicere.l.j.C.de errore
aduoca.c.olim.de cenſib.c.cum cauſam. &
ibi plene per Cano.de appella.tertio, quia
habet hoc caſu locum ratio d.l.ſæpe.in ver
ſi.cum autem,& hoc in puncto iuris verius
videtur,ſecundum Alexan.ibi, nume.127.
& Felyn.in c.quamuis.de re iudica.nume.
16.verſi.confeſsio. Et an quod dicitur in
ſententia habeat locum in alijs remedijs li
tis deciſiuis vt in tranſactione, vel in iura-
mento litis deciſiuo, tradit Inno.in c.audi-
tis,in prin.de præſcrip.vbi notabiliter di-
xit,ꝙ non:& ſic tranſactio facta per vendi
torem ſciente,& non contradicente empto
re, ſibi emptori non præiudicabit.& ita &
tenet do.Abb.in d.c.auditis. & idem tenet
Pau.de Liaza.in clemen.j.de reſcrip.Et fa
cit quod dixit Inno.in c.dudum.il ij.in glo.
In verſi.partibus.de electio.ꝙ compromiſ-
ſum autoris, non nocet ſucceſſori ſcienti,
etiam in caſibus in quibus prę iudicaret ſen
tentia,allegat c.cum inter canonicos.de ele
ctio. Hæc tamen limitantur in caſu l.con
trouerſia.ff.de tranſact.vbi tranſactio facta
in cauſa querelæ inter hæredem ſcriptum,
& hæredem legitimum præiudicat legata-
rijs quo ad hoc, vt teneantur conuenire vi
ctorem pro rata deducta in tranſactione,quã
eodem modo præiudicaſſet ſententia l.Pa-
pinianus.§.ſi ex cauſa.ff.de inoffi.teſtamē.
l.cum duobus.C.eod.titu.& l.cum filius.in
prin.ff.de lega.ij. Secundo limita prædi-
cta non procedere in caſu c.j.de controuer.
inter vaſal.& alium de bene.feud. vbi dici
tur,ꝙ quo ad ius feudi poteſt vaſallus cum
litigante tranſigere,& prę iudicat domino,
vt teneatur obtinētem ex cauſa tranſactio-
nis habere in vaſallum,& ibi vide Bal.qui
quęrit an idem ſit in emphyteuta,& ſuper-
ficiario,& decidit,ꝙ ſic,domino ſciente: &
idem eſſet in compromiſſo in caſu poſito,in
d.c.j.cum compromiſſum ſit tranſactio iuri
bus vulgari. Et ſic videtur ibi eſſe deciſum
id,de quo dubitauit Specu.in titu.de arbi-
tro.§.poteſt.verſi.ſed nunquid vaſallus.ſci
licet ꝙ vaſallus etiam ſine conſenſu ſupe-
rioris poteſt de feudo compromittere, de
quo etiam per Hoſtien.in ſumma.de arbit.
in.§.de qua re.in verſic.ſed nunquid vaſal-
lus.& per Canoni.in c.cum tempore.de ar-
bitr.per Roma.in l.j.§.& poſt operis.ff.de
oper.noui nuntia. Et quod dictum eſt de
iuramento litis deciſiuo, uidetur idem di-
cendum quod ſupra dixi in confeſsione iu-
diciali,per eaſdem rationes,cum ſit neceſſa
rium iurare,vel referre.l.manifeſtæ turpi-
tudinis.ff.de iureiuran. Vltimo an ſentētia
ſuper delicto, quod cōmittitur a pluribus,
ſi eſt condemnatoria contra vnum noceat
alteri, & ſic econtra an abſolutoria lata in
fauorem vnius, proſit alteri. communiter
tenetur ꝙ nec abſolutoria pro vno prodeſt
alteri,nec cōdemnatoria nocet, niſi contra
omnes fuerit proceſſum & cognitum,tunc
enim præiudicaret, alias contra, quo ad
plenum præiudicium.induceretur tamē ali
qualis contra alios præſumptio.vt no.glo.
in c.dilectus.ij.de ſimon.in verſi.dantis. &
in c.ordinatos.lix.diſtin. & alij effectus in
conſequētiam alijs nocent,vel iuuant,quos
tradit Fely.in d.c.quamuis. colum.penult.
nume.10.de re iudica.& vide Ang.Aret.in
tracta.maleſi.in fin.in verſi.præſente Gaio,
& appellante.nu.33.vbi ponit an pluribus
condemnatis,ſi vnus appellet,& abſoluto-
ria ſequatur, alijs proſit. Et an confeſsio
correi præiudicet ſocio in criminalibus,
vel faciat inditium pleniſsime tradit Hip-
pol.de Marſi.in practica crimi.in.§.diligen
ter.colum.x.in ſi.nume.59.et ſeq.poſt alios
quos ibi allegat. Gab.Saray.

1 *Sententia lata contra vnum, ſi tertio plene
præiudicet id procedere dicitur,quando cō
tra præſentem profertur, ſecus ſi contra
abſentem etiam per contumaciam, quia
tunc quo ad tertij præiuditij fingitur eſſe
iniuſta.*

2 *Sententia diffinitiua principis, vel principa
liter contra abſentem lata, non facit ius
commune, & ideo tertio non præiudicat,
ſecus ſi contra preſentem feratur.*

26 Nos. regulam ꝙ in omnibus caſibus, in
1 quibus ſententia lata contra vnum † plene

præiudicat tertio, illud eſt verum, quando præiudicat contra præſentem: ſecus ſi contra abſentem etiam per contumaciam, quia tunc fingitur eſſe iniuſta quo ad præiudicium tertij tantum l. qui repudiantis. in fi. ff. de inoffi. teſta. & d. l. ſi per luſorio & C. de pign. l. præſes cum ſi. Et per hoc ſequitur,
2 ꝙ ſententia † diffinitiua principis, vel principaliter lata contra abſentem nō facit ius cōe. & ideo tertio non præiudicat: ſecus ſi cōtra præſentem l. fi. C. de legiti. & ibi gl. no. Canoniſtæ i c. in cauſis. extra de re iud.

ADDITIO. Not. regulam &c. & ꝙ in caſibus in quibus ſententia lata cōtra vnum alteri præiudicat de quibus per docentes in l. ſæpe de re iudi. & in c. quamuis extra eo. titu. iſtud intelligatur dummodo tertius ſciat alium agere de cauſa ad ipſum ſpectante ac etiam ſciat illud ius ſibi tertio competere, ſecus ſi ſolum ſciret alium agere & ignoraret ius ſibi competere dicit Innocen. in ca. ſuborta quem extollit But. & Abb. ibi. in iij. colum. verſic. Inno. dicit & Abb. in d. c. quamuis col. vij. adducens pro hoc, quia ignorans non videtur iuri ſuo renunciare l. mater. ff. de inoff. teſta. xxxviij. diſt. placuit cum ſi. facit dictum Bart. in l. j. §. ſi. ff. de iti. actuq; pri. cum concor. Limita tamen iſtud niſi ſit caſus in quo ſententia de ſui natura faciat ius quo ad omnes, quia ſententia faciet ius non inſpecta ſciētia patientia vel ignorantia, vt in cauſa ingenuitatis. Abb. ſingulariter in d. c. quāuis facit l. ſi ſuperatus in prin. de pig.

* Adde late Roman. conſi. cccxxix. præſens conſultatio. colum. penul. Fely. in c. fraternitatis. col. ij. verſi. tertio fallit. de hæreti & in c. in literis. col. x. ver. pro quo optime facit. de conſtitutio. Corn. conſi. xlij. videtur. col. ſi. vol. j. & plene per Hippol. de Marſil. in ſingu. iiij. incip. quamuis aliquo caſu. per totum. & Nicol. Boer. deciſio. lxxix. breuiter pono regulam, nume. 4. & latius dixi ſupra ſingul. xxv. Gab. Saray.

8 *Pactum nudum ex promiſſione tacenti facta quando oriatur, & actionem producat. Et quando cohærentia ſtipulationis veſtiatur.*

27 No. ꝙ ſi promitto tibi pſenti & tacēti da
8 re † cētū ex cā donationis, tu videris cōſentire, & ex tali nudo pacto orit hodie actio, & datur condictio ex l. ſi quis argentum. C. de do. per regulā, l. qui patitur, l. ſi remunerandi. §. ſi paſſus. ff. man. Et tamen ſecus eſt ſi interrogaui te ſic. Promittis mihi codicem, ex cauſa donationis? & tu reſpondiſti: Promitto codicem, & centum aureos: & ego tacui. nam quo ad centū aureos non dicitur contractum pactum nudum, & ideo non veſtitur cohærentia ſtipulationis l. j. §. ſi ſtipulanti. ff. de ver. ob. Nec hodie daretur condictio ex illa l. ſi quis argentū, quo ad illos centum aureos. Et eſt ratio, quia tu reſpōdens videris te uoluiſſe obligare per ſtipulationem quo ad centum, ſicut quo ad codicem per regulam. l. iam hoc iure. ff. de vulga. & pupil. Sed in centum non valet, ſtipulatio, quia non præceſsit interrogatio, ergo non valet pactum l. j. §. ſi quis ita ff. de verb. obl. l. j. §. eum qui. ff. de cōſti. pec. Secus forte eſſet, ſi fuiſſet duplicatum verbum promitto in reſponſione, ſ. promitto tibi codicē, & promitto centum aureos, nam tunc diceretur eſſe pactum nudum quo ad centum aureos, et etiam ſecundum iura antiqua produxiſſet actionem, vt veſtiatur cohærentia ſtipulationis l. petens. C. de pac. et hunc paſſum a nemine vidi tactum.

* ADDITIO. Iſtud ſingulare eſt pulchrum, & notatu dignum, & probatur in l. j. §. ſed & ſi mihi. in verſi. pro ſuperuacuo. ff. de verbo. obliga. Nam quando interrogationi factæ de vna ſpecie, reſpondetur de duabus copulatiue, adiectio alterius ſpeciei habetur pro ſuperuacua, & ſic in illa ſpecie adiecta non inducitur etiam pactum nudum, & hoc patet, quia ſi cauſaretur pactum nudum, illa adiectio non eſſet pro ſuperuacua, prout dicit text. in d. §. ſed ſi mihi, quia pactum nudu m habet varios effectus, vt notatur in l. iuriſgentium. §. igitur. nuda. ff. de pact. & in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. & hoc quamuis interrogans tacite dicatur conſentire in illa adiectione, & ſic interuenire videatur conſenſus vtriuſq; ſcilicet interrogantis tacite, & reſpondētis expreſſe per d. l. qui patitur. & l. ſi nō remunerandi. §. qui paſſus. ff. mand. & conſequēquenter, nec ex tali pacto nudo datur certi condictio ad illa centum de quibus hic per Matthæum, quæ oritur ex pacto nudo de donando d. l. ſi quis argentum. C. de donat. & ratio eſt ſecundum eum, quia reſpondēs in ſ codice, vt voluit obligari per ſtipulationem verbis, ita ſimiliter voluit per ſtipulationem obligari ad cētum, ex quo ambo ſunt ſub vna reſponſione, vnde debēt ęqualiter determinari, quia una determinatio reſpiciens plura determinabilia debet illa

æqualiter determinare d.l.iam hoc iure.ff. de vulga.& pupil. Sed ad centum non poteſt per ſtipulationẽ obligari,quia non præceſsit interrogatio, nec per pactum nudũ, quia non conſentit iuxta text.in l.j.§.cum qui.ff.de conſtitu. pecu. Sed iſtam regulam Matthæi reprobat Bart. Soci. in l.j.§. ſi quis ita.in ij.not.ff.de verbo.obliga.& in l.rogaſti.§.ſi tibi.per illum tex.ff.ſi cer.pet. vbi eſt tex:q̃ ſi mutuo tibi decem, vt reddas mihi vndecim,in illo vno pluri contrahitur pactum nudum,& tamen in illo pluri,ſicut non potuit celebrari contractus re, vt partes volebant, ita etiam non debet valere vt pactum nudum ſecundum argumentum Matthæi,ergo ibi in illo pluri nõ potuit valere vt mutuũ, vt partes agebãt, & tamẽ valet vt pactũ propter conſenſum vtriuſq;, vnius expreſſe alterius tacite: & propterea dicit Soci. q̃ quando vna diſpoſitio,ęqualiter poteſt determinari, valet,& allegat notata per Bar.in l.Seio.§.Gaio.ff. de fund.inſtruct.Sed quicquid ipſe Soci. dicat iſtud ſingulare Matthæi eſt verum & pulchrum:Et ad fundamentum Soci. de d. §.ſi tibi.l.rogaſti, dic q̃ nihil facit, primo quia glo.ibi reprobatur per Bar. & omnes alios:Et poſito q̃ illa glo.eſſet vera,tamen nihil obſtat,quia ille caſus eſt ſeparatus, & multum ab hoc diuerſus:quia ſi mutuo decem, vt reddas vndecim,impoſsibile eſt,q̃ obligatio contrahatur in pluſquã ſit numeratum vt tradunt docto.in l. ſi tibi decẽ milia.ff.de pact. Ratione ergo impoſsibilitatis,reſultat inæqualis determinatio, vt illud plus,quod eſt impoſsibile vt poſsit valere vt mutuum, valeat vt pactum nudum. Sed in hoc caſu non cadit iſta impoſsibilitas,quia ſi interrogo te de codice,& tu promittis codicem,& centum,in centum poterat contrahi ſtipulatio,ſi ſecuta fuiſſet complacentia, ergo in caſu noſtro non eſt illa impoſsibilitas, quæ eſt in d.§.ſi tibi. Et ita hoc ſing.defendit late Iaſo. in d.l.j.§.ſed ſi mihi,in ij.notab. Gab. Saray.

1 *Actor qui agit poſſeſſorio, vel petitorio, ſi appellauerit, & appellatione pendente reũ poſſeſsione rei priuauerit, vel eum iniuſte turbauerit, appellationi renuntiaſſe cenſetur.*

28 No.q̃ ſi actor,q̃ agit poſſeſſorio, vel pe-
1 titorio appellauit† a ſententia diffinitiua, vel interlocutoria lata in fauorem rei: & appellatione pendente ſpoliauit reum poſſeſsione rei, de qua erat quæſtio, intelligitur renunciaſſe appellationi. Idem ſi iniuſte turbauit reum in poſſeſsione ſua. vt in c.an ſit.extra de appel.& c.cum teneamur. eo.titu.ſecundum veram lecturam.

* ADDITIO. Idem tenet Angel. in l. fina. C. de tempor. appella. vbi allegat etiam idem tenere Innocen. in capit. ex parte. de reſcript. Et idem dicit Bald. in c.ex parte Adæ.col.vj.in ver.item ſcias, q̃ ille qui non defert.de teſta. vbi concludit q̃ quando appellans pendente appellatione innouauit,videtur renuntiare appellationi,& ſtatim ſententia tranſit in rem iudicatam allegat tex.in d.c.ex parte.vbi gl. de reſcrip.nam appellans debet temperare ab omni nouitate, dum appellatio pendet, alias renuntiatum videtur appellationi vt dicit Bal.in d.c. an ſit. de appella. Et vlterius non poterit appellationẽ proſequi ille, qui appellauit: ſi tamen appellatus vellet inſiſtere circa appellationẽ,ab aduerſario ſemel interpoſitam, tunc etiam appellans cogitur illam proſequi vt notabiliter declarat Abb.in d.c.ex parte.de reſcrip. in glo. ij. Adde q̃ idem eſt in cauſa principali, nã tunc pendente lite quis in poſſeſsione tuendus eſt, & ſi poſſeſsio ſit contra ius commune, & competat ratione priuilegij c.j. vbi Abb.in iij.not.vt lite penden.Cardi.in cle. ij.in ij.oppoſ.vt lite pendente Roma. cõſ. xxxvij.in ſi.de quo not.Bal.in c.j.§.ſancimus.in prin.quo tempore mili.in vſib.feu. Et prædicta procedunt, niſi cauſa ſuſpitionis aliud poſtularet,nam pendente appellatione propter ſuſpitionem ſuperuenientẽ, ſaltem perceptione fructuum quis poterit priuari l.imperatores.vbi Bar.ff. de appel. facit tex.in l.de pollicitationibus. & quod ibi Bar.ff.de pollicita.Abb.in c.ſi.in iij.notab.per illum tex.de ſequeſtra.poſſeſ.& fructu. Vnde ſi timetur de fuga,etiam appellatione pendente debitor capi poteſt ſecundum Ang.in l.nemo carcerem.C. de exact. tribut.lib.x.Sic etiam pendente dilatione debitor capi poteſt propter ſuſpitionẽ ſecũdum Bal.poſt Cyn.in l.ſiue pars.C.de dilatio.facit glo. in l. quæſitum.ff.de pignor.Et tradit Deci.in d.c.cum teneamur in iiij.notab.& in d. c. an ſit,in j. notab. de appella. Gabr. Saray.

1 *Appellans recte & rite ab interlocutoria,eſt ipſo iure exemptus a iuriſdictione iudicis a quo.*

2 Sententia lata a iudice a quo poſt appellationem recte & rite ab eius interlocutoria interpoſitam, non valet, nec per appellationis deſertionem ſubſequentem conſumatur. Secus ſi poſt deſertionem fieret proceſſus a iudice a quo.

3 Contumax verus non poteſt appellare a ſententia contra eum abſentem lata.

4 Appellatio ab interlocutoria in ſcriptis fieri debet, & in ea exprimi ſpecialiter cauſa grauaminis, alias Iudex a quo poteſt ad vlteriora procedere, appellante amplius non citato.

29 Not. ꝙ appellans recte & rite ab interlocutoria, eſt ipſo † iure exemptus a iuriſdictione iudicis a quo: & ideo ipſo iure non valet proceſſus & ſententia, quem & quam iudex a quo poſt appellationem fecit, vt in c. per tuas, de ſen. excom. & c. licet, eo. tit. li. vj. et c. ad audiẽtiã et c. dilectus de ap. in ſũ 2 ꝙ † non confirmaretur per deſertionẽ appellationis, poſtea factã, vt eſt tex. in d. c. licet. Secus eſſet, ſi proceſſus fieret poſt deſertionẽ per iudicem a quo, quia tunc valeret, etiam ſi appellans nunquam fuiſſet citatus: 3 immo, quod plus eſt, ipſe † vt verus contumax non poſſet appellare ab interlocutoria, vel diffinitiua lata contra eum abſentẽ, vt in c. per tuas. & in c. ſeq. extra de ap. & 4 no. eod. titu. c. directe. Vbi vero † quis appellaſſet ab interlocutoria iniuſte, alias nõ rite, quia non appellaſſet in ſcriptis, vel nõ expreſſiſſet cauſam grauaminis ſpecialiter, tunc planum eſt ꝙ dicitur verus cõtumax, ita ꝙ iudex a quo poteſt ꝓcedere ad vlteriora eo amplius non citato. vt in c. ij. extra de do. & contu. lib. vj. & in cle. j. eo. ti.

* ADDITIO. Si poſt inhibitionẽ iudex a quo procedat, eius proceſſus eſt irritus & nullus, etiam ſi pars appellans poſtea appellationi ſuæ renũtiet expreſſe, vel tacite, per regulam, quod ab initio non valuit, &c. c. dudum. de electio. Sed ꝙ ꝓceſſus factus poſt inhibitionem iudicis ad quẽ, imo poſt legitimam appellationem ſit nullus multi ſunt tex. vt c. Rodulphus. c. ſignificauit. de reſcri. c. inhibita. de iudi. c. dilecti. & c. ſignificauerunt, de excep. c. dilecto. c. ex parte. & c. ſignificantibus, de appellat. cum infinitis ſimil. in quibus habetur clauſula irritationis, et probatur optime in d. c. per tuas. de ſententia excommuni. & d. c. ſolet. eodem tit. lib. vj. in quibus apparet ſententiã excommunicationis latam poſt legitimam appellationem eſſe nullam. facit et tex. in c. veritatis. in fi. de dolo & contuma. c. ad diſſoluendũ. in fi. de deſponſatio. impuber. & in c. inter cętera. & c. dudum. de prębend. libr. vj. & c. tibi qui. de reſcrip. & de conceſſio. præbend. c. ſi ſoli. & c. ſi capitulo. & c. exactor. li. vj. Et hoc aperte tenent domini de Rota deciſione cxxx. incipi. ſi poſt. in nouis. & in deciſi. ccccxxvj. incip. ſi decanus. in fi. in nouis. & in deci. clxxxvij. incip. ſicut ficte. & cxciij. incip. item ſi ab excommunicatione. & deciſio. ccclxxix. incip. ſi committatur. circa medium. in nouis. Vide tamen Lap. in ſua prima allegat. col. ij. vbi videtur concludere, ꝙ ſi interponitur appellatio poſt actum qđ reddat proceſſum nullum, puta, propoſita exceptione ſuſpitionis, et quia non admittitur, ſit appellatum, vel quia fertur excõmunicatio poſt appellationem, & tunc deſerta appellatione remaneat proceſſus inualidus. ſecus ſi proceſſus ſit factus poſt appellationem interpoſitam poſt actum, qui non reddit proceſſum nullum, ſed ſuſpenſum, quia tũc deſerta appellatione proceſſus remanet validus. Idem tamen Lap. ibidem in iij. colum. videtur tenere indiſtincte, ꝙ proceſſus omni caſu remaneat nullus: In quo tamen videtur poſſe diſtingui, an ſit attentatũ poſt inhibitionem, & tunc, quia ſunt nulla, non reconualeſcunt poſt deſertionem, vel renunciationem appellationis, uel poſtquam eſſet pronuntiatum appellationem non fuiſſe legitimam, & ita procedat quod tenent domini de Rota in dicta deciſio. cxxx. ſecus in attentatis nulla facta inhibitione. Sed in contrarium videtur tex. in c. non ſolum. §. illa vero. de appellatio. libr. vj. vbi videtur clare probari, ꝙ ſi ſit facta inhibitio, proceſſus poſtea factus ſit nullus, etiam ſi ſit pronuntiatum poſtea appellationem nõ legitimam, idem ergo ſi eſſet renũtiatum appellationi, vel appellatio eſſet deſerta, quia eadem eſt ratio, & ita procedat quod notãt domini de Rota in d. deciſio. cxxx. & quia paria ſunt eſſe appellatum a diffinitiua, vel ab interlocutoria, inhibitione ſecuta, cum vtroque caſu ante omnia fiat reuocatio attentatorum, ideo videtur ꝙ [redacted] ppellatio a diffinitiua ſit deſerta, vel renuntiatũ appellationi, vel [redacted] ſiatum male appellatum, ꝙ omni caſu attẽtata ſint nulla, quia ſi hoc eſt in interlocutoria poſt inhibitionem, ergo idem in diffinitiua, in qua ius cõ-

mune inhibet, & alia iudicis inhibitio non eſt neceſſaria, Et ſic videtur ꝙ male dicant domini de Rota in prima noua deciſ. cum loquantur in appellatione a diffinitiua. Si vero loquimur in appellatione ab interlocutoria non facta inhibitione, & tunc eſt tex. in d. c. non ſolum. de appella. lib. vj. ꝙ attentata poſt appellationem, an ſint nulla, dependet a futuro euentu, ſi conſtiterit cauſam appellationis eſſe veram, & tunc reuocabuntur, alias ſecus. quia tunc reuocantur quando eſt inhibitum. ergo ſi non eſt inhibitum non deberent reuocari, niſi conſtet cauſam appellationis eſſe veram, vt patet in d. c. non ſolum. Videt tamen indiſtincte poſſe dici ꝙ licet cauſa appellationis non ſit vera, ꝙ attentata poſt inhibitionem legitimam ſtatim reuocentur per viam attentati per d. c. non ſolum. in §. illa vero, quem ita intelligit Ioan. Andr. & Domi. ibi, Quod procedere videtur etiam ſi appellatus vellit probare de falſitate cauſę appellationis, ſi in hoc appellans cõtradicat, ſecus ſi permittat, quia tunc ſi ex probationibus conſtaret ipſam cauſam falſam, non fieret reuocatio, cum exceptio defectus proprietatis impediat reuocationem attentatorum per notata per Lap. in c. ad decimas. de reſtitu. ſpolia. libr. vj. Et pro hoc faciunt quæ notant domini de Rota in d. deciſio. ccccxij. incip. ſi appelletur, in nouis. incipi. item ſi appellatur, vbi concludunt, ꝙ ſi cauſa appellationis manifeſte friuola committatur, & iudex inhibet, tñ tenet proceſſus primi iudicis, non obſtante inhibitione, facit etiã quod tenent ijdẽ dñi de Rota deci. xiiij. incip. fuit dubitatum in nouis, vbi dicitur, ꝙ ſi conſtat notorie de non iure appellantis, non debent ad ipſius petitionem attentata poſt inhibitionem reuocari, ſed bene poſſent tunc reuocari ex puro & mero officio iudicis, & hoc in pœnam attentantis, & offendentis ius & iudicem. Sed tenendo cõtrarium videtur poſſe dici, ꝙ etiam ſi conſtet cauſam appellationis non eſſe veram, tamen attentata debere reuocari etiam ad petitionem ipſius appellantis, quod ſecutus eſt Ioan. And. in d. c. non ſolum in. §. illa vero, dicens, ꝙ licet appareat cauſam appellationis non eſſe veram, tamen debent reuocari attentata poſt inhibitionem, & ita ſequuntur etiam Domini de Rota, per illum tex. in d. §. illa uero. deciſ. prædicta. ccccxij. in ſi. dicentes ꝙ licet iudex appellationis pronuntiet male appellatum, non tamẽ validatur proceſſus factus poſt inhibitionem legitime factam. Et facit, quia in plus eſt priuilegiatum interdictum attentatorum, ꝙ interdictum vnde vi. vt voluit glo. not. in clem. ij. in prin vt lite penden. & tenent Domini de Rota. in dicta decis. xiiij. nu. 3. merito non obſtat exceptio defectus proprietatis notoria, & eſt ratio, quia in hoc offenditur iudex inhibẽs, & lex prohibẽs, & ipſa pars, quando poſt inhibitionem procederet, merito grauius punitur, qui ius, iudicem, & partem offendit, ꝙ qui ſolam partem. arg. c. cordi. in fin. de appella. libr. vj. Nec ob. differentia, quã faciunt Domini de Rota in d. deci. xiiij. quia loquuntur ibi in beneficialibus, quando tractatur de reſtituenda poſſeſsione, ſecus ergo in alijs. Et dũ ſubdit Matthæ. ꝙ ſi proceſſus poſt deſertionẽ appellationis fieret a iudice a quo, ꝙ tunc proceſſus valeret, licet nunquam appellãs fuiſſet ad illũ citatus: Dic ꝙ iſtud eſt verum, & eſt ratio, quia qui appellat eſt verus contumax, vnde amplius non eſt citãdus, vt no. Inno. in c. ex ratione. & ibi Fely. de appellatio. & tenet Bar. in l. eius qui. col. ij. nume. 6. ff. de appellati. recip. & quia quando iudici conſtat vere, vel præſumptiue, ꝙ alter ex litigatoribus nolit comparere, non eſt neceſſe ꝙ illum amplius citet, & valet proceſſus ſine citatione, & quia ille qui deferit appellationem eam non proſequendo, infra tempus iuris, vel aſsignatum a iudice, vt in c. cum ſit. & in c. perſonas. de appella. videt ei tacite renuntiare, ille enim dicitur actu renuntiare, qui ipſum non expedit infra illud tempus, infra quod ipſum facere tenetur, vt per Dy. in reg. rati. lib. vj. loquens de illo, qui permiſsit labi tempus ad appellandum, & notat Angel. in l. bonorum per illum tex. ff. rem rat. habe. & in diſputatione ſua. incip. Nobilis quidam. col. iiij. & Pau. de Caſ. in l. ſi ego. per illum tex. ff. de nego. geſt. Vnde talis tacite renuntiãs, non eſt de neceſsitate citandus ad id, quod reſtat de proceſſu, licet quodammodo inuitus renuntiare dicatur, vt per Ioan. And. in c. ij. de dolo & contuma. lib. vj. & per gl. in c. cum cauſam. de re iudica. vbi idem tenet do. Nicol. in penul. col. & Phil. Franc. in d. c. ij. & ſentit glo. in d. c. perſonas. de appel. in ſi. & ita tenet etiam Abb. in d. c. cum cauſa ſecus tamen eſſet ſi expreſſe renuntiaſſet, nam tunc eſſet citandus d. c. ij de dolo et contuma. Et ipſe Bar. & alij in l. qui Romę. §. Seia. ff. de verbo. oblig. ponunt cautelam ꝙ poſt deſertionem appellationis appellãs expreſſe renuntiet appellationi, nam tunc

citari debebit per d.c.ij.de dolo & contu. & per d.Abb.in c.directe.de appellat.cum quibus tranſit etiam Alexan. in d.§.Seia. col.iij.in princ.nume.6.& per Fely.in d.c. cum cauſam nu.8. Et vide Alex.in d.l.eius qui.ff.de appella. recip.in additio. ad Bar. in addit. incip. & eſt notandum. vbi idem quod hic Matthæ.tacito tamen autore,ponit,de verbo ad verbum,& illud tenet. Et adde Bart. in l.intra vtile.ff.de minor. vbi late loquitur circa prædicta. Vltimo pro corrolario adde,ꝙ appellatione deſerta poteſt victor adire iudicem a quo, & petere, vt citato appellante mittat ſententiam ſuã executioni:& niſi appellans doceat,ꝙ proſecutus ſit appellationem,poteſt iudex procedere ad executionem}, neque eſt neceſſe,ꝙ iudex ad quem pronunciet appellationem deſertam:& hoc modo euitabitur magnus circuitus,ita dixit ſing.Ang.in l.ſi contra maiorem,per illum tex. quem dicit infinitis vicibus practicaſſe.C.de appellatio. quod pro notabili commendat Felyn. in c. ex parte il ij.in vj.col. ver. declara tamen. de reſcrip.& idem Fely.in d.c. ex ratione. col.ij.de appel.& eſt not.dictum Bald.in l. ij.in fi.per illum tex.quem dicit meliorẽ de iure.C.de tempor.appel.& tradit Bar.in l. j.in fi.ff.nil noua.appel.pend.& Deci.cõſi. xcvij.colũ.ij. Et ideo inualuit conſuetudo vt iudices, a quibus appellatur, aſsignent terminũ ad faciendum fidem de proſecutione appellationis,vt ſine pœna,& repræhẽſione poſsint ſuas ſententias exequi, ſi non conſtet eis,de proſecutione facta, ita dicit ſing. Peder.de Senis in conſi.xxviij,pũctus quæſtionis talis eſt,in vltimis verbis: Et talis executio nunquam retractabitur, niſi demum lata ſententia in cauſa appellationis iudicatũ ſit bene appellatum, & male iudicatum ſecundum Bartho.Cæpo.conterraneum meũ in Cautel.xlv.quinta Cautel. Et late dixi in ſing.xxj.incip.not.practicã, qua, & tradit poſt alios Catellia. Cotta in memor.in ver.appellatione deſerta. Et Io. de Arno,commen.lxxv.inci.Tu ſcis diſpoſitionem conſtitutionis regni. vbi dicit ꝙ ita ſæpe practicauit & obtinuit. Gab.Sar.

8 *Procuratori ad lites ſolui non poteſt, nec per eum poteſt tranſigi,aut paciſci,niſi is habeat liberam adminiſtrationẽ illius cauſæ.*

2 *Procurator habens liberam adminiſtrationem cauſæ poteſt tranſigere, & ſolutionẽ recipere.*

3 *Clauſula in inſtrumento procuratorij poſita videlicet.Concedens in prædictis plenã, & liberam adminiſtrationem, an videatur ſolum dare procuratori liberam ſuper inſtantia,& non ſuper cauſa?*

4 *Procurator conſtitutus ad cauſam, quã talis habiturus eſt cum Petro , cum libera, intelligitur ſolum de lite,ſeu inſtantia, & quo ad eam tantum liberam habere dicitur.*

30 Not. ꝙ licet procuratori ad lites non
1 †poſsit ſolui l.hoc iure.ff.de ſolu.& ſic multominus poſſet talis procurator trãſigere, vel paciſci.l.ſed ſi tãtum.ff.de pac. illud tã
2 mẽ†debet limitari, niſi procurator habeat liberam adminiſtrationẽ illius cauſæ, quia tunc etiam poterit tranſigere,& multomagis ſolutionem recipere, vt in c. qui ad agẽdũ in fi.de procu.li.vj.Secus ſi in inſtrumen
3 to dicatur: Concedens†in prædictis plenã & liberam adminiſtrationem ,quia tũc intelligitur habere liberam ſolum, ſuper inſtantia,non ſuper cauſa,nec poſſet ſolutionẽ recipere,vt ſingulariter ponit Bart.in l. qui Romæ.§.Callimaccus.ff.de ver.ob. Et prædicta debent intelligi,quando procurator habuit liberam adminiſtrationem cer-
4 tæ cauſæ nominatæ,expreſſi ſecus† ſi fuit procurator conſtitutus ad cauſam,quã talis habiturus eſt cum Petro Martini , cum libera:quia intelligitur ſolum de lite, ſeu inſtantia,& quo ad illam tantum cauſam dicitur habere liberam,vt ponit Bart .in d.§. Callimachus.

ADDITIO. Not.ꝙ licet procuratori &c.in fin.vltra Are. & Alex.in.§.Callimachus hic alleg. vide per Felyn.in c.cum olim il.j.de offic.dele.& in c. cauſam quæ col.ij.cum ſeq.de re iud.Fed.de Sen.conſi. iij.qđ inci. Titius fecit procuratorẽ.Lud. conſi.cccxxxiiij,col.iiij.& conſi. cccclxj.

* Idem tacito autore tenuit & notauit Alexan.in addi.ad Bar.in d.l.hoc iure i prima addi.vbi omnia de verbo ad verbum tranſcribit.Et in l. ſed ſi tantum. quam legit cũ l.reſcriptum.§.fi.nu.8.ff.de pactis vbi plene hoc tradit & per Bar.in l.vero procuratori.ff.de ſolutio.Et in l.ſi procurator.ff. de conditio.indeb. Et an & quando poſsit tranſigere per Bar.in l.mandato.ff. de procurat.Et adde Paul.de Caſt. conſi.ccxxvj. incip.quæſitum circa prin.qui dicit,ꝙ procurator cum libera nõ poteſt tranſigere de re certa,etiam ſi habeat mandatũ de quietando.

tando.

ſtando. Facit tamen ad prædicta, nam procurator datus ad locandum, non poteſt ſolutionem recipere. l. j. §. ſed ſi propoſito ver. ad locandum. ff. de exercitor. nec datus ad iudicē impetrandum poteſt litē conteſtare, c. Nicolao. de appella. adde Ioan. Monach. in ſuo tract. defenſorij iuris in rub. contra procuratorem incip. ſuperior contra actorē, nu. 2. Et per d. Nepotē a Monte Albano in ſuo tractatu exceptionum. in rub. contra procuratores & ſyndicos in princ. nu. 7. & & 10. Et Ioan. de Graſsis in ſuo tracta. ſubſtantialium procuratorij. in ver. & exigendum. vbi dicit ꝙ procurator ad cauſas non poſſet exigere expenſas iudicij quoquo modo. per d. l. vero procuratori. ff. de ſolutio. Et in d. tract. in ver. Dilationes cuiuſcunq; generis, vbi dubitat, vtrum procurator cōſtitutus ad iuditia poſsit petere dilationes ſolutionis. dic vt per eum. Et vide Roma. ſing. 300. inci. habeo duas cauſas Senis vbi quærit, an ſi habeam duas cauſas Senis, & conſtituam procuratorem in cauſa quā habeo Senis, non ſpecificata cauſa, an valeat mandatum, & procurator intelligatur conſtitutus in magis præiuditiali. Gab. Sara.

1 *Proceſſus ad ſecundum decretum dicitur cōtinuatio proceſſus, per quem ad primum decretum deuentum eſt.*

2 *Lite conteſtata ſi ad primum decretum deuentum fuerit, non poterit ad ſecundū deueniri niſi infra terminum eo. ſ. tranſacto proceſſus ille expiraſſet: ſed ex nouo proceſſu ad ſecundum decretū deueniri forte poſſet.*

31 Not. ꝙ proceſſus ad ſecundum decretum
1 dicitur continuatio† eiuſdem proceſſus cū
proceſſu, per quem deuentum eſt ad primū
decretum vt not. Bart. in l. ſi finita. §. iulianus. ff. de dam. infec. quod eſt notandū propter ſtatuta, quæ diſponunt ſub certa forma, ſi occurrat mutare notarium pendente
2 proceſſu inchoato. Et ex hoc† poteſt aliud
inferri, ꝙ ſi poſt litem conteſtatam deuentum eſt ad primū decretum, nō poterit deueniri ad ſecundum, niſi infra terminū, nā tranſacto termino poſtea expiraſſet ille ꝓceſſus. l. properandū. in prin. C. de iudi. Forte tamen inchoādo nouum proceſſum per nouum libellum poſſet perueniri ad ſecundum decretum.

* A D D I T I O. Idem tenet in diſcurſu Alex. in d. §. Iulianus. dic vt ibi per eum poſt Bar. & alias & per Guido. Pap. in tracta. de primo & ſecundo decreto. vbi latius & apertius id proſequitur nu. 26. verſi. ſequitur videre. Gab. Saray.

1 *Præceptum iudicis de cauendo, vel de ſatiſdando pro legatis cōditionalibus, in diem, vel etiam cōtra hæredem factum, dicitur eſſe ſententia diffinitiua. Secus ſi incidenter petatur ſatiſdatio de iudicio ſiſti, vel iudicatum ſoluendo.*

32 Not. ꝙ ſi quis principaliter imploret of-
1 ficium iudicis, † in quo petat aduerſariū ſibi compelli cauere, vel ſatiſdare, puta, hæredem pro legatis conditionalibus, vel in diem, vel etiam pure: præceptū iudicis de cauendo, vel ſatiſdando dicetur eſſe ſententia diffinitiua. l. omnibus. ff. de iudicijs & notat Bar. in l. j. §. fin. ff. de præto. ſtipu. Secus ſi incidenter petatur ſatiſdatio de iudicio ſiſti, vel iudicatum ſolui, vt ipſe ibi notat. & hoc dictum facit ad multa.

A D D I T I O. No. ꝙ ſi quis &c. Iſtud dictum refert & ſequitur Fely. in rub. de re iudi. colum. antepe. circa fi. verſi. ſententia quod quis.

* Iſtud intelligitur quando principaliter ad hoc fuit imploratum officium iudicis, ſecus ſi incidenter petita ſatiſdatio. Facit quod notant doct. in c. ſi. de re iudi. in illo articulo, an ſententia ſuper poſſeſsione ſit diffinitiua. Et notat Bald. in rub. C. de re iudica. Gab. Saray.

1 *Verba enūtiatiua ſi in poſitione ſint expreſſa, reſpondens ſimpliciter, videtur tātum confiteri principaliter deducta in poſitione, non autem enuntiatiue narrata.*

2 *Poſitio ſi dicat, quòd talis carnaliter cognouit Bertam vxorem Titij, reſpondens, ſe eam carnaliter cognouiſſe, non videtur cōfeſſus illam qualitatem, quòd ſit vxor Titij.*

3 *Enuntiatiue in poſitione narrata, confeſſus dici ea poteſt, quo ad ſemiplenam probationē non quo ad plenam.*

4 *Verba enuntiatiua in iuditio poſt litem cōteſtatam prolata plenam probationē inducunt, ſi ea explicite ponantur, ſecus ſi im-*

*plicite cum alijs verbis principaliter pro
pter ſe prolatis.*

93 Not. ꝙ ſi in poſitione ſunt expreſſa ali-
1 qua† verba enunciatiua, ſi quis reſpondeat
ſimpliciter: Credo, quod videtur ſolum cō
fiteri deducta principaliter in poſitione, nō
autem enunciatiue narrata: exemplum, ſi
poſitio dicit ſic: ꝙ Petrus filius, & hæres
Ioannis ſui patris fecit talem procuratorē
ad lites: reſpondens: Credo, videtur fateri
per eū procuratorē fuiſſe conſtitutum: non
autē hæc, ꝙ fuerit filius vel hæres, de hoc
ponit ſingulariter Spe. in ti. de poſitione. §.
vij. ver. xij. Imo plus audiui a do. Rogerio,
2 ꝙ ſi poſitio† ſic diceret, quod talis carnali-
ter cognouit Bertam vxorem Titij: & ille
reſpondeat, carnaliter cognouiſſe dictā Ber
tam, non videtur confeſſus illam qualitatē,
ꝙ fuit vxor Titij. Et dicit Bart. ſic conſu-
3 luiſſe. Forte† tamen poſſet dici prædicta nō
habere vim plenę probationis, ſed quo ad
vim ſemiplenæ probationis poteſt intelligi
fuiſſe confeſſum enunciatiue narrata ar. l.
non nudis & l. non epiſtolis, C. de proba.
Sed contra prædicta facit quod not. Bar. in
l. ex hac ſcriptura in fi. ff. de do. vbi dicit, ꝙ
4 verba† enunciatiua, puta, quæ ponuntur,
vel capitulantur, prolata in iudicio poſt lit.
conte. inducunt plenam probationem: Sed
poteſt reſponderi, ꝙ illud dictum poteſt in-
telligi in eo, qui explicite ponit verba enū
ciatiua, puta clara, vel capitulantia: non aūt
in eo, qui implicite exprimit verba enun-
ciatiua, vt qui reſpondet per verbum Cre
do poſitioni alterius, in qua ſunt verba
enūciatiua, & alia verba principaliter pro
lata propter ſe: Ad materiā, vide Bar. in l. ſi
cui. lā. ij. §. j. ff. de lega. j.

ADDITIO. No. ꝙ ſi i poſitione &c.
ad iſtud vide magi. meum vbi ponit regu-
lam cum xj. limitationibus in l. ex hijs ver
bis. C. de teſta. mili.

5 Regula eſt ꝙ verba enuntiatiua inter con
trahentes plene probant: ea tamen limita-
tur, quando agitur incidenter de eo, quod
enuntiatur, puta, ſi in inſtrumento fiat men
tio enunciatiue matrimonij, probant matri
monium, incidenter probari requiſitum ad
dotem conſtituendam. Sed ſi principaliter
dubium ſit de ipſo matrimonio, & de eo li-
tigetur, tunc illa non ſufficiunt, etiam inter
ipſos contrahentes, ita dixit Anto. de But.
in c. illud. de præſumptio. per nota. per eū-
dem Ant. in c. fi. col. antepe. de ſucceſſo. ab
inteſta. & Bald. in l. ad probationē, C. loca.
vbi dicit, ꝙ ſi dicatur in inſtrumēto, ꝙ ego
conduxi fundum tuum a te, & demum tu
illum vendicas a me, illud verbum, tuum,
in inſtrumento locationis enuntiatiue adie
ctum, non probat dominium tuum. Et ideo
concludit Alex. conſi. cxxxiij. volu. v. ꝙ ſi
in compromiſſo narro enuntiatiue ſocieta
tem contractam inter te & me. deinde prin
cipaliter moueatur quæſtio inter nos de ſo
cietate, per illa verba nō probatur contra-
cta ſocietas. Et ſequitur Alex. conſi. cxxxvj.
incip. viſo & examinato col. ij. vol. j. & con
ſil. ccij. ſuper cauſa & lite. col. ij. vol. ij. Abb.
conſi. xxxiij. inci. illa quinque dubia colū.
pen. vol. ij. Et plene per Deci. conſil. cccxj.
incip. viſis diligēter, & Thomam Grāma.
in voto xvj. Conditoris machinæ mundia
lis nume. 20. Et ratio prædictorum eſt, nam
verba enuntiatiua principaliter propter
aliud prolata regulariter non diſponunt,
vt per Bar. in d. l. ex hac ſcriptura. de dona.
per Bal. & Ang. in l. ex his. C. de teſta. milit.
& per docto. in l. j. poſt glo. C. de falſ. cauſ.
adiect. lega. & in c. poſt ceſsionē de proba-
tio. Et per Gemi. in c. j. vbi notab. deciſio-
nē ponit, de procura. in vj. per Cyn. Ang. &
Saly. in l. verba. C. de teſta. per Cano. in c.
fi. de ſucceſsio. ab inteſta. Et vid. Iaſ. in d. l.
ex his vbi ad hanc regulam multas cumu-
lauit fallentias. Et ad propoſitū, ſi fiat poſi-
tio ſimpliciter de pluribus, quorum aliqua
ſint principalia & diſpoſitiua, et aliqua ſint
incidentia, & enuntiatiua, ſeu demonſtrati-
ua, reſpondendo ſimpliciter, videtur confi-
teri deducta principaliter, non deducta inci
denter, enuntiatiue, & demonſtratiue, & ita
tenet Bar. Bald. & Moder. in l. ſi cui. la. j. §.
j. ff. de leg. j. Angel. Areti. in lib. maleficio. in
verb. comparent inquiſiti, & cōfitentur co
lum. j. vbi limitat iſtud eſſe verum niſi con
fiteretur omnia & ſingula cōtenta in inqui
ſitione vera eſſe & fuiſſe, quia tunc cenſerē
tur cōfiteri & principale deductum & oīs
qualitates & demonſtrationes, & ſequitur
Auguſti. Arimi. ibi, & fuit opinio Specu. in
ti. de poſitio. in. §. ſequitur. ver. xj. & ſequitē
do. Ant. de But. in c. j. de plus petitionibus.
Licet Bar. in conſi. inci. ſtatuto ciuitatis Flo
rentiæ & Bal. in l. ij. §. ꝙ ſi actor. C. de iura.
calum. videantur tenuiſſe contrarium, ma-
xime in confeſsione reſultante ex contu-
macia vigore ſtatuti, vt procedat tam in ne
gotio principali, quam in omnibus qualita-
tibus. Et idem do. Benedic. de Plumbi. in l.
ſi. ff. de fideicom. liberta. Raphael Comen.
in d. l. ſi cui. Ang. conſi. cclilij. inci. quia di-

eſt priuilegium, Bal. in addi. Specu. in d. ti. de poſitio. in iij. col. Imol. in l. ſi dubitetur, ff. de fideiuſſo. & Spe. in d. tit. de poſitio. in §. vij. ver. item non eſt ponderandum. Tamen magis cõis opi. eſt præcedens Bart. & ſequacium in d. l. ſi cui. Et ideo voluit eleganter idem Matth. infra. ſingu. lxxix. not. vp quotieſcũq;. Quod verba enũtiatiue prolata quatenus concernunt ſubſtantiam & validitatem contractus, de quo agitur, plene probant validitatem actus, tantum inter ipſos, niſi aduerſarius probet oppoſitũ & plene tradit Curt. in tract. poſitionũ poſitq; in l. ij. nu. 11. ver. & quia diximus. C. de iugam. calum. Gab. Saray.

1 *Verba enuntiatiua in procuratorio inſtrumento propter aliud appoſita, quo caſu plene probent?*

54 No. q; ſiue in inſtrumento procuratoris dicatur. Nicolaus de Scarduis hæres Franciſci fratris ſui, vt dixit, & aſſerit, talem fecit procuratorem ad lites: ſiue ſimpliciter dicatur, talis hæres talis fecit talem procu-
2 ratorem ad lites: illa † verba enuntiatiua plene probant illum eſſe hæredem talis, vt ſingulariter ponit Barto. in l. gerit. ff. de acquiren. hæredi.

ADDITIO. No. q; ſiue &c. In fine. Adde Bald. in l. ſicut. de pe. hæredi. & vide Are. in l. gerit. col. v. ver. item adde inquantum Bar. tangit hic. de acquir. hære.

* Ratio eſt, quia quando enuntiatur aliquid facti incidenter quod dependet a nudo, & mero animo ferentis, tũc verba enũtiatiua diſponunt, vt per Bar. in d. l. gerit. colũ. iiij. ver. circa ſecundum. ſ qualiter probetur. & in ver. ſeq. ff. de acquiren. hæredi. & Iaſo. in l. ex his. in viij. limita. C. de teſta. milit. Gab. Saray.

1 *Hæres ſoluendo ſimpliciter creditoribus hæreditarijs, hæreditatem adire videtur.*

2 *Debitum alienum quilibet ſoluere poteſt.*

55 No. q; hæres ſoluendo creditoribus hæ-
1 reditarijs ſimpliciter videtur † ex hoc hæreditatem adire: quod eſt mirabile, cum hic actus poſſit fieri citra ius & nomen hære-
2 dis, cum † quilibet poſſit ſoluere debitum alienum. vt l. ſoluendo. ff. de neg. geſt. & de hoc eſt text. ſingularis in l. ij. C. de iure delibe. vide Bar. ibi hoc notantem.

* ADDITIO. Licet Mattheus hic dicat tex. in d. l. ij. C. de iure delibe. eſſe ſingularem, ad hoc, q; per ſolutionẽ debiti hæreditarij, hæreditatis agnitio inducatur, tamen vere non eſt ſingularis, cum habeat cõſimilem in l. parentibus. C. de inoffi. teſtam. nihilominus ad hoc eſt notandus. Et ratio huius concluſionis eſt, quia in dubio quando quis ſoluit, magis præſumitur ſoluere illud, quod ipſe debet, q̃ nomine alterius l. & magis. ff. de ſolutio. & ideo iſte hæres in dubio præſumitur ſoluiſſe, quia illud erat effectum debitum ſuum mediãte beneficio aditionis, non autem pro hæreditate iacente ſecundum Ang. Pau. de Caſt. Fulg. Alex. & Iaſo. in d. l. ij. & Bal. in l. potuit. in x. q. C. de iure deliber. & facit l. duo fratres. cum ibi nota. ff. de acquir. hæredi. & Corne. conſi. lxxxij. quod dicta cauſa. col. ij. nu. 2. verſ. & hac ratione videmus. & conſi. cclxxij. in hac conſultatione. col. ſi. nume. 6. verſ. licet enim potuiſſent. volu. j. Quod tamen limitatur, niſi ſoluendo fuerit cõtrarium proteſtatus l. pro hærede. ff. de acquir. hæred. ſecundum Cy Bald. & Corne. in d. l. ij. C. de iure deliber. Et per quos actus aditio inducatur tradunt docto. in l. gerit. & in l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæredit. & per Bal. in d. l. potuit. in x. q. C. de iure delib. & in materia vide Pau. de Ca. conſi cxx. cum præcedenti, & Imo conſi. viij. Alex. in conſi. lxxj. col. ij. & conſi. lxxxix. col. j. volu. ij. & Soci. conſi. lxxxix. volu. iij. vbi loquitur in recipiente debitum hæreditarium, & an ſi filius ſuſcipiat iudicium, & litem conteſtetur cum creditoribus hæreditarijs, cenſeatur agnouiſſe hæreditatem patris? Bart. tradit in l. neceſſarijs. ff. de acqui. hære. & in l. j. C. ſi vt ſe ab hæredi. abſti. & late cõſuluit Corne. conſi. cxiv. ad euidentiam præmittẽdum eſt. col. j. nu. j. vol. j. Et econtra licet omnia, quæ citra ius & nomen hæredis fieri nequeunt, geſta ab eo, qui hæreditatẽ adire poterat, faciant, vt adita videatur hæreditas d. l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acqui. hæredi. & ibi per docto. Sunt autẽ quatuor, quæ aditionem hæreditatis probant, videlicet actus acquiſitiuus, actus tranſlatiuus, actus poſſeſſiuus, & declaratio facta verbo, vt per Bal. conſil. ccxxiiij. ſuper eo. vol. ij. Vnde intelligatur hæres hæreditatẽ adire, ſi vtatur frumento, vino, alijsq; bonis hæreditarijs: vel ſi quid ex bonis defuncti erroget, vel ſi hæreditarijs creditoribus debitum ſoluat, vt hic, aut a debitoribus ſolutionem recipiat, vt per Bar. in d. l. gerit. Ta

tamen nè hæres ex huiuſmodi geſtis hæreditatem adire videatur, & ne æri alieno obligetur, ſi hæreditas ſoluendo non ſit, remedium eſt, ꝙ is ab initio teſtetur ſe nihil geſturum animo adeūdi hæreditatem d.l.pro hærede.& ibi Bar. & Iaſo.l.& ſi quis.§.pleriq;.ff.de religio. & ſumptib. fune.l.qui in aliena.§.fi.ff.de acqui.hære.& ibi docto.& Pau.de Caſtr.& Alexan.in l.ita tamen.§.ſi pater. in fi.ff.ad Trebel.& proteſtatio debet præcedere, vt per Ludo.Roma.conſil. ccxlviij.incip.primo dici poteſt.in fi. Et ne per actus ex interuallo factos, videatur a proteſtatione receſſum, remediū eſt, ꝙ verba proteſtationis concipiantur verbis ſignificātibus tempus futurum, vt ſi ita dicatur, Gabriel proteſtatus eſt, ꝙ ſi contigerit ipſum vllo vnquam tempore in futurum facere aliquem actum, quo poſſet videri hæreditatem adiuiſſe, per hoc nunquam intendet adire hæreditatem, vt tenet Bar.& Alexan.in d.l.qui aliena.§.fi.per l.ſi ita ſtipulatus.ij.ff.de fideiuſſor.faciunt not.per doct. in l.non ſolum.§.morte.ff.de noui ope.nuntia.cum alijs accumulatis per Fely.in c.cū M.Ferrarienſis.col.ij.de conſtit. Et quid ſi ſolutio fiat ab eo, qui putabat ſe antea hæredem, an tūc ex illo actu inducatur aditio. Et an id quod dicitur de ſoluente debitum hęreditarium, vt dicatur adire, habeat locum in muliere, quæ ex forma ſtatuti ſine præſentia & conſenſu proximiorum attinentium non poteſt obligari, vel adire, ſi ſoluerit in præſentia ipſorum proximiorū ignorantium ex ea ſolutione aditionē induci, late diſputat ad vtranq; partē, & ꝓ affirmatiua cōcludit Corne.cōſi.clxv.circa primum conſultationis.col.vij.verſi.pro cuius rei probatione.nume.44.& ſequen.vol.ij. Gab. Saray.

1 *Actio de iure ciuili oritur ex duplici pacto nudo ſuper eadē re ex interuallo appoſito.*

2 *Naturalis obligatio inducit ex pacto nudo.*

3 *Actio de conſtituta pecunia inducitur ex ſecundo pacto nudo ex interuallo ſuper eadem re appoſito.*

4 *Pactum nudum ſi iuramento ſtatim, vel ex interuallo fulciatur de iure ciuili, actionem producit.*

5 *Actio vel obligatio naturalis de iure ciuili regulariter non naſcitur ex ſimplici iuramento de aliquid in futurum præſtando.*

36 No.nouam regulam quam non ponūt legiſtæ, duplici pacto † nudo ſuper eadem re ex interuallo facto ſemper oritur actio de iure ciuili, quod patet, quia ex primo pacto nudo inducta eſt † naturalis obligatio. l.j.ff. de pact.& in l.in his.§.imperator.ff.de ſol. Ex ſecūdo † vero pacto inducitur actio de conſtituta pecunia, vt l.j.§.debitum. iuncta l.qui autem.§.fi.& l.ſeq.ff.de conſti.pec. & hanc regulam ſenſit Hoſtien.extra de arbi. c.per tuas, & ibi clarius do.Anto.de Bu.in c.quintauallis.de iureiuran. Similiter † dici poteſt, ꝙ ſi pactum nudum iuramēto ſit fultum ſtatim, vel ex interuallo appoſito, producatur actio de iure ciuili l.ſi quis maior C.de tranſact. quamuis † ex ſimplici iuramento de aliquid præſtando in futurum regulariter non naſcitur actio, vel obligatio naturalis ſecundū ius ciuile, vt l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo.& ibi per Bar.

1

2

3

4

5

ADDITIO. No.nouam &c. Adde ꝙ iſtam regulam ponit etiam Rapha.in rubri.ff.de verbo.obli. Alex.in l.legem.C.de pact.vbi vide alios Moder. do.Ant.in c.cū contingat.de iureiuran. Mag.meum in l.iuriſgen.§.ſed cum nuda, col.v.verſi.ix.fallit de pac. Ludo.Ro.tenet contrarium in d.rubri.vide latius per Mag.meum in l.ſi quis maior.C.de tranſa.& in l.lecta.col.x.verſi. ſextus.ff.ſi cer.peta.

* Communis doctorum opinio eſt hęc quam hic ponit Matthæ.videlicet ꝙ ex pacto nudo geminato de eodem oriatur actio, per regulam hic allegatam, quam tradit etiam do.Anto.de Bu.in c.cum contingat.de iureiuran. Alber.de Roſa.in l.iuriſgentium.§. quinimo.in viij.col.ff.de pact.Pau.de Caſt. in l.j.in princ.ff.de conſti. pecu.Ludo.Ro. in l.j.in princi.in penulti.char.ff.de verbo. obliga. Rapha.Comen.& do.Alex.in rub. ff.de verb. oblig.& Alex.in l.legem.ad fi. C.de pact.quæ confirmatur per tex.in l.fi. C.ad l.Falcid.inducendo, vt ibi per Bal.& clarius Ang. & intelligendo ꝙ ibi promiſſio hæredis fuerit facta pacto nudo, nam ibi ideo poteſt agi, quia adeſt duplex obligatio, nam quod poteſt defalcari per Falcidiā eſt naturaliter debitum ſecundum communem opinionem, vt per Bar.& alios in l.cū quis, C.de iuris & fact.ignorā.& in l.j.ff.de condi.indeb.Cano.in c.fi.de ſolu.ſed ex duplici naturali obligatione, oritur actio, vt ibi, ergo &c. Secundo facit nam licet ex cōfeſſione extraiudiciali non oriatur actio, ſed ſolum probatio l.Publia.§.fi.ff.depoſi. tamen ſi ſit geminata, oritur actio, quia ęqui

paratur iudiciali ſecundum Bart.in l.cũ ſi-mus.in fi.C.de agrico.& cenſi.lib.xj.& ita in ſpecie tenet Lud.Roma.in l.nuda ratio.in j.col.ff.de donatio.et in l.ſed & ſi poſſeſſori .§.fi.ff.de iureiuran.& in conſi.cccxc.incip.in caſu propoſitæ conſultationis , in iij.col.& Pau.de Caſt.in d.l.Publia.§.fi.ff.depoſi.Alexan.in l.ex his.C.de mili.teſta.& Iaſ.in d.l.ſed ſi poſſeſſori.§.fi.ante fin.& in repeti.l.cunctos populos.col.v.in princ.C.de ſumma trini.& fide catho.& in l.triticum.ſuper glo.in ver.cogitauerit.in iij.concluſione.ff.de verbo.obliga.vbi refert multos approbantes,vltra quos ſequitur etiam Felyn.in c.olim.col.v.verſi.reliqua de iſta.de reſcrip.Et ad hoc poſſunt aliqua de geminatione actus ſimilia adduci,nam geminatio verborum operatur, vt licet lex loquens per verba futuri temporis , intelligatur mediante ſententia, vt eſt glo.in l.in criminali.in glo.magna.C.de iuriſdi.om.iudi.quam ad hoc notat Matth.infra ſingu.cxvj.nota ꝙ vbi lex,tamen ſi geminate loquatur,puta,caſſentur,& in irritum deducantur,intelligitur ipſo iure abſque ſententia ita ſing.Bal.per illum tex.in tit.de pace conſtan.§.priuilegia omnia.in ver.& in irritum deducantur,quod pro ſingulari commendat Roma.ſingula.iij.& d.Iaſo.in l.non dubium.in x.notab.C.de legib.& in l.cum poſteaquam.C.de pact.in iij.notab.Deci.in authen.caſſa.C.de ſacroſan.eccle.& in conſi.cccxxvij.col.ij.& penul.& Marian.Socinus.in conſil.cxxxiij.col.iij.lib.j.Et ſequitur Corne.conſi.lxvij.ſupra proxime relato,in ij.col.vol.j.& d.Fely.in c.j.col.vj.verſi.& dixit Bald.de reſcrip.& in c.Rodulphus.col.xxvj.verſi.prædicta etiam.eo.ti.& in c.fi.in prin.de offi.deleg.& Iaſ.in l.j.in prin.in vij.col.in ij.notab.ff.de offi.eius,cui manda.Facit quod de geminatione clauſulæ derogatoriæ concludit Deci.conſil.x.viſo puncto.in.iij.col.cum alijs,quę in propoſito tradit Corne.conſi.xlix.in præſenti conſultatione.col.j.& conſi.xviij.ardua.quidem.in viij.col.& conſi.lxx.hanc conſultationem,in ij.col.verſic.accedit,in iij.lib.& late d.Fely.in c.ſi cautio.col.xj.verſi.fallit vltimo.de fide inſtru.Item facit quod de geminato conſenſu conſiderat Socinus conſil.lxxxv.viſo pręmiſſo,col.iij.ver.ſed adhuc.volu.j.& quæ ſcribit Curt.conſil.lix.Dux Philippus.in vj.col.ad fi.Hinc dicebat eleganter Bal.in ſuo diuino conſilio ſcriptus poſito ſub rub.C.ſi quis aliquem teſtari prohib.in xj.col.verſi.porro,quia ex eo quod ſolenat, ꝙ vbi ſecunda interuenit cõſideratio,ibi eſſe pręſumitur plena deliberatio,quod cum multis ſimilibus reaſſumit Felyn.in c.nonnulli.in prin.col.xv.in vj.fallen.de reſcrip.& in c.fi.in prin.de offi.deleg.& Deci.conſil.clxxv.in cauſa ſalitiatis.col.viij.verſi.tertio non obſtat.& conſi.clxxxv.in cauſa iſtorum.col.fi.in prin.vbi dicit,ꝙ in actu geminato error non præſumitur,& cõſi.clxxxj.ſatis nota.col.iij.verſi.ſecundum eſt, vbi etiam citat dictum Bart.in d.l.cum ſimus.C.de agricol.& cenſi.lib.xj.& Deci.conſi.xv.col.ij.in princ.& faciunt quæ notat Iaſ.in l.j.§.nunciatio.col.iiij.ver.ſtat ergo.ff.de ope.noui nuntia.& Alexan.conſi.lxij.aſſumam in conſultatione.in ij.colum.ad fi.& ſeq.& conſi.lxv.habita ſuper contẽtis.circa fi.vol.j.& pleniſsime tradit Hipp.de Marſi.in l.j.§.quęſtioni.ff.de quæſtio.& in ſingu.cccxxviij.incip.geminatio actus.Ergo cum geminatio actus tot operetur effectus,nimirum ſi & hunc de quo hic traditur,operetur,vt late per Rode.in d.l.iuriſgentium.§.ſed cum nulla.& ibi Iaſ.in j.notab.in vj.fallen.ff.de pact.& per Fely.in c.j.col.ij.in prin.de pact. Sed contra iſtam regulam opponit Iaſo.in l.ſi pacto quo pœnam.C.de pact.de illo text.vbi pœna erat promiſſa pacto nudo,& tamẽ ſi denuo promittatur,ita demum agi poteſt, ſi ſtipulatio ſubiecta ſit , ergo ſi fuiſſet pactum nudum quamuis geminatum de eodem, non poſſet agi. Secundo opponitur de tex.in l.ſi veritas.in verſic.ſtipulantibus promiſiſti.C.de fideicommiſſ.ita inducendo,nam relicta in teſtamento non ſolenni debentur ſaltẽ naturaliter.l.fi.ff.de reb.eorum,iuncta l.in teſtamento.ff.de fideicom.liberta.ergo attenta dicta regula,ſi hæres promitteret nudo pacto, poſſet agi ex ſecundo pacto , & tamen tex.ibi,requirit ſtipulationem,ergo &c. Verum tenẽdo communem opinionem ad tex.in d.l.ſi pacto,quo pœnam poteſt reſpõderi ꝙ parum facit,quia ibi non apparet,ꝙ pactum ſeparatum a ſtipulatione pręceſſerit , nã in qualibet ſtipulatione ineſt pactũ.l.j.§.fin.ff.de pact.& in d.l.ſi pacto,tantum videtur fuiſſe vnum pactum,ꝙ ſi pactũ fuit cum ſtipulatione,agi poteſt ad pęnam,alias non,quia pactum nudum actionem nõ producit,Vel ſecundo reſpõdetur,nam etiam dato,ꝙ primo, per pactum pœna promiſſa fuiſſet,& poſtea ſtipulatio ſeparata a pacto interueniſſet , quamuis tex.dicat, ꝙ agatur ad pœnam ex ſtipulatu, ſi ſtipulatio ſubiecta ſit,non tamen excluditur , quin abſque

ſtipulatione agatur, ſi actio competeret, ita probatur in l.ſi debitori.in fi.C.de pact.& tamen ibi abſq; ſtipulatione haberet locũ actio præſcriptis verbis, vt glo.ibi, & doct. dicunt. Ad ſecundum in d.l.ſi veritas.C. de fideicom.reſponderi poteſt, ꝙ illa naturalis obligatio, non eſt pactum de quo doc. loquuntur, in pacto enim eſt conſenſus expreſſus, & in pacto procedit quod dicitur in d.l.j.ff.de conſti.pecu.in princ. Et iſta ratio ceſſat in illa obligatione naturali, quæ inducitur ex equitate iuriſgentium, & non ex mero conſenſu, & ita reſpondet Deci.in d.l.legem.in iiij.notab.nume.9.C.de pact. vbi etiam reſpondet cæteris adductis per doctor.contra communem opinionem, vbi finaliter concludit; ꝙ aut pactum primum formatum præcedit, & poſteà incontinenti ſecundum pactum ſequitur, & conſtitutum videtur, quia verum eſt dicere ꝙ debitum præcedit, quo conſtitutum inducitur d.l.§. debitum.ff.de conſti.pecu.ſecus ſi ſecundũ pactum a primo diſtingui non poſsit, & ſeparatum non videtur. Et ideo dicit ꝙ tota vis in hoc videtur conſiſtere, an pactum geminatum poſsit ſeparatim cõſiderari ab ipſo conſtituto. Sed quicquid ſit pactum nudũ ſi fulciatur iuramẽto ſtatim vel ex interuallo appoſito, producit actionem per d.l.ſi q̃s maior.C.de tranſact.& Salyc.in d.l.legem. & Bal.in d.l.iuriſgentium.§.j.in vj.colum. ff.de pact.& Ludo.Roma.in l.j.ff.de verb. obliga.& Alexan.in rub.ff.de verb.oblig. col.ij.nume.16.Fely.in d.c.j.in ij.col.verſ. eſt etiam alius caſus. de pactis. Duos alios mirabiles effectus iuramenti tradit idem Matthæ.infra, vnum in ſingul.50, incip.nota magnum periculum, vbi ponit de venditore, qui liberatur a periculo euictionis, ſi emptor non ſoluit pretium in termino, quã in venditione iuratum fuit per emptorem. Et ſequitur Iaſo.in d.l.ſi quis maior. in iiij. notab.C.de tranſact.licet aliud ſentiant ibi Riminal.Parpal.& nouiſsime dominus & præceptor meus d.And. Alcia.tamen Curt. Seni.in j.col.approbat dictum Matth.qui etiam dicit, ꝙ habet pro voto non contrahere ſine iuramento. Secundum ponit infra in ſingula.lxiiij.nota ꝙ iuramentum. vbi dicit, ꝙ compenſatio non admittitur cõtra promiſsionem iuratam, de quo etiam per Alexan.conſ.xcj.viſis.col.ij.vol.ij.Iaſ.conſ.cxxxiiij.col.j.vol.iiij.Soci.in l.Iulianus. col.penul.& fin.ff.de condi.& demon.vbi declarat, niſi debitum ex poſt ſuperueniſſet. Et ideo diſpoſitio generalis non extenditur ad contractum iuratum, vt per Rom. in ſingul.vij.inci.ꝙ diſpoſitio emanans, plures alios effectus iuramenti cumulat Catella.Cotta in memora. in verſicu. iuramenti religio. Gab.Sara.

1 *Poſitioni per hæc verba reſpondens. Credo ſi inſtrumẽtũ appareat, nõ dicitur ſufficiẽter reſpondiſſe. ſecus ſi dicat. Non credo, niſi Inſtrumẽtum appareat, & quid ſi ſtatutum requirat, quod poſitioni reſpondeatur per verbũ credit, vel non credit, an tunc ſufficienter dicatur reſponſum?*

2 *Poſitiones ſunt inductæ, vt quis releuetur ab onere probãdi.*

37 No. ꝙ ſi quis reſpondeat poſitioni ꝑ hæc
1 verba, Credo † ſi inſtrũm appareat: non videtur ſufficienter reſpõdere. ſecus ſi dicat. Nõ credo, niſi inſtrũm appareat. Et hoc ſingulariter ponit Bar.in l.de ætate.§.nihil.ff. de interrog.actio. Sed hoc dictum debet duppliciter limitari, primo, niſi ſtatutum dicat, ꝙ debeat ſimpliciter reſponderi per verbũ credit, vel non credit. & ponit Bar.in l.ij.in prin.ff.de vulga.& pupill.& in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de verb.obli. Secundo debet limitari, quando illa verba, niſi inſtrũm appareat, reſtringuntur ad acta facta in præteritum etiam in illa cauſa, quia aut eſt verũ ꝙ appareat ex actis præteritis, & poſitio eſt confeſſata: aut non apparet, & tunc intelligitur negata, alias non credo, ꝙ videatur ſufficienter reſponſum, quia ponens non releuaretur ab onere probandi, quia oporteret ipſum facere noua acta, producendo inſtrumenta, vel teſtes, ſicut ſi nullam poſitionem feciſſet: hoc autem eſt contra æquitatem, &
2 contra iura, cum † poſitiones ſint inductæ, vt quis releuetur ab onere probandi, no.in l.ij.§.quod obſeruare.C.de iura.calum. & eſt tex. in clementi.ſæpe circa medium. de verbo.ſig. Et ſic de facto fuit obtentum me exiſtente aduocato.

A D D I T I O. Nota, quod ſi quis &c. Ad hanc materiam, vide plene & elegãter per Bartho.Soci.tribus modis limitantem in repe l.j.in iij.colum. verſ.quinto & vltimo, de vulga.& pupil.

* Quod iſta reſponſio non credo, niſi appareat, non ſit bona, nec ſufficiens, quia nõ releuat aduerſarium ab onere probandi, tenuit etiam nouiſsime Cur.in tract. ſuo poſitionũ, quem poſuit in l.ij.C.de iuram. calũ

* ADDITIO. Idem tenet per plura Iaſ.in l.eius qui i prouincia, in ver. quod ſi ſtipulatus, col.pen.in j.nota.in fi. ver. adde etiã ad prædicta, ff.ſi cert.peta.poſt Bar. in l.ij.ff.de fideicommiſ. hæredita. & Ang. Areti.in.§.actionum.inſti.de actio.dum ponit libellum petitionis hæreditatis, & ibi plene Iaſ.& per eund.Iaſ.in l.fi. col. iiij.nu. 8.& 9.C.de edict.diui Adria.tollen.

1 *Statutum ſi dicat, quòd ſi quis turbauerit aliquem in poſſeßione ſua incidat in pœnã centum, quorum dimidia applicetur fiſco, & alia parti turbatæ, & ciuiliter & criminaliter agi ex eo põt: ſecus ſi dicat, condemnetur in centum, quorum dimidia applicetur fiſco, & dimidia accuſatori, quia tunc erit iudicium ciuile.*

70 No.ꝙ ſi ſtatutum dicat, quod ſi quis tur
1 bauerit aliquem in poſſeſsione ſua, incidat in pœnam centum, quorum dimidia applicetur fiſco, & alia parti turbatæ, oritur ex illo duplex via agendi.ſ.ciuiliter & criminaliter, per no.in l iij.§.1.ff.de ſepul. vio.& ſic ſequitur quod ſimul non poterint intentari l.j C.quando ciui. ac. cri. præiudi.& l. ij.§.j.ff.vi bo.rap.cum ſi. Secus ſi dicat ſtatutum, ſi quis fecerit ſic, condemnetur in centum, quorum dimidia applicetur fiſco, & dimidia accuſatori: quia tunc erit merũ iudicium ciuile in totum, & reus condemnabitur in totum ad ſoluendum totam pœnam fiſco, & fiſcus exiget eam, ſed poſtea contra fiſcum accuſator regreſſum habebit ad dimidiam, vt ponit no.Bar. in l.ſenatus, in.§.ſi vero ſenatus.ff.de iure fiſ.Quid autẽ ſi dicat condemnetur in centum, quorũ dimidia applicetur fiſco, & alia offenſo debeatur: puto quod adhuc habeat locũ dictũ Bar.quia nõ poteſt dici, quod ante condẽnationẽ nata & quæſita ſit aliqua actio offenſo, quia ſtatutum dirigit verba ad iudicem, & ſic iudicis officio nobili fit condemnatio in centum, & ſi per viam accuſationis. vt inſti.de publi.iudi.in princi. alias ſi diceremus, contra, quod oriatur iudicium ciuile & criminale non poſſet fieri in eadem ſententia condemnatio ad centum per d.l.j.cũ ſi. Item pro hoc vltimo facit illa regula, q̃d eadem clauſula debet determinare duo determinabilia pariter l. iam hoc iure.ff. de vulga.& pupil.

ADDITIO. No.quod ſtatutum &c. ad hoc vide Moder.in.§.quædam autem inſti.de actio. ſed in terminis iſtis vide optimum conſi.Alex.lxxxij.incip.in cauſa vertente in j.volu.

* Concluſiue ex mente doctorum dicendum eſt, ꝙ cauſa ciuilis dicitur, cuius finis eſt cõmodum partis, & priuatum intereſſe, ſi vero ad vtilitatem publicam agatur, cauſa dicitur criminalis, vt concludit Anto. de Bu. in rubri.extra de iudicijs, pro quo allegari poteſt tex.in c.cum quicunque, ibi ciuiliter ſiue publice.xj.q.iij.Ex quo infertur, ꝙ ſi pœna quæ petitur debeatur parti, iudicium erit ciuile, ſi fiſco, vel reipublicæ, iudicium erit criminale, & ita ſe habet cõmunis opi. quam approbat Bart. in d.l.iij.§.j.ff. de ſepul.viol.& Cyn.Bald.& doctor. in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſ.& cle.& idẽ ſentit glo.in l.aut damnum.in prin.ff. de pœn. & in l.j.in glo.fi.vbi Albert.de Roſa.& Saly.C.de ſepul.viola.& Imo.in rub.ff.de publi.iudi.& Domi.in c.j.de cleri.coniuga.in vj.& ad hoc eſt bonus tex. & gloſ. in.§.in ſumma, inſti.de iniu.Et licet do.Abb.in rubri.extra de iudicijs contra dictam communem doctrinam alleget facere tex.in c. per tuas de ſimo.vbi agitur ad priuationem beneficij, & illud beneficium non applicatur parti & tamen dicitur agi criminaliter. Tamen reſponderi poteſt, ꝙ licet ibi pœna nõ applicetur parti non applicatur etiã fiſco, vnde videtur tertia ſpecies pœnæ, quæ dicitur remotio ab officio vt dicit tex. in ca.

qualiter.il ij.in prin.de accuſ. Et in tali ſpe tie pœnæ dicitur agi ciuiliter ſi de priuatio ne officij priuati agatur, non criminaliter vt no.Bar.in l.j.§.ſciēdum eſt.ff. de ſuſpec. tutor.nam quando agitur ad priuationem beneficij, pœna non eſt parti applicabilis. vt in c.olim.de reſcri. in fin. Si vero officiū ſit publicum, dicitur agi criminaliter.l.iij. .§.pœna.ff. de crimi. ſtelliona. Vel pōt reſpōderi d.c. per tuas. de ſimo.ꝙ licet ibi dicatur agi ciuiliter, quāuis illa priuatio beneficij, videatur reſpicere publicam vtilitatem,tamen ꝙ ibi largo modo dicitur ciuilis reſpectu grauioris pœnæ. Vel poteſt dici,ꝙ ibi ciuiliter dicitur cauſa agitari quia non agebatur,vt ille puniretur, ſed potius ad correctionem,quia per viam denuntiationis ibi procedebatur. Sic etiam vbi de crimine excipitur,non dicitur agi criminaliter c.ſuper his.in ſi de accuſa.quia nō agitur ad pœnam. Si vero procederetur per inquiſitionem, videtur agi criminaliter q̄a finis reſpicit pœnam.Et quando extraordinaria etiam pœna imponitur arbitrio iudicis dicitur agi criminaliter l. ſi.ff.de furtis, d.§.in ſumma,inſti.de iniur. Secundo contra dictam communem doctorum opinio. Barba. in d.rub.de iudicijs adducit tex. in l.Gaius.ff.ad Sylla.vbi ciuiliter agitur, & tamen pœna fiſco applicatur. Sed poteſt reſponderi, ꝙ tex. ibi non dixit cauſam eſſe ciuilem,ſed pecuniariam. Vnde q̄uis pecuniaria ſit,criminalis dicit̄, ex quo fiſco applicatur. Tertio contra dictam opin. Deci. in d.rub.de iudi.dicit facere tex.in authen. ſed hodie.C.de epiſ.& cle. & in authē. ſed nouo iure.C.de pœna iudic.qui male iudica.dum ibi alternatiue videtur poni cauſa criminalis,vel pecuniaria, ex quo videtur dicendum ꝙ pecuniaria cauſa non ſit criminalis licet fiſco applicetur. Tamen poteſt reſponderi,ꝙ cauſa pecuniaria ciuilis dicit̄ reſpectu pœnæ corporalis, quæ criminalis ibi appellatur,ex quo dixit Salyc. in d.l.j. C.de ſepulchr.viola.in ij.col. verſi. ex iſta glo.ꝙ glo. & iura abutūtur his vocabulis, ſecundum diuerſam conſiderationem, nam pœna pecuniaria,quæ fiſco applicatur poteſt dici ciuilis habito reſpectu ad pœnam corporalem.Et conſiderata pœna pecuniaria,quæ parti acquiritur pœna pecuniaria quæ debetur fiſco poteſt dici criminalis ſecundum Salyc. ibi,& late deducit Aret.& ibi Deci.in d.rubri.de iudi.& Iaſo. inſti.de actio.in prin.de quo ēt per Iaſ. in.§.quædā autem.inſti.de actio.& Areti. in conſi. vlti.

& per Alex.conſi.lxvj. volu.j.& per Ioan. And.in c.tam litteris. de teſtib. & Bar. in l. ſi quis.ff.de priua.delict.& per glo.& doct. in c.j.de teſti.in vj.& in c.teſtimoniū.extra de teſtib. Et late per Alex. in appoſtil. ad Bar.in l.iij.in prin.ff.de ſepul.viola. vbi dicit Abbatem per eum allegatum tenere ꝙ ſi agatur pœna extraordinaria delicti,ita ꝙ illam puniatur delictum maiori pœna,q̄ ſit pœna ſtatuti & tunc ſemper dicitur agi criminaliter ſiue pœna applicetur fiſco, ſiue parti. Si vero agatur ad pœnam delicti non ordinariā ſed accidentalem,& tunc ſemper iudicium ſit ciuile etiam ſi pœna applicet̄ fiſco: ſed eius opinionem non probat per ea de quibus ibi per eum. Et vide domi. de Rota deciſio.ccxxiij.& ccxxvj.in antiquis,vbi ponunt ſi agatur ciuiliter,an ſentētia dicatur ciuilis, vel criminalis.& Inno.in c.crimina.de colluſ.detegē.vbi dicit ꝙ tria ſunt genera cauſarum,ciuilis,criminalis,& ſpiritualis.Et quando vna præiudicet alteri plene nota. in l.j.C.quando ciuil. actio, præiudic.cri.Et adde ꝙ ſi imponitur pœna pecuniaria applicanda fiſco, & alia applicanda parti,pro parte quæ parti applicatur dicet̄ cauſa ciuilis, vt colligitur ꝑ Bal. in l.j.in iiij.col.C.de iudi.& do.Anto.in d. rubri.extra de iudi.Et hęc appellatur cauſa mixta vt eſt tex.& ibi no.in cap.tuæ. de procur.& ibi Imo.Et ad cognoſcendum an quis agat ciuiliter,vel criminaliter,concluſio libelli eſt attendēda vt ſi dico accuſo te, & ſecundum Abba. in c.ſeries. de teſtib.& not.in l.ſi. C.de priua.delictis. Et ad prædicta vide per Bar.in extrauag.ad reprimendum.in ver.non obſtantibus ad ſi.Et inquātum hic dicit Matth.ꝙ ſi vna pars cōdemnationis ſit applicanda fiſco, & alia parti, ꝙ tamen tota pœna erit fiſco ſoluenda, & ꝓ dimidia accuſator habebit regreſſum cōtra eum:adde ꝙ idem notat Bar.in l.j.C.de vend.rer.fiſca.cum prima.col.j.lib.x.& ſequit̄ Saly.in l.iij.C.ad l.cornel. de fal. ver. vlterius ab extra,& tenet Angel. Areti. in tract maleficio.in ver. dandis & ſoluendis generali camerario in prin. & ibi Auguſti. Arimi.in vlti.addi.in prin. qui citat & approbat ſing.Matthęi hic.Et late tradit Iaſ. & Moder.maxime Gomeſ.inſti.de actio.in .§.quædam autem. Et ſubdit ibi Angel. ꝙ quando bona veniunt ex condemnatione diuidenda inter fiſcum & partem, tunc fiſcus debet facere partes,& dare optionem delatori,& ſic parti,ad quod allegat Bar.in d.§.ſenatus,vbi etiam Bar. ponit practicā,

qualiter debeant formari verba condemnationis. Quid autem ſit ſi accuſans in libello dixerit, peto talem mihi condemnari in dimidia, & pro alia dimidia fiſco, Dic ꝙ ſententia ſuper tali inepto libello valet, quia in criminalibus non attenditur libellus vt no. Bar. in l. quid ergo §. pœna grauior. ff. de infamib. & in l. j. poſt prin. ff. de iure fiſci. & faciunt quæ habentur in l. lex cornelia. §. fi. cum ſi. ff. ad Syllan. & per Bar. in l. libellorum. in fin. princi. ff. de accuſa. & quæ not. Alex. in addi. Bar. in l. iij. §. quid ergo. ff. de appella. Et ex quibus bonis prĉmium accuſatori debeatur, an de bonis malefactoris, vel communis, tradit Ang. in l. lex cornelia. §. ſi quis libellum. ff. de iniur. & Bar. in d. l. lex cornelia. ff. ad Syllan. Gab. Sa.

1 *Fiſci cauſa licet videatur fauorabilis, tamē in dubijs contra eum eſt pronunciandum.*

2 *Intellectus l. non puto. ff. de iure fiſci.*

71 No. vnam regulam mirabilem quod li-
1 cet † fiſcus conſueuerit habere multa priuilegia, & ſic cauſa fiſci videatur prima facie fauorabilis, tamen in dubijs ſemper eſt iudicandum contra fiſcum, quam pro eo, vt eſt tex. ſingularis in l. non puto. ff. de iure fiſ.
2 Quod intelligo † ſiue ſit dubium de iure ꝓpter opi. doc. ſiue ſit dubium, puta, quod duo ordinarij ferant ſententias contrarias, ſiue ſit dubiū in probationibus, vt quia fiſcus & reus probauerint contraria, & probationes fuerint pares. licet Ioan. And. & do. Anto. tenuerint contrarium, ꝙ cauſa fiſci ſit fauorabilis ſicut cauſa aduerſarij, vt in c. ad noſtram. extra de teſti. & Ioā. And. in ti. de teſti. §. qualiter.

ADDITIO. No. vnā regulam &c. adde ꝙ Bar. in l. non puto hic alleg. dicit ꝙ ſi fiſcus opponat inſtrumentum contra priuatum, & priuatus oſtendat aliud eodē die confectum, & non apparet de prioritate, inſtrumentum priuati præſumitur prius. adde etiam Bald. in l. dotis. C. de iure do. ſed caue ſecūdum Fely. in c. paſto. in verbo ad idemnitatem de reſcrip. quia licet iſti ſimpliciter loquantur, tamen l. non puto intelligitur quando tractatur de lucro fiſci & de damno priuati vt in pœna applicanda fiſco. ſed vbi agitur de damno fiſci in dubio præſumitur pro fiſco Iaco. de Bel. in l. vnica. in fi. C. de cad. tol. per tex. in l. j. C. de iure fi. lib. x. ſecundum vnam lectu. quā ſequitur ēt Bar. ibi Saly. in l. ſi debitor. C. de priui. fi. & Alex. in l. j. in prin. ff. ſolu. matri. Ad iſtud no. vide etiam Sand. licet prædicta nō alleget in c. duobus. col. ij. poſt med. de re iudi. Iſtud no. refert & ſequitur Mag. meus in d. l. j. col. x. circa med. ff. ſolu. ma. & ad l. non puto hic alle. vide vnum pulchrū & nouum intellectum per Bar. Soci. in l. j. in ij. col. ff. ſolu. ma.

* Maxima eſt in intellectu d. l. non puto, inter doctores altercatio, de qua per doct. in l. j. in prin. ff. ſolu. ma. per Cur. Iunio. in l. j. col. v. nu. 30. C. de eden. & per Deci. in l. fauorabiliores nu. 5. & in l. in ambiguis. ff. de reg. iur. tamen de eius intellectu hic aliqua ſubijcere conſilium fuit. Stat igitur concluſio communis, quam tenuit Bar. in l. & quę nondū. §. quod dicitur. ff. de pigno. Bal. & Saly. ī l. ſi debitor. C. de iu. fiſc. li. x. Soc. & Rip. in l. j. in princi. ff. ſolu. ma. poſt alios quos allegāt: ꝙ in pari cauſa præualeat cauſa fiſci, & ſic ꝙ inſtrumentum fiſci præſumatur prius factum, quam inſtrumentū priuati vbi de ordine non appareat. Adducūt doct. tex. in l. prima. C. de iu. fiſc. lib. x. nā in eo ꝙ tex. vult donatarium, qui conuenitur hypothecaria a fiſco, debere probare donationem ſuam fuiſſe factam, antequam is debitor obligaretur fiſco, præſupponit, ꝙ ſi appareret donationem factam fuiſſe eodem die, quo contracta fuit obligatio fiſci, & nō appareret de ordine, cauſam fiſci debere præualere. Et licet variæ detur ſolutiones ad iſtum tex. nullæ tamen euacuant arg. Nam ſolut. Ioan. de Pla. quam ſequitur Carol. Ruin. in d. l. j. ff. ſolu. matri. ꝙ tex. iſte procedat, quia donatarius ſe fundat in tempore, confirmat arg. quia non ſufficit probare donationem fuiſſe factam eodem die & momento, quo fuit contracta obligatio fiſci, ſed oportet probare illam fuiſſe anteriorem, ſequitur, ꝙ vbi concurrunt in tempore præualebit cauſa fiſci. Non etiam procedit ſolutio Alexan. ibi ꝙ propter varios intellectus nō poſſit allegari, per doct. Bar. ī l. i ambiguo. ff. de reb. dub. Quia licet quo ad alia, quæ ex tex. illo colliguntur, diuerſimode intelligantur, tamen quo ad iſtud, de quo nunc eſt quæſtio diuerſimode non intelligitur. Non etiam procedit ſolutio Saly. ꝙ cauſa fiſci ſit oneroſa, & cauſa donatarij lucratiua. Quia vltra ꝙ iſta ſolutio videtur fateri fiſcum in caſu iſto habere priuilegium, cum cauſa oneroſa non prĉferatur lucratiuæ inter duos priuatos l. de rebus. C. de dona. ante nup. Non etiam videtur vera, quia ille donatarius videtur tractare de

damno, dum tractat de non amittendo ius
quæſitum gloſ.l.j.§.ſi quis propter inun-
dationem.ff.itinere actuq; priu. Bar.& alij
in l.non amplius.ff.de leg.primo. Alia duo
adducunt doct.de quibus per Soci. in d.l.j.
ff.ſolu.ma.nu.6.Contrariam opinionem te
nuerunt Cy.& Bar. in l. non puto,per illū
tex.ff.de iu.fiſc.ſequitur Alex.in d.l.j,poſt
plures,quos alleg.in quo tex. videtur ꝙ cō
fundatur materia iuris fiſcalis. Communis
tamē eſt ſolutio vt per Iaſo.& Alcia.in d.l.
j.ꝙ d.l.non puto,intelligatur, quādo fiſcus
agit de lucro captādo,& priuatus de dam-
no euitando,ponderantes ꝙ ſubiecta mate
ria tituli eſt de his , quæ acquiruntur fiſco
ex cauſa lucratiua, prout eſt de bonis va-
cantibus , vel quia auferuntur ab indigno,
vel de lucro quæſito ex aliquo delicto. ſe-
cus eſt de oneroſis, vbi fiſcus de proprio
damno contendit. Confirmatur quoniam
illa l.non puto:eſt Modeſtini, cuius eſt etiā
l.in ſumma,eod. titu.vbi dicitur. in ſumma
ſciendum eſſe omnium fiſcalium pœnarū
petitionem poſtponi. in qua repilogando
ea, quæ obſcure dicta ſunt, declarat , vt in
pœnalibus contra fiſcum,in dubio pro cre
ditoribus ſit pronunciandum. Cōmunis ſo-
lutio ad illum tex. ſecundum aliquos pri-
mo diuinat,ſecundo eſt falſa.nam in quan-
tum intelligunt l.non puto loqui in cauſa
lucratiua eſt diuinare,quoniam rub. illa eſt
generalis ad ius quæſitū ex cōtractu, prout
in l.ſi procurator.in l.ſi fiſcus.in l. ſi is qui.
l.Ti ius.l.eum qui debitoris l.Moſchis. eo.
titu.ff.de iure fiſci.Eſt etiam falſa,quoniam
præſupponit fiſcum non eſſe priuilegiatū,
quando tractat de lucro,vel de conſeruādo
ius quæſitum ex cauſa lucratiua cōtra tex.
in l.fiſcus. eo.titu. Nec obſtat confirmatio
prædicta.l.in ſumma referri ad l.non puto.
quia vltra ꝙ Iuriſc.poſſet reprehendi de ſu
perfluitate,Dico ꝙ non ſolum procederet
in dubijs quæſtionibus,ſed etiam in claris,
nam ſi pœnarum fiſcalium petitio credito-
ribus poſtponatur,ſequitur iſtud,ꝙ non ſo
lum in dubijs quęſtionibus,ſed etiam in cla
ris poſtponetur.ergo falſe refertur l.in ſum
ma,ad l.nō puto. Secunda eſt,ſolutio So-
ci.& Alc.in d.l.j.ff.ſolu.matri.ꝙ tex.nō di-
cit ꝙ iudicandum ſit contra fiſcum , ſed ꝙ
non delinquant is,qui contra fiſcum in du-
bijs quæſtionibus iudicauerit,iuxta no.per
Bar.in l.fi.C.de pen.iud.qui ma.iudi. & in-
ſti.de oblig.ex qua.delic.in prin. Sed non-
nulli dicunt intellectum duo incompatibi-
lia præſupponere,primum, ꝙ fiſcus habeat
priuilegium, vt in dubia quæſtione debeat
eius cauſa præualere.ſecundum,vt excuſe-
tur iudex,qui contra fiſcum fecit præuale-
re cauſam priuati in dubijs quæſtionibus,
nam ſi cautum eſt per legem,vt in cauſa du
bia præualeat cauſa fiſci,& pro eo pronun
ciandum ſit,neceſſe eſt,ꝙ ſi iudex prælerat
cauſam priuati,& iudicet contra fiſcum, ꝙ
cenſeat iudicare contra legem,& male iudi
care.& per conſequens non excuſetur a de
licto,& pœna delicti,qua tenentur iudices,
qui male iudicant d.l.fin.& d.§.j.& maxi
me quando ſcienter iudicaſſet contra præ-
dictam legis diſpoſitionem.ſicut in ſimili, ſi
in pari cauſa contra libertatem,vel contra
dotem iudicaret aduerſus diſpoſitionem le-
gis & c.fina.extra de re iudica.dicta l.inter
pares.ff.de re iudic. & l pen.ff.manu. Mo-
der. tamen in d.l.j.tuendo intell. Socin. &
& Alcia.fatentur, ꝙ iudex in dubia quæ-
ſtione pronunciando contra fiſcum nō ex-
cuſetur a delicto,& pœna delicti, qua tenet
iudex,qui per imperitiam male iudicauit
d.§.j.d.l.fi.quia re vera dicitur contra legē
iudicari.& ita procedant contraria.Sed be
ne dicunt excuſari a vero,& proprio deli-
cto,quod dolū includit, & a pœna proprij
delicti,qua tenetur iudex,qui non per im-
peritiam, ſed ſcienter male iudicauit con-
tra fiſcum pronūciando,tot.titu,C.de pœn.
iud.qui mal.iudi.& dicunt verba l.non pu-
to.non repugnare,quoniam dum tex. dicit
non delinquere,intelligitur, ꝙ non incidūt
in illud delictum , quod dicitur verum &
proprium delictum,& includit dolum, ſine
quo non dicitur eſſe verum delictum l j.C.
ad l.Corn.de Sica.l.in lege Cornelia.ff.eo.
titu.non autem intelligitur,ꝙ non incidant
in quaſi delictum,quod ſolum includit cul-
pam,quia non eſt proprie delictum , vt late
per eos,putantq; veriſſimum ſenſum Mo-
deſtini eſſe,nec aliter ſi reuiuiſceret reſpō-
ſurum.Solutio iſtorum non ſaluat , ſed im-
pugnat intell.Soc.& Alcia.nam pręſuppo-
nunt Modeſtinum loqui,quando iudex in
quæſtione dubia per imperitiam iudicaſſet
contra fiſcum, & ſic quando ſolum fuiſſet
in culpa,non autem in dolo, nam quando
iudex ſcit cautum in iure,vt in dubia quę-
ſtione cauſa fiſci præualeat , & tamen hoc
non obſtante iudicat contra hanc legū di-
ſpoſitionem pręferrendo priuatum,dicitur
delinquere,& tenetur pœna , qua tenet iu-
dex,qui per dolum male iudicauit d.l.fi.&
quod ibi no.Bar.C.pen.iud.qui ma.iud.quod
etiam fatentur iſti circa illam quæſtionem,

an deciſio.d.l.non puto procedat in eo, qui in cauſa dubia aduerſus dotem, vel libertatem pronunciaret.hoc ſtãte.apparet, ꝙ iſti incidunt in aliquot errores.Primo.quia reſtringunt d.l.non puto quãdo ſolũ per imperitiam iudicaretur contra fiſcũ. & tamẽ tex.ille loquitur generaliter, vt comprehẽdat etiam caſum,quando ſcienter pronunciaſſet. Secundo ſequeretur, non eſſe differentiam vtrum iudex male iudicaret contra fiſcum in cauſa dubia, q̄ in cauſa clara, nam ſi in cauſa clara male iudicet per imperitiam cõtra fiſcum,tenetur ex illo quaſi delicto,vt puniatur in quantum iudicantis religioni videbitur. d.l.fin.inſti. obliga.ex quas.del.in prin.ſi vero ſcienter tenebit' in totum d.l.fi.C.de pœna iud.Idem eſt etiam omnino,quando male iudicet pronunciando in cauſa dubia contra fiſcum. Hoc autẽ eſt contra illum tex, qui manifeſte conſtituit differentiam,inter cauſam dubiam, & cauſam quæ non eſt dubia, Nec poſſunt dicere ſtatutam aliquam pœnam in iudice, qui in cauſa clara male iudicauerit aduerſus fiſcum,quæ non ſit ſtatuta in eo,qui male iudicat in cauſa clara aduerſum priuatũ, quia hoc non reperitur cautum in iure, ergo dicere non debemus l.j.in fi. ff. de ſena. Tertio dum dicunt illa verba, non delinquere,intelligenda de delicto vero,& proprio,quod includat dolum vltra propriam verborum ſignificationem, hoc eſt falſum, quia illa verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam,de delicto,in quo incidit iudex male iudicando.quoniam verba intelligenda ſunt iuxta ſubiectam materiã l.ſi inſulam.ff. de præſcri. verb.l.ſi vno.ff. loca.cum vulga. Et ſic, ſi recte conſideremus,ſolutio iſtorum non ſaluat, ſed impugnat intellectum Soci.& Alcia.quia ipſi p̄ſupponunt, ꝙ in cauſa dubia excuſetur a delicto, & a pœna,qua tenetur iudex, qui male iudicat.iſti vero nollunt iudicem excuſari a dicta pœna.ſtat ergo obiectum contra intellectum Soci.& Alcia.quia intellectus ipſorum videtur fateri contrariã opinionem,ꝙ in quæſtione dubia fiſcus nullã habeat prærogatiuam.& non eſſe cautum, ꝙ in dicta cauſa ſit pronunciandum pro fiſco.alias nulla ratione excuſaret' a pœna illius delicti,qua tenentur iudices, qui male iudicant. Alia eſt ſolutio, ꝙ aliquando ſumus in caſu,quando conſtat in eo, de quo agitur,eſſe quæſitum ius vtrique parti, & vtramque partem habere ius in eo, & iſto caſu non dicimus cauſam dubiam,ſed parẽ cauſam vtriuſque,& procedat cõcluſio cõmunis.& tex.in l. ſi is qui.ff.de iur.fiſ. nam in iure hypothecæ,quo ad bona poſt obligationem vtraque pars dicitur habere ius æquale.quia eodem tempore vtrique incœpit competere ius hypothecæ in dictis bonis,& præualet cauſa fiſci.Nõ enim poteſt dici dubia,quia ſi ageretur inter priuatos eſſet clara deciſio legis.vel ꝙ præferendus eſt is,qui præuenit in titulo,licet non præueniat in iure hypothecæ,iuxta not.per gl. & doct.l.fina.C.qui pot.in pigno. ha. vel ſi vterque concurat in tempore, & quo ad titulum,& quo ad ius hypothecæ, vel præualet poſſeſſor,vel detentor bonorum. vel non exiſtente poſſeſſore,is qui prǫoccupat. vel ſi nullus præoccupaſſet, quilibet haberet rem pro parte ſua iuxta l.ſi debitor res. in pri.& l.ſi fundus.§.ſi duo. vbi Bar.ff. de pigno.In his terminis loquitur l.j.C. de iu. fiſc.lib. x. nam ſi ponimus donationem factam eodem die,quo donator contraxit cũ fiſco.& non apparet quid prius factum ſit, præſumptio iuris eſt,ꝙ vtrumque fuerit factum eodem tempore & et eadem hora l.ſi duas.vbi Bal.not.ff.excu.tuto. Bar. in d.§. ſi duo in ſecundo not.& per conſequẽs conſtabit vtrique eſſe quæſitũ ius,& fiſco quo ad ius hypothecæ,& donatario quo ad dominium. & propterea non poteſt dici dubia,quia inter priuatos iſto caſu eſſet clara deciſio legis. vel pro poſſeſſore. vel per eo qui præoccupaſſet,vel pro vtroque adiudicãdo cuilibet partem ſuam. iuxta d,l.ſi debitor.d.§.ſi duo.vbi Bar.ſed dicitur, & eſt par cauſa.ex quo conſtat eſſe quæſitum ius vtrique parti, & vtranque partem habere æquale,& par ius, in quo præualet ius fiſci,vt præſupponitur in illo tex.In his terminis procedit l. pen.ff.de priuileg. credi. Nam inter plures creditores chyrographarios,qui non habent hypothecam in bonis debitoris,nulla eſt diſparitas iuris. nã prioritas temporis non ſeruatur in ipſis, & in ea diuiſione, & partitione bonorum,quando adiudicantur creditoribus, inter eos nõ dicitur eſſe cauſa dubia, ſed par. Aliquãdo modo non conſtat eſſe quæſitum ius fiſco, ſed dubium eſt,an ſit quæſitum,vel nõ,exẽplum,Si fiſcus agit contra aliquem ad pœnam quia deliquit.vel ad ablationem bonorum,tanquam ab indigno. vel ad bona vacantia, tanquam non haberet hæredem is, qui deceſſit,vel aduerſarius ſit hæres debitoris fiſci,& ſic de ſimilibus. & non perfecte probat intentionem,& dato ꝙ probet,

tamen pars aduerſa probat oppoſitum, ita ꝙ ſunt pares in probatione, iſto caſu, cauſa dicetur eſſe dubia, quia dubiū eſt, an fiſcus habeat ius, vel non. & non conſtat vtrumq; habere ius. Sed altera tantum, incertumq; eſt, quæ nam ſit, quæ habeat ius. nam licet quoad probationem dicantur pares. tamen cauſæ deciſio non dicetur eſſe par, ſed dubia, Simile eſt etiam, quando ſententiæ pluriū iudicum inter fiſcum & priuatū eſſent pares. & tamen conſtaret non vtranq; partem habere ius, ſed alteram tantum, cauſa ipſa diceretur dubia, quia licet partes quo ad ſententias dicātur pares l. pen. ff. de manu. l. inter pares. ff. de re iudi. tamen cauſa ipſa dicitur dubia, non par. quia conſtant, ꝙ partes non ſunt pares, quo ad ius, de quo agitur, attento, ꝙ conſtat alteram tantū ius habere, & iſto caſu procedet l. non puto. ff. de iu. fiſ. videlicet, ꝙ in iſta dubia cauſa nō ſit fauendum fiſco, & nullum priuilegium habeat. & ratio eſt manifeſta, quoniam fauendum eſt fiſco in conſeruatione iuris, qđ conſtat ſibi eſſe quæſitum d. l. penul. & per Bar. ind. l. j. in iiij. quæſtione. ſed nō in eo iure, quod non conſtat ſibi eſſe quæſitum, & ſenſus eſt, ꝙ fiſcus in iſtis dubijs cauſis, ſeu quæſtionibus nullam habeat prærogatiuā, non autem ꝙ eius aduerſarius habeat prærogatiuam. Sed ꝙ ita faciliter reſpondendū ſit aduerſus fiſcum in cauſis dubijs, prout aduerſus priuatum, quo caſu, intelligitur, ꝙ reſpondendum ſit ꝓ priuato, qui ſit reus. prout quando agitur inter priuatos, & cauſa ſit dubia, quia ſint pares ſententiæ, vel pares probationes d. l. pen. c. fi. extra. de re iudi. c. ex literis. de proba. & iſto caſu reſpondendum erit contra fiſcum agentem. Sed ſi demus fiſcum eſſe reum qui conuenitur non dicit tex. reſpondendum contra fiſcum. non. n. negat ꝙ fiſcus retineat ius priuatorum etiam in dubijs quæſtionibus: Et pro iſta differentia inter caſum, quando cōſtat ius illud de quo agitur eſſe quæſitū fiſco. & tunc ſibi ſit fauendum. Secus quando non conſtat eſſe quæſitum ius. ponderabat tex. in l. nec quiſquam. ff. de eden. vbi tex aperte vult, ꝙ fauendum ſit fiſco, vt ſibi edantur inſtrumenta a reo. quando conſtat illa eſſe pertinentia ad cauſam fiſci. nō autem quando dubium, an ſint, vel nō ſint pertinentia. Hunc tamen intellectum ad l. non puto. & reſolutionem circa propoſitā quæſtionem, quidam conati fuere impugnare. Circa quorum dicta vt pateat veritas paulisper immorari, libet. Dicunt igitur ſenſum prædicti intellectus eſſe ꝙ Modeſtinus loquatur in caſu dubio. Seuerus vero in d. l. j. in caſu claro, ac manifeſto, vt ſic in claris pro fiſco. in dubijs contra fiſcum ſit pronunciandum. Sed ij in hoc primo deficiunt, quia infideliter referunt, non enim dicitur d. l. non puto, loqui in caſu dubio. ſed in cauſa, ſeu quæſtione dubia. nec etiā dicitur in d. l. prima cum concord. loqui in caſu claro, ac manifeſto. Sed in cauſa pari, in qua conſtet circunſcripto priuilegio, & inter priuatos fuiſſe quæſitum æquale ius vtrique parti. nec etiam dicitur in claris ꝓ fiſco pronunciandum. ſed in dubijs cauſis ſeu quæſtionibus potiorem eſſe cauſam fiſci, & pro illa pronunciandum, nec dicitur in dubijs contra fiſcum pronunciandum. ſed in dubijs cauſis ſeu quæſtionibus fiſcū nullam habere prærogatiuam, ita ꝙ reſpōdendum ſit contra fiſcum, eo modo, quo reſponderetur contra priuatum abſque eo, ꝙ præſupponatur in cauſa dubia conditionē fiſci fore deteriorem. ſed ſolum præſupponitur non eſſe meliorem conditionem fiſci quā priuati. Et ſi quis diceret, quæ differentia ſit inter caſum dubium, & cauſam ſeu quæſtionem dubiā. & quę differentia ſit inter caſum clarum, & cauſam aut quæſtionē parem. reſpondetur ꝙ per caſum dubium denotatur dubietas nō ſolum in iure, qđ ex facto quæritur parti, de quo ſit iudicialis diſcuſio, & ſuper quo ferenda venit ſententia: ſed etiam eorum quæ conſiſtunt in facto. Sed per cauſam, ſeu quæſtionem dubiā denotatur dubietas reſpectu iuris, quod venit quærendum partibus ex facto, de quo agitur. Dum vero dicimus caſum clarū, ſignificatur clarus, non ſolum reſpectu iuris, quod quæritur partibus, de quo habetur iudicialis diſcuſsio: ſed etiam reſpectu eorū, quæ conſiſtunt in facto. Sed dum dicimus cauſam parem ſignificatur caſus clarus: quo ad ius, quod ex facto quærendum venit partibus, de quo habetur iudicialis diſcuſsio, & ſuper quo ferenda venit ſententia. tamen non negatur quin ſit & eſſe poſsit dubius reſpectu eorū, quæ conſiſtunt in facto. exempla manifeſte apparent nam vbi ſunt duo inſtrumenta eodē die confecta, & non apparet de prioritate alterius ipſorum, caſus quo ad ea quæ conſiſtunt in facto, eſt dubius, quia dubium eſt, eadem, vel diuerſis horis fuerint celebrata, tamen quo ad ius hypothecæ, quod quærendum venit partibus, quodq; diſcutiendū venit in iudicio inter eos, caſus non dice-

tur dubius, ſed clarus:quoniã præſumptio
iuris in caſu prædiſto cẽſet inſtrumenta ea-
dem hora confecta,ideo admittit vtrunque
in concurſu prioritatis hypothecæ prout
admitteret vbi euidenter conſtaret inſtru-
menta eadem hora fuiſſe confecta l.ſi debi
tor.in prin.l.ſi fundus.§.ſi duo.ff.de pigno.
Et pro hoc facit: quia denominatio cauſæ
ſeu quæſtionis refertur, non ad id quod cõ
ſiſtit in facto,ſed ad ius partium,quod in iu
dicio proponitur,& de quo quæritur, & di
ſcutitur,c.forus.extra de verbo.ſigni.l.cau
ſas vel lites.C.de tranſa. Item contra præ
dictum intellectum opponunt, primo ꝙ in
eo prẹſupponatur caſum eſſe clarum,quan
do ex probationibus partium de temporis
prioritate non liquet, & neutra ſe anterio-
rem demonſtrat: quod præſuppoſitum eſt
contra communem opi.doctor. qui præſup
ponunt huiuſmodi caſum dubium eſſe.Sed
huic oppoſitioni reſpondetur ipſos verſari
in eodem errore, & æquiuocatione prout
in relatione ipſius intellectus,nam ſi intelli
gunt caſum eſſe clarum,quo ad ea,quæ con
ſiſtunt in facto,decipiuntur, quia prẹſuppo
nitur dubium,an in eadem,vel diuerſis ho-
ris inſtrumenta fuerint celebrata, & quod
inſtrumẽtum ſit anterius. Si vero intelligũt
caſum eſſe clarum,quo ad ius,quod quærẽ
dum venit partibus, & [illegible] admittitur &
indubitatum eſt:quoniam l.prẹſumit inſtru
menta eodem die confecta, in quibus non
apparet de prioritate,eadem hora celebra
ta l.ſi duas.in prin.cum concordan. de qui-
bus infra.ff.de excuſa.tuto.& vtraque pars
admittitur ad prioritatem hypothecæ, &
conſtat vtranque partẽ habere æquale ius
in prioritate dictæ hypothecæ d.l.ſi debi-
tor.d.§.ſi duo.& hoc etiam admittũt iſti in
ſequenti ſua oppoſitione, vt inferius dice-
tur.& iſtud non eſt cõtra mentem aliorum
docto.quia dicunt caſum eſſe dubium,ſcili-
cet quo ordine inſtrumenta fuerũt celebra
ta,& ſic circa ea,quẹ conſiſtunt in facto.ſed
non dicunt dubium quo ad ius hypothecẹ,
quod eſt quærendum partibus,quia non ne
gant,nec negare potuerũt,quin ſit clara iu-
ris deciſio,ſcilicet ꝙ vtraque pars admitta
tur ad concurſum prioritatis hypothecæ.
Bene verum eſt,ꝙ vt ſupra dictum eſt, ſe-
cundum eos qui id tenent diſtinguitur inter
parem cauſam,ſeu quæſtionem.& dubiam
cauſam, ſeu quæſtionem.quam differẽtiam
alij non faciunt. Secundo opponitur ꝙ in
eo prẹſupponatur,ꝙ neutra partium ſe an-
teriorem probante l.paritatem tẽporis præ

ſumat,quod ſecundum eos eſt falſum & cõ
tra doctrinam Bart.in l.quod de pariter.ff.
de reb.dub.vbi Bar.cõcludit,ꝙ inter duos
æquale ius prætendentes ex hominis diſpo
ſitione lex nihil præſumit, nec præſumere
curat, ſed ſimpliciter eos admittit quales
offendit,per rationem de qua per Bart.ibi.
Vnde ſequitur,ꝙ quando vnus nõ ſuperat
alium in probando ſe anteriorem, vterque
virtute ſui inſtrumenti admittatur neceſſa-
rio,& communi iure concurrat.arg.l.coniũ
ctim.ff.de leg.iij.abſque eo ꝙ concurrat ali
qua iuris præſumptio. Et quia naturaliter
fieri nequeat, vt eodem omnino tempore
duo diuerſi actus,ac ſeparati,ab eadẽ perſo
na celebrentur,duoq; diuerſa inſtrumenta,
cum diuerſis perſonis eodem momento, cõ
ficiantur,& prẹſumptio non debet ſumi de
eo, quod non poteſt eſſe per rerum naturã.
Circa hanc oppoſitionem latius eſt immo-
randum.Et primo dicitur,ipſos dicere con
tra caſus legum,& contra apertiſsimas ra-
tiones,nam quando ſunt inſtrumenta eodẽ
die confecta, & non poteſt apparere quo
ordine fuerint celebrata lex præſumit ea-
dem hora,& momento celebrata l.ſi duas.
in prin.vbi tex.ff.de admini.tuto.nam dum
iuriſcon.ibi dicit,vnam tutelam non prẹſu
mi priorem altera. ſequitur in conſequen-
tiam,ꝙ vtraq; prẹſumatur eodem tempore
decreta.quem tex.ita voluit inducere Bal.
dum iſtud notat ibi ex tex.& iſta conſequẽ
tia eſt neceſſaria,vt ſtatim dicetur. Secũdo
probatur in d.§.ſi duo.nam tex.vult prout
ibi no.Bar.in ſecundo notab.ꝙ inſtrumẽta
eodem die confecta cenſeantur ſimul cele-
brata,quod intelligendum eſt,vbi non ap-
paret de ordine. Tertio probatur ratio-
ne,nam cum nunquã poſsit probari inſtru-
menta ipſa fuiſſe confecta diuerſis horis,ſe
quitur,ꝙ lex præſumat non fuiſſe celebra-
ta diuerſis horis:quoniam,lex præſumit nõ
eſſe illud, quod non potuit probari, quia
vult eſſe parta non eſſe, vel non apparere,
l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tutel. cum ſimil.
Hinc videmus,reum diffinitiue abſolui,tã-
quam præſumptiue conſtet illum non eſſe
debitorem actoris,quando per actorem nõ
potuit probari eius intentio.l.qui accuſare.
cum ibi not.C.de eden.Cum igitur prẹſum
ptio ſit,non fuiſſe confecta diuerſis horis,ſe
quitur,ꝙ præſumantur confecta eadem ho
ra.Accedit,quia dum lex nõ præſumit vnũ
inſtrumentum prius altero, ſequitur neceſ-
ſario,ꝙ præſumat illa fore ſimul,& eodem
momento celebrata, hoc in terminis pro-

bat tex.in l.quod de pariter,cum ſeq ff.de reb.dub.nam dum in duobus ſimul decedẽtibus eodem caſu,vnus non præſumitur alteri ſuperuixiſſe,infert tex.ꝙ pręſumuntur ſimul,& eodem momento deceſſiſſe, & animam efflaſſe.quam conſequentiam pręſuppoſuit Bal.in d.l.ſi duas.in prin.Sic in propoſito dum non præſumitur vnum inſtrumentum prius altero,ſequitur,ꝙ præſumãtur fuiſſe eodem momento celebrata, Poſſent,et alia adduci,ad comprobationem huius præſuppoſiti, ſed quia manifeſte apparet ipſum veriſsimum, ideo omitto. Non obſtant contraria, & primo doct.Bar.in d.l.quod de pariter. quia reſpondetur ꝙ non facit ad propoſitum,& ſi faceret comprobaret hoc pręſuppoſitum,non autem impugnaret. Nam Bar.ibi loquitur de illa præſumptione,per quam lex circa dubietatem duorum ſimul decedentium,præſumit vnũ alteri ſuperuixiſſe,& vult dictam præſumptionem non ſumi quando agitur ex diſpoſitione hominis. non autem loquitur de pręſumptione, quam ſummit lex circa dubitationem duorum inſtrumentorum, quæ forent eodem die celebrata, & nõ appareret de ordine: quia nec Bar.negat, nec negare potuiſſe.quin lex præſumat ſæpiſsime vnũ prius altero, quãuis agatur ex hominis diſpoſitione, prout eſt caſus de mente Bar.& docto.in d.l.j.in princi.ff.ſolu.ma.dum formant caſum, in duobus inſtrumẽtis eodem die confectis:quorum vnum ſit dotis, alterum mutui.& dicũt,decidi in tex.ꝙ inſtrumentum dotis præſumitur prius factum.& tamen agitur ex hominis diſpoſitione, ad idem eſt doctrina Bar.communiter approbata in l.j.§.ne autem.ff.de bo.poſſe.ſecundum tab.vbi dicit quod ſi extant duo teſtamenta confecta ab eodem,in eadem die,qđ illud præſumetur poſterius, in quo ſunt inſtituti venientes ab inteſtato.& ſic patet maximam differẽtiam eſſe:inter illam pręſumptionem duorum ſimul decedentium:& pręſumptionem duorum inſtrumentorum, quæ ſint eadem die celebrata. Sed demus etiam non eſſe differentiam inter has duas præſumptiones, ideſt, duorum ſimul decedentium,& duorum inſtrumẽtorum,adhuc dicitur quod dicta per Bar.& docto.confirmat præſuppoſitum prædictum,non autem impugnat,nam licet quãdo agitur ex diſpoſitione hominis Bar. & docto.negent ſumi præſumptionem,ut vnus præſumatur alteri ſuperuixiſſe.non tamen negant, quin ſumatur præſumptio,vt vterque pręſumatur ſpiritum emiſiſſe,quinimo, de hoc eſt caſus in d.l.quod de pariter, & ſeq.agitur enim ibi ex teſtamento,vel ſtipulatione,& tamẽ tex.vult,ꝙ præſumantur ſimul efflaſſe animam. Sed,quod magis eſt,dum Bar.& docto.dicunt,non ſumi pręſumptionẽ,ꝙ vnus præſumatur alteri ſuperuixiſſe, in neceſſariam conſequentiam videntur admittere,ꝙ præſumãtur ſimul deceſſiſſe.vnum enim venit in cõſequentiam alterius,vt dictum fuit ſupra.Ita ꝙ ex dictis per Bar.& doc.ibi poteſt inferri, in dubitatione duorum inſtrumentorum ceſſare præſumptionem, vt vnũ præſumatur prius altero. ſed non ceſſare, imo admitti præſumptio, ꝙ cenſeantur ſimul,& eadem hora confecta. Vlterius,dum iſti dicunt,in caſu prędicto vtrunque vigore ſui inſtrumenti admitti neceſſario,& cõmuni iure concurrere.arg.l.coniunctim.ff.de lega.iij.& tamen negant præſumptionẽ legis,vt inſtrumenta cenſeantur concurrere in tempore.Dico ipſos præſupponere incompatibilia: nam quando conſtaret inſtrumenta cõfecta fuiſſe eodem momento, ſine præſumptione quilibet cõcurreret in prioritate hypothecæ d.l.ſi creditor.d.§.ſi duo, ceſſaret enim præſumptio,cum ſimus in claris, & in his terminis loquitur d.l.coniunctim.Verum quando nõ conſtat, ꝙ eodem momento,& eadem hora fuerint confecta: ſed ſolum eodem die,tunc, ſi ceſſaret præſumptio,ut cenſerentur ſimul celebrata,nõ poſſet vterq; admitti ad concurſum in prioritate hypothecæ d.l.ſi debitor.d.§.ſi duo. Ita ꝙ neceſſe eſt:vel vt inſtrumenta concurrant in tempore: vel ꝙ fingantur,aut præſumantur, ſed in caſu iſto non conſtat, ꝙ inſtrumenta concurrant in tempore. nec etiã fingi poſsit vt cõcurrant:quia ſumus in dubio an eadem,vel diuerſis horis fuerint celebrata:et fictio non ſumitur in caſu dubio: neceſſe ergo eſt dicere, ꝙ præſumantur in tempore concurrere.Et mirãdum eſt,ꝙ iſti negant præſumptum concurſum titulorum vtriuſque,& admittunt cõcurſum vtriuſq; partis in prioritate hypothecæ.vnde videtur admittere effectum, & negare cauſam: ſine qua,is effectus induci non poteſt. Cum tamen ex eo, quod iſti dicunt,ꝙ vnus non ſuperat alterum in probãdo ſe anteriorem, & ſic vnus nõ præſumitur anterior altero: in conſequentiam ſequitur,ꝙ ſimul, & eodem tempore cenſeantur inſtrumenta celebrata, vt eſt caſus in d.l.quod de pariter. & d.l.ſi duas.& dictum fuit ſupra. Nõ obſtat ſecundo,quod ſecundum naturam fieri ne-

queat, vt duo diuerſi, & ſeparati actus fiant eodem momento. & duo diuerſa hypothecæ inſtrumenta cum diuerſis ab eodem cõficiantur. Quia reſpondetur ꝙ iſtud aſſumptum eſt falſum in iure, & in facto. primo, in iure, quia habemus caſum in d. l. ſi duas. in prin. vbi duæ diuerſæ, & ſeparatæ tutelę in diuerſis, & ſeparatis decretis ab eodem iudice cenſentur eadem hora decretæ, & in d. l. ſi debitor. in princi. & d. §. ſi duo. vbi vnum & idem prædium præſupponit hypothecam duobus ſimul, & eodem momento, & tex. loquitur indiſtincte, tam in diuerſis inſtrumentis, q̃ in eodem inſtrumento. Falſum eſt etiam in facto, quia vltra, ꝙ diuerſa hypothecę inſtrumenta poſſunt eiuſdem nomine per diuerſos procuratores, cũ diuerſis eadem hora celebrare, & per eundem principalem, & eius procuratorẽ. poſſunt etiam per eundemmet principalẽ duo inſtrumenta cum diuerſis eodem momento celebrari. quid enim obſtat, quin eodẽ tempore, quo ego mutuem Titio centum tu eidem totidem centum mutues? & eodẽ momento temporis rogentur diuerſa inſtrumẽta de mutuo vtriuſque cum hypotheca bonorum. Sed quod magis eſt, & non aduertunt iſti, ꝙ ad effectum, vt inſtrumenta cenſeantur confecta ſimul, & eodem tempore, ſufficit: ꝙ in eadem hora celebrentur, quia, licet unum ſit poſt aliud, ſi tamen vtrunque eadem hora fuerit celebratum. dicentur cõfecta ſimul, & eodem tempore. ex quo vnũ non dicitur prius altero, niſi præcedat faltẽ per horam, vt eſt glo. communiter approbata in l. ſi pluribus in verbo alijs. ff. de ſolutio. Bal. in l. Imperator. la j. col. iij. ff. de ſtatu homi. nam vt ibi dicit Bal non cadit dubitatio circa prioritatem inſtrumenti, niſi ratione diei, vel horæ. & ratio eſt: quia modicum interuallum non impedit, quin cenſeantur ſimul cõfecta l. lecta. verſ. dicebam. ff. ſi cer. peta. l. duos. §. fi. ff. de duo. reis. no. l. j. §. j. ff. de verbo. obli. Cum igitur in eadem hora poſsint non ſolum duo, ſed plura diuerſa inſtrumenta ab eodem cum diuerſis celebrari, vt patet ad ſenſum: cur eſt, ꝙ iſti dicunt per rerum naturam fieri, non poſſe, vt eodem celebrentur? & tanto magis in caſu propoſito, in quo non potuit probari inſtrumenta fuiſſe cõfecta diuerſis horis, quo caſu, vt ſupra dictum fuit, pręſumitur, ꝙ nõ fuerint diuerſis horis celebrata & per conſequens: ꝙ eadem hora. Adnotandum tamẽ eſt, ꝙ lex præſumit temporis prioritatem, quando conſtat eos actus, de quibus dubitatur, fuiſſe cõfectos eodem die, in quibus terminis procedit & loquitur quæſtio noſtra, & tex. in d. l. ſi duas. & quod ibi Bal. no. ſed non præſumit prioritatẽ temporis, vbi non conſtat illos actus, de quibus dubitatur, cõcurrere in die. Tertio opponunt quia in huiuſmodi intellectu prœſupponitur caſum in quo lex aliquid ſimpliciter pręſumit, clarum & indubitatum haberi, quod tamen ſecundum eos eſt falſum: ex quo præſumptio præſupponit ſemper caſum dubiũ. Ad hoc reſpondetur ipſos verſari in eodem errore, de quo in j. opp. quia ſi accipiunt caſum clarum in facto ſcilicet an ſint eadem, vel diuerſis horis cõfecta. hoc in intellectu præſupponi negatur. ſolum præſupponitur caſum, ſeu cauſam, vel quæſtionem non eſſe dubiam, ſed claram, quo ad ius, quod quærendum partibus venit: de quo fieri debet iud cialis diſcuſsio. nam quo ad ius partiũ cauſa, vel quęſtio redditur clara media pręſumptione iuris, per quam præſumunt inſtrumẽta eadem hora celebrata, neutra partium probante ſe anteriorem: vigore cuius lex admittit concurſum in prioritate hypothecæ. & ſic conſtat vtrunq; habere æquale ius in hypotheca, q̃ & ipſi fatentur in ſecunda oppoſitione. ita ꝙ fateor caſum eſſe dubium, quo ad ea, quæ conſiſtunt in facto. ſed nego eſſe dubium, quo ad ius, quod partibus quæritur ex ipſo facto. & pręſumptio licet arguat dubietatem in his, quæ ſunt facti, non tamen arguit dubietatem in iure, quod occaſione dictæ præſumptionis partibus ex ipſo facto quærendũ venit. Quarto opponunt, quia ſecundum eos in intellectu præſupponitur: ꝙ inter fiſcum, & priuatum anterioritatem non probantes lex paritatem temporis æque præſumat: ſubinde fiſcum ex priuilegio præferat, quod ſecundũ iſtos omnino a iuris ratione eſt alienum, quia hic effectus pręlationis eſt omnino contrarius præſumptioni, per quam pręſumitur paritas temporis in vtroq; : & eo attento ſequeretur, quod, lex adduceret repugnantia. contra l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. quod eſſet valde abſurdum per plura de quibus hic per eos. Sed in hac oppoſitione iſti in pluribus labuntur. Primo quia ſomniarunt hoc in intellectu præſupponi, ſcilicet ꝙ inter priuatum, et fiſcum lex pręſumat inſtrumenta eſſe facta eadem hora, quoniam potuerunt aperte animaduertere iſtud non præſupponi in intellectu, ſed ſolummodo præſupponi quod inter priuatos lex pręſumeret vtrunq; inſtrumentum eſſe

confectum eadem hora.& quod circunſcri
pto priuilegio fiſci, idem præſumeret in-
ter priuatum & fiſcum.& ſic vt inter priua
tos diceretur par & æqualis cauſa, & vtrā-
que partem habere æquale ius . Sed tamen
quod in caſu prædicto propter fiſci priuile
gium ius fiſci præualeat,& ius ſuum cēſea-
tur potentius. Et hoc dictum quod ius fiſci
præualeat,includit duo,primum:quod præ
ſumat prius factum inſtrumentum fiſci , ſi-
cut i p riuilegio dotis dicimus,prǽſumi eius
inſtrumentum prius factum:quando circū-
ſcripto eius priuilegio inſtrumenta præſu-
merentur facta eadem hora,propter id, qđ
l.j.ff.ſolu.matri.dicit dotis cauſam eſſe præ
cipuam,& in pari cauſa debere præualere.
vt in d.l.j.& in c.ſi.extra de re iudi.cū aliјs
ſimil.Includit ſecundo quod licet conſtaret
inſtrumentum priuati factum eadem hora,
qua inſtrumentum fiſci.& ſic vtrunq; con-
currere in prioritate hypothecæ . quod ta-
men propter priuilegium, ius fiſci præuale
ret, vt in caſu d.l.ſi is qui.Et quod iſtud vo
luerit dictus intellectus,patet,quia & inclu-
dit cum communi opinione,ꝙ inſtrumentū
fiſci præſumatur prius factum.Secundo la-
buntur in altero,quia preſupponunt eſſe iu
ris repugnantiam,ſi lex præfert fiſcum , &
præſumeret paritatem temporis inter in-
ſtrumentum fiſci & inſtrumentum priuati.
& in hoc non aduertunt , ꝙ dicunt contra
caſum in d.l.ſi is qui.ff.de iure fiſci. vbi lex
præfert ius fiſci.non obſtante ꝙ conſtet pri
uatum priorem in tempore. Accedit , quia
cū neceſſe ſit ad hoc, vt ius fiſci præualeat,
& præfer tur,ꝙ alterum ex duobus prǽſu
matur, vel ꝙ inſtrumentum fiſci præſuma-
tur prius factum. vel ꝙ præſumantur facta
eodem tempore:quia vtroq; caſu iſte effe-
ctus prælationis inducitur.Abſurdumq; vi
detur id, quod iſti dicunt,ꝙ dicta præſum-
ptio,per quam præſumantur ſimul facta,cō
tradicat prælationi fiſci , vel ſuperflua ſit
quo ad inducendum iſtum effectum:cū alte
ra iſtarum duarum præſumptionum ſit ne-
ceſſaria, & ex alterutra hic effectus induci
poſsit. Quinto opponunt:quia ſecundum
eos,in prædicto intellectu præſupponitur,
fiſcum ſpeciali iure præferri ſolum in caſu
claro. ſed in dubio ſuccūbere ,quod ſecun-
dum iſtos videtur abſurdiſsimum.quia hoc
attento ſequeretur , ꝙ fiſci priuilegium re-
ſtringeretur ad vnum caſum tantum:qui ta
men rariſsime contingit,ſcilicet quando fi-
ſcus & priuatus eadē hora a diuerſis perſo
nis idem ius acceperūt iuxta d,l,ſi fundus,
nam in alijs caſibus claris quando conſtat
fiſcum an eriorem,vel priuatum anteriorē,
tunc de iure communi is præfertur , quem
conſtat eſſe anteriorem l. ſi fundus.C.qui
pot.in pigno.hab. Sed ex hac eorum oppo
ſitione quæ re uera nihil obſtat , adnotandi
ſunt plures errores .[1]Primus eſt, dum aiunt
in prædicto intellectu concludi fiſcum ex
priuilegio præferri ſolum in caſu claro.q̄a
iſtud eſt falſum,verū concluditur,ꝙ in cau
ſa pari, in qua licet caſus ſit dubius quo ad
ea, quæ conſiſtunt in facto , conſtat tamen
eſſe quæſitum par,& æquale ius vtriq; par
ti Et illud ius de quo agitur eſſe quæſitum
fiſco:fiſcum ex priuilegio præferri debere.
Secundus eſt,dum dicunt concludi fiſcū in
caſu dubio debere ſuccumbere : quia hoc
eſt falſum.uerum concluditur fiſcum in cau
ſa & quæſtione dubia nullam habere præ-
rogatiuam:hoc eſt:quando nō ſolum caſus
eſt dubius,quo ad ea quę cōſiſtunt in facto:
ſed etiam quando eſt dubius,an ius,de quo
agitur ſit quæſitum fiſco , an vero priuato,
quia ſumus in caſu,in quo nō potuit acqui-
ri vtrique,ſed alteri tantū. Tertius eſt:dum
in eorum argumento, quod faciunt, dicunt
non reperiri alium caſum clarum,in quo fi-
ſcus ex ſpeciali iure præferratur, niſi quan
do conſtat:quod fiſcus,& priuatus a diuer-
ſis perſonis,eadem hora, idem ius inſolidū
acceperunt. tunc enim eſt caſus clarus pro
vtroq;,iuxta l.ſi fundus.§.ſi duo.ff.de pig.
nam ſi accipiunt caſum clarum , quo ad ea
quæ conſiſtunt in facto.verum eſſet , quod
nullus eſt alius caſus clarus in facto,in quo
fiſcus præferatur ex priuilegio niſi hic ca-
ſus.Sed tunc quid facit arg.ad impugnatio-
nem intellectus? quia non concluditur fi-
ſcum ſolum præferri ex priuilegio in cauſa
pari,quæ etiam ſit clara quo ad ea quę con
ſiſtunt in facto , ſed in qualibet pari cauſa,
quamuis eſſet dubia quo ad ea , quæ conſi-
ſtunt in facto , dummodo eſſet clara quo ad
ius, quod quæritur partibus,& de quo agi
tur & diſcutitur in iudicio . & ſic includi-
tur caſus,quando inſtrumentum fiſci,& in-
ſtrumentum priuati concurrunt in die , &
dubium ſit quo ordine fuerint celebrata.
nam cum vterque admittatur ad ius priori
tatis hypothecæ vt ſupra dictum fuit, dice-
tur quidem caſus dubius,quo ad ea,quę cō
ſiſtunt in facto, tamen dicetur clarus , quo
ad ius prioritatis hypothecę quæſitū parti-
bus:de quo iure agitur,& diſcutitur in iudi
cio,q̄a circunſcripto priuilegio fiſci vtraq;
pars admitteretur,ſecundum ea quę haben

tur in d.§.ſi duo.& fatentur etiam iſti in ſecunda oppoſitione ſupra poſita, Non igitur reſtringitur priuilegium fiſci ad illũ caſum tantum, quando cõſtat inſtrumentum vtriuſq; fuiſſe eadem hora celebratum, qui rariſsime contingit prout exiſtimant iſti. Sed extenditur ad plures alios caſus, ſcilicet ad omnes, in quibus dicimus eſſe parẽ, & ęqualem cauſam vtriuſq;: & par, & æquale ius vtriuſque. Quartus eſt dum dicunt, quando conſtat ꝙ fiſcus, & priuatus idem ius in ſolidum a diuerſis perſonis eadem hora acceperunt. iuxta l.ſi fundus.§.ſi duo. nam dum dicunt a diuerſis, pręſupponunt illud quod ſupra in ſecunda oppo. pręſupponebant.ſ.non poſſe idem ius accipi per diuerſos inſolidum ab eadem perſona eadẽ hora. quod tamen eſt falſum, nam cum ius hypothecę, non poſsit haberi, niſi ab eo, qui habeat dominium rei, quia res aliena non poteſt pignorari l. quę prędia & l.fin.C. ſi res alie.pigno.dat.ſit, & dominium eiuſdẽ rei eſſe pœnes duos inſolidum.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum. ff.comod. conſequens eſt: quod non poſsit idem ius hypothecę accipi a diuerſis inſolidum. Niſi ſaluando iſtos diceremus iſtos intellexiſſe de diuerſis procuratoribus eiuſdem nomine interuenientibus. Sed tunc non diceretur proprie accipi ius a diuerſis perſonis. Sed a perſona eiuſdem domini, a quo dicitur accipi, quãdo a procuratore ipſius accipitur.l.j.§.deieciſſe.ff.de vi & vi arma. Et ita etiam eleganter diſſeruit do. Nico. Pigna. concliuis meus in Patauino Gimnaſio. qui per dictas rationes ita tenuit, & intellectum pręceptoris ſui do. Hieronymi Tornielli ad d.l.non parũ a ſciolorũ quorundam morſibus defendit. Gab. Saray.

1 *Quoties quis autoritate propria facit quid iure permittente, propter quod aduerſarius incurrit periculũ mortis, vel magni ſupplicij corporalis, intelligitur renũtiaſſe actioni ciuili ſibi competenti ad meram pœnam pro illo delicto.*

2 *Maritus ſi ſtatuto permittente occidit vxorem deprehenſam in adulterio, videtur renuntiaſſe lucro dotis, quod ob illud adulterium habere debebat ſecus ſi illud ſibi debebatur ex forma ſtatuti vel pacti.*

72 No. vnam doctrinam miram videlicet, 1 quod † quotieſcunque quis auctoritate propria facit quid iure permittente, propter quod aduerſarius incurrit periculum mortis, vel magni ſupplicij corporalis, intelligitur renunciaſſe actioni ciuili ſibi competenti ad meram pęnam pro illo delicto. vt eſt tex. ſingu.i.l.interdum.§.qui furem.ff. de fur. Per quod ſequit, quod † ſi maritus ſtatuto permittente licite occidit vxorem deprehenſam in adulterio, videtur renunciaſſe lucro dotis, quod debeat habere ꝓpter illud adulterium l.conſenſu.C.de repu. licet Bar. videatur ſentire contrarium in l.ab hoſtibus.§.j.ſolu.matri. Secus puto vbi ex forma ſtatuti, vel pacti maritus debuit lucrari certam partem dotis pręmoriente vxore, quia huic lucro non videtur renunciaſſe, quia non inſurgit hoc propter delictum, ſed quandocunque vxor pręmoriatur habet hoc ex ſtatuto vel pacto. ergo &c. facit l.qui ſeruum.ff.de ver.obli.& in hoc caſu poteſt ſaluari dictum Bar. pręſertim quia in tali parte quã lucratur vir ipſe dicitur habere titulum nõ lucratiuũ, ſed oneroſum propter onera matrimonij pręterita l.ſi donaturus.§.fin.ff. de condi. ob cauſam.

ij.nu.3.4.& ſeq.& col.pen.in iij.nota.C.de
in ius vocan.& Abb.in d.c.Rodulphus. in
j.nota.& ibi do.Seb.Sapia.in addi. hoc di-
ctum Matth.refert & ſequitur, & idem di-
cit tenere Deci.in c.j.col.v.de probatio.Et
late per do. Bulgarinũ Senenſ. in repe.ſub
rub.ff.ſolu.matri.in col.pen.& vlt.& Fely.
in procem.decre.nu.6.Limitatur tamẽ hæc
concluſio,niſi diſpoſitio quãuis ſtricta red-
deret eluſoria, vel poſſet fieri fraus, vt per
Abb.in d.c.Rodulphus & ibi Fely. in col.
ij.nu.6.vbi etiam limitat, niſi alias diſpoſi-
tio fieret eluſoria.Vel niſi eſſemus in mate-
ria larga,vel indifferenti,quia tunc accipi ẽ
in larga ſignificatione vt ibi per eũ nu.11.
Et notandum eſt quod dixit Bald. in d.c.
Rodulphus, ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ malefi-
cia commiſſa in ciuitate puniãtur arbitrio
poteſtatis,iſtud arbitrium non extenditur
ad maleficia commiſſa extra ciuitatẽ, quia
eſt extraordinarium,& contra ius commu-
ne,& illum ibi ſequitur etiam Felyn. quod
eſt menti tenendum & latiſsime tradit do.
Hierony. Cagnol. in l. ſemper in obſcuris.
ff.de regu.iur. Et eleganter per dominum
meum do.And.Alcia.in primo lib. de ver.
ſignifi. in primo & ſecundo articulo. Et ꝙ
vſus regionis inſpiciatur tradit Philip.Frã.
in reg.inſpicimus. de reg.iur.in vj. per illũ
tex.& Ioan. And.in reg. in obſcuris. eo.ti.
in vj.probaturq; in l.ſemper in ſtipulationi
bus.ff.de reg.iur.& per Curtium in tracta.
de conſue.ſuper c.fin.in xij.q. faciunt quæ
idem Matth.alleg.infra ſing. ſequen.in fin.
Gab. Saray.

1 *Beſtiæ appellatione propriæ comprehendun*
tur ſolum animalia fera. niſi communis

vſus loquendi regionis aliud ſuadeat.
2 *Aſinus vtrum veniat appellatione beſtiæ?*

95 No. vnum mirabile † ꝙ beſtiæ appella-
1 tione de proprio & ſtricto ſignificato com-
prehenduntur ſolum animalia fera, vt Leo
nes Vrſi &c. Et ideo in materia exorbitan-
ti & ſtricta animalia domeſtica vel manſue
ta non comprehenduntur l. j. §. beſtias ff. de
poſtu. Vulgo tamẽ inter ſcholares ſolet de-
rideri quidã iudex de Groſſeto dictus Mõ
tonus, qui credidit famoſo aduocato aſinũ
pro beſtia non haberi ad hoc alleganti ru-
bricam, quæ non habetur. C. de aſinis & be
2 ſtijs non habendis lib. xij. Sed dictum † ad-
uocati illius & ſententia iudicis videtur
poſſe ſuſtentari per d. §. beſtias. Prædicta ta
men limitari debent, niſi communi vſu lo-
quendi regionis animalia domeſtica voca-
rentur beſtię, quia tali ſignificato ſtandum
eſt, nam in ſtatutis etiam exorbitãtibus &
correctiuis iuris communis verba debẽt ac
cipi pro loco ſecundum communem vſum
loquendi regionis, non obſtante ꝙ in lege
aliter tale vocabulum accipiatur l. cum de
Lanionis. §. aſinam molendinariam. ff. de
fun. inſtru. & in l. Labeo. ff. de ſup. leg. & in
c. ex literis. il j. de ſpon. l. j. in prin. ff. de ſuis
& legit. vbi tenet hoc Bar.

ADDITIO. No. vnum mirabile &c.
Ad iſtud no. vide etiam Angel. in. §. beſtias.
hic alleg. & ꝙ in ſtatutis etiam correctorijs
verba capiantur ſecũdum communẽ vſum
loquendi vide Pan. poſt alios in proœ. de
creta. vbi etiam Fely. in glo. j. colum. iij. &
ſeq vbi plene & eleganter loquitur in iſta
materia, & facit mentionẽ de dicto Matth.
hic, limitatur tamen iſta materia notabili-
ter ſecundum Lud. Roma. ſing. ccccxxvij.
inci. communis doctrina. vbi vide quæ ſa-
tis plene addita ſunt.

* Idem refert & ſequitur Alexan. in addi. ad
Bar. in d. l. j. §. remouet. ff. de poſtulan. vbi
dicit id ſtandum eſſe conſuetudini & alleg.
l. anniculus amittitur in prin. ff. de verbo.
ſigni. & Conciuis meus Cæpol. in l. iumen-
torum. col. ſi. nu. 11. ver. quæro tamen. ff. de
edili. edict. qui hoc dictum refert & ſequit.
Vnde colligit Bar. in d. §. remouet. in j. not.
ꝙ appellatione beſtiæ venit tantum fera,
non animal domeſticum, niſi cõſuetudo ſit
in contrarium. Et ſi ſtatuto caueatur, ꝙ di-
mittens beſtias ſine cuſtodia puniatur, an
intelligatur ſolum de beſtijs feris, an etiam
de manſuetis. tradit Alber. de Roſa. in trac.
ſtatu. ij. parte q. xcviij. Et quid veniat ap-
pellatione iumentorum, pecorum, & armẽ
torum tradit idem Cępo. in d. l. iumentorũ.
nu. 2. 3. 12. & 13. ff. de edili. edict. Et ꝙ com-
munis vſus loquendi habeat locum in ſta-
tutis tradit late Fely. in procemio decre. in
prin. nu. 6. Et Nicol. Bueral. in loco ab opi
nione vulgi. colũ. pen. ver. & tertius caſus.
& latiſsime per Vberrimum doct. do. And.
Tiraquel. in tracta. de retractu conſangui.
in . §. ij. in verſi. illius oſtendere contractũ.
nu. 5. char. 122. Gab. Saray.

1 *Furti an teneatur is, cuius perſuaſione fa-
ctum fuit furtum, quando fur illud alias
erat facturus.*

96 No. ꝙ is † cuius conſilio ſeu perſuaſione
1 factum eſt furtum non tenetur actione fur-
ti, quando fur erat alias hoc facturus, & ſi-
ne hoc conſilio. vt eſt tex. ſing. inſti. de obli
ga. ex delicto in. §. ope. vbi gloſſ. hoc tenet
Bar. tamen dicit contra caſum illius. §. in l.
non ſolum. §. ſi mãdato. ff. de iniu. cuius opi.
videtur ſequi do. Ioan. de Lig. in c. mulie-
res, de ſen. excom.

ADDITIO. No. ꝙ is cuius &c. Ibi
quando fuerat. Adde Saly. in l. j. C. de rap.
vir. vbi diffuſe loquitur & Bal. melius quã
alibi in l. ob hæc verba in ij. col. ff. de infa.
& per doc. in locis allegatis plene ꝑ Mag.
meum in l. j. col. iiij. & ſeq. C. de ſer. fugi.

* Multi negant eum teneri ex conſilio, vel
mandato, qui id alias facturo dedit, de quo
vide gloſ. in l. ſæpe. §. item dubitatũ in ver.
condici & ibi Bar. & do. meus Alcia. ff. de
verbo. ſignifi. glo. in l. non ſolum. §. ſi mãda
to. in ver. Atticilinus, & in ver. nolenti &
ibi Bar. col. vlti. & alij. ff. de iniur. & in l. cõ
ſilij. & ibi late doct. & maxime Deci. ff. de
regu. iur. & in l. j. §. perſuadere. in ver. furtũ
facturus. ff. de ſeruo corrupto. & in. §. inter-
dum quoq; furti. in ver. ope. in glo. vlti. hic
alleg. inſti. de obliga. quæ ex delicto naſcũ.
& in c. nuper. in ver. conſiliũ impendendo
& ibi docto. de ſenten. excommu. Hoſtien.
& Abb. in c. ex literis. de exce. præla. Dyn.
in c. nullus ex cõſilio. de reg. iur. in vj. Pau.
de Leaz. in clem. j. & ibi Imol. colũ. iiij. de
pœnis. Gandi. in tract. maleſi. in titu. de pœ-
nis reorum. nu. 36. Alber. de Roſa. & Bald.
in l. ob hæc verba. ff. de his qui notan. infa.
Bal. in l. j. col. ij. & ibi Iaſ. col. iiij. verſi. non
omitto. C. de ſer. fugi. & Bal. in l. data. colũ.
xij. ver. conſilium quoque pœna mortis. C.

qui accuſa,non poſſ.& in l.non ideo minus col.pen.in xij.q.C.de accuſa.& in l. obſeruare.§.poſthæc.in xij.q.ff.de offi. procon. & in c.j.colum.iiij.ver.quid ſi pręſtitit poſt Andræ.de Iſer,ibi,quibus modis feud.amitta.& conſi.ccl.in quæſtione domini.colum. ij.verſi. ſecundo eſt videndum volumi. v. Angel.conſi.xxij.pro deciſione. Cardi. Florenti.in clemen.j.in xvj. quæſtio. & oppo. eiuſdem. de foro competenti. Salyce. in l. prima.colum.viij.C. de raptu virgi. Imol. in c.querelam.in fin. de electio. docto. in c. j.de offic.delega.Corne.conſi. lvij.egregie allegatur.colum.ij.verſi. & quando eſt par. volumi.iiij Angel.Areti.in.§.j.inſti.de manda.& in tracta.maleficio in ver.Et Sempronium Rodulphi. colum. penul.verſi. xxij. quæro. Et ibi Auguſti. Arimi. in additio. Conciuis meus Cæpol.cautel.xxxix.vidimus quamplures ad fin.Fely.in cap.ſicut dignum col.iiij.ver.no.ibi animum regis. de homicidi.& tradit And. Tiraquel. in tract. de retractu conſangui.§.xv.verſi. poſt litis conteſtationem in glo.ij.nume.13.verſi. ſed vt videamus.Vnde infertur ꝙ ſi mandatarius erat alias omnino facturus maleficiũ, ꝙ tunc non tenebitur de mandato,ſed tanquam inſtigator & perſuaſor, vt not. Bald. in l.prima.colum.ij.C.de ſeruis fugi.& Angel.in d.conſi.xxij. Corne. conſi. lix.volu. iiij. Patet autem ꝙ alias erat facturus, ſi præceſſerit inimicitia capitalis inter mandatarium,& occiſum,vel minæ præcedentes ipſius mandatarij, vel præparamenta per eum facta:Nam tunc ex his minis præcedentibus,ſi erat ſolitus minas mittere ad effectum vt per Fely.in d. c. ſicut dignum. de homicid.in iij.concluſione,tunc præſumitur,ꝙ erat alias facturus. Vel ſi nulla extet inimicitia mãdantis cum occiſo,vt per Bald.in d.l.j.verſi. & ille dicitur mandare. C.de ſeruis fugi.Debet etiam eſſe mandatum ſuperiori,ab inferiore,& tunc his tribus concurrentibus non tenetur quia præſumitur alias facturus:ſecus ſi ſuperior mãdet inferiori,vt per Iaſ. in d.l.j.in iiij. colũ. & hoc dicit ibi Paul.de Caſt.eſſe menti tenendum,ex quo poteſt quis amicum euadere, & pecunias lucrari, & ita etiã Alexan. conſuluit. conſi.cxxvij.vol.iiij.Contrariũ tamẽ in hoc tenet Bal.in l. metum.C.quod met.cauſ.alleg.c.cum quis.de ſenten.excõmu.in vj.vbi dicit,ꝙ ſi facit nomine mandantis mandans non excuſatur, licet mandatarius eſſet alias facturus.& in l.j.in prin. ff.de eo per quem factum erit,vbi Ang.allegat glo.in l.apud Celſum,in princi.ff. ex quibus cauſ.in poſſeſ.eatur. Sed ꝙ excuſetur tenet Cæpol.in d.cautel.xxxix.& Bal. in d.l.ob hæc verba.ff.de infamib. & in d. l.data opera.colũ.xxiiij.C.qui accuſ. poſſ. & in d.l.j.C.de ſeruis fugi.Et no. glo. in d. §.ope.inſtitu.de obliga.quæ ex delicto naſcun.& Ioã.Faber.inſti.de mãdato in prin. & Fely.in d.c.ſicut dignum.Bal.in c.j.§.iniuria.colum.penul.de pace iura.firman. Iaſo.in l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauit circa fi.ff.de acquir.hęredi.Hippoly. de Marſi.conſi.lxj.& Iaſ.in d.l.j. concludit communiter teneri non debere fieri talem diſtinctionem in mandante, licet in conſulente,& perſuadẽte ſic.Et an in dubio pręſumatur ꝙ erat alias facturus conſtito de mandato, ſed ꝙ fecerit ad mandatum mandantis habetur per Dyn. in c. in obſcuris. de reg.iur.in vj.per Bal.in d.l.ob hæc verba.& in l.j.C.de ſer.fugi.& in l.data opera. colum.xvij.Fely.in d.c.ſicut dignum. Iaſo. in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.Alexan.conſi.ciij.volu.j.Hippo.de Marſi.ſing. ccxviij. regulã habemus,& in l.j.§.diuus. ff.de ſicar.& per Thom. Gramma.in voto vj.ver.nec videtur,vbi dicit,ꝙ ſi præceſsit odium mandatarij,præſumitur ex odio, & non mandato occidiſſe. Et tradit Ludo. Carre.in practi.cri.in.§.circa.il ij.nu. 75. Gab. Saray.

1 *Sententia abſolutoria quando ſolum exceptio rei iudicatæ inducatur, & quando actio tollatur ipſo iure?*

97 No. vnam bonam doctrinam,quam pauci ſciunt,quod illa regula qua cauetur, vbi
1 † actor habet re vera actionem,per ſententiam abſolutoriam inducitur ſolum exceptio rei iudicatæ, non autem tollitur actio ipſo iure.inſti.de actio.§.in bonęfidei.quod tamen intellige,quando ſententia abſolutoria fuit iniuſta,ſi autem fuit iuſta, quia fuit oppoſita aliqua exceptio peremptoria legitima,tunc actio in totum tollit ipſo iure, & ſic quodãmodo obſtat exceptio & redditur incerta cũ ſententia l.ſi plures.in princi.ff.de fide,vbi Bart.hoc tenet.idem tenet in l.Iulianus verum debitorem.ff.de conditio.indebi.

ADDITIO. No. vnam bonam doctrinam &c. Ad iſtud notabile uide Magiſt. meum limitantem in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret,col.viij.uer.in tertio tempore.ff.de

pact.vide etiam eundem Magi.meum in l. Iulianus verum debitorem. hic alle.col.iij. poſt prin.vbi etiam tangit de iſto dicto.

* Vide text,& ibi doct.in l.ij.ff.de exceptio. rei iudic.Et idem tenet Bar.in d.l.ſi plures. in prin.ff.de fideiuſſor.& Bart.in d.l.Iulianus.hic alleg. Contra tamen Bar.communiter tenent doctores Bal.Ange.Fulgo.in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pact.Cyn.in l.exceptionem.C.de probatio.Et in l.pacta quæ contra.C.de pact.Saly.in l.pacta nouiſsima.C.de pac.Imo.Raph.Com.& Pau. de Caſt.in d.l.ſi plures.Et Pau.de Caſtro in d.l.Iulianus.   Gab.Sarayna.

1 *Exceptio, quòd mulier tanquam procuratrix in iudicio non ſit audienda eſt dilatoria.*

98. No.tex.quem pauci ſciunt,quod hæc ex
1 ceptio mulier non debet †audiri in iudicio nomine alieno vt procuratrix actoris vel rei,eſt dilatoria. & ideo non poteſt opponi poſt lit.conteſt.ſicut non poteſt opponi contra militẽ.vt inſti.de excep.§.pen.vt no.gl. in l.ita demum.C.de procu.quę tamen non fuit memor illius.§.

* ADDITIO.Iſtud optime probatur per glo.in d.l.ita demum.C.de procur. & ibi Bar.vbi ex hoc infert,ꝙ exceptio ꝓcuratoria, ſeu alia dilatoria debet opponi ante litem conteſtatam,vt in l.fi.C.de exceptio.& in l.Pomponius.§.rati ff.de procurato.& in l.exceptionem.C.de procurato. In materia tamen adde, ꝙ fallit dicta regula,quando exceptio ſuperueniſſet poſt litẽ conteſtatam,quia in quacũque parte iudicij ſuperueniat exceptio,opponi poteſt, vt no.Alexan.& docto.in l.ſi mulier.ff.ſo.ma. & Pau.de Caſt.in l.fi.C.de excep.& glo.& Bar.in l.ij.C.de cõſor.eiuſd.lit. Quod tamẽ intellige, quãdo ex facto aduerſarij ſuperuenit poſt litem conteſtatam,ſecus ſi ex facto ipſius opponentis,ſine facto aduerſarij, quia opponi tunc non poteſt ſecundũ Bart. in l.ij.§.numerum.ff.de excuſa. tuto. Secundo limitatur niſi eſſet exceptio dilatoria,quæ reddit proceſſum retro nullũ,quia tunc opponi poteſt etiam poſt litem conteſtatam l.licet.& ibi Bar.& docto.C.de procura.& Saly.in l.quod quis.C.eo.ti.& Bal. in l.j.col.j.C.de iuris & facti ignor.Fely.in c.exceptionem.col.ix.verſic.fallit octauo. de exceptio.reliquas fallẽtias,per quas exceptio dilatoria opponatur poſt litem conteſtatam ponit Fely.plene in d.c.exceptionem.Et per Alexã.& Moder.in d.l.ita demum.C.de procur.Si autem exceptio dilatoria quæ debet ante litem cõteſtatam opponi,fuerit oppoſita poſt, punitur aduocatus opponens ad vnam libram auri,tex.eſt in l.penul.C.de exceptio.& tenet Paul.de Caſt.in conſi.cclxxvj.col.j.vol.j. Et dum hic dicitur mulier procuratrix eſſe non poteſt, dic niſi pro ſe & pro alijs quibuſdam perſonis,de quibus habetur in l.j.§.fi.ff.de poſtulan.Et hoc probatur in d.l.j.§.ſexum. & in l.neque fœmina.ff.de procura.& in l. alienam.C.eo.ti.et hoc procedit in iudicio. In extraiudicialibus vero procuratrix conſtitui poteſt,vt no.Bar.in l.fœminæ.ff.de regul.iur. per tex.in l.iij.§.j.ff.de neg.geſt.& idem tenet Alber.de Roſa.& docto.in d.l. alienam.& Abb.in c.cum dilecta.de confirma.vtili,vel inuti.& facit l.idemq;.§.ſi cui mandauero.verſi.ſi mater.ff.mand.Et ideo licet mulier ex forma ſtatuti obligari non poſsit,tamen officium procuratoris ad negotia ſuſcipere poteſt, vt no.voluit Ange. in l.quamuis.ff.de acquir.poſſeſ.Item fallit in iudicio voluntariæ iuriſdictionis,vt not. Bal.per illum tex.in l.fi.§.id quoq;.C.communia de manu. Item fallit in quinq; caſibus notatis per Specu.in ti.de procura.§.j. Itẽ fallit in abbatiſſa,quæ procuratrix pro monaſterio cõſtitui poteſt d.c.cum dilecta. de confirma.vtili vbi glo.in verſ. procuratricem,de quo no.per gl.in c.dilecti.de arbi.Item fallit in caſu,quem ponit Bar.in fauorem pupilli,vel minoris l.ij.in fi.C.de nego.geſt. Item fallit quando eſſet procedendum de æquitate remotis apicibus iuris, ut no.gl.per illum tex.in l.fideiuſſor.§.quidã mandati,ex quo infertur , ꝙ vbi agitur de ſalute animæ, mulier poterit eſſe procuratrix,quia tali caſu non eſt diſputandum de apicibus iuris,vt no.Archid.in c.ſcriptum. vij.q.iij.Et ita dixit Anto.de Alexan.in d.l. alienam,C.de procurat.& late Deci.in d.c. cum dilecta.de confirma.vtili, vel inutili, & in d.l.fœminæ. nume.16.verſicu.quinto mulier.ff.de reg.iur.   Gab.Sara.

1 *Stuprans virginem, vel viduam honeſte viuentem,an puniatur pœna capitali, vel confiſcatione bonorum?*

99 Not.tex. quem pauci ſciunt ꝙ ſtuprans
1 † ſiue virginem, ſiue viduam honeſte viuẽte non punitur pœna capitali,ſed ſolum cõ-

fiſcationis partis omnium bonorum ſuorū, niſi ſit vilis vel infamis de iure vel de facto, quia tunc relegabitur et caſtigabitur in corpore, puta, quia fuſtigabitur vt inſti. de publi. iud. §. item lex Iulia. de adul. Nec ob. l. j. §. huic pœnæ. C. de rap. virg. vbi tex. videtur velle ꝙ ſit pœna capitalis, ſiue quis habuit rem cum virgine ea volente, ſiue inuita. Quia ille tex debet intelligi ſecūdū præcedentia, ſcilicet vbi violentia interuenit in rapina mulieris, vt quia quis rapuit per vim mulierem de domo patris, vel fratrum ipſis reſiſtentibus, quia talis punitur pœna capitali, etiam ſi mulier diceret, ego ſum contenta. & pro hoc facit inſti. de pub. iudi. §. ſinautem per vim, vbi confirmatur diſpoſitio d. l. j. & ſic non eſt veriſimile ꝙ ſit correcta per. §. item lex Iulia, quod eſt menti tenendum.

* ADDITIO. Idem refert & ſequitur Auguſt. Arimi. in addi. Ang. in tract. maleficio. in verſic. che hai adulterato la mia donna. in additio. incip. tu autem in hac materia de multiplici modo peccandi. nume. 54. verſicu. item in hac materia adde ea. Et Tho. Gramma. in voto xvij. nume. 3. Vt autem plenius pœna ſtupri pateat, dic ꝙ ſtuprum aut eſt commiſſum abſq; vi, & punitur pœna dimidiæ partis bonorū, ſi eſt vir honeſtus, humilis vero pœna corporali, & relegationis, vt in d. §. item lex Iulia. inſti. de pub. iudi. & plene per And. de Iſer. in c. j. verſ. contrahentium. de incep. nup. & Afflict. poſt And. de Iſer. in conſti. ſi quis rapere. iij. q. vbi dat cautelam, vt faciat mulierem ad ſe venire, & ipſe non vadat ad domum mulieris, & proteſtetur eam habere in concubinam. & per Thom. Gramma. in voto iij. & xvij. Gandi. in tracta. malefic. in rub. de varijs quæſtio. ex ſtat. col. vj. Aut ſtuprum eſt factum per veram vim, aut interpretatiuam, cum promiſsionibus, & alliciamentis, & blandis verbis, & tunc eſt pœna capitis, vt in d. §. ſinautem per vim. inſtitu. de publi. iudi. & per Ang. in d. verſi. che hai adulterato la mia donna. nume. 53. verſ. quæro quæ ſit pœna. Sed Gandi. in d. rubri. de multis quæſtionibus ex ſtat. in ſi. vj. col. dicit, ꝙ niſi cōcurrat qualitas raptus in ſtupro, non eſt pœna capitalis. Et ideo ſi iuuenis puellam proiecit in terram, & per vim cognouit, & vel ſtuprauit, non debet mori, ſed alia pœna puniri, puta, pęna legis Iulię de vi publica, vt deportetur, & bona publicentur l. j. §. item. ff. de vi publica, & ita tenuit Raph. Comen. in conſi. xcv. vbi loquitur in minore xxv. annis ſtuprante, vt mitius puniatur. Vltra autem pœnam corporalem dicit Paris de Puteo in tracta. ſyndi. char. 43. col. iiij. ſtuprantem teneri ad dandum de eius bonis, tot bona mulieri ſtupratæ, ꝙ poſsit ſe dotare, vt ibi per eum, et per Cæpol. conſi. xxvj. Quid autem ſi virginem immaturam ſtuprauerit, an pœna capitis puniatur. Guil. de Cun. in l. ſi quis nō dicam rapere. C. de episco. & cler. dicit talem eſſe deportandū per l. ſi quis aliquid. §. nundum. ff. de pœn. per quē tex. dicit ſe euaſiſſe iuuenem quendam a morte, & idem tenet Signo. de Homod. in conſi. ccxix. Bal. tamē in d. l. ſi quis non dicam, dicit ſi haberet iuuenem præmanibus eum decapitaret, & Ioan. Fab. in d. §. item lex Iulia. inſti. de publi. iudi. dicit hunc maiori pœna puniendū, ꝗ̄ ſi maturam ſtupraſſet. Non tenetur tamen quis de ſtupro, niſi mulier eſſet honeſta, nō ſi impudica, vel ab alijs antea cognita, vt per Gand. in d. rub. de varijs quæſtio. in maleſi. col. ij. verſic. quæſtio fuit de facto. Vbi autem per vim fuiſſet cognita dic vt infra de meretrice ſing. cj. Limita etiam, niſi ſtatim poſt ſtuprum venalem formam paſsim exhibuerit meretricio more, nam tunc propter animum corruptum non tenetur de ſtupro l. ſi eam. C. de adulte. & per Iacob. de Beluiſ. in pract. in tit. de lenonibus. Et ideo per illum tex. in dicta l. ſi eam dixit Gandi. in rub. de aliquibus quæſtio. in malefic. col. ij. verſi. quæſtio de facto Mutinæ, ꝙ ſi quis fuit accuſatus ꝙ per vim cognouit, & ille probet alias eam ſponte cognouiſſe, vel ab alio eam fuiſſe ſponte cognitam, ꝙ non tenetur de violentia, nec de ſtupro violento. Idem erit ſi plures admittere ſoleat, licet ſecrete id agat, quia non dicitur honeſte viuere, ꝓut reqrit illa lex Iulia de adulter. d. §. item lex Iulia, & ibi Ioan. Fab. & ꝑ Bar. in l. iij. ff. de condi. ob turp. cau. vbi cōcludunt docto. prædicti, ꝙ tunc mulier ipſa perdit nomen, & famam honeſtę matronę. Nec obſtat l. ſtuprum. ff. de ritu nup. vbi dicitur, ꝙ ſtuprum committitur etiam cū mulieribus, quæ turpiter viuunt, & a pluribus quæſtum accipiunt, dummodo id non paſſi faciant, Nam reſpondetur, ꝙ non negatur, quin cum mulieribus ipſis ſtuprum cōmittatur, quia mulier ſoluta eſt, & libera perſona, ſed delictum non eſt punibile, cum ſit factū illis licite de iure ciuili propter inhoneſtam vitam, licet non ſint publicæ meretrices, tamē ex quo plures fornicantes admittunt, & perſonam ſuam pluribus expo-

nunt, acceſſus ad illas eſt impunibilis, quia non dicuntur honeſte viuere, vt requirunt iura in l. inter liberas. & in l. ſtuprum. ff. de adulterijs, & dicto. §. item lex Iulia. De iure tamen canonico omnis coitus præter vxorios, & matrimoniales, eſt reprobatus, & punibilis xxxij. q. ij. c. nemo. & c. meretrices. Limitatur etiam ſi mulier non eſſet libera, ſed ſerua, quia tunc tantum datur domino actio legis Aquiliç iniuriarum, aut de ſeruo corrupto d. l. inter liberas. ff. de adul. l. ſi. ff. de offic. præſi. l. pen. C. de ſeruo corrup. Item ſi mulier ſit libera, ſed famula, vel alias vilis cõditionis, vt puta exiſtẽs in caupona, hoſpitijs, vel alijs ſimilibus locis abiectis, nam tunc habenti rem cũ huiuſmodi mulieribus vilis conditionis non imponitur iſta pœna, ſed talis tantum tenetur actione iniuriarum propter vilitatem perſonæ l. quæ adulterium. & ibi gl. & Bar. C. de adulte. & Bar. in d. l. inter liberas. Fallit etiam in concubina retenta in domo, & indubitato affectu, quia de iure ciuili licet cum ea habere cõcubitum abſq; aliqua pœna l. ij. ff. de concubi. & no. gl. in d. l. ſtuprũ, & in d. l. inter liberas. Fallit inſuper in tutore, qui pupillam ſtuprauit, quia tutor deportatur, & omnia eius bona publicantur l. j. C. ſi quis eam cui. geſ. ſtup. ratio eſt, quia tutor datur loco patris, perſonæ principaliter, ad illam nutriendam, & bonis, ac honeſtis artibus, ac moribus inſtruendam, nõ autem ad ſtuprandum l. ij. ff. de admi. tut. inſti. eo. ti. in prin. & de tutel. in prin. Fallit vltimo in muliere nobilis familiæ quæ ſeruo proprio ſe carnaliter commiſcuit, quia mulier punitur pœna capitis, ſeruus autẽ igne peribit l. j. C. de muli. quæ ſeruis propr. ſe iũxer. & tradit Alex. in apoſtil. ad Bart. in l. ſi vxor. ff. de adul. Pau. Gril. in tract. de pœn. omniſa. coi. in vij. q. & Lud. Carrer. in pract. crimi. in. §. circa. il iij. nume. 303. & Hippol. de Marſi. in repe. l. j. C. de raptu virgi.

De iure autem canonico clericus ob ſtuprum debet deponi, vt per Abba. in c. at ſi clerici. de iudi. & in c. ij. de adult. vbi etiam dicit, ꝙ cogitur ad dotandum. & per Abb. in c. vt clericorum de vita & honeſta. cler. vbi etiam dicit, ꝙ non ſufficit eam dotare, ſed etiam vltra debet puniri pecunialiter vel perſonaliter. Si tamen per vim ſtuprũ ſit commiſſum per clericum ꝙ vltra depoſitionem, in carcerem & monaſterium detruditur. Et quid ſi ſponte acquieuit, & nõ per vim, an puniatur de ſtupro, & an præſumatur, tradit Ana. in c. j. de adulte. Vide tamen Ioan. Bernard. Diaz. in ſua practi. cri. Cano. in ver. ſtupri. vbi tenet, ꝙ hoc caſu talis mulier perdit ius petendi dotem quo ad ſe. bene poteſt tamen accuſare, & dotem petere, ad quod allegat Flor. in ij. parte ſummæ. tit. v. cap. vj. §. j. niſi pater conueniſſet, & pretium pro ſtupro habuiſſet. Et ibi ſubdit, ꝙ ſi virum ſumpſit deterioris conditionis, ꝙ habetur reſpectus ad hoc damnum, & quãta dos ſit çſtimanda. Et quid ſi puella remittat iniuriam, an ſtuprans dare dotem teneatur, & tenet ꝙ ſic, volente patre. & ibi not. q. quid ſi clericus extra polluẽdo fecit grauidam virginẽ, an tunc puniatur de ſtupro, & ad præſtationem dotis. & concludit ꝙ tenetur de ſtupro, & ꝙ præſtare debet dotem, vt ibi latius per eum. qui late iſta omnia examinat. Gab. Saray.

1 *Concubina coniugati, vel ſoluti reputatur mulier inhoneſte viuens, fallit vt ibi.*

100 Not. ꝙ concubina alicuius † coniugati
1 vel ſoluti reputatur mulier inhoneſte viuens. & ideo alius habens coitum cum ipſa non pôt puniri, nec accuſari ab eo, cuius illa erat concubina. vt eſt tex. in l. ſi vxor. in prin. de adulte. Fallit quando Berta erat cõcubina patroni ſui, vt ibi dicitur. Illud verum niſi filius habeat rem cum concubina patris, & illa eſt iuſta cauſa exhæredandi. vt in authẽ. vt cum de appel. cog. in. §. aliud quoque capitulum, & in cap. quintaualles. de iureiuran.

* ADDITIO. Hoc idem refert & ſequitur Alexan. in appoſtil. ad Bart. in d. l. ſi vxor. ff. de adulte. Et an concubina dicatur caſte viuere. tradit Ang. in auth. de triẽ. & ſemiſ. in. §. conſideremus. in ſi. col. iij. vbi tenet ꝙ non. Et in quibus differat concubina ab vxore eſt tex. & ibi Bart. in l. nẽ legato. §. parui. ff. de leg. iij. Et vide Ang. conſil. clxxj. Petrus Campobranci in ij. dub. vbi æquiparat cõcubinas, & meretrices, Quod maxime procedit in concubinis a coniugatis cum eorum vxoribus tentis, vt concludit Deci. conſi. ccccccxxx. viſo punсto, & ſeptem dubijs. nume. 5. Et dum ſubdit ꝙ ſi filius habeat rem cum concubina patris, ille poteſt iuſte exhæredari, adde in ſimili, ꝙ vaſallus priuatur feudo, tam ſi cũ vxore dñi concubuerit, ꝙ̃ ſi cum eius concubina, vt in. §. prædictis mod is. quç fuit prima cauſa beneſ. amit. in vſibus feudo. Et no. Albe. de Roſa. in l. in concubinatu. ff. de concubi

nis. Adde tamen ꝙ cõcubina aliquando eſt melioris cõditionis, ꝙ̃ vxor, vt tradit Pau. de Caſt.in l.donationis.nume 3.ff.de donat. & multa tradit de cõcubinis Ioan. Bernar. Diaz.in ſua practi.in verſi concubinarij.& Iſte declarat do.meus d. And. Alci.in l.Maſurius.ff.de verbo.ſigni. Gab.Sara.

1 *Meretricem rapere, an capitale ſit.*

101 Not.vnum,cuius ſolent vulgares dice-
1 re,ſcilicet dicere,hic non eſt pœna †capitalis rapere meretricẽ, vel cum ea coire per vim,punitur tamen extraordinarie pro crimine pœna iniuriarum.& ideo pœna arbitraria poſſet adeo arbitrari, vt etiam mors veniret imponẽda,ſi iniuria eſſet ita atrox, nam arbitrium a lege datum in maleficijs etiam ad mortem ſe extẽdit,ſi ſit factum nimis graue.vide hæc omnia per Bar.in l.fin. de rerum diui.nam etiam pœna ſtupri habet locum,vel alia pœna.vt eſt tex.in l.verum.in prin.ff.de fur.& in l.j.in prin.a contrario ſenſu.C.de rap.virg.

* ADDITIO. Virum rapiens meretricem cadat in pœnam l.j.C.de rap.virgi.late tradit Hippol.de Marſil.in repe.d.l.j.nume.26.ver.modo quæri poteſt.C.de raptu virgi.& Ludo.Carrer.in practi.crimi.in §.circa.ii iii.nume.276.vbi concludunt, ꝙ aut non deſinit meretricari, & tunc non puniatur,niſi habuerit iuſtam cauſam recuſandi,vt propter conſanguinitatem aut affinitatem,nam tũc ſi rapitur,tenetur raptor: aut pœnituit, & apparent ſigna pœnitẽtiæ, & deſinit meretricari, & tunc tenetur rapiens pœna d.l.j.cum inſpiciatur tẽpus delicti,& ita dicit Guil.de Cun.in l.raptores. C.de epiſc.& cle.et Bal.& Saly.diſtinguũt, ꝙ aut meretrix erat nupta,& tũc tenetur, Plus ſubdit Saly.ibi,ꝙ ſi deſierit meretricari,tamen non honeſte viuebat,quia erat facta concubina ſacerdotis,& tunc non punitur pœna d.l.j.& quomodo probetur mulierem inhoneſte viuere tradit Alexan.con ſi.xiij.vol.vij.Aut dubitabatur,an deſijſſet meretricari,non apparentibus ſignis pœnitentiæ,& tunc ex eius habitu,& inceſſu iudicatur per l.item apud Labeonẽ.§.ſi quis virginem.ff.de iniur.& ibi reprobat dictũ Guliel.& Cy.de conſanguinitate,& affinitate per d.l.j.cum non fuerit honeſta,quod dictum Saly.Hippoly.de Marſi.in d.l.j.nu. 42.in fin.reprobat, dicens ꝙ meretricium non tollit affinitatem,Sed dicendũ eſt ꝙ Saly.bene loquitur per tex.in d.l.j.quę requirit honeſtatem. Nec obſtat,ꝙ non deſinit eſſe affinis,nam verum eſt,vt puniatur alia pœna,ꝙ̃ raptus,cum in ea honeſtas requiratur. De cæteris vero de pœnitẽte,& nupta meretrice vide comprobationes per Hippol.in d.l.j.nume.43 et ſeq.ubi plura ponit de meretrice & eius materia, & per eundẽ in l.maritus ff.de quæſtio.& in l.j.§.diuus. ff.de ſicar. Et quod dictum eſt de meretrice nupta rapta,vt puniatur raptor pœna d. l.j.et per Iaſo.in l.ad egregias.ff.de iureiur. limita etiam in virgine,niſi inceſſiſſet in habitu meretricali,nã rapiens tunc non tenetur,vt per Bonifa.de Vital.in tracta.maleficio.in ti.de raptor. Limitatur etiã niſi fuiſſet nupta lenoni, quia tunc reputatur pro non nupta,vt per Hippo.de Marſi.in d.l.j. nume.45.Et per Catellia.Cottam in memoral.in verſi.meretrix vel aliter.in ſi.vbi dixit,ꝙ licet apponens ſcalas ad muros, vel ad feneſtras alicuius mulieris puniri debeat pœna capitali l.ſi quis non dicam rapere,C.de epiſco.& cle.ſecus eſt in meretrice vt tenet Bal.in d.l.ſi.ff.de rerum diuiſio.in vltimis verbis. Vnũ tamen in materia adde quod dixit Deci.in l.inuitus nemo. nume. 9.in ſi.ff.de regul.iur.ꝙ meretrix, quæ ſtat in lupanari poteſt cogi ſe cuilibet eam inire volenti,proſtituere,Quod tamen non videtur verum, ne quis ad peccandum cogatur,vt tenuit pręceptor meus d.And.Alcia. poſt Purpura.in l.rogaſti.in prin.in ſi.verſ. addit Decius.ff.ſi cer.peta. Gab. Saray.

1 *Teſtes ſi deponant Petrum cognouiſſe Bertam violenter, non probant vim eſſe Bertæ illatam a Petro, niſi aliud communis vſus loquendi ſuadeat.*

102 No.ꝙ ſi capitulum † dicat ꝙ Petrus co-
1 gnouit Bertam violenter, & ſic etiam hoc modo teſtes deponant, non eſt probatũ ꝙ Petrus vim intulerit Bertę,quia illud vocabulum,violẽter,eſt dubium. nam poſſet intelligi ꝙ Berta vim intulerit Petro. vt no. Bar.in l.ij.§.ſi.ff.de duo.re.Sed forte illud dictum poteſt limitari,niſi communis regionis vſus loquẽdi accipiat illa verba in violentia viri, actiua,per ea quæ dixi ſupra in notabili.xciiij.

ADDITIO. No.ꝙ ſi capitulum &c. Ad iſtud dictum Bart.mirabile faciunt quę eleganter dicit Fely.vbi allegat Matth.hic in c.ſubditis.colũ.penul.de præſcrip.& ibi videtur inhærere modificationi datę per

Matthæ. hic ad dictum Bar. pro quo dicto
videntur etiam facere ea quę notantur per
ſcribentes præſertim Magiſt. meum in ij. et
iij. col. in l. non hoc. C. vnde leg. & per do-
cto. in c. in præſentia, de probatio. Mihi ta-
mē placet prædicta modificatio de commu
ni vſu loquendi per ea quę habentur in l. li
brorum. §. quod tamen Caſsius. de lega. iij.
per ſcribentes in proœm. decre. vbi Felyn.
colū. ij. vſq; ad finem proœmij per Magiſt.
meum in rub. de no. ope. nun. cum ſimil. cō
cor. per Barba. conſi. xxx. incip. ſcribit præ
clare. vij. col. circa medium in prima parte.
& conſi. lviij. & conſi. xxxv. in verſi. verba
debēt. Adde etiam ꝙ Fely. in dicto proœm.
in glo. j. col. iij. poſt princ. refert ſimpliciter
iſtud dictum Matthæ. & dicit ꝙ Matth. ſub
tiliter mordet Bar. Ad hoc vide etiam quæ
dicit Fely. in c. ſuper hijs. col. viij. poſt me-
dium de accu.

* Idem tenet Bart. in l. ſi vxor. §. ſi quis vxo-
rem. in fi. verſi. vltimo volo vos ſcire. nu. 5.
ff. ad l. Iuliam. de adulte. & in l. ſcio quoſdā,
ff. manda. & in l. ſi iuſſa. ff. de teſta. & in l. ſi
ita. la j. ff. de manumiſ. teſta. Et Ange. in l. cū
res. C. vt bono. rapto. & Alexā. in l. j. §. j. ff.
de adulter. in appoſtil. ad Bar. & facit gl. in
l. j. in princ. gl. j. C. de procurato. & ratio eſt
quia hoc verbum violenter poteſt intelligi
actiue, & paſsiue, nam poteſt intelligi ꝙ fe-
cit violēter, vel quia fecit vim mulieri, vel
quia paſſus fuit vim ab ea. iſta enim nomi-
na verbalia poſſunt intelligi actiue & paſ-
ſiue d. l. filiuſſa. ff. de teſta. Idem eſſet ſi di
ceretur, cognouit bertam per violentiam,
vt per Bar. in d. §. ſi quis vxorem. in fi. ideo
debet dicere in libello, ꝙ talis cognouit ta
lem paſſam ab eo vim, committendo adul-
terium, vel ſtuprum, vt dicitur in l. vim paſ
ſam. ff. de adult. Et ita etiam teſtes clare de-
ponere debent, alias ſemper verba teſtis in
dubio intelliguntur contra producentem,
vt plene per Bar. in l. inter ſtipulantem. §. j.
ff. de verbo. obliga. & in d. l. ij. ff. de duobus
reis. Et ideo dixit Ray. in l. & ſi non ſint. §.
gemmæ. ff. de auro & argen. legat. decidiſſe
quæſtionem Florentiæ, tempore, quo ibi
erat quidam Dux Calabriæ, cum quo ipſe
erat, fuit enim formata inquiſitio cōtra quā
dam meretricem, ꝙ percuſſerat cum lapil-
lo aliam meretricem. Probatum erat cōten
ta in inquiſitione vera eſſe, Dicebat ꝙ de-
bebat condemnari, & ipſe Ray. dicebat, ꝙ
debebat abſolui, quia lapillus varijs modis
accipitur, quandoq; pro lapide pretioſo vt
in l. j. in prin. ff. de acquiren. poſſe. & in d. §.
gemmæ. quandoq; pro lapide lædente, vt
per gl. in l. j. C. de erro. calcu. Vnde eſt æqui
uoca dictio, et varias habet ſignificationes.
Et cum agitur de pœna infligēda accipien-
da eſt pars magis benigna arg. l. præſes. &
l. interpretatione. ff. de pœn. Vnde dicebat
Ang. in d. l. ij. ff. de duobus re. ꝙ remedium
eſt, ꝙ iudex ex officio ſuo repetat teſtem,
& faciat eum declarare, quomodo intelle-
xit verbum violenter, quod facere poteſt
ſecundum glo. no. in authen. de teſti. §. quia
vero. quam adducit Bal. ad hoc in l. repeti.
in prin. ff. de quæſtio. & plene tradit Innoc.
& Moder. in c. per tuas. de teſtib. vbi late
Felyn. poteſt autem fieri iſta a iudice etiam
poſt concluſum in cauſa ſecundum Angel.
conſi. cxc. & per Aret. in d. l. ij. ff. de duob.
reis. Sed quia iudex, ſi haberet teſtē ſuſpe-
ctum non teneretur eum repetere ſecūdum
Bal. in l. data opera. C. qui accuſa. non poſſ.
& ſic poſſet aliquando contingere, ꝙ iſta
cautela iudex non vteretur. Iccirco de hoc
dicto Bar. & Matthę. dubitant Are. & Imo.
in d. l. ij. ff. de duobus reis, & Ang. in d. l. cū
res. C. vt bonor. rapto. & Deci. poſt Barba.
in c. quia Gu. in princ. nume. 1. de iudi. & in
l. ij. §. creditum autem. nume. 14. in ſecunda
lectura. ff. ſi cer. peta. quia verbum violen-
ter capitur in actiua ſignificatione, vt in d.
c. quia Gu. & in c. cum pridem. in fi. de pac.
& in c. quid famæ. de ſenten. excommu. &
in c. præſens. xx. q. iij. & quia non eſt veriſi
mile ꝙ a muliere illata fuerit violentia vi-
ro. vt per Deci. in d. l. creditum. Sed ſuſtinē-
do hoc dictum Matthæi poteſt reſponderi
dupliciter, primo ꝙ iura pręallegata loquū
tur in diſpoſitione legis, ſed Bar. in d. l. ij. in
fi. & Matthæ. hic loquitur in teſtibus, quo-
rum dicta debent de neceſsitate conclude-
re d. c. in præſentia. Secundo reſpondetur,
ꝙ in iuribus pręallegatis, erant alia verba,
ex quibus colligitur, ꝙ in actiua ſignifica-
tione verbum illud violenter accipitur. Et
hoc dictum ſequitur Alexan. in l. j. in prin.
nume. 7. ff. de acquir. poſſ. Non obſtat ꝙ
non videatur veriſimile virum a muliere
violenter rapi, & cogi, quoniam reſpondet
ſæpiſsime inueniri mulieres maxime libi-
dinis, quæ etiam inuitos viros ad libidinē
ſolicitent, vt legitur de Meſſalina vxore
Claudij Tiberij Cæſaris, quæ primo clam,
mox paſsim, quaſi iure, adulteris vtebatur,
ex quo factum eſt, vt plures metu abſtinen
tes extincti ſint. Deinde atrocius accenſa,
nobiliſsimas quaſque nuptas, & virgines,
turpitudinis ſuæ comites delegit, coegitq;

mares, vt adeſſent: quod ſi quis recuſaret, ficto crimine in ipſum omnemq; eius familiam, iubebat ſæuiri, Quin etiam (quod turpiſsimum eſt) prouocauit ad lecti paleſtrã, vnam ex ancillis, quæm eretricio quæſtu victum ſibi quæritabat, eamq; die ac nocte ſuperauit quinto ac vigeſimo concubitu, autor Plin. li. x. c. lxij. & Sextus Aurelius, de qua etiam ſcripſit Iuuenal. in vj. Satyra, Claudius Audi.

Quæ tulerit dormire virum, cum ſenſerat vxor
Auſa palatino tegetem præferre cubili,
Sumere nocturnos meretrix auguſta cucullos
Linquebat, comite ancilla non amplius vna:
Et nigrum flauo crinem abſcõdente galero,
Intrauit calidum veteri centone lupanar:
Et ſellam vacuam, atque ſuam, tunc nuda papillis
Excepit blãda intrantes, atque æra popoſcit.
Mox lenone ſuas iam dimittente puellas,
Triſtis abit, ſed quod potuit, tantum vltima ſellam
Clauſit adhuc ardẽs rigidæ tentigine vuluæ,
Et laſſata viris, nundum ſaciata receſsit.

Plura etiã de eius libidine tradidit Cornel. Taci. lib. xj. Fuit & Agrippina Neronis filia quæ ſummopere concubitum deſideraſſe fertur, innumerabileſq; aliæ, vt Galuia Criſpillina, quę fuit magiſtra libidinum Neronis, vt autor eſt Corne. Taci. lib. xiiij. & xvij. Sappho quæ plures coeundi modos inuenit, & Amythone. Theleſippa, Megara, Athy, & Cidno, ſuis ancillis ad libidinem vtebatur, et eas ſubagitabat, & mutuo ab eis patiebatur. Vnde Ouid. in eius epiſtola ad Phaonem.

Vilis Amythone, vilis mihi Candida Cidno,
Non oculis grata eſt Atthys, vt ante, meis.

Et Anthea vxor Prœti Regis Argiuorum Bellorophontem ad ſtuprum voluit inducere. Et ideo legitur multas mulieres libidinis ſuæ explendæ cauſa viros rapuiſſe, vt tradunt Poetę de Dryope Nympha, quæ Hylam rapuit. Et ideo dixit Angel. in l. j. C. de raptu virgi. per glo. ibi, ſe vidiſſe in facto Florentiæ quandam meretricem comburi, quæ rapuerat quendam iuuenem. Et refert & ſequitur Hippo. de Marſi. in d. l. j. C. de raptu virgi. nume. 365. Cõtra tamen hoc dictum Bar. et Matth. hic adhuc obſtant rationes Areti. in d. l. ij. ideo ſuper hoc eſt cogitandum. Sed retenta opinione Bar. & Matth. hoc limitatur, vt per Matth. hic, poſt Bart. quem refert & ſequitur Alexan. in appoſtil. ad Bar. in d. l. ij. per ea quæ habent in l. Labeo. ff. de ſupellect. leg. licet enim probatio dubia, & quæ nõ concludit non releuet probantem l. non hoc. C. vnde legitimi. l. multis. C. de liber. cau. l. matrem. C. de proba. Tamen fallit quando probatio, quæ dubia eſſet ſecundum diſpoſitionẽ iuris communis, ex communi vſu loquendi certa redderetur, vt per Matthæ. hic, quia probationes, & dicta teſtium intelligũtur, ſecundum communem vſum loquendi. gl. Bar. & docto. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque. ff. de verbor. obli. Spec. in ti. de teſte. §. nunc tractandum. in vltima char. verſi. hoc quoq; notandum. Innocen. & doct. in c. cum cauſam vbi Abb. in iij. col. & in c. cum clamor. de teſtib. In quo tamen vſu loquendi aduertendum eſt, quia probari debet, ꝙ eſſet tempore, quo teſtes depoſuerunt, & non ſufficit probare, ꝙ nunc ſit talis loquendi vſus, quia quando aliqua diſpoſitio interpretatur ſecũdum communem vſum loquẽdi, de illo cõmuni vſu intelligitur, qui erat tempore diſpoſitionis, vt probat eleganter, & concludit Fulg. in conſi. clxv. in quæſtione propoſita. col. penul. per ea quæ no. Bar. in l. Labeo. ff. de ſupellecti. leg. & per Deci in c. in præſentia. numero 33. de probatio. Gab. Saray.

1 *Pater debet aliquid relinquere filio iure inſtitutionis, alias ſi iure legati, teſtamẽtũ eſt nullum, & quomodo id intelligatur & limitetur.*

103 No. ꝙ illa vugaris doctrina quæ vult,
1 ꝙ oportet patrem † relinquere filio iure inſtitutionis aliquid: alias ſi relinquat iure legati teſtamentum eſt nullum, nec oportet filium agere ad ſupplementum legitimę. vt eſt tex. in authen. vt cum de appel. cog. in §. aliud quoque capitulum. & in §. ſeq. & no. in authen. nouiſsima. C. de inoffic. teſta. debet limitari, niſi quando parens teſtaretur inter liberos. puta habẽs tres filios vnũ hæredem vniuerſalem inſtituit, & alijs reliquit decem iure legati, tunc enim valet hoc teſtamentum. & hoc ideo quia defectus alicuius ſolennitatis. iuris poſitiui, illud nõ vitiat. vt l. hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto.

C.de teſt.quia tamen legitima eſt quaſi debita de iure naturę agent illi duo ad ſupplementum legitimæ vt l. quoniam in prioribus.C.de inoff.teſta. & pro hoc bene facit tex.in c.Raynutius.de teſt. & no.in c.ſi pater.de teſta.lib.vj.Secus etiam ſi pater fuiſſet ex toto inhumanus,vt quia nil reliquiſſet his duobus,tunc enim totum teſtamentum eſſet nullum ipſo iure vt l.filio præterito.ff.de iniuſt.rupt.irri.teſta.Scdo debet limitari,niſi inſtitutio fiat in piam cauſam,vt quia inſtituebat pauperes,eccleſiam, vel locum pium.quia tunc adhuc valet teſtamentum,ſi aliquid reliquit filio iure legati, ſed ſi nil relinquit,inſtitutio eſt nulla,ita tenet Bar.in repe.l.i.C.de ſacro ſan. eccle. verſi. ſcias etiam duas limitationes ad §.aliud quoque, quas no. Eſt & tertia limitatio ſi pater ſoluit pro filio condemnato legitimam,nam tunc non tenetur aliquid relinquere,ita no. Bar in l. ſi cũ dotem.§.ſi poſt ſolutum.ff.ſolu.ma.Et eſt etiam alia limitatio ſecundum Bar. in l.Gallus.in prin.ff. de libe.& poſthu.ſ.ſi teſtetur pater hoc modo, ſi filius viuo me moriatur,nepos ex eo ſit hæres.nulla enim iniuria fit filio. & ſic eo præterito teſtamentum nõ erit nullum. Eſt & quarta limitatio quando pater diuidit inter filios hæreditatem, ac ſi ipſos hæredes inſtituiſſet l. quotiens.C. pro do. quia tantum operatur ficta inſtitutio. vt l. Lucius.§.Lucius.& l.ſi ita ſcriptum.ff. de lib. & poſtu. Eſt & alia limitatio quando pater præterire vult ad commodum filij, vt no.Bar.in l.cũ ex filio.ff.de vulga.& pupil. & Bal.i repe.l.i ſuis ff.de lib.& poſt. Eſt & alia limitatio i caſu l.humanitatis.C.de impu.vbi caſus,ꝙ filius omnino repellitᷣ ab hęreditate paterna ex teſtamẽto facto ab auo patri furioſo. quia auus vnum ex nepotibus ſubſtituit,nam alter nepos nihil habebit Adde tamen tres caſus quos ponit Pau. de Caſt.in l.quotiens.C. de hære.inſti. in q. bus filius,qui non habet iure inſtitutionis præſumitur habere,& ibi notaui quartum.

ADDITIO. No.ꝙ illa vulgaris &c. In fin.adde ꝙ iſtud idem tenuit Pan. in c.i. Raynucius per illum tex.colũ. iij. in prin. de teſta.& quãquam Bar. ſentiat oppoſitũ in l.cogi.§.& generaliter.ff.ad Treb. tamẽ Bal.in l.quotiens.C.de hære. inſti. & dicit Panor.hoc admittendum propter æquitatem,quia imperiti neſciũt dicere, relinquo iure inſtitutionis.Aduerte tamen quia dicit quod verba ſunt intelligenda ſecundũ qualitates perſonarum c,magnę de voto.Et ſic videretur dicendum contrarium ſi eſſet iuris peritus teſtator,ad hoc tamẽ vide latiſſime per Alex & alios quos allegaui infra no.lix.inci.no.ꝙ ſi pater.

* In contrariũ eſt cõis opinio tam legiſtarũ ꝙ Canoniſtarũ,qui i prima limitatione de qua hic tenent,ꝙ imo pater in teſtamẽto condito inter liberos tenetur relinquere filio iure inſtitutionis, non autem iure legati, vt omnes Cano.concludunt,maxime Moder. in d.c.Raynutius.de teſtam. & docto. in d. auth.nouiſsima.C.de inoff.teſta. & Alex. in l.inter cætera.ff.de liber. & poſthumis. & in l. nam quod.§.non omnis. poſt Imol. ibi.ff. ad Trebellia. Opinionem contra communem quam ſequitur hic Matthę. vr̃ tenuiſſe d. Azo.in ſumma.C de inoff. teſta. & glo.in c ſi pater.in ver.inſtituit de teſta. in vj.& Anto.de But.in d.c. Raynutius. in x.colum.Et hanc per quattuor rationes ſecutus fuit do.Iaſo.in d.auth. nouiſsima nu. 16. dicens eam eſſe veriſsimam,& ꝙ ſi caſus ei contigiſſet,ſic concluderet,& iudicaret.Idem tenuit in d.l.hac conſultiſsima.§. ex imperfecto col.j. ver.& per prædicta.C. de teſtamen.Et ſubdit ꝙ licet in iudicando non ſit recedendum a communi ſententia ſecundum Bar.& alios in l.ſi.C.de pœna iudicis qui male iudica.& in l. cum prolatis. ff.de re iudica.& per Bar.in q.per eũ diſputata incip.iudex,qui per imprudentiã cauſæ,c.ne innitaris. de conſti Et propter ſingulares opiniones non ſit recedendũ a cõmuni opinione in iudicando,vt not. Bald. in l.j.ad fi. per illũ tex.ff.de ſenator.imo ſit ea opinio tenenda,quæ plurium doctorum authoritate confirmatur vt per Bald.in l.j. per illum tex.in ver.ſane.ff.de offic. q̃ſtor. Tamen dicendum eſt, ꝙ tunc eſt tenenda communis opinio, quando illa non poſsit rationabiliter conuinci,quod bonus iudex acuti ingenij iudicabit,vt dixit Ioan. And. in cap.j.de conſtitu. quam refert & ſequitur Abb.in c.Capellanus.col.j.& ſequẽ. de ferijs, Quantum ad reliquas limitationes vide late per Alex.in d.l. nam quod.§.non omnis.& Iaſo.in d.auth.nouiſsima vbi ſingulas limitationes late proſequuntur. Sed aduerte inquantum hic in prima limitatione dixit ꝙ pater teſtans inter filios nõ cogitur relinquere filijs iure inſtitutionis, videtur ꝙ idem Matth.cõtrarium dixerit infra in ſingu.clviij.no. ꝙ ſi pater dicit. Sed pro ſolutione vide quæ ibi dixi. Gab.Sa.

8 *Exceptio peremptoria pacti de non petendo*

quæ competit principali, an ſemper competat fideiuſſori?

104 No, caſum pulchrum, ꝙ licet regulari-
1 ter exceptio peremptoria † pacti de nõ petendo quæ competit principali proſit fideiuſſori. inſti. de repli. §. j. cum ſimi. Fallit tamen hoc quando maior pars creditorum fecit pactum de non petendo niſi certam partem hæredi futuro debitoris ſecundum practicam l. maiorem. ff. de pac. tunc enim licet pactum maioris partis præiudicet paucioribus inquantum velint agere contra hæredem, non tamen eis præiudicatur inquantum velit agere contra fideiuſſorem debitoris in l. ſi præcedente in. §. Lucius. ff. man.

A D D I T I O. No, caſum &c. Iſtud dictum refert & ſimpliciter ſequitur Magiſt. meus in l. iuriſgentium. §. ſi ante additam colum. iiij. ver. lexto limita. ff. de pactis.

* Hoc idem tradit, & latius declarat Franc. Cremen. ſingu. xxj. vnus tex. me fecit alias laborare, dic vt ibi per eum. Gab. Sa.

1 *Pater qui maritauit filiam ſine dote, nõ poteſt amplius cogi ad ei dandum aliquam dotem, niſi filia dotem promiſiſſet.*

105 No. ꝙ ſi pater maritauit † filiam ſine do-
1 te non poteſt cogi amplius ad dandum ſibi aliquam dotem, ſicut non cogitur alere filium vel filiam, qui aliquo modo ſe poteſt ſuſtẽtare vt l. ſi quis a liberis. §. ſed ſi filius. ff. de lib. agno. ita no. Bar. in auth. res quæ C. cõmunia delega. & in l. obligamur. §. j. ff. de ac. & obli. Saluo niſi filia ſe maritaſſet & promiſiſſet dotem, ad quã conſtituendã pater cogi potuiſſet, quia tũc tenetur pater ipſe, vt ibi no.

A D D I T I O. No. ꝙ ſi pater &c. Adde quod iſtam opi. Bar. tenet etiam Saly. & Fulgo. in auth. res quæ hic alleg. & Saly. in l. qui liberos. ff. de ri. nup. & ibidem Bald. ſequitur in lec. antiqua Panor. in cap. ij. de adul. & in c. penul. extra. de rapt. & in c. accedens de procu. Contrarium tenet de directo glo. in d. l. obligamur. §. j. quam ſequuntur Bal. Ang. & Pau. de Caſt. in dicta auth. res quę. quia mulier indotata contemnitur a viro, & dicit Pau. de Caſt. vbi ſupra quod ita alias de facto conſuluit contra Bar. & contra eum tenet etiam Magiſt. meus in d. authen. res quę. col. v. per aliqua de quibus ibi per eum. Et inquantum Matth. hic limitat ſaluo niſi maritaſſet &c. Adde ꝙ idẽ tenet Bar. in d. l. obligamur. §. lege. & Saly. in d. authẽ. res quæ & in l. qui liberos. & Pan. in d. c. accedens. ad fi. & Mag. meus. §. fuerat. in xxiij. colum. inſti. de actio. ꝗuis contrarium tenuerit Bal. in d. authen. res quæ in princi.

* Ad hoc vide quæ late tradit Alexã. conſil. vij. uiſis his, & diligenter conſideratis. col. iij. volu. ij. & conſi. xxxiij. & lvj. volu. iiij. Paul. de Caſt. conſi. xij. in primo dubio. volu. j. Alex. in l. mulier. §. cum proponeretur. colum. pen. ff. ad Trebel. & aliquid conſil. xcvij. colum. iiij. volu. j. & Areti. conſil. x. col. vij. & ſequen. Cæpo. conſi. xlvj. in fi. & Abb. in c. accedens. col. fi. de procura. Iaſo. in auth. præterea. colum. iij. C. vnde vir & vxor. & Alex. conſi. cxxxix. colũ. iij. volu. ij. & Abb. conſi. lxv. colum. j. volumi. j. & Bal. Nouel. in tracta. de dote in vj. parte priuileg. xv. & xvij. Sed ꝙ pater poſsit cogi ad dotandum quando filia eſt maritata, tenet Bald. & Imol. in d. l. j. ff ſolu. matri. & ibi Moder. Et adde Bar. in d. l. mulier. §. cũ proponeretur. ff. ad Trebel. & Bar. & ibi latiſsime Moder. & maxime Iaſon. C. cõia de leg. & ibi Bal. & Dyn. & Bar. i l. Lucius. ff. de lega. ij. & Saly. in l. fi. C. de dotis ꝓmiſſio. & Ang. in l. nupta. in prin. ff. ſolu. ma. & Paul. de Caſt. in l. ſi ſocer. ff. ſolu. matri. & ꝑ Moder. in c. j. de adul. & Nico. de Neap. in rubri. ff. ſolu. ma. & ibi Moder. ſequũtur glo. in d. l. obligamur. ff. de actio. & obliga. Fallit tamen niſi filia dotem promiſsiſſet vt per Matth. hic, poſt Bar. in d. l. obligamus. in fi. & per Bar. in l. quod in vxorem. C. de nego. geſt. Gab. Sara.

1 *Pœnitentia non admittitur in prorogatione iuriſdictionis in iudicem non ſuum, ſi ipſe fuerit præſens & acceptauerit.*

106 No. doctrinam ſingularem, quam legiſtæ communiter ignorant, ſi aliqui proro-
1 gant † iuriſdictionem in iudicem non ſuum præſentem & acceptantem, vt quotidie fit quãdo duo laici ſe ſubijciunt iuriſdictioni epiſcopali, non admittitur amplius pœnitẽtia, & ſic non habet locum l. ſi conuenerit. ff. de iuriſdi. om. iudi. & hoc probatur in l. eſt receptum. ff. eo. & in c. j. extra de iudi. ſecundum lec. quam tenet ibi do. Anto. &

regulam ponit Guil.de Cun. in l. prima.ff. de iudicijs.

ADDITIO. No. doctrinam &c. In ſi.adde ꝙ idem tenet Ang.in l.j.de iudi.hic alle & Bal. ibi ponderat pro hoc eſſe gloſ. idem tenet Cy.& Guil.in l. nemo.C. de iudi.Pan.& doc. communiter. in c.j.de iudi. hic alle.& iſta eſt communis opi. a qua nemo diſcrepat ſecundum Mag. meum in l.ſi conuenerit.in iiij.colū.ver.ſecundo limita hic Alex.& ipſe quædam fundamenta faciunt pro iſta communi op. ꝙ tamen dicūt limitādam qñ in promiſſione eſſet adiecta pœna vt Bald.& Iaco.Bu. in l.non codicillum.C.de teſta.

* Iſta eſt communis opinio docto.ꝙ hoc caſu non habeat locum pœnitentia vt tradit Alexand. in dicta.l.ſi conuenerit. in v. fallentia.ff.de iuriſdictio. omn.iudi. & per Deci.in d.c.j.col.vj.ver.ſucceſsiue in noua lectura extra de iudi. nā acceptatio iudicis videtur tollere pœnitentiam , quia tractatur de ſuo intereſſe : Et acceptatio iudicis debet aliquid operari, facit quod no. Bar. in l. poſtquam iiij.col.pen.C.de pact. Saly. in l.generaliter.in vj.q.C.de non nume.pecu.cum ſi.& tradit Alexan.in conſil. xx.in cauſa appellationis volu. iiij. Sed difficultas eſt ſi conuentio facta ſit ſimpliciter præſente iudice non tamē acceptante. Et idem eſſe in hoc caſu etiā cōiter tenent docto. & ꝙ non habeat locum pœnitentia , vt per Alexand.in d.l.ſi conuenerit. Et fundatur iſta communis opinio pluribus rationibus, quæ tamen non ſunt efficaces primo inducitur tex. in l.eſt receptum.ff. de iuriſdict. om.iudic. Sed parum facit ille tex. quia ſolum dicitur ibi,ꝙ maior magiſtratus poteſt ſe ſubijcere inferiori de modo autem, qualiter ſubijciatur,ibi nihil dicit̃, vnde ſecundum alia iura hoc debet declarari. Secundo facit tex.in c.j. de iudi.ſed Alexan. in d.l.ſi cōuenerit illi tex. optime reſpondet. Tertio facit,quia in facto iudiciali qs cogitur præciſe vt no. in l. ſed hæ §.defendere.in ver. præter.in ver.compellatur.ff de procura. vnde pariter videtur ꝙ in tali facto iudiciali pœnitentia excludatur. Sed reſponderi poteſt, ꝙ argumētum procedit in facto , in quo extra iudicium ageret̃ ad intereſſe ſecundum regulam l. ſi quis ab alio.ff.de re iudica. Sed non bene infertur ad caſum noſtrum,in quo ſpecialiter habet locum pœnitentia,& agi non poteſt ad intereſſe,& tradit Alex.in l.ſtipulationes nō diuiduntur col.antepe.ff.de verbo.obliga.

Quarto probatur in d.l.ſi conuenerit a contrario ſenſu.ibi.priuſquā adiretur iudex,& ſic videtur facta conuentio abſente iudice, & tunc habet locum pœnitentia,ſecus videtur præſente iudice. Sed poteſt reſponderi ꝙ in d.l.ſi conuenerit,non probatur, ꝙ pactum prorogationis factum ſit in præſentia iudicis,quia illa verba,mutata volūtas fuerit,reſpiciunt mutationē volūtatis poſt factam prorogationem,vnde ſtat hoc,ꝙ facta ſit abſente iudice, & ꝙ mutatio voluntatis poſtea facta ſit præſente iudice. Quinto quia factum in iudicio videtur maioris efficatiæ l.pacta nouiſsima.C.de pactis.l.cum oſtendimus.§.fin.ff.de fideiuſſo. tutor. Sed reſpondetur hoc non eſſe verum regulariter, vt probatur in l. omnes.§.in hoc. il ij. C.de epiſ.& cle.Et no. Aret. in l.penul. in prin.ff.de ver.obliga. Allegata in cōtrariū loquuntur in caſibus ſpecialibus . Sexto & vlti.inducitur tex.in l.j.ff.de iudic.vbi ex tacito conſenſu litigando inducitur prorogatio etiā citra litis conteſta. vt no.in l. ſed & ſi ſuſceperit.ff.de iudi.& in c.dilecti. de foro compe. multo ergo magis conſenſus partium hoc debet operari prout vltimo arguit Alex in d.l.ſi conuenerit,in d. v. fallentia. Sed reſpondetur,ꝙ illa prorogatio, quæ ex pacto inducitur,fortior eſt,qꝛ deſinit eſſe res integra,ideo non habet locū pœnitentia vt habet̃ in ſimili in l. ſi pecuniam in prin.ff.de condict.ob cauſ. & quod fortior ſit prorogatio tacita, quā expreſſa declarat do.Abba.in d.cap.dilecti.in iij no.& Bal.in l.j.col.j ff.de iud.Vnde vr̄ ꝙ communis opinio.reſtringat̃ in pacto facto coram iudice acceptante per ſupradicta. Sed do. Iaſo.in d.l.ſi cōuenerit.alio medio inuehit contra dictam communem opinionē.Nam in prorogatione iuriſdictionis nec præſentia,nec conſenſus iudicis requiritur l.j.§.j. in princi.de iudic. Sed vbi præſentia iudicis non requiritur,ſi interueniat, nihil operatur l.ſiue apud acta,C.de tranſactio. ergo præſentia iudicis non debet operari,vt pœnitentia tollatur. Sed reſponderi poſt , ꝙ tex.in d.l.ij.§.j.ff.de iudi.loquitur in prorogatione reuocabili,ſecundum quod dicitur in d.l.ſi conuenerit,ſecus videtur in prorogatione irreuocabili de qua loquūtur doc. in d.c.j.de iudi.Preterea non videt̃ verum ſimpliciter, ꝙ vbi non requiritur præſentia iudicis,ſi adhibeatur,ꝙ nihil operetur , quia ſæpenumero iudicis præſentia multū operatur,vt Iaſ.tradit in d.l.ſi conuenerit. Itē reſponderi poteſt , ꝙ doctor loquuntur

qn̄ ſit pactum in præſentia iudicis, & ipſi iu
dici, de cuius intereſſe agitur, vt ſibi iuriſ-
dictio acquiratur. non ſic in d.l. ſiue apud
acta, quia ibi non agitur de re pertinente
ad iudicem. Et pro iſta diſtinctione facit qđ
no. doct. in c. quoniam contra. de probatio.
& tradit Deci. in d.c.j. de iudi. col. vj. verſi.
ſucceſsiue in noua lectura. & Cur. Iuni. in
l.j. colū. ij. nu. 17. ff. de iudi. vbi late exami-
nat quæſtionem, quare in prorogāda iuriſ-
dictione ſolus conſenſus partium non ſuffi-
ciat. Et in hoc eſt ſumme notandum, ꝙ licet
ſolus conſenſus prorogationē nō inducat,
inducit tamē renūtiationem priuilegij fori
l.j. ff. ſi quis in ius vocat. non ier. Et ratio
diuerſitatis eſſe poteſt, nam quando renun-
tiatꝰ priuilegio fori, ſolū remouetur quod-
dam obiectum cauſatum, cōtra iuriſdictio-
nem ordinariam, quo caſu res de facili re-
uertitur ad naturā ſuam l. ſi vnus. §. pactus
ne peteret. ver. quod eſt in ſpetie. ff. de pa-
ctis. Sed quando tractatur de proroganda
iuriſdictione tractatur de extēdendo ipſam
iuriſdictionem vltra naturam ſuā, & vltra
primum ſtatum, quod quidem difficilius eſt
quod confirmatꝰ per regulā l. eius militis. §.
militia miſſus. ff. de teſta. mili. & per regu-
lā l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel
alie. iur. Et qa iuriſdictio ordinaria eſt fauo
rabilis, extraordinaria eſt odioſa vt ꝑ glo.
in c.j. de reſcrip. in vj. & tradit Cur. Iun. in
d.l.j. col. iij. nume. 19. ver. eſt tamen verum.
Gab. Saray.

1 *Tutela ad hoc vt dicatur legitime decreta,*
quid tutor promittere debeat?

107 No, tex ſingularē, ꝙ ad hoc vt tutela di
1 catur legitime † decreta per iudicem, opor-
tet quod tutor ſpecialiter promittat ſe ſub-
ire defenſionem pupilli in l. ff. §. defenſionē
C. de admi. tut. Et no. ꝙ antiqui practici er-
rabant in hoc, propter quod dicit Bar. ꝙ vi
dit multas tutelas caſſari. vt no. in l. legiti-
mos. ff. de leg. tu.

* ADDITIO. Adde ꝙ idem tenere
videtur gl. in l. tutores. & ibi Bar. ff. de ad-
mini tuto. & in l. tutor qui repertorium in
prin. ff. de adminiſtra. tutor. & Bal. in d.l. fi.
§. omnem. C. de admini. tuto. & Ioan. Pet.
Ferra. in practi. in forma libelli quo agitur
ad reddendum rationem tutelæ. in ver. in
ſuo vlti. teſtamento col. ij. ver. vlterius quę-
ritur, vtrum tutor teſtamentarius. Et quid
ſi tutor in inſtrumento tutelæ promiſſerit
facere vtilia pupilli, & inutilia prætermit-
tere, an hoc ſufficiat? late tradit Bar. in d.l.
prætor ait. in prin. vbi cōcludit ꝙ non, niſi
ēt promittat defenſionē ſine mora ſuſcipe-
re. Et cum Bar. tranſeunt communiter do-
ctores rationibus de quibus per Alex. in d.
l. prætor. col. j. nu. 3. ver. item per iſtū textū.
& ibi Iaſ. colū. iij. nu. 9. ver. iuxta prædicta
quærit. Gab. Saray.

1 *Tutela matris ex quibus ſit ipſo iure nulla?*
2 *Mulier quando poßit pro debito capi.*

108 No, caſum quotidianum, ꝙ ſi mater ac-
cipit tutelam filij ex diſpoſitione teſtamen
ti patris vel iuris. & ipſa non renunciauit
1 † ſecundis nuptijs, tutela eſt nulla ipſo iure,
idem ſi non renunciauit Velleiano, idem ēt
ſi non renunciauit omni alij iuris & ſtatu-
torum auxilio. Idem ſi non obligat omnia
bona ſua pro adminiſtratione tutelę, vt ple
ne no. Bar. in l. ſi quis ſub conditione. ff. de
teſta. tutela. & in authen. matri & auiæ. C.
quando mul. tutel. offi. fung. po. Et vtrobi-
2 que, † Bar. ponit vnum mirabile. quod illa
renunciatio omni alij iuris auxilio opera-
tur hoc, quod vbi perſonaliter mulier alias
capi non pōt pro debito. vt in auth. ſed no
uo iure. C. de cuſt. reo. & eſt l.j. C. de aduoc.
diuer. iudi. poterit hoc caſu perſonaliter ca
pi pro debito.

ADDITIO. Nota caſum quotidia-
nū &c. in fine ibi poterit hoc caſu perſona
liter capi &c. adde Bar. in authen. matri &
auię in col. pen. & ibi Saly. C. quando mul.
tu. offic. fun. po. Bar. in l. ſi quis ſub conditio
ne in v. colum. ff. de teſta. Ludo. Roma. do.
Alexan. & Mag. meum in l. pleriq;. ff. de in
ius vocan. & Ludo. Roma. in l. ſi vero. in. §.
de viro. in ij principali fal. ff. ſolu. ma.

* Omnia in ipſo ſingulari contenta late pro-
ſequitur, inſignis doctor do. Guliel. May-
ner. in l. quo tutela. nume. 122. & ſequen. ff.
de regul. iur. qui qa omnia plene diſcuſsit,
ideo in hoc amplius non eſt immorandum.
Adde tamen quantum ad propoſitum ca-
pturæ mulieris, ꝙ mulier pro debito ciuili
capi non poteſt vt in l. j. C. de aduoca. di-
uer. iudi. & in authen. ſed nouo iure. C. de
cuſtod. reor. & voluit Bar. in authen. matri
& auiæ colum. iiij. C. quando mulier offic.
tute. fung. poſſ. Bar. in d.l. ſi quis ſub condi
tione. ff. de teſtamen. tutel. Bald. in l. j. ff. qui
ſatiſda. cogan. Bald. in l. j. in iiij. colū. C. qui
bon. cædc. poſſ. Bald. in l. etiam. colum. v. C.

de execu.rei iudi.Bald. in l.conſentaneum colum.penul.C.quomodo & quãdo iudex. Bald.& Ioan.de Imol. in l.ſi quis poſt,ff.de teſta. Ludo.Roma.in l.alia. in.§.eleganter. in iiij.colum.ff.ſolu.matri.Et ſimiliter ipſa mulier non poteſt detineri ſeu carcerari ſi non poteſt fideiubere ſecundum Bald. in l. iij.C.de epiſco.audien.& in additio. Spec. in titu.de ſenten.in penul.colum. in verſic. Titius fideiuſsit, Lud.Roma.conſi. cxviij. incip.quo ad primum. Quod tamen limitatur,niſi in cauſa tutelæ,& eius adminiſtrationis,quia pro tali cauſa bene poterit mulier carcerari ſecundum Bar. in d.l. ſi quis ſub conditione. ff.de teſta.tutel. & in dicta authen matri & auiæ. & Ludo. Roma. in d.conſi.cxviij.& in d.§.eleganter. & Ang. in l.quoniam.C.de cuſtod.reorum. & Bar. in tracta.de Carceribus nu.4. Et hoc ſumme exclamat Iaſo.in l.ſi ego.in vlti. lectura colum.ij.verſi.ad le tu alium nu.4.ff.ſi cer. peta.& Ioan.de Arno.in epitho.xxxvj.incip.in caſu,in quo mater. Aduertendum tamen eſt,nam licet Bar.& alij in locis prædictis teneant hanc partem, ꝙ mulier tutrix pro cauſa tutelę, & eius adminiſtrationis poſsit capi,& carcerari: Tamen videt̃ eos non recte loqui,quia mater non poteſt conueniri in plus q̃ facere poteſt , vt in l. ſunt qui.in fin.ff.de re iudica. ergo non poterit carcerari,quia habebit exceptionem ne cõueniatur niſi in quantum facere poteſt : ſicut videmus ꝙ per ceſsionem bonorum , quis etiam non priuilegiatus euitat carceres , vt in l.j.& l. fina.C.qui bonis cædere poſſ.ergo,multo magis perſonæ priuilegiatæ,ne conueniantur in plus, q̃ facere poſſint,nec debebunt carcerari, ita formaliter dixit Cardi. Alex.in c.ex parte. M. in vlti. colum.de appella.vbi dicit ita voluiſſe Alber.de Roſa.in l.vbi adhuc.in xxj. colum. C.de iure dotium.Et ita per dictas rationes tenuit Hippol. de Marſi.in practi. cri.in.§. attingam.nu. 63. Gab. Saray.

8 *Actor in duplicibus iudicijs dicitur qui prouocauit.*

109 No.ꝙ in duplicibus iudicijs† is qui ꝓuocauit dicitur obtinere partes actoris l.in tribus cum l.ſeq.ff.de iudic.tamen illud eſt verum quo ad litis ordinationem,non autẽ quo ad deciſionẽ litis.vnde ſi ſunt duo ordinarij qui hoc caſu ferant ſententias contrarias,non præualebit ſententia lata pro prouocato,ſed ambo erunt in pendenti & ſtabitur determinationi ſuperioris,vt eſt tex. ſingularis in l.duo iudices.ff.de re iud.

1

ADDITIO. No.ꝙ i duplicibus &c. Adde ꝙ dictum gl.in l.duo iudices.hic allegat refert & ſimpliciter ſequit̃ Magiſ.meus in l.in prouinciali.§.fi.col.ij.circa princ.de ope.no.nun.ponderat tamen ibi vltra Moder.in l.duo iudices.gl. contrariam de qua ibi per eum, ſequitur etiam in l.ſi idem cũ eodem.§.ſi vna actio.in princ.ff.de iuriſdi. omnium iudic.

* Ille qui prius prouocat habetur pro actore.l.in tribus.ff.de iudi.maxime quo ad ordinatoria iudicij,non quãtum ad deciſoria, vt per Matthæ.hic,quod communiter tenetur per doctores in d.l.duo iudices.ff.de re iudica. & ibi plenius Alexã.Imo.tamen in d.l.duo iudices dicit ꝙ etiam quo ad deciſoria videtur ꝙ diſpoſitio d.l.in tribus habeat locum,nam videmus,ꝙ interdictũ vti poſsidetis dicitur eſſe duplex l.ſi duo.§.j. ff.vti poſside.& tamen in interdicto uti poſſidetis,quando vterq; æqualiter probat, poterit ferri ſententia abſolutoria pro prouocato,quaſi ille ſit reus,& ſic quaſi actore nõ probante &c.l.qui accuſare.C.de edendo. c.ex literis.de proba.Et ꝙ in interdicto uti poſsidetis poſsit ferri ſententia abſolutoria pro prouocato,dixit notari in l.j.C.vti poſſide.& hoc videtur etiam velle gl.in d.l.in tribus.Sed Imo.reſpõdet ꝙ illud procedit, quando vnus tãtum datus eſſet iudex,quia tunc reſpectu regulæ , quæ habet,ꝙ actore nõ probante reus debet abſolui d.l.qui accuſare.obtinebit ſecundo prouocans tanq̃ reus,ſecus quando ſunt duo iudices ſententias diuerſas ferentes, quia tunc licet alias præferatur ſentẽtia lata pro reo.l.inter eas. ff.de re iudica.c. fi.extra eod.ti.tamen fallit in duplicibus iudicijs , caſus eſt in d.l.duo iudices , ita ſimpliciter limitans dicta iura, & iſta ſolutio placet Alexan. in d.l.duo iudices,licet ibi Ange.& Pau.de Ca.poſt glo. indiſtincte dican ,ꝙ d l.in tribus non habet locum in deciſorijs , & non bene ,quia eſt contra generalitatem illius legis , cum ibi nota.per glo.dum dicit,nec etiam fauorabilis. quam glo.ita etiam intelligit ibi & approbat Ange. Vel ſecundo ſecundum Imo. poteſt reſponderi,ꝙ d.l.duo iudices.intelligitur,quando ſimul prouocarent ambo litigantes,& ſic non ob.d.l.in tribus ſed pręcedens ſolutio magis placet. tanquam notabilis, Gabriel Sarayna Veronenſis Iuris Vtriuſque Docto.

1 *Clerici non poſſunt vti ſtatutis laycorum, niſi ſint approbata per Papam.*

110 No. vnam lucroſam & vtilem doctrinã,
1 ꝙ clerici non poſſunt † vti ſtatutis editis ꝑ laycos etiam ſi ipſis ſint multum fauorabilia, niſi ſint ſpecialiter approbata per Papam, et hoc nedum in foro eccleſiaſtico, ſed etiam in ſeculari, c. eccleſiæ ſanctæ Mariæ, de conſti. & in c. bene quidem. xcvj. diſt. & hanc regulam ponunt ibi docto. in c. fin. de ſolu. vnde eſt hodie ſtatutum Bononiæ ꝙ agnati vſq; ad quartum gradum excludunt filias a ſucceſsione patris non poterũt vti hoc ſtatuto agnati, qui ſunt clerici.

ADDITIO, No. vnam &c. Adde ꝙ communis concluſio eſt in oppoſitum ꝙ imo clerici gaudent beneficio ſtatuti excludentis fœminas &c. pro qua vide quæ addita ſunt ad ſingulare Rom. cccclxlij. incipien. habeo caſum in facto, vbi etiam idem tenebat ꝙ Matth. hic & male.

* Hunc articulum late diſputant docto. & tenent contrarium communiter in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtitu. & in c. quod clericis. vbi Barba. colum. xxxiij. & xxxv. de foro compe. & Alber. Brun. in tract. excluden. fœmi. viij. articu. q. ij. & Lapp. allega. xcix. & c. Cardi. in repeti. c. perpendimus. col. xxiij. verſi. ſed quæro. de ſenten. ex. ő. Roma. ſing. ccccxlvj. & late And. Tiraq. in tracta. de iure primigeni. q. xliiij numero 3. verſi. ſecundo quia ſtatuta Ioan. de Arno. in ſoliloquio lxxxvij. ex quo per regni. & Caſtellia. Cotta late in memora. in verſ. clerici ligantur. & hanc dicit eſſe communem opinionem Soci. conſi. lxxxix. circa. col. j. vol. ij. Hoc tamen quod hic tenet Matth. ante eum tenuit Bald. in c. cum veniſſet. in ij. col. ver. oppono dicitur hic. extra de eo qui mitti. in poſſeſsi. & eius dictum late reaſſumit Alexan. conſi. ccx. ponderatis. colum. j. & conſi. ſeq. col. penul. verſicu. idem etiam voluit. lib. ij. & Soci. conſi. lxxj. col. ij. & ſequen. libr. iiij. Et quia in hoc articulo alias late conſului, & concluſi ex pluribus ſtatutum Veronæ de ſucceſsione agnatorum loquens habere etiam locum in bonis patrimonialibus clerici abinteſtato decedentis, etiam quo ad excludendum ſororem clerici, & ſecundum conſilium meum fuit per excellentiſsimos iuriſconſultos iudicatum, ideo illud hic ſubijcere operæprætium fore duxi. Nonnulla ſunt, quæ prima facie videntur ſuadere poſſe, ꝙ ſoror rea conuenta vti proximior, in ſucceſsione clerici, videlicet Don Lucæ, eius fratris, præferatur ipſis agnatis actoribus, idque imprimis, Quoniã ita ius commune diſponit, vt in. §. ſi igitur. in authen. de hæredi. ab inteſta. Nec eſt attẽdenda ſtatuti noſtri diſpoſitio ad cap. 82. in §. ſi vero agnatæ fœminæ, lib. ij. qua ſancitum eſt, ꝙ ſi extẽt agnatæ fœminæ vna, vel plures, vel earum præmortuarum filij, quę ab inteſtato de iure communi defuncto ſuccederent, tunc extantibus agnatis maſculis vſque ad tertium gradum incluſiue de iure Canonico, ipſæ ſuccedant tantum in tertia parte eius, quam ab inteſtato habituræ eſſent, & agnati prędicti vnus vel plures ſuccedant in reliquo toto bonorum, & hæreditatis, Nam in hæreditate clerici dictum ſtatutum non videtur habere locum. Quoniã cum ſit ſtatutum laycorum etiam ꝙ generaliter diſponat, & ſit æquũ, ex defectu poteſtatis clericos non comprehendit c. eccleſia ſanctæ Mariæ: quem tex. ad hoc notat ibi Abb. in j. notab. contra Bar. extra de cõſtitu. ſequitur Alexan. in conſi. ccxj. viſa. colum. iij. ibi. nec obſtat. volu. ij. & ita pertranſeunt docto. vt inquit Deci. in d. c. eccleſia ſanctę Mariæ nu. 53. verſi. & primo occurit illa quæſtio. col. xx. Præſertim ꝙ ſtatutũ loquitur in perſonam, ibi, Et Agnati prædicti vnus vel plures: Quæ verba dicuntur in perſonam concepta vt per Bar. in l. cũctos populos in ſinæ ſeptimæ q. nu. 42. ver. mihi videtur. C. de ſumma trini. & fide catho. & per Alex. conſi. xliiij. videretur. colũ. iij. ibi. cum ergo ſtatutum volu. v. & Imol. in terminis ſtatuti in c. quod clericis colum. iij. ver. & per hoc videtur extra. de foro cõpeten. Per quæ verba, cum ſub ſtatuto non comprehendatur forenſis quia nõ ſubditus l. j. in fi. vbi Bar. ff. de tut. & cura. dat. ab his, ſimiliter nec comprehenditur clericus, vt perſona non ſubiecta, ita Bar. in d. l. cũctos populos in dicta vij. q. in fin. & Imo. in d. c. quod clericis. colũ. iij. vbi refert ſecundum hanc opinionẽ conſuluiſſe, refert & ſequitẽ Alex. in d. conſi. xliiij. colum. iiij. nume. 10. & 11. & in conſi. ccx. ponderatis. colum. iij. verſi. facit. volu. ij. & Deci. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. in colũ. xx. in d. verſi. & primo occurrit. Et Georgius Natham Aſtenſ. in tracta. ſuo ſtatutorum excludentium fœminas in pen. q. iij. q. prin. Vnde per prædicta videtur, ꝙ non obſtante ſtatuto ipſa ſoror debeat ſola admitti ad hæreditatẽ Don Lucæ fratris ſui clerici, excluſis agnatis ꝓximioribus. His tamen non obſtantibus,

contraria opinio. Agnatos ad ſucceſsionem
clerici admittẽs melioribus, ac fortioribus
nititur rationibus, ergo in puncto iuris ſe-
quẽda eſt, ar. c. capellanus. vbi Abb. extra
de ferijs. Idem Abb. in cap. ex literis. il j. de
ſponſal. in c. iij. in fi. de cenſib. & in c. j. &
ibi Fely. late. & Deci. in prima lectu. colũ.
penul. nu. 28. & ſeq. extra. de conſtitu. Qui-
bus in locis communi etiam ipſorum do-
ctorum calculo aſſeritur, quod quando variæ
ſunt inter doct. opiniones licet communis
opinio attendi debeat per tex. in cap. noui-
mus. vbi do. Anto. de Butri. de verbo. ſigni.
& in c. de indicijs. iij. q5. iij. c. in canonicis.
xix. diſtinctio. & in l. j. ff. de offic. quæſtor.
Tamen id verum eſt & procedit quãdo for
tioribus rationibus non conuincitur, ſecus,
ſi melioribus rationibus & argumẽtis con
uincatur, vt per Fely. late in d. c. j de conſti.
vbi cæteri moder. & Alex. in l. cum prola-
tis poſt Bar. colum. fi. nu. 23. ver. ex prædi-
ctis habes, per Bar. & alios in l. fi. C. de pœ-
na iudi. qui male iudica. & Cano. in c. ne
innitaris. de conſtitu. & Iaſo. in authen. no-
uiſsima col. vj. ver ex iſtis omnibus, nu. 22.
C. de inoffic. teſta. & inſti. de actio. in. §. ſed
iſtæ col. xiij. nu. 55. Anto. Corſe. in ſingu. in
verb. opinio. inci. vbi doctor. & plene etiã
per Agel. Areti inſti. de iure natur. gen. &
ciui. in. §. reſponſa. col. j. ver. quæro quãdo.

Quod autem hæc contraria opinio, me-
lioribus probetur rationibus. Et fortiori-
bus fundamentis innitaſ, patet, & primo.
Nam apud omnes ſcribentes in cõfeſſo eſt,
clericum ipſum, cum de ſucceſsionis iure
agitur, proculdubio agnatum dici, quando-
quidem per ſuperuenientem clericatũ, qui
dignitas eſt, vt in auth. de Monach. in prin.
& in authen. conſti. quæ de digni. agnatio-
nis iura, quæ naturalia ſunt, amitti non de-
bent l. pen. ff. de Senato. l. filij. ff. ad munici-
pal. l. ad dimidiam. C. quod met. cauſ. Ea. n.
ita mortalium oſsibus inhærent, vt vel tol-
li, aut ſaltem diminui temere vix poſsint l.
iura ſanguinis. ff. de regu. iur. Et ideo hinc
apud plæroſq; dubitatum fuit, ſi ſtatutũ ex-
tet, quo fœmine propter agnatos excludã-
tur: an propter agnatos clericos, eas exclu-
di dicendum ſit? & Lappus Caſtillio. alleg.
cj. cuius initium eſt, in ciuitate Florentiæ,
ipſas excludi ex facto reſpondit, ea ſane
motus ratione, quia priuilegium laycis in
genere conceſſum clericos compræhendit
c. dilecti. cum ibi nota. extra de foro com-
peten. Et quoniam Clerici, & Monachi re
ligionum ſaltem nõ mendicantium iure cõ
ſanguinitatis, ex iuris communis diſpoſitio-
ne, non obſtante religione, ſuccedere dicũ-
tur. l. Deo nobis. & ibi no. C. de epiſ. & cle.
. §. nullam. in auth. de ſanctiſſ. epiſ. & xviij.
q. j. ſtat. & eadem diſt. quæſtio. vlti. c. penul.
Vnde idem (inquit) dicendum eſt in ſtatuto
cum id a iure communi intellectum acci-
piat l. ij. C. de noxal. act. Bar. in l. fina. ff. de
legib. Ad hoc, vt ſtatutum ius cõmune imi
tetur, neque inter ea diſſormitas ſit argu. l.
ex facto ff. de vulga. & pupil. l. ſi ita fuerit,
ad fi. ff. de manu. teſta. & l. Labeo. ff. de ſta-
tulib. Quod etiam eſſe verum ea ratio
ne comprobat, nam verba ſtatuti, quibus
inſeruiendum eſt, niſi de contraria ſtatuen
tium mente conſtet l. non aliter. ff. de lega.
iij. l. j. §. in re igitur dubia. cum ſi. ff. de exer-
citor. ita clericum agnatum admittant, ſi-
cuti laycum, cum iura ſanguinis ciuili diſpo
ſitione nequeant immutari l. ius autẽ agna-
tionis. ff de pact. d. l. iura ſanguinis. Et i du-
bio verba legis non ſunt reſtringenda arg.
l. quicquid aſtringendæ. ff. de verb. obliga.
l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. iij.
Et cum ſtatutum inter huiuſmodi perſonas
non diſtinguat, nec nos diſtinguere debe-
mus l. de precio. ff. de publicia. l. iij. in fi. ff.
de offi. præſid. Accedat, quod magna eſt ra-
tio, quæ pro religione facit, quæ nunquam
in ambiguis rerum diſpoſitionibus, omitti
ſolet l. ſunt perſonæ. ff. de religio. & ſumpt.
fun. Quo fit, vt hinc facile conijci poſsit, ſta
tutum non minus clericis fauere voluiſſe,
quã laycis, cum non minus fauorabiles ſint
Deo ſeruientes, quam ſeculo l. ius publicum. ff.
de iuſti. & iur. Præſertim, cum priuilegiati-
ua laycorum ſtatuta, ſi materia communis,
& indifferens ſit, apta ſint clericos compræ
hendere, vt eſt communis doct. ſentẽtia, per
ea quæ tradit Alexã. conſi ccx. ponderatis
his maxime & conſi. ſeq. volu. ij. & poſt eũ
Soci. conſi. ccxlj. circa. col. j. volu. j. Huicq;
Lappi ſententiæ plures ſe ſubſcripſerunt,
eamq; innumerabiles vtriuſq; iuris peritiſ-
ſimi viri amplexi ſunt, quos item nouiſsi-
me refert, & ſequitur Alber. Brun. in ſuo
tracta. ſtatutorum, quod ſtantibus agnatis fœ-
mine excludantur in xj. q. xij. articuli prin
cipalis. Cor. conſi. ix. per totum volumi. iij.
Igitur ſi Clericus vti agnatus ad layci ſuc-
ceſsionem, ex huius modo ſtatuti diſpoſitio
ne, communi doct. ſentẽtia admittitur, eoq;
contra alios vtitur, ita & parimodo aduer-
ſus ſe, & eius hæreditatẽ quoque alios ad-
mitti, pati clericus debet, vt ſucceſsio ſit re-
ciproca l. nam & ſi parentibus. ff. de inoffi.
teſta.

teſta, cum ſi, quod multi nõ vulgaris doctri
næ, & authoritatis ſcriptores tenuerunt, vt
eſt Bal. in l. de quibus, col. ix. verſicu. ſexto
quæritur an Clerici, ff. de legib. & in l. om-
ni nouatione. C. de ſacroſ. eccle. & in l. j. in
vj. q. C. de contrahẽ. emptio. & in l. in lega-
tis. C. ad l. falcid. & in l. fi. §. ſi vero poſtquã
C. de iure delib. & in c. fi. col. ij. extra de vi
ta & honeſta. cleri. vbi eſt tex. expreſſus,
& ibi glo. in ver. ſe tuẽtur. & cõſi. ccxxvij.
Honeſtus uir. col. ij. verſi. præterea iſte Re-
ctor. volu. j. Raph. Com. conſi. lxxxiij. quia
cauſa, colũ. j. Abb. in c. eccleſia ſanctæ Ma-
riæ. col. fi. ver. ſi vero ſtatutum. & ſeq. extra
de conſtitu. & conſi. vj. caſus ſuper quo li.
j. Alex. conſi. ccix. ſtatutis accurate perſpe-
ctis, col. pen. ver. ſecundo principaliter. vo-
lu. ij. & conſi. ſeq. col. j. ver. confirmatur per
id. Soci. conſi. xcvij. abunde. col. ij. ver. con
firmantur. vol. j. vbi & alios hanc partẽ te-
nentes alleg. Philip. Franch. qui id dicit ſin
gulare in c. poſſeſſor. col. iij. ver. & idem ẽt
ff. de reg. iur. in vj. & Franc. Balb. in tracta.
ſuo præſcriptio. in j parte v. partis princi-
palis col. iiij. ver. quinto fallit. Decius cõſi.
cccclij. viſa inſtructione. col. iij. ver. & idem
in ſtatutis. & Ioan. Franc. de Ripa lib. j. re-
ſponſorum c. iiij. nu. 5. Et nouiſsime late cu
mulat & ſequitur do. And. Tiraquel. in tra-
cta. ſuo de Retractu Conſanguineorum in
glo. xiij. in verb. Emptorem nu. 7. verſi. Vt
interim prætermittam. ſecundum impreſ-
ſionem venetam. Et hoc vt id fiat, videli-
cet, vt quod quiſque iuris in alium ſtatue-
rit, eodem & ipſe vtatur l. j. in prin. & ibi
Deci. in iij. no. poſt alios ſcrib. ff. quod quiſ-
que iur. cum enim clerici hoc ſtatuto aduer
ſus laycos vtantur, pari modo & ipſi pati
debent, vt layci aduerſus illos eodem ſtatu
to vtantur, vt quod quiſque iuris in alium
ſtatuerit, eodẽ & ipſe vtatur: Quę lex fuit
Rhadamanti teſte Ariſtotele libro quinto
Ethic. cap. v. Quæ quidem lex, vti ea quæ
ſummam æquitatem habet ſi in cæteris ob-
tinet: certe & magis in clericis obtinere de-
bet arg. c. j. §. ſed diuerſam. in tit. de aliena.
feud. Quod ſi Cano. id non admittãt, videãt
(quæſo) qua fronte hanc ſuã æquitatem ca-
nonicam, quam nobis paſsim prædicãt, tue-
ri poſsint, præſertim aduerſus doctrinam
illam chriſtianam, qua vetitum eſt alijs fie-
ri, quæ nobis fieri nolumus, ad quam ſentẽ-
tiam pertinet l. j. ff. de ſolu. quam Bald. in l.
j. colum. j. C. de his, quæ pœnæ nomine, di-
cit in id ſingularem, vt quis in alio non ali-
ter iudicet, ꝙ̃ in ſe iudicari velit, & repetit
Roman. qui & eum tex. dicit no. conſi. lv.
ſi volumus. Et facit, quia nõ debet quis pe
tere cuius contrarium non eſſet poſtulatu-
rus l. pen. C. de ſolu. & Iaſo. in l. j. colũ. ij. in
fi. nu. 11. ff. de acquir. poſſ. Comprobatur
prædicta principalis concluſio etiam ꝑ do-
ctrinam Bar. in l. cunctos populos. colũ. ix.
ver. quinto quæro, vtrum ſtatuta. C. de ſum
ma trini. & fide catho. vbi dicit, ſtatuta ge-
neralia laycorum, in quibus. ſ. fit nulla men
tio clericorum, aut eccleſiarum, ſed tamen
tendunt aduerſus ea, quæ illis competunt,
non tanquam priuilegiatis, ſed vt cuilibet
de populo, clericos ligare, dummodo ſint
honeſta per tex. in c. conſtitutus. de reſtitu.
in integ. & idem Bar. in l. de quibus. col. fin.
ff. de legib. & Lapp. alleg. lxxxj. nõ valuit
actus. colum. j. And Barba. in repe. rubri. de
reb. eccleſiæ non alien. colum. fi. char. 13. &
Idem Barba. conſi. xiiij. clemẽtiſsimi. colũ.
iij. verſi ſecundo præmitto, volu. ij. & conſi.
lxv. referam in medium. colum. xj. & ſeq.
volu. iiij. quibus in locis affert concordan.
Ex quorum dictis idem And. Tiraquel. in
tracta. de vtroque retractu præallegato in
glo. viij. in verb. Propinquus nu. 41. verſi.
ſed conſequenter quæro quid de Clerico
ſeculari, & in d. glo. xiij. nu. 4. ver. quanquã
contrarium, colligit, ꝙ ſtante ſtatuto vel cõ
ſuetudine loci, ꝙ cõſanguineus proximior
ad retractum rei alienatæ admittatur, ipſe
conſanguineus eo caſu proculdubio ad re-
tractum admittet, quo res fuerit in clericũ
alienata, ſiquidem & ipſe clericus conſan-
guineus dicti ſtatuti priuilegio aduerſus
laycos vtitur iuxta d. c. conſtitutus de reſti.
in integ. Sed in caſu noſtro æquum, ho-
neſtum, & rationabile eſt, ꝙ quemadmodũ
ipſe clericus alijs ſuccedit, ita & alij maxi-
me layci ſibi ſuccedant, tum vt ſucceſsio ſit
reciproca, tum vt æquitas Canonica tam
ſæpe decantata, locum habeat, ergo dicen-
dum erit econtrario laycos ad eius ſucceſ-
ſionem ſaltem in patrimonialibus & pro-
phanis eius bonis, pro quibus laycorũ ſtatu
tis ſubiacere dicuntur, admittendos eſſe. Et
ꝙ, quãdo de ſucceſsione clerici tam actiue,
quã paſsiue agitur, ea ſucceſsio debeat eſſe
reciproca probatur in ſimili: nam quemad-
modum vir & vxor deficientibus legiti-
mis, vel teſtamentarijs hæredibus, ſibi inui
cem ſuccedunt l. j. ff. vnde vir. & vxor. l. j.
C. eo. titu. ita vxor viro ſuccedit, quamuis
ille ſit clericus, vt ſucceſsio reciproca ſit,
vt voluit Odof. in ſumma tit. de ſucceſsio.
ab inteſta, quem refert & ſequitur Albert.

de Roſa. in d.l.j.& ibi quoq; poſt eum do. Iaſo.colum.ij.C. vnde vir & vxor.de quo eſt bonus tex. in l. ſi quis presbyter.C. de epiſ.& cle.& idem Andr. Tiraquel. in ſuo tracta.de translatione poſſeſsionis defuncti in hæredem.in ſecunda parte in xv. declaratione.in prin.nu.1. Ita & in caſu noſtro huiuſce ſucceſsionis reciprocæ ratio habẽda erit,præſertim,cum Clerici ratione rerũ ſuarũ patrimonialium,laycorum ſtatutis ſubiaceãt, vt in terminis noſtris videť tenuiſſe Anto.de Bu.in d.c.conſtitutus.de reſti.in integ.dum ex eo ſimpliciter notat,ꝙ ſtatutum laycorum ligat clericos,quantũ ad eorum patrimonium: Pro quo etiam eſt tex. in c.cum dilectus.de iure patro.& ibi Abb. in iij.nota,qui ex eo notat,ꝙ clericus in patrimonialibus cẽſetur laycus. Facit quod dixit Cyn.in l.neque.C.de hæredi. inſti.& ibi quoque expreſſe Bald.in ſi. ꝙ retractus conſuetudo tanq̃ prædialis, ligat clericos per tex.in d.c.conſtitutus, & ſupra dictum fuit,& do.Alexã.loquens in alio ſtatuto ꝙ conſortes præferantur in venditione domus conſi.cxliij.viſo ſtatuto Mediolanẽſi, ver.& dictum ſtatutum nu.4.col.j.volumi. vij. In ſimili item videmus, ꝙ ſtatutum, ne immobilia alienentur in extraneos comprehendit etiam clericos & eccleſiam, vt voluit Iacob. Butrig.in authen.Caſſa.C.de ſacroſ.eccle. & in l. aſsiduis.C.qui potior. in pigno.habe.& late Signorol. de Homodeis conſi.xxj.ſtatuto ciuitatis Mediolani, vbi in hoc affert xv.rationes: & plene per And.Barba.in repe. d.rubri. de reb. eccle. non alien. in ſecundo dubio, & idem in d. conſi.xliij.col.v.& ſeq.vol.ij.& conſi.xlvj. difficile eſt colum.ſi.vol.iij. & abundãtius conſi.xxx.illud in medium afferam lib.iiij. & in d.conſi.lxv.col.vij. ver. ſed iſta vere non obſtant eod.lib.iiij.vbi id dicit ſingulare & Iaſo in l.filiusfa §.diui.in ij.lect.colum.xv.verſi & licet iſta ſit communis ſententia.ff.de lega.j.& Deci.cõſi.cxxiiij. Placet mihi, & omnibus colum.iij.ver. ſexto.

Præterea facit, quia Clerici pro cẽſibus, & vectigalibus,quæ pendunt ratione rerũ ſuarum in ius vocari poſſunt ad iudicẽ ſecularem, vt pro rebus ſuis patrimonialibus vt voluit Guliel. de Cun. in l. de his.C.de epiſco.& cle.& in auth.Clericus.C. eo.tit. & Saly.in authen.ſed periculum.C.ſine cẽſu vel reliq.quibus addi poſſunt, quæ ſcribit d.Matth.de Afflict.in deci.Neapol.deciſ.lxix.col.viij.nu.20. & licet Bal. in d.l. de his contrarium ſenſerit,quem etiã ſecuti ſunt Raph.Com.in l.iubemus nullum.C. de ſacroſ.eccle.& Abb.in c. qualiter in fin. extra de iudicijs.Maria. Soci.in c.ſane.colum.vj.in ix.declaratione extra de foro cõpeten. Tamen ob id ita tenuerunt, quia ẽt in ea fuerunt ſententia, vt nec pro rebus quidem ipſis patrimonialibus poſsit clericus actione reali ad iudicium ſeculare trahi, vt etiam voluit idem Bald.in d. authen. clericus poſt prin. & in c.ij.de iudic. in fin. & late Oldra. conſi.lxxxiij. an epiſcopus. Sed ꝙ contrarium ſit de iure verius videlicet,ꝙ ratione rerum patrimonialium, nõ ſolum in Gallia, vbi ea viget conſuetudo, ſed etiam vbique locorum, clericus iudici ſeculari ſubijciatur,tenent quãplures doct. relati per Aufrer. in repe. clem.j. de offic. ordina. in iiij. fallen. ſecundæ regulæ. & And. Barba. conſi.j. Magnus ſcripſit Pſalmiſta,colũ.xviij.ver.præterea adduco. lib. iij.& do.Guliel.Bened. in d.c. Raynucius. nume.431.de teſtamen.quos refert & ſequitur And. Tiraq.in d.ſuo tracta.Retract.conſanguineorum. in.§.xxxij. in glo. j.nu.82. ver.Imo vero ſunt,q etiã tenent.char.215. Et ad prædicta optime facit tex. in c.quoniam.x.diſtin.& in c.cum ad verum. xcvj. diſtin. vbi dicitur, ꝙ Pontifices pro curſu temporalium legibus imperialibus vtunť, per quam regulam,ita ex d.c.notatam, dicit idem And.Barba. in d.c. quod clericis. col.xxxv.ſe conſuluiſſe diſpoſitionem l.ſi. C.de acquir.poſſ. etiam in Clericis locum habere,nam ſi leges imperiales in genere loquuntur,& tunc licet ẽt ſint oneroſæ eccleſiæ,tamen eccleſiam ligant, quia eccleſia legibus imperialibus vtitur pro curſu temporalium d.c.cum ad verum:ſecus vero ſi lex imperialis expreſſe de clericis loquatur, & contra priuilegium vel libertatem eccleſię ſit,tunc enim reprobata cenſeť per d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ de conſtitu. & c.j.de conſuetud. Nam quod tradunt communiter docto. bona clericorum gaudere priuilegio fori, ſicuti & bona ipſius eccleſiæ,cum tanquam acceſſoria ſequãtur perſonam,per ea quæ tradit late do.Felyn. in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ col.iij. nu.10. verſi.in glo.ſecunda in ſi.procedit & habet locum quando perſona clerici principaliter eſt in conſideratione:nam tunc,quæ acceſſorie veniunt gaudent priuilegio clericorum:ſecus ſi bona principaliter conſiderentur, vt hic in caſu noſtro, nam tunc non gaudent priuilegio clericorum, vt ſcienter docet Deci, in d, c.eccleſia ſanctæ Mariæ,

nume.18. Idque in caſibus, tantum ſuis pro-
cedit; in quibus vel id eſt expreſſum, vel
eſt omnimoda ratio, vt ſcribit do. Anto. de
Bu. in c. ſi diligenti. in vlti. col. ver. ſatis pu-
to. de præſcrip. vbi Imo. & do. Abb. dicens
ſe ſemper ita tenuiſſe, & in alijs locis rela-
tis per do. Fely. in d. c. eccleſia. colū. iiij. nu.
22. ver. ſed nihilominus. Et qui ſint caſus in
iure expreſſi no. per Ioā. And. in c. j. de cle-
ri. coniuga. in vj. & no. in c. ij. de vita & ho-
neſta. cleri. & per do. Cardi. in clemen. j. in
xvij. q. de vita & honeſta. cleri. & per do.
Anto. de Bu. in c. fin. in iiij. colum. de ſolu.
Quare cum hic tractetur de ſuccedēdo cle
rico in bonis patrimonialibus, concluden-
dum eſt per prædicta, ꝙ eorum ratione ipſe
clericus ſtatutis noſtris laycalibus ſubia-
ceat, & ꝙ eius bona ſecundum dicta ſtatu-
ta ſint iudicanda: & conſequēter ꝙ proxi
miores Agnati, qui ſunt actores in præſen-
ti iudicio, ad eorum ſucceſsionem admittan
tur. Idq; præſertim, cum ipſum ſtatutū non
laycorum tantum eſſe videatur, ſed commu
ne & clericorum & laycorum, vt quod ab
vtriſque & communi omnium cōſenſu ap-
probatum eſt, ſicuti & omnia alia in volu-
mine ſtatutorum contenta, quibus ipſi cleri
ci ſemper in foro eccleſiaſtico præteritis tē
poribus vſi ſunt, & in præſentia vtuntur tam
in ordinatorijs iudiciorum, ꝗ̃ etiam in de-
ciſorijs cauſarum, vt in ciuitate Veronę no
torium eſt: Quod etiam prĕſumitur, tū quia
d. ſtatutum de quo agimus clerico fauora-
bile cenſetur vt infra dicetur, & concluſio
eſt, ꝙ lex ciuilis approbata cenſetur a cle-
ricis, ſi fauorabilis ſit, & canonibus non cō
tradicat, vt probatur in c. j. de oper. no. nun.
Et virtute talis tacitę & generalis appro-
bationis, debet ſeruari, non virtute legis ci
uilis, quæ non poteſt diſponere de clericis
ex defectu poteſtatis, vt tradit Deci. in d. c.
eccleſia ſanctæ Mariæ. nu. 27. verſi, ſed ta-
men ne vniuerſalis. de conſtitu. Tum etiā,
quia de reprobatione dicti ſtatuti facta a
clericis, ſeu ab eorum epiſcopo legitime ali
quo pacto non conſtat, vnde merito ſequitur
iuris regula, quæ habet, ꝙ approbare cen-
ſetur, qui non improbat l. item quod Sabi-
nus. ff. de hæredi. inſti. facit gloſſ. in l. inter
omnes conuenit, & in l. ſi ab arbitro in glo.
ij. ff. qui ſatiſda. cogan. Ideo dictum ſtatutū
quod & clericorum & laycorum commu-
ne cenſetur, pariter omnes ligare debet, &
ſic etiam clericos ex ſententia Bald. in c. cū
veniſſent col. ij. ver. oppo. dicitur. & ibi ēt
Ioan. Ligna. & do. Abb. in ij. no. extra de
eo qui mittitur in poſſeſſ. ita intelligētium
eum tex. in quo Pontifex iubet decidi cau
ſas clericorum ſecundum conſuetudinem
patriæ. & Franc. Areti. in d. c. quod clericis.
colum. ij. poſt Ioan. de Ligna. de foro com-
peten. & omnes Canon. maxime Moder. in
d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, & Alexā. in d.
conſi. ccxj. ponderatis his omnibus colum.
j. volu. j. Areti. conſi. xlv. Viſis articulis, &
hæc eſt communis opinio, vt atteſtatur idē
And. Tiraq. in loco præallega. videlicet in
d §. j. in glo. xiij. nu. 2. in fi. ver. ſed hic quas
eſſe poteſt. Et ex prædictis docto. conclu
ſionibus vnum infertur, videlicet, ꝙ ſtante
cōmuni dictorum ſtatutorū obſeruantia in
vtroq; foro, & tacita eorum approbatione
clericorum & epiſcopi, ſuperuacaneum ſit
dicere, neceſſariā fuiſſe denuntiationem, de
qua in c. xxvij. in primo lib. ſtatu. fieri epi-
ſcopo Veronę, ad hoc vt ſecūdū eius appro
bationem vel improbationem clericos liga
ret, vel nō ligaret vt latius in d. cap. xxvij.
habetur, idque præſertim cum iampridem
dicta denuntiatio in vſu non ſit: factoque,
& ſic eorum vſu, iam expreſsiſſent, ſe dictis
ſtatutis ſtare velle, & ſecundum ea iudica-
ri, mens autem non ſolum declaratur ver-
bis, ſed etiam factis l. de quibus. ff. de legib.
c. ex ore. de his quæ fiunt a maior. par. cap.
l. ſi tamen. §. et qui. ff. de edili edict. & in pul
chra quæſtione tenet Petrus de Vbaldis in
tracta. de duobus fratribus in prin. ver. cir-
ca ſecundam. & Deci. in l. ſemper qui non
prohibet. ff. de reg. iur. Imo plus eſt aliquid
facto facere, ꝗ̃ verbo vt eſt tex. in c. dilecti.
il ij. extra de appella. Quamuis etiā proba-
biliter dici poſſet, ꝙ dicta denuntiatio prę-
ceſſerit, vt quæ a Prætore tunc, tēpore mor
tis ipſius don Lucæ Veronam gubernante
epiſcopo facta, & intimata fuerit pro ſolen
nitatis d. ſtatuti implemento, cū id dici poſ-
ſit antiquum, & pro antiquitate multū præ
ſumatur, & maxime ſolennitatem extrin-
ſecam præceſsiſſe, vt poſt alios tradit late
Iaſo. in repe. l. admonendi. colū. lxxxiij. nu.
240. in fi. & nu. 242. ver. limita. ff. de iure-
iur. Et etiam quia ipſe prætor in prin. eius
regiminis iurauerat ſeruare ſtatuta & ea-
rum ſolennitates adimplere iuxta diſpoſi-
tionem cap. iij. lib. j. ſtatutorum Communis
Veronæ: Ergo cenſendum eſt & hanc denū
tiationis prælibatæ ſolennitatem adimple
uiſſe, cum ſit maximi momenti, nec aſper-
nenda videatur: ne alias diceretur periuriū
incurriſſe, in dubio. n. non debet delictum
præſumi, vt late tradit Iaſon. in l. hoc iure,

quam legit cum l.in illa.colum.penul. ver.
tertio fallit.ff.de verbo.obliga.& in l. non
amplius.§.ſi certis.colũ.j.nu.4.ff.de lega.j.
Et in delictis ſemper pręſumitur pro eo qđ
excuſat ſecundum Bal.in l.precibus.in col.
vij.C.de impub.& alijs ſubſti. & ea fienda
eſt interpretatio, ne quis incidat in delictũ
argu.l.merito.ff.pro ſocio.& in no.caſu no
tat Cæpol.conſi.xxj.Ego Bartho. colũ.iiij.
ver.item pro hoc optime facit nu.26. in cõ
filijs ſuis criminalibus. Poſſet etiam pro-
babiliter attentari, ꝙ cum clericus ſucceſ-
ſerit,& bona,de quibus agitur,habuerit ab
eius patre,qui viuens erat laycus,& ſic ſta-
tuto ſuppoſitus, ꝙ quantum ad dicta bona,
ſit dicto ſtatuto ſuppoſitus,cum ſuccedens
eiuſdem iuris,ac fori eſſe cenſeat,cuius erat
ille,in cuius locum ſucceſſit, ſaltem quo ad
bona per ſucceſsionem habita , præſertim
cum ſimus in filio,qui perſonam patris re-
præſentare dicitur,vt qui ſit eius viſcerum
pars,eius imago,& vna caro, & eadẽ perſo
na l.ſi.C.de impub.& alijs ſubſti.l.ij.C.qui
ætat.lib.x.c.contradicimus. xxxv.q.iij. &
plene do.Marc.Mantua.conſi. cclxxvj. cõ
diebus ſuperioribus.in princi. nu.2.3.& 4.
Quare non videtur mirum ſi res propha-
na infecta qualitate laycali, tranſeat cũ ſua
infectione in clericum, vt probat in l. fina.
C.de exactor.tribu. lib.x. Nec obſtat , ſi
quis obijciat ꝙ imo res ipſa non erat infe-
cta tempore,quo ex patre layco trãſiuit ad
filium clericum quia nullum ius tunc in di
ctis bonis erat agnatis quæſitũ , nec ſucceſ-
ſio ad eos delata ſtantibus filijs legitimis,
ſed tantum tempore mortis ipſius Don Lu
cæ clerici,cum reſpectu ſucceſsionis, tẽpus
mortis eius,de cuius ſucceſsione agitur, in-
ſpiciatur iuxta l.ſi cognatis.ff.de reb. dub.
Quoniam reſpõdetur & primo,ꝙ imo ius
erat quæſitum ipſis agnatis viuente eo , de
cuius hæreditate agitur,ſi non reſpectu hæ
reditatis,ſaltem reſpectu fœminę rec conuẽ
tæ a ſtatuto quo ad reliqua duo tertia bo-
norum excluſæ:Nam quo ad eius excluſio
nem ius videtur agnatis quæſitum , ſiquidẽ
eo ipſo,ꝙ naſcitur fœmina, recipit inhabi-
litatem ſuccedendi,niſi in tertia parte bo-
norum ſibi a ſtatuto reſſeruata. Et hoc mo
do conſiderat ius quęſitum in ſimili Lapp.
Caſtillio.in alleg.100.circa ſi. Vel ſecun-
do reſpõderi poteſt,ꝙ licet tunc ius in ip-
ſis bonis non erat agnatis quęſitum re,erat
ſaltem quæſitum ſpe,quæ ſpes habebat cer
tam cauſam de præterito ab agnatione, &
conſanguinitate ſuccedẽdi in prædictis bo

nis, attenta excluſione ipſius fœminæ , &
agnatorũ admiſsione. Quæ agnatorũ agen
tiũ ſpes eo certior eſt reddita,cũ dicta bona
ad ipſum clericũ deuenerũt , quo tempore
certiſsimum fuit, ipſos agnatos eidem ſuc-
cedere in d.bonis debere , & poſſe, ſtante
dicto ſtatuto.Siquidem explorati iuris erat
clericum iure Cano. matrimonium legiti-
mum contrahere non poſſe, nec inde ſi ios
ſibi ſucceſsibiles procreare.Quo fit,vt ipſa
ſpes ita,vt ſupra certa,eundem debeat effe
ctum operari, quem res ipſa iam ad eſſe de
ducta operaretur iuxta tradita per Bar. &
doct.in l.is poteſt.ff.de lega.j.& in l.poſthu
mo.C.de contratab. Et quod dicitur tem
pus mortis quo ad ſucceſsionem inſpicien
dum eſſe,illud verum eſt,quo ad executio-
nem & effectum diſpoſitionis , non quo ad
ipſam diſpoſitionem. Nam diſpoſitionis tẽ
pus,non itẽ executionis ſpectari oportere
plærique aſſeuerant l. iubemus.C.de teſta.
quam ad hoc alleg.Ang.in.§.j.ver.aduerte
pro declaratione in authen. vt cum de ap-
pel.cogno.in c.ſi.col.pen.& ibi etiã Felyn.
col.ij.ver.amplia quarto.de cõſti. Hinc eſt
quod ſcribit Bald.in l.ſi quis hæredem . ad
med.C.de inſti.& ſubſti.ꝙ ſi ruſticus ruri
teſtamentum cõfecerit cum quinq; teſtibus
tantum,cum plures habere nõ poſſet ſecun
dum l.ſi.C.de teſta. poſteaq; vrbem aliquã
habitet , manet tamen validum illud teſta-
mentum prius factum,inſpecto,ſcilicet tem
pore , quo fuit conditum,non mortis , quo
effectum ſortitur,& ſequitur Pau.de Ca.in
d.l.iubemus,paulo poſt med.verſi.circa ſi-
nem.& ibi Corn.col.j.verſi.nota ꝙ quo ad
formam . & ibi Iaſo.in iij.notab. Et idem
Pau.de Ca.conſi.clxxxiiij.ex facto propo-
nitur ꝙ teſtator in ſi.lib.ij.& Iaſ.in d.l.fin.
col.j.verſi.ertio reſponde.C.de teſta. & fa-
cit quod no.Inno.in c.ſtatuimus.circa med.
verſi.item nota ꝙ priuilegium.de maio. &
obed.vbi dicit,ꝙ recepti in canonicos au-
thoritate Papæ ante illã decretalem,pręce-
dent maiores ordine poſtea receptos iuxta
antiquum ſtilum,licet præbendas aſſequan
tur poſt illam decretalem.Cui conſonat qđ
ſcripſit Iacob.Bu.in ſua diſputa.quam retu
lit,& ſecutus eſt Pe.de Ancha.in c.j.in xiij.
q.princ.verſi.hic ſubijcio quæſtionem Iac.
Butri. de conſtitu. ꝙ diſpoſitio clemen.ſu-
per cathedram.de ſepult.quæ vult,ꝙ de re
lictis factis eccleſijs conuentualibus mendi
cantibus ſoluatur quarta portio parrochia
li eccleſiæ, nõ habet locum in legatis factis
a teſtatore ante illam cõſtitutionem, etiam

ſi talia legata poſt illam conſtitutionem incipiant habere effectum, quod & ſequitur Fran. Are.conſi.lxxxv.conſiderata diligenter.col.j.quod etiam confirmat quod tradit Abb.in c.paſtoralis.§.verum.col.j.per illũ tex.de appel.ꝙ licet noua conſtitutio concernat futura, & non præterita,ſi tamẽ illa futura omnino dependeãt a præteritis,illa noua conſtitutio non compræhendit,& late ſcribit And.Tiraq.in tract.de iure primige.q.xliij.nu.17.verſic.quamquam & illud quoque. Alia item ratione prædicta principalis concluſio videtur poſſe confirmari, Nam vſq; de anno 1450.ſtatutum de quo ſupra fuit conditum,& ſic ante ortum, & natiuitatem ipſius Dou Lucæ, quod & tempore eius natiuitatis vigebat, & adhuc viget:& ſic hinc conſtat, ꝙ vinculum hoc ſtatutarium fuit eidem a ſtatuto impoſitum tempore,quo erat laycus,& ſic ſubditus ſtatuentium iuriſdictioni, Vnde cõcludi poſſe videtur,ꝙ dictum vinculum quo iam agnatis erat ius quæſitum per ſupradicta, per qualitatem clericatus poſtea ſuperuenientẽ tolli non poſsit,ſed ꝙ bona eo ligata remaneant,per ea quæ communiter tradunt Cano.in d.c.eccleſia ſanctæ Mariæ. extra de conſti. Nec huic rationi obſtat conſideratio Phil.Decij in d.c.eccleſia.nume.52.verſi & licet prædicta reſpõſio,dicentis, ꝙ attenta dicta ratione, videtur ꝙ fere ſemper ſtatuta laycorum clericos, & eorum bona ligarent,quia ij,quando naſcuntur ſunt layci,& laycorum ſtatutis ſubijciuntur, & ſic ligantur:vnde licet poſtea efficerentur clerici,ligati tamen remanerent, quia eſſet iniectum vinculum ante clericatum, quod tamen non eſt,ſecundum eum,dicẽdum. Quoniam poteſt replicari Decij ipſius illationẽ non eſſe vſquequaq; veram, nam ea adeo non patet,vt non poſsint dari caſus,in quibus clerici laycorum ſtatutis non ligentur, ſi quidem ſi poſt aſſumptum clericatum ſtatuta,vel eorum reformationes fiant, eis clericus non tenebitur,quemadmodum nec ẽt ligabitur, ſi ea expreſsim de clericis mentionem faciunt, vel ſint contra libertatem eccleſiaſticam concepta,per ea quæ tradũt legiſtæ in d.l.cunctos populos.& Canon.in d.c.quod clericis,de foro compet.idcirco eius illatio non vera, nec tollit prædictam rationem,quo fit,vt hinc ſequatur, ꝙ data inſtantia corruat argumentum c.cum Paulus.j.q.j.Fran.Cur.iun.in l.j.col.viij.C.qui admitti.& deſtructo fundamẽto cætera inædificata corruunt l.nam origo,ff.quod vi aut clam.quem tex.ad hoc allegat Paul.de Caſt.in authen.ex cauſa.C.de libe.præter. in col j.& Iaſo.plene poſt alios in l.creditori.ff.de oper.no.nun. Accedat etiam non temere dici poſſe prædictum ſtatutum eſſe fauorabile,non ſolum reſpectu agnatorum ad ſucceſsionem vocatorum.iuxta tex.in l.j.§.j.ff.de colla.bono.& l.ſeruo legato.§.ſi teſtator.ff.de leg.j.& Bar.in l.j.§.filium.ff.de contratabul.& in l.ij.§.videndum.ff.ad Tertul.Et gl.in c.j.§.hoc quoq;.de ſucceſſ.feudi,ſed etiam reſpectu clerici,cui ſucceditur, & eius ſororis rex conuentæ, nam, quod ad clericum pertinet,ſtatutum cenſetur fauorabile,quia intendit eidem de hærede ab inteſtato prouidere,quod ſane eius fauorem reſpicit,vt inſti.de lege Falcid.in prin. præſertim cum agat eidem facere hęredem nõ extraneum,ſed eius proximiores agnatos,& de eius familia,qui & domus authoritatem, honorem & decus,atq; memoriã perẽnent, atque augeant,& in hoc publica verſatur vtilitas,quę expoſtulat facultates ſuas ſingulis agnationibus conſeruari,vt familiaris ſalua ſit dignitas, & honeſtas, quæ abſque diuitijs non conſeruatur l.ab omnibus.circa prin.ff.de leg.j.l.j.§.ſi ſeruus.ff.de ventre inſpi.l.pietatis.C.de ſuſpe. tut.l.creditores.ff.de priui.cre.Et quia honores, & onera publica potioribus,& honeſtioribus ſunt inducenda l.honores ff.de decur.& l.ad ſubeũda.C.eo.li.x.q̃a intereſt reip.per ditiores,& digniores regi in authen.de defen.ciui.in prin.§.j.& in auth.vt om.obedi.iudi.prouin.circa prin.& facit quia reipubli.intereſt ſubditos abundare facultatibus in auth. vt iudi.ſine quoq.ſuffra.§.cogitatio. Sororis item reſpectu dicitur eſſe fauorabile, quia ſtatutum eã admittere in tertia parte bonorum principaliter intẽdit,quod eſt fauorabile,vt patet in dicto ſtatuto cap.lxxxiij.in.§.ſi vero agnatæ.ibi.ipſæ,vel ipſæ agnatæ fœminæ,& quælibet ipſarum,et præmortuarum filij ſuccedant in tertia tantum parte eius,quam quælibet ipſarum, & præmortuarum filij, habitura,vel habituri eſſent ab inteſtato &c. Nec dicatur, ꝙ reſpectu cæterarum duarum partium, ſibi de iure cõmuni debitarum,a quibus per ſtatutum excluditur,dicitur odioſum. Quoniã reſpondetur,ꝙ ad iudicandum an lex ſit fauorabilis,vel odioſa,attenditur id, ſuper quo lex principaliter prouidere intendit,vt habetur in l.qui exceptionem.ff.de condictio. indebi.& patet in tex.c.ij.poſt princ.ibi.cum non ſit dicendum,de decimi.in vj.Bald.in l.

illud.ij.col.C.de ſacroſan.eccle.& in l.fi.C.
de interdict.matri.et in l.ab executione.C.
quomo.app.non recip.Bar.in l.ſed in hac.
§.fi.ff.de in ius vocan.Pau.de Eleaz poſt
Ioan.And.in c.j.in iij.col.de loca.gl.penul.
in fi.& ibi Gemi.in c.ſciant cuncti.de elec.
in vj.Sed hic principaliter ſtatutum intẽdit
eas vocare ad tertiã partem bonorũ agnati
ab inteſtato defuncti,ergo dicetur fauorabi
le,Et licet a reliquis duabus partibus exclu
dantur,ea excluſio, venit in cõſequentiam
incluſionis & admiſsionis earum ad dictam
tertiam partem, vnde ea non debet attẽdi,
nec alterare poteſt principale,quia acceſſo
ria non alterant principalia clemen.j.in fi.
de præben.Abb.in cap.cum noſtris,colum.
pen.ad fi.de conceſ.præbẽ Et late per De-
ci.conſil.cccv.iuridicum.col.fin.Quo fit,vt
admiſsio earum,quæ principaliter intendi-
tur,ſit inſpicienda,non quod in conſequen
tiam venit, ad dignoſcendum an lex ſit fa-
uorabilis,vel odioſa.Idq; præſertim cũ ex
dicti ſtatuti præfatione conſtet illud eſſe fa
uorabile,dum inquit, ꝙ intendit ſucceſsio-
ni maſculinæ fauere, quæ proſapias,& fa-
miliarum nomen conſeruat,vt in c.lxxxij.
lib.ij.ſtatutorum legitur,per ea quæ elegã-
ter ſcripſit Bal.i l inteſtato.ff.de legi.tutor.
vbi dixit, ꝙ ex præfatione ſtatuti colligi
poteſt,an ſtatutum ſit odioſum vel fauora-
bile,& aſſerit ſe conſuluiſſe,ꝙ ſi ratio pro-
pter quam, mouentur ſtatuentes, ſit fauor,
eſt fauorabile,ſi vero ſit odiũ,eſt odioſum,
& hoc clarius declarat in repe.l.cũctos po-
pulos.in xij.col.C.de ſumma trinita.& fide
catho. dicens, ꝙ ſi mouetur odio ſexus, &
ſic in odium mulierũ eas excludat,eſt odio
ſum,ſed ſi fauore maſculorum, eſt fauorabi
le. Cũ ergo in d. duabus partibus fœminas
propter agnatos maſculos excludat, idque
ex præfatione aperte conſtet,dicendum eſt
illud eſſe fauorabile,attento eo,quod prin-
cipaliter agitur, & quod ſtatuentes mouit,
ad ita ſtatuendum,non quod in conſequen-
tiam venit. Et ꝙ ſtatutum hoc excludẽs
fœminas propter maſculos agnatos dicatur
per prędicta fauorabile,& non odioſum,te
nent infiniti docto.relati per Albe.Brun.in
tracta.ſuo,ꝙ ſtantibus maſculis &c.in quar
to articu.princip.circa fi.nume.6.vbi dicit
hanc eſſe communem opinionem doctorũ,
& licet Deci.conſi.xiij.& pro tenui col.an-
tepen.dicat huiuſmodi ſtatutum dici odio-
ſum & iniquum, & hanc eſſe cõmunem do
cto.opinio. Dicta Decij intelligenda ſunt,
quando ſtatutum excluderet filias propter
filios maſculos,nam tũc poſſet odioſum di-
ci iuxta l.maximum vitium,C.de libe.præ
te.facit l.fi.C.communia vtriuſq; iudi. & l.
cum oporter.§.ſin autem res.C.de bon.quæ
libe.& l.illud.C.de collatio. dum dicũt oc-
caſionem altercationis præſtari quando cõ
ſtituitur inæqualitas inter filios,vnde talia
ſtatuta dici poſsũt odioſa, vt quę ſint cõtra
naturalem æquitatem, vt dixit Bal.in l.in-
ter filios.C.famil.erciſcun. Sed quando ſta-
tutum excludit ſororem a ſucceſsione fra-
tris odioſum dici non poteſt per rationes la
tius allegatas per Alexan qui id in termi-
nis tradit conſi.xvj.viſo titulo.col.j.volu.j.
Cũ ergo per ſupradictas rationes ſatis oſtẽ-
ſum ſit dictum ſtatutum eſſe omnium reſpe
ctu fauorabile,& præſertim reſpectu cleri-
ci,ſequitur,ꝙ clericus,& eius bona, eo ligẽ
tur,per tradita per Cano.in d.c.eccleſia ſan
ctæ Mariæ.& ibi Moder. Patet igitur ex
prædictis eſſe omnino concludendum præ-
dictum ſtatutum ligare tam clericũ, ꝗ eius
bona patrimonialia, & cõſequẽter ex eius
diſpoſitione ipſos agnatos actores ad eius
ſucceſsionem eſſe pro duabus tertijs parti-
bus admittendos,excluſa ipſa ſorore fœmi
na:non obſtantibus ſupra in contrariũ alle-
gatis,quæ ex prædictis rationibus facile re
felluntur. Et ſingulis argumentis particula-
riter reſpondendo,Non obſtat et primo,ꝙ
ius commune,præferat ipſam ſororẽ agna-
to d.§.ſi igitur,in authen.de hæredi.ab inte
ſta.& ꝙ ſtatutum non habeat locum in hæ-
reditate & bonis clerici, cũ illud ſit layco-
rum,quamuis ſit æquum & bonum,ex de-
fectu poteſtatis ſtatuẽtium.d.c.eccleſia ſan-
ctæ Mariæ.& ibi Abb.in j.notab.de conſti
tu.cum alijs ſupra.in principio allega.Quo
niam reſpondetur,ꝙ per dicti ſtatuti ſpecia
lem diſpoſitionem iuri communi derogatũ
eſt, & ꝙ agnati maſculi, fœminis prælati
ſunt,per quos conſeruantur proſapię,& no
1 cet ſe excuſandi a tutela vel cura. quia † intra obſeruationem temporū, de quibus habetur in l. ſcire oportet. ff. de excuſ. tuto. & inſti. de excu. tuto. §. quæ excuſari, oportet ꝙ volēs ſe excuſare faciat dari a iudice curatorē huic liti pupillo. vel adulto. & cum illo curatore litiget, ita ꝙ illo curatore defendente cauſam pupilli, vel adulti feratur ſentētia, & excuſat. arg. inſti. de autho. tut. §. fi. & hoc videtur de mente gl. l. j. C. ſi ex fal. alleg. excuſe. alias ſi contrafieret ſententia excuſationis eſſet nulla ipſo iure tanq̄ lata contra pupillum, vel adultum indefenſum. l. acta. §. fi. & l. contra pupillum, in princi. ff. de re iudi, quod not. quia videbis ſæpe aduocatos errare in practicando.

* ADDITIO. Idem refert & ſumme commendat Catellia. Cot. in memor. in verſi. connexorum. col. fin. verſic. poſſet tamen adhiberi. Aliam cautelam ſe excuſandi a tutela tradit Cæpol. in cautel. xvj. ne quis inuitus. Gab. Saray.

1 *Obligatione omnium bonorum præſentium & futurorum quemadmodum multa deducuntur quæ non veniunt, niſi de eis fiat ſpecialis mentio, ita & deducuntur de donatione inter viuos generali.*

2 *Intellectus l. obligatione generali. ff. de pigner.*

3 *Libri quibus vtuntur quotidie doctores, & ſcholares, ſupellectilia, & veſtes propriæ perſonæ non veniunt in obligatione generali.*

136 No. vnum motiuum ſingulare, ꝙ ſicut
1 † in obligatione generali omnium bonorū præſentium & futurorum, deducunt̄ multę res, quæ non veniunt, niſi de eis fiat ſpecialis mentio, vt l. obligatione generali cum l. ſeq. ff. de pigno. ita & multo magis illæ res debent deduci de donatione inter viuos generali omnium bonorum præſentium & futurorum: quia eſt maioris præiudicij, q̄ ſit pignoris obligatio, ergo &c. ar. eorum quæ no. per glo. & docto. in l. fi. C. quæ res pign. obli. poſ. Et ideo videtur male loqui Bart. in l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verbo. obliga. qui dicit, ꝙ ſtipulatio qua quis ex cauſa donationis promittit alicui omnia bona ſua præſentia & futura, non valet, q̄a auferret liberam teſtādi poteſtatem per indirectum, cum nullus velit eſſe hæres ſine commodo, & dicit ꝙ Cy. hoc cōſuluit. hoc eſt enim falſum cum videātur exceptę res, de quibus in d. l. obligatione generali. cum l. ſeq. & ideo quo ad illas poterit habere hę-
2 redem. Et † no. pro intellectu l. obligatione generali. cum l. ſeq. quod ea quæ in vſu quotidiano non habentur, non veniunt in obli-
3 gatione generali, vnde libri † quibus oportet quotidie vti ſcholares & doctores non veniunt, ſicut nec ſupellectilia, vel veſtes propriæ perſonæ. Et ideo ſis cautus, ꝙ in inſtrumētis quotidie facias apponi hęc verba. ꝙ quis obligat omnia bona ſua præſentia & futura, etiā ſi eſſent ſupellectilia, vel veſtes proprię perſonæ, vel ſerui qui eſſent ſibi proprij obligātis, vel quælibet alia res,

quæ ſpecialem mentionem requireret, vt intelligerentur obligatæ. hoc enim ſufficeret. ar. c. qui ad agendum. de procur. lib. vj. Et miror ꝙ practica hoc non induxit, & ideo in donationibus, vbi in donatione talis ſpecificatio fuiſſet facta, poſſet ſaluari dictũ Bar. in l. ſtipulatio hoc modo concepta.

ADDITIO. No. vnum motiuũ &c. in fi. Adde Imo. & Roman. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta. hic alleg, vbi concordant cum Mat. hic quod dicit Alexan. in d. l. ſtipulatio. col. ix. eſſe verum, præterquam ſi donatio omnium bonorum irreuocabilis eſſet collata poſt mortem, quia tũc videtur ceſſare ratio aſsignata in l. obligatione generali. hic alle. de quo etiam per Pe. de Ancha. & Imo. in rub. extra de teſtamẽ. vbi dicit Imo. communem opinionem eſſe ꝙ talis donatio non valeat. & idem dicit Bar. in cõſi. incip. punctus talis eſt, pater filio ſuo emãcipato &c.

* Alex. in addi. ad Bar. in d. l. obligatione generali, hoc idem refert & ſequitur, & Nic. Boer. in deciſio. ccliij. nume. 38. & per tot. vbi multa pulchra & ſingularia ponit in hac materia. & maxime ꝙ in generali obligatione, non veniunt libri, de quo etiã per doct. in l. ij. §. mutui datio. & ibi Deci. colũ. vj. num. 24. in vltimo lectu. ff. ſi cer. peta. In quo tamen vnum nota, ꝙ licet executio nõ poſsit fieri in libris ſcholaris, gl. in l. Nepos Proculo. in ver. dignitate. ff. de verb. ſigni. tamen ſi ſcholaris moritur, & aliquis pro eius funeralibus pecuniam expendit poterit libros retinere, donec ei ſatisfiat, vt decidit Bald. in l. j. C. etiam ob chyrograph. pecu. & in l. in reſtituenda. per illum tex. C. de petitio. hæredi. & in l. fi. C. commo. & an ſi ſcholaris cædat bonis, deinde emat libros an creditores, poſsint ipſos libros auferre, tradit Bal. in rub. C. qui bon. cæd. poſſ. vbi determinat ꝙ nõ per d. gl. in l. Nepos Proculo. & no. Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi centũ. col. fi. ver. adde. ff. de condi. inde. vbi & alia ſimilia ponit. Sed quantum ad propoſitam materiam huius notabilis, dubitari, poteſt an idem ſit, quod in vltimo caſu, quando in obligatione generali bonorum, adiecta eſſet dictio vniuerſalis, omnis, & videtur dicendũ, ꝙ ſic, qui enim omne dicit nihil excludit l. a procuratore. C. manda. & ita etiã tenet Deci. in conſi. xxx. col. iij. verſi. ſecundo non obſtat, intelligens d. l. obligatione generali procedere in obligatione indefinita puta, bonorum, ſecus ſi adijciatur, dictio, omnium. Idem etiã tenet Deci. in l. omnia, ff. ſi cer. peta. in j. col. vbi etiam ad hoc mouetur ex notatis per Barto. in l. generali. §. vxori. ff. de vſufru. lega. Sed licet autoritas Decij ſit maxima, tamen ego dubito de iſta ſua deciſione, Primo quia doctores intelligunt d. l. obligatione generali, quando etiam fuit facta obligatio, cum dictione, omnium, vt per Bar. in l. Codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. ij. & per Bar. & Saly. in l. j. C. quæ res pigno. oblig. poſ. Quę opinio Deci. non probatur ex notatis per Bar. in d. §. vxori. Nam ex dictis Bar. ibi colligitur, ꝙ diſpoſitio, ſeu obligatio generalis ſimpliciter facta, comprehendit etiam venalia, ſed ſi dicta diſpoſitio generalis reſtringatur ad certum locum, puta, relinquo omnia, quę in domo ſunt, tũc propter locum deſignatum reſtringitur diſpoſitio generalis, & non comprehendit venalia, quę ſunt in domo, niſi dicto loco deſignato adijciatur aliud ſignum vniuerſale, tunc enim illa reſtrictio loci tollitur per dictam clauſulam vniuerſalem, & prout prius comprehendebantur venalia, quando diſpoſitio erat facta ſine deſignatione loci, ita & nunc cum deſignatione loci ampliata per dictam clauſulam vniuerſalem, ita vult in effectu, & in ſubſtantia ibi Bart. Et ſic Bar. non facit ibi differentiam inter legatum, ſeu diſpoſitionem indefinitam, & vniuerſalem, vt facit Deci. in ſua deciſio. Nec etiam fundari poteſt deciſio Decij ex notatis per Bar. in l. ſi pluribus. ff. de lega. ij. ad quem ſe refert Deci. quia Bartol. ibi examinat, an & quando indiffinita æquipolleat vniuerſali, & in propoſito dicit, quod quando indefinita profertur ab homine, ſi dependet ex voluntate proferentis, an comprehendantur, vel non comprehenduntur omnia, tunc debet attendi quod ipſe voluit, in caſu autem dubio, quando non conſtat quid voluerit, diſtinguitur, an ſit eadem ratio omnium contentorum ſub indefinita, an non, prout ſecundum Bartol. ibi diſtinguit Dyn. in rubri. de reg. iur. in vj. In terminis autem d. l. obligatione generali nõ eſt eadem ratio omnium comprehenſorum, & ideo excluduntur ea, de quibus in d. l. obligatione cum tribus legibus ſeq. Tertio non obſtat illud vulgare, ꝙ qui omne dicit nihil excludit d. l. a procuratore, quia terminus omnis reſtringitur ad ea, quæ ſunt de natura cõtractus, vt pulchre declarat Bar. in d. l. a procuratore & in l. qui habebat in prin. ff. de leg. iij. Præterea dictio omnis adiecta diſpoſitioni de futuro continenti cõceſsionẽ noui actus reci-

pit reſtrictionem de habilitate, vt late per Bar. Alex.& Iaſ. in l.j.§.nunciatio.ff.de no. oper. nuntia. Et propterea dictio omnis, adiecta in generali obligatione bonorum, reſtringi debet ad bona quæ habilia ſunt comprehendi in ea, non autem ad inhabilia iuxta d.l.obligatione generali. Quarto, quia l.obligatione generali loquit̃ expreſſe de generali obligatione, ergo non eſt reſtringenda ad indefinitã, vt facit Deci. nã oratio vniuerſalis, generalis, particularis, & indefinita differunt ad inuicem, vt late habetur per Bar. in l.ſi ita.ff.de auro & argen.lega.& per Bart.in l.fi.§.j.ff.de lega.ij. merito diſpoſitio d.l.obligatione generali, procedit etiam, quando adiecta fuit dictio generalis omnis, quia illa dictio facit obligationem generalem, vt per Barto.in d.l.ſi ita.& ſine dicta dictione omnis diceretur indefinita, vt ibi per Bar. ex quo datur intelligi, ꝙ ſola dictio omnis nõ ſufficit,& ita putat tenendum Neguſan.in tracta.de pigno. & hypothe.in iij.membro. ſecundæ partis. nume.37. Gab.Sara.

1 *Sententia declaratoria dominij vel abſolutoria ab obſeruatione iudicij quãdo in rei vendicatione ſequi poßit.*

2 *Sententia lata ſuper dimidia rei petitæ in rei vendicatione quando valeat?*

137 No. ꝙ ſi reus conuentus rei vendicatione non aſſeruit ſe poſsidere rẽ petitã: quia de hoc non fuit interrogatus: ſed ſimpliciter ſe obtulit liti, eſt differẽtia an actor ſciuerit eum poſsidere, aut detinere rem petitam, an ignorauerit. primo caſu non poterit ſequi alia ſententia quã abſolutoria ab obſeruatione iudicij, ſeu ab inſtantia: quia actor ſeipſum decępiſſe videtur, vt l. nam & ſi actor.ff.de rei ven. Ex quo etiã ſequit̃, ꝙ licet actor probaſſet ſe dominũ, nõ poſſet ſequi ſententia, qua declaretur actorẽ eſſe dominum reo non conſentiente. & pro p̃dictis facit c.Raynaldus de teſta. Sed ſecundo caſu quando actor ignorauit, poteſt, ſi actor velit, ſequi ſententia declaratoria in fauorem eius, abſoluitur tamen reus a reſtitutione rei, ideo quia non poſsidet: vt l.ſi a te.§.fin.ff.de exceptio. rei iudicatæ. & ibi Bar. hoc tenet. Ex prædictis ſequitur quod dictum Bar. poſitum in l. ſi conſtante.§.fin. ſolu.matri.& in l.j.C.ſi aduer.rem iud., vbi
2 tenet ꝙ ſi apparuerit † reum conuentum rei vendicatione ad fundum, poſsidere dimidium fundi tantum, valebit ſententia lata ſuper dimidia pro actore, licet de alia dimidia iudex nihil dixerit, quod dictum ſequitur do. Anto.de But.in c.cum inter vos. de re iudi. Sed debet reſtringi, quãdo actor ſciebat reum poſsidere pro illa parte tantum.& ſic pro illa parte inſtantia & iudicium valuiſſet quo ad totam rem, quia potuit ſequi declaratoria dominij actoris ſuper tota re. ideo ſententia lata ſuper parte eſſet nulla ipſo iure per notata in d.l.j.& in l.hoc iudicio.ff.fami.erciſ.

ADDITIO. Nota quod ſi reus &c. ibi, ex quo ſequitur. adde ꝙ iſtud dictũ refert & ſequitur ſimpliciter Fely.in c.aduerſario tuo colum.v. ver.tertius caſus de exce. adde pro hoc Pan. in c.cũ inter hic alle. vbi tenet opi. Anto.de Bu. ſed imo. ibi tenet oppoſitum quem videntur ſequi Moder.col.v.quia in l.ſi cõſtante.§.fi.hic alle. pendente iudicio ſuper parte dominij omnino deſijt ius competere. ſed in caſu Bart. licet reus deſierit poſsidere non deſijt agẽs eſſe dominus.& ideo debuit declarari dñs totius fundi,& abſolui reus ab alia parte expreſſa cauſa quia non poſsidet. proderit autẽ victori hęc ſententia ſi vnquã reus de nouo poſsideret c.aduerſario, ſupra alleg. Idem imo. Raph. Ludo. Alex.in d.§.fi. quia etiam contra non poſsidentem procedit iudicium rei vendicationis, & operatur ſñia ſi vllo tẽpore res perueniat ad abſolutum vt ẽt per Bar. in l.is qui ſe obtulit.ff. de rei ven.& Bal. in l.cogi.in viii.colũ.C.de peti. hære.& in rub.ff.de rei ven.& in l.licet minimam.ff.de pet.hęre. ſed poſtea reperiri in propoſito plenum locum Fely.in c. examinata in j.col.ver.limita tertio de iudi.
* Iſtud plene examinat Alex.& contra Bar. tenet Alex. in d.§.fin.l.ſi conſtante.ff. ſolu. matri. vide ibi per eum,& in propoſito dixi ſupra in ſingu. cxvij. nota ꝙ ſi quis agat ſimul. Gab. Saray.

1 *Terminus præfixus a iure, vel ab homine ad probandum vel opponendum in cauſa principali, non refertur ad cauſam appellationis, nec concluſio facta in cauſa principali nocet in cauſa appellationis.*

138 No. doc. ꝙ omnis † terminus præfixus a
1 iure, vel ab homine ad probandum oppoſitiones, vel ad opponendum tantum in cauſa principali, non refertur ad cauſam appel

lationis immo etiam concluſio facta in cauſa principali cum habet nocere voleti opponere, & probare in cauſa appellationis: vt l.eos.C.de ap.& l.per hanc.C.de tempo. appel.cum ſi.& hãc doctrinã ponunt Dy. & Ioan.And.in c.cum veniſſet.de teſtib.& in c.cum dilectus.de fide inſtru.& Spec. in ti.de inſtru.edi.§.nunc videamus in princ. & Bar.in authen.at qui ſemel.C. de proba.

* ADDITIO. An facta i cauſa principali intelligantur facta in cauſa appellationis tradit late Bal. in c. fraternitatis. de teſtib.col.fi.& Imol.in clemen.ij.col.ij.ver. deinde tractat.de teſtib.& plene Abb.in d. c.cum veniſſet de teſtib.& per Bal.in auth. iubemus.C.de iudi.& per Bar.in d.authen. qui ſemel.C.de proba.colum.iij.nu.16.ver. quæro vtrum renuntiatio. Gab. Sara.

1 *Actus qui non valet vt agitur, an valeat prout valere poteſt in vltimis voluntatibus?*

2 *Libertas relicta per verba directa, ſeruo alieno quæ non valet vt directa, an valeat vt fideicommiſſaria?*

3 *Verba directa, quæ non valent iure directo ſemper in codicillis obliquantur, ſecus in teſtamentis.*

139 No.vnam doctrinã ſingularẽ Bar. ſi eſ-
1 ſet vera, quæ vult, ꝙ in vltimis† voluntatibus ſi quęratur, an valeat actus qui non vz vt agitur, valet vt valere poteſt, debet reſtringi, ꝙ aut loquimur de diſpoſitione totali, & tunc nõ valet prout valere põt l.nõ codicillũ.C.de teſta. Aut de parte illius, & valet prout valere põt l.filiusfa.§.ſi qs hęredẽ.ff.de leg.j.& l.Sceuola.ff. ad Trebel. facit qđ no.in l.verbis ciuilibus.ff.de vulg. & pu. Et hanc regulam ipſe ponit in l.j.§.ſi qs ita.ff.de ver.obli.Sed hæc doctrina Bar. in ſcđo membro vr̃ eſſe falſa opinio, quia
2 ſecundũ hoc ſequeret̃, ꝙ libertas†relicta p verba directa teſtamẽto ſeruo alieno, quæ non valet vt directa, deberet valere vt fideicõmiſſaria, & tñ hoc eſt contra legẽ iuncta glo. in l.ſeruo tuo.C.de ma. teſta. Itẽ de hoc eſt caſus expreſſus in l. ſeruus legatus. .§.ſi ſeruus alienus.ff.de leg.primo. Et ideo in hoc paſſu eſt aliter dicendũ, qa aut nos loquimur in codicillis, aut in teſtamento. ſi in
3 codicillis, tunc† verba directa, quæ nõ poſſunt valere iure directo, ſemper obliquant̃, & ſic valẽt prout poſſunt. l. Sceuola. ff. ad Trebel.& l.cum quis.§.ſeia.ff.de leg.iij.& no.inſti.de vulg.ſub. in gl.j. Fallit in verbo directo ademptiuo hæreditatis, quo nõ cõferẽ alteri hæreditas, nã talia verba nõ obliquantur in codicillũ, ita ꝙ intelligat̃ is, cui relinquitur hæreditas, rogatus illã reſtituere venientibus ab inteſtato, vel cohæredi ex teſtamẽto, ſi illum habet, imo talis adẽptio eſt ipſo iure nulla in totũ. vt l. quid in ſuo.§.fi.ff.de cõdi.inſti.& ibi per glo.& inſti.de codicillis.§.fi. Si vero loquimur in teſtamẽtis, tunc regula eſt vera, ꝙ verba directa, quæ non poſſunt valere iure directo, valent eo modo quo valere poſſunt vt d.l.ſeruo.& d.§.ſi ſeruus alienus. Fallit in caſu l. generaliter.§.ſi quis ſeruo. ff. de fideicom. lib. Ex quo ſequitur ꝙ ſubſtitutio facta per patrẽ filio adulto. ſi hæres erit, & deceſſerit ſine liberis per verba directa, puta, talis hęres eſto, vel talẽ inſtituo, nullo modo valet vt fideicommiſſaria, idẽ vr̃ in inſtitutione ſimili quam mater faceret filio pupillo vel adulto. Et pro p̃dictis facit text. in l.verbis ciuilibus.ff.de vulg.& pu.& inſti.de vulg. ſub.§.maſculo.§.& extraneo. & ibi glo. ẽt hoc ſenſit in verbo p fideicõmiſſum in fi. licet glo. ſenſit contra in d.l.verbis ciuilibus & licet Bar.dicat ꝙ doc.tenẽt illã glo. Bar. non bene dicit, quia cõis opinio eſt in contrariũ, vt refert Io.An.in c.ſi pater.de teſta. lib.vj.in verbo interdũ, in nouella. Nõ obſtat d.l.filiusfa.§.ſi quis hæredẽ: qa ibi reſpondẽt, ꝙ ibi non fuerunt verba directa, ſed obliqua. nam ſi teſtator dicit, rogo te Ticiũ hæredẽ meũ, vt facias tibi. Seiũ hæredẽ: hæc verba nõ ſunt directa, quia teſtator nõ facit per ſe Seiũ hæredem, ſed diſpoſuit, ꝙ alius.ſ. Ticius faciat, & ideo diſpoſita p talia verba obliqua valent iure fideicommiſſi: vt ibi.& l.ex facto in prin.ff.ad Trebel. & hæc vltima verba ad literam fuerũt verba ipſiuſmet Bar.in l.Centurio in j.col.ff.de vulg.& pu.vbi allegat l.pater filium.§.j.& l.Lucius.ff.de leg.iij.& adde quod dicitur in ſequenti no.

ADDITIO. No.vnam ſing. doctrinam &c.ibi.ſed hæc doctrina Bar.vr̃ falſa. Et contra opi.Bar.in l.Sceuola.ff.ad Treb. & glo.in l.verbis ciuilibus hoc alleg. tenet Io.An.in c.ſi pater.de teſt.in vj.in nouel.& Bal.in l.ex tribus.C.de inoffi.teſt. & Ang. in l.precibus.C.de impu.Imo. Alex. & alij plene reprobãt in l.Cẽturio.de vulg.& pu. licet quãplures tenuerint cõtrariũ de qbus ibi per eos & in l.j.ff. de ver.obli.§.ſi quis

ita & per doc. in c. Raynutius, de teſta. Nec obſtat l. Sceuola tenẽdo opi. contra gloſ. in d. l. verbis, quia ibi propter accidens nõ valebat ſubſtitutio directa, i. ex eo q̃a erat in codicillis in quibus directo dari non poteſt hæreditas l. ij. C. de codi. nam hoc bene potuiſſet fieri in teſtamẽto. ſecus ergo vbi ſimpliciter lex reſiſtit ſicut reſiſtit ſubſtitutioni directæ q̃ fit extraneo vel puberi poſt aditam hæreditatem d. l. verbis ver. fruſtra. nã tunc non trahet ad fideicõmiſſum l. ſeruus legatus. §. ſi ſeruus alienus. ff. de lega. j. Nõ obſtat l. ex facto ad Treb. quia ibi diſpoſitio non fuit facta directo ſed per fideicommiſſum. i. per mediã perſonam primi hæredis, ita declarat no. Bar. in d. l. Centurio. colum. pen. dum allegat dictam l. ex facto.

✱ Hæc materia pleniſsime tractatur per doc. in l. Centurio poſt Bar. ibi. ff. de vulga. & pupilla. & in l. j. §. ſi quis ita vbi Iaſo. col. v. nu. 16. ff. de verb. obliga. & pleniſsime per Guliel. benedict. in ſua aurea repe. c. Raynutius. de teſta. & in alijs locis hic cumulatis per coappoſtillatorem. Gab. Saray.

✱ *Clauſula codicillaris, quæ in teſtamẽtis apponitur, quid operetur.*

249 No. mirabilem doctrinam, quã habet clauſula vulgaris in teſtamentis viitãta. ſ. ſi non valeat iure teſtamenti, valeat iure co-
2. diciliorum, nam † operatur hoc primo. ſ. q̃ ſi in teſtamento fuerunt aliqua verba directa, quæ non potuerunt ab initio valere iure directo, valebunt iure fideicommiſsi, ac ſi illa verba fuerint poſita in codicillis, arg. d. l. Sceuola in prin. cum ſi. ff. ad Trebellia. Secundo operatur, q̃ ſi aliqua verba directa poſita in aliquo teſtamento aliquo tempore potuerunt valere vt directa, & aliquo tẽpe non, pro eo tẽpore quo non potuerũt valere vt directa, valebunt iure fideicommiſsi: vnde ſi teſtator filium pupillum inſtituit, & dixit, ſi filius meus deceſſerit ſine filijs, talem inſtituo, aut, talis hæres eſto, & contingit filium mori in pupillari ætate, valebit vt directa pupillaris: ſi vero contingat eum mori in ætate adulta valebit vt fideicommiſſaria propter dictam clauſulam codicillarem, nam exponitur. ſ. quatenus, ideſt ſuper, vel pro re, vel pro eo tempore, quo &c. arg. l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. j. Et hoc vltimum ſentit Bar. in l. j. ff. de codicillis, in q̃o. nona. Et ſic debet limitari quod no. Bar. in l. Centurio. ff. de vulga. & pup. ita publice tenuit diſputanda do. Ant. de Bu. prout ipſe refert de teſta. c. Raynutius vbi idem tenet. facit l. ſi frater. C. de fideicommiſsis, & glo. inſtitu. de pup. ſubſtitutione. §. maſculo. & hoc videtur etiam de mente Bar. in d. l. j. ff. de iure codicil. in xvj. quæſtione.

ADDITIO. No. mirabilem &c. Ad iſtud no. nunquid ſit verum, vide Alexã. in l. verbis ciuilibus. ff. de vulga. & pupil. ſed ibi plenius & elegantius per Magi. meum col. iiij. in fi. & tota ſeq. vbi ipſe & communiter doc. tenent contra Rapha. Alexan. & Matth. hoc & ibi Magiſt. meus facit in hoc duas pulchras concluſiones, quas vide per eum. vide tamen Mag. meum vbi ſequitur dictum Matth. hic, in l. precibus in xij. col. ver. limita tamen. C. de impube. & alijs ſubſti. per alleg. ibi per eum.

✱ Communiter tenetur cõtra Matth. hic poſt Bar. ab eo relatum, vt tradunt doct. in l. verbis ciuilibus, & in l. Centurio. ff. de vulga. & pup. & per Guil. Bened. in repe. c. Raynutius. & ibi etiã do. meus d. Auguſti. Bero. de teſtamen. vbi iſtud examinant. & de virtute clauſulæ codicillaris, late tradit Bar. in l. j. ff. de iure codicil. & Bal. in l. fin. C. eo. ti. Et quod clauſula ſi non valet, exponatur ideſt quatenus non valet tenet Bar. in d. l. Stichum. qui meus erit colum. ij. ver. iſta faciunt ad quæſtionem. & ibi Aret. ff. de leg. j. & in auth. ex cauſa. col. fi. ver. veritas hæc eſt. C. de liberis præter. & Paul. de Caſt. cõſi. cxlvij. & Bal. in l. controuerſia. in fi. primæ colum. ff. de tranſact. Et in materia vide Alexã. conſi. xxviij. volu. j. & conſi. clx. volu. ij. & per Corne. cõſi. xcvj. nu. 6. & 12. volu. ij. & cõſi. cxviij. nu. 3. 11. & 12. & cõſi. cxxvj. nu. 4. eo. volu. & conſi. cxxix. nu. 8. eo. volu. iij. & conſi. clviij. nu. 37. & conſi. cxliiij. nu. 7. & conſi. clxviij. nu. 9. eo. volu. & cõſi. xliiij. nu. 6. & cõſi. liiij. nu. 3. & cõſi. cxxxiij. nu. 5. & conſi. cxciiij. nu. 8. & conſi. ccxlv. nu. 3. volu. iij. & conſi. cccvj. nu. 2. & conſi. ſeq. eo. volu. iij. & conſi. cliiij. nu. 2. eo. volu. 3. & conſi. cccviij. nu. 3. volu. iij. & cõſil. ccxcvij. nu. 5. volu. 4. & conſi. cccxx. nu. 4. eod. volu. iiij. Rapha. Cuma. conſil. lxij. nu. 3. Deci. conſi. cclxxxvij. nu. 4. & conſi. ccxxx. nu. 1. & conſi. ccv. nume. 9. & conſi. ccxcj. nu. 4. & conſi. ccxliij. nu. 2. 4. 5. & 6. & conſi. ccclxix. nu. 2. & cõſi. ccclxxxiiij. nu. 2. & conſi. cccxciiij. nu. 6. & cõſi. ccccxxxj. nu. 8. & conſi. dclx. nu. 4. Et Marc. Mãtua. conſi. xxv. nu. 14. & conſi. cx. nu. 13. & cõſi. ccx. nu. 5. & conſi. cclix. nu. 3. Et per Ioan. Paleſt. Durant. in ſuo tract. de arte teſtandi

in titu.

In titu.de his qui non hab.teſta.fact. cautel. viij.nu.3.& in ti.de liber.inſtitu. vel exhæredan.cautel.j.nu.4 & cautel.iiij. in fin. & cautel.x.nu.4.& cautel.xv.nu.2.& in titu. de hæredi.inſti.cautel.j.nume.2. & per do. Laurum de Palatijs in ſuo tracta.ꝙ extantibus maſculis fœminę non ſuccedant quē poſuit in.§.cæterum.inſtitu. de legit. agnator.ſucceſsio.in princi.nu.37.& per Marc. Anto.Bauer.in tracta.de virtute iuramenti in prin.nu.4.& per Nico.Boer.decif. 33. nu.8.Benedict.Caprā noſtrū.in conſi.xxx. nu.4.conſi.lxvj.nu.14. conſil. lxxx. nu.2. conſi.lxxxiiij.nu.22. conſi. cij.nu.3. conſi. cvj.numero 11.& conſi.cxv.nume. 8. & 9. Gab. Saray.

1 *Sententia lata per verba obſcura, quòd debeat declarari per acta probatoria, etiam ſi ad illa non fiat relatio expreſſa, quomodo intelligatur.*

141 No. ꝙ illud, quod dicitur, ꝙ ſententia
1 lata† per verba obſcura debet declarari ꝑ acta probatoria, etiam ſi ad illa non fiat relatio expreſſa l.iij.C.de ſen. quæ ſine certa quanti.cum ſi.ibi nota,debet intelligi,quādo eſſet ſententia nulla propter obſcuritatem niſi declaret per acta probatoria. ſed vbi ſentētia poteſt in ſe valere, verba eius ſtricte debent intelligi,nec debent declarari per acta probatoria l. j.C.ſi plu. ſu. vna ſen.& l.Paulus.la ij.ff.de re iudi.

* ADDITIO. Adde Bar. in l.j.C.ſi plur.vna ſenten.& Alex.in d.l.iij.C.de ſen ten.quæ ſine cer. quantita.vbi id refert tacito autore,& ſequitur.Et ibi ſubdit an incertitudo tēporis vitiet,vt puta,ſi iudex dicat, relego te ad tempus, & non dicit quantum tempus,'& dicit eſſe tex. ꝙ non in l. ſi ſine præfinito tempore.ff. de pœnis, vbi vide quomodo intelligatur ad tempus, & aduerte ꝙ ille tex. loquitur in criminalibus. Et adde Bald.in conſi.xxxiiij. vbi dixit d.l.ſi ſine præfinito,eſſe vnicam in iure, & facete,ꝙ ſi iudex ſimpliciter banniat aliquem, ꝙ intelligatur bannitus vſq; ad decenniū.

1 *Conſultori ſi tantum debeatur pro libra, inſpicitur quod petitur, non quod exigi poteſt.*

142 No.ꝙ vbi ex forma ſtatuti† debet da-
1 ri conſultori tantum ſalarium, ſi cauſa ſit a quingentis libris vſq; ad mille, & tantum ſi a mille vſq; ad duo millia, prout dicit ſtatutum Bononiæ,conſultor habebit ſalariū integrum, licet reus ſit pauper, ita qđ eius nomen non eſtimaretur pro centum,vt probatur in l.in offerendis.C.de appel. & hoc tenet Bart.ibi quod not. quia quotidie accidit.

ADDITIO. No. quod vbi &c. In ſi.adde Bar.met.in l.ſi.§.fin. eod. titu.C.de appel.& in l.qui tabulas in princi. vbi etiā Ang.ff.de fur.Magi.meum in l. cum quædam puella.§.quotiens.col.ij.ver. iij. no.ff. de iuriſdi.om.iudi, & in l.non amplius col. ij.ff.de leg.j.

* Facit tex.in auth.de litigio.§.ad excludendas.& notat Bar in l. pen.§.ſi.ff. de iuriſdi. om.iudi.vbi concludit, ꝙ inſpicitur quod petitur,non quod exigi poteſt propter inopiam debitoris.Et plene per Iaſo. in l.cum quædam puella in prin.ff.de iuriſ.om.iudi, Gab. Saray.

1 *Clericus & laycus ſi ſint in cauſa indiuidua conueniendi id peti debet coram iudice eccleſiaſtico.*

2 *Iudex ſecularis an poſsit cogere laycum ad prorogandum iuriſdictionem in iudicem eccleſiaſticum.*

3 *Prorogatio iuriſdictionis ſi fiat in clericum & laycum adeundus eſt epiſcopus ſuper reductione ad arbitrium boni viri.*

143 No.ꝙ ſi in cauſa indiuidua† aliquis ve-
1 lit conuenire clericum,& laycum, vterque conueniendus eſt in foro eccleſiaſtico:quia magis dignum trahit ad ſe minus dignum: vt in c.quod in dubijs de conſe. eccle. vel alta.& l.pręcipimus.§.j.C.de appel.& hoc tenet ibi Bar.Sed ipſe ſenſit contra in l.iij. ff.de collegijs illici. & ibi dicit, ꝙ ambo.i. iudex eccleſiaſticus & ſecularis ſimul debent cognoſcere, vel pronūciare, vel quod
2 ſecularis† debet cogere laycū ad prorogādum iuriſdictionem in iudicem eccleſiaſticum.Sed primum eſt verius,& hoc vltimū eſt falſum,quia quis non poteſt cogi ad ꝓrogandum,& ſi cogitur,prorogatio eſt nulla l.ij.ff.de iudi.in prædicta l.præcipimus
3 dicit Saly.ꝙ ſi cauſa† prorogatur in clericū & laycum ſimul,adeūdus eſt epiſcopus ſuper reductione ad arbitriū boni viri: quia clericus tanquam dignior trahit ad ſe lay-

cum,ſuper quo vide plene per Pe. de Ancha. in c.cura. & c.laycus, in ſecūdo dubio de fo.compe. Quid autem ſi cōuenerit collegium illicitū in quo ſint mixti clerici & layci vide Bar.in l.ſi.ff.de colle illicitis in iiij.colum.

A D D I T I O. No.ꝙ ita &c. adde ꝙ dictum Matheſi. hic tenet Bal. in l. fina. in xiij.colum.C.de edi.diui adria.tol.facit qđ vult do.Abba. in c.fin.ad fin.de iure pa.& in c.j.de pręſcrip.ſequitur Magiſt.meus in l.Imperium colum.iij.ver.vj. limita de iuriſdi.om.iudi.Fely. poſt alios in c. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſti. vide etiam Mag. meum vbi ſupra in ver.ſeq.& Roma. cōſi. cclxv.inci. in caſu propoſito aduertendū.

* Idem tenet Bar.in l.fin.ff.de colleg.illici.Et dicit Cardi.in c.cum Ioannes. de teſtamen. ꝙ ſi clericus & laycus ſunt cōſtituti executores teſtamenti, iudex eorum erit iudex eccleſiaſticus & per Bart. aliquid in l.j.§.ſi quis in appellatione.ff.de appel. & de hac mixtura vide tex.in l.ſi impubes.§.ſi pupillus.& in l.de bonis,circa prin.ff.ad Carbo. facit l.quæritur,eod.titu.& tex. in cap.per tuas.de arbi.facit glo.in l.q̄ dotis.i ver. expenſas,& ibi doct.ff.ſolu.matri,quam Imo. ibi reputat ſing.facit caſus notabilis & ibi glo.in l.ſi.C.de muner. & honor. non continu.libr.xij.facit quod dixit Barto. in l. ſi emancipati.& ibi Moder.C.de collatio. & Bal.in c.j.quib.mod.feud. amit. & Ang.in l.imperator.ff.de ſtatu homi.& in l.ſi qs ex argentarijs.in prin.ff.de eden.& Lud. Ro. conſi.ccl.vbi dixit ꝙ teſti reprobato & vili adhibetur plena fides propter adiunctionem alterius boni & fide digni,& per Bal. in conſi.cxxxvij.vol.iij. Et quod dixit idē Roma. in l.arbitro,ff.qui ſatiſda. cogan.& Inno.in c.j.de reſcrip.& ibi Fely. & domi. Abb.in q.ſua incip.Gandulphus in xvij.colum.& Pet. de Ancha.in c. ea quæ. de reg. iur.in vj.& Bald. in d.l.præcipimus.C. de appella.Et facit quod dixit Bart. in l. ſi is qui duos.ff.de liber.lega. & Bald. in l.j.C. pro ſocio. & per Moder. in rub.C.de ſucceſſo.edict.vbi ponunt multos caſus.Et facit quod dixit Bart. in l. cum ſenatus.ff. de reb.dub. Gab. Saray.

1 *Statutum quòd ingrediens monaſteriū parentibus non ſuccedat an valeat?*

2 *Ingrediens monaſterium quis proprie dicatur, & quis eccleſiaſtica perſona?*

144 No. mirabile dictum Bart. quod valet
1 ſtatutum diſponens, ꝙ ingrediens† monaſterium patri vel matri non ſuccedat,ſecus ſi dicat ſi quis ingreſſus fuerit monaſteriū non poſsit ſuccedere patri vel matri,& ita ipſe no.in l.ſi.C.de pac.Sed primum membrum non puto verum: quia videtur eſſe inhoneſtum,& continere turpitudinem, qa retinet homines ab amplexu vitæ contemplatiuæ,ergo non valet,vt in authē. de ſan. epiſ.§.ſed & hęc præſenti.iūcta regula, erit autem lex.iiij.diſt.& in c.j.de conſti.lib.vj. facit quod not.in l.ſi quis ita.§.ſi.ff. de leg. ij.puta, cum quis incipit ingredi: vt quia ſuſcipit habitū nouitiorum, vel nouitiarū,
2 qui proprie dicitur ingrediēs,† poſtmodū poſt profeſsionem expreſſam vel tacitam, quia perpetuo eſt obligatus religioni in ſpecie, vel genere vt in authen. ingreſsi.C. de ſac.ſan.eccle.dicitur effici eccleſiaſtica perſona:vt in c.religioſo.de ſen.excom.lib.vj. & regula habetur in gloſ. & ideo non pōt ligari ſtatuto ſeculari,& ſic non videt' vera diſtinctio Bar.ſuper dicto.§.ſi.

A D D I T I O. No. mirabile &c. Ibi ſed primum caſum &c.adde Ang.in diſpu. ſua incip.nobilis quidam genere, licet multi tenuerint opi.Bar.quos refert Alex. in l. ſtipulatio hoc modo concepta colū. xij.de verbo,obli.& tandem concludit cum Mat. hic,ꝙ tale ſtatutum indiſtincte non valeat. & multa aggregauit Fely.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.in prima concluſione ſextę qō. principalis de conſti. & vide pleniſsimas concordantes per Alexan.qui dicit ita eſſe communem conſi.cxxxix.in ſecundo vol. & multa fundamenta & vrgentia communis opinionis poſuit Pau. de Caſt. conſilio cccxxxvij.alias cccxxxv.incip.in Chriſti nomine primum dubium.vide etiam Pet. de Ancha. conſi.cvij.inci.in Chriſti nomine iudex Ferrarie.

* Cōis doctorū concluſio eſt contra Bart. vt per Angel.in d.l.ſi.C.de pactis .& ibi doct. per l.Deo nobis.C.de epiſc. & cler.Domi. in c.quamuis.colum. iiij. eod. titu.in vj.& late Alexan,proſequitur in l.ſtipulatio hoc modo concepta,colum.penul.ff. de verbo. obliga.& idem Alexan.conſi.cxxxix.viſo themate colum. fina,lib. ij.vbi dicit ꝙ iſta eſt communis opinio.& idem Pau.de Caſt. in conſi.cccxxxix.primum dubium,& do. Abb.in c.eccleſia ſanctæ Mariæ colum.xx. de conſtitu. ver. circa illum caſum. et ibi Fely.et Deci.et Petr.de Vbal. in tracta. de ſucceſſ.ab inteſta.cleri.colum.x.ver.an va-

leat cum ſimul. Et tradit Fely. in d. c. eccleſia. colum. viij. verſi. ſexto quæro. & late Deci. in c. in præſentia. colū. xxj. verſic. ſed breuiter dicendum eſt nu. 53. de probatio. Gab. Saray.

1 *Fuga quòd inducat præſumptionē de delicto contra fugientem, quomodo intelligatur & limitetur?*

145 No. aureum dictum, ꝙ tota illa doctri-
1 na, qua dicitur, quod ex† fuga inducitur præſumptio contra fugientem de delicto, debet limitari, niſi poſtquam quis fuit crimine accuſatus, quo venit imponenda pœna ſanguinis, aufugit, vel ſtetit cautus non eundo per terram, nā talis excuſandus eſt: quia iuſte facit timendo pœnam ſanguinis, ita no. Bar. in l. j. ff. de bo. eo. q ante qū no.

ADDITIO. No. aureum &c. Adde iſtam doctrinam eſſe approbatam & obſeruari per aſſeſſores dicit Magiſt. meus in l. is qui colum. iij. in princi. C. qui teſtamē. fa. poſ. vide eum clare diſtinguentem in repe. l. admonendi. col. lxxviij. ver. limita ſingulariter de iureiur. vbi iſtam limitationem refert poſt Ludo. Roma. & videtur tenere argu. l. in lege cornelia. ff. ad Silla. & l. fi. C. qui mu. tuto. ſe excu.

Fuga regulariter facit indicium ad torturam, vt per ſcribentes in l. fi. ff. de quæſtio. & per Ang. Areti. in tracta. maleſi. in ver. fama publica in vj. char. in ver. an fuga. & late per Hippol. de Marſi. in repe. l. fi. C. de probatio. Quod tamen intelligitur quando quis aufugit ante accuſationem, vel inquiſitionem cōtra eū formatam, vel quando cōtra eum nō fuit ad aliquem actum proceſſum, ſecus autem ſi aufugit poſtquam fuit accuſatus, vel inquiſitus, quia tunc ſi aufugit talis fuga contra eum non facit inditiū, ita dixit Bar. in d. l. j. ff. de bonis eorum qui ante ſenten. ſibi mort. conſci. quam doctrinam ſequitur, & multum cōmendat Ang. in l. fi. colum. pen. C. de quęſtio. & Roma. in d. l. in lege cornelia. colū. ij. ff. ad Sylla. & plene per Hippo. de Marſi. in repe. rubri. C. de probatio. col. iiij. & in ſing. cxv. inci. fuga. Et late per Bru. in tracta. de indic. & tortu. in ij. char. in j. colum. cum ſeq. & per Cuma. conſi. clxxv. do. Andriola col. ij. circa med. Corne. conſi. lviij. & conſi. cxcviij. volu. ij. & Sact. in reg. clxij. incip. fuga. & Decius conſi. ccxxxiiij. in effectu. colū. j. & Hippo. in ſing. ccccxcvij. & in practica cri. in. §. diligenter. nu. 41. Ampliat̄ dicta concluſio vt etiam habeat locum, quando etiā habet ſuſpicionem ꝙ cōtra eum formetur accuſatio, vel inquiſitio, nam tunc ſi aufugit, fuga non facit contra eum indicium ad ad torturam vt ſingu. dixit idem Roma. in d. l. in lege Cornelia. ff. ad Sylla. quod dictū refert & ſequit̄ Deci. in d. conſi. ccxxxiiij. de quo latius dixit Hippol. de Marſil. in d. ſingu. ſuo ccccxcvij. inci. ſæpiſsime in iure, pro quo faciunt dicta quæ cumulauit idem Hippoly. in l. j. in prin. col. x. ff. de quæſtio. vbi late poſuit ꝙ idem operatur timor, ſeu ſuſpicio rei, quod exiſtentia ipſius rei, de quo etiam per eundem Hippoly. in conſi. xlix. nume. 37. Et plene per Nicol. Boer. in deciſ. ccxv. per totū. & maxime nu. 29. vbi plene proſequitur materiam fugæ. & per M. Anto. Blan. in repe. l. fin. ff. de quæſtio. Cæpo. in conſi. xxix. nu. 8. & Bal. conſi. 515. nu. 5. volu. v. Albe. de Roſa. in tracta. ſtatu. in iiij. par. q. liij. Gramma. in voto xxxvij. nu. 1. & per do. Iaco. Nouel. in pract. cauſa. crimi. in rubri. indicia quæ præcedere debent nu. 74. Adde tamen ꝙ in caſu quo fuga inducit aliquam pręſumptionem vel inditium, contra aliquem, tunc talis præſumptio taliter inducta tollitur per iuramentū ipſius fugientis ita ſing. dixit Cyn. in l. fin. C. de requir. reis. quod late proſequit̄ idem Hippol. in d. practi. in. §. diligenter. nu. 42. Gab. Saray.

1 *Pater poteſt relinquere filiæ natæ ex nephario, & inceſtuoſo coitu, non ſolum alimēta, ſed etiam dotem, & ad id tenetur de iure canonico.*

146 No. ſingulare dictum. ꝙ pater† poteſt
1 filiæ natæ ex nephario & inceſtuoſo coitu relinquere non ſolum alimenta competentia, ſed etiam dotem, & ita no. Bar. in l. fi. ff. de his qui. vt indig. vbi dicit ſic de facto ſe conſuluiſſe, & ibi ſentit, quod ſicut pater de iure canonico tenetur alere talem vt in c. cum haberet. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul. ita tenetur dotare per dotem concedentem.

ADDITIO. An pater teneatur dotare filiam naturalem vel ſpuriam, videtur ꝙ ſic arguendo de alimentis ad dotem, nā de iure canonico pater tenetur alere ſpurios c. cum haberet. de eo qui duxit in matri. quam pollu. per adulte, quod obſeruandum eſt etiam in foro ſeculari, & Impera-

toris ſecundum Abba.ibi. Et eſt communis opinio licet aliqui contradicant. Nec ob. ſi dicatur ꝙ argumentum de alimentis ad dotem non valet, quia pater tenetur dotare filiam legitimam etiam diuitem, & tamẽ non tenetur alere, Quia reſpondetur, ꝙ iſta inſtantia negatiue procedit, hic autem affirmatiue arguitur. Secundo reſpondetur ꝙ ratio diuerſitatis eſt maxima inter filiam legitimam, & ſpuriam, nam pater tenetur dotare filiam legitimam, loco legitimę debitæ iuræ naturæ, quæ ratio ceſſat in filia naturali, vel ſpuria, cui nulla debetur legitima, ideo in eis valet argumentum de alimẽtis ad dotem, & ꝙ pater teneatur dotare ſpuriam pauperem tenet Bar. in l. Meuius. §. duobus in iij. q. ff. de lega. ij. & in l. ſi. §. ſi a ſocero. ff. de his quæ in fraud. credi. Bald. in l. neque mater. C. de iure doti. Petr. de Vbal. in tracta. de ſucceſsio. ab inteſta. col. xviij. & ſequen. Abba. conſi. cxv. punctus quæſtionis, lib. ij. Bald. conſi. cccclvj. incip. recolo. volu. v. vbi dicit ius ciuile tantum amaſſe caſtitatem, quod deſtruxit pietatẽ, ſed ius canonicum pie agẽs voluit patrem debere alere, & dotare ſpuriam: & hæc eſt communis opinio, quam credo veriſsimam intelligendo, prout eam intelligunt Bar. & alij, videlicet, ꝙ teneatur pater dare dotem filiæ ſpuriæ loco alimentorum ſecundum Bar. in d. §. ſi a ſocero. & Abba. in d. conſi. cxv. vbi ex hoc infert, ꝙ mortua ſpuria, dos eſt reſtituenda patri, vel eius hæredi, & non filijs ipſius ſpuriæ, quæ in alimentis non poteſt habere hæredem. §. finitur. inſtitu. de vſufruc. idem tenet Abb. in conſi. ſo. videtur primo eo. volu. Sed poteſt dubitari, quid ſi pater dedit maiorem dotem, an in eo, in quo dos excedit alimenta, poſſit auocari a marito, conſtãte matrimonio? conſtat enim ꝙ pater non potuit filiæ ſpuriæ donare aliquid vltra alimenta, authen. ex complexu, C. de inceſt. nupt. ergo repeti poſſe videtur. Cõtrarium determinat Bar. in d. §. ſi a ſocero, quia maritus retinet dotem ex cauſa oneroſa, ſequitur Bald. in d. authen. ex complexu, & Angel. Areti. in. §. item ſi quis in fraudem inſti. de actio. benefacit, quia ſi vſurarius dederit filiæ ſuæ dotem acquiſitam ex vſuris, nõ poterunt creditores ex cauſa vſurarum conſtante matrimonio dotẽ illam auocare a marito, ſecundum Ioan. And. in additio. Spec. in titu. de exceptio. ſenten. §. ſequitur. ver. hinc legatus, & tradit Iaſo. in l. ſi cum ſeruum. ff. ſi cer. peta. Contrarium videtur verius, quia in exceſſu, conſtitutio dotis non valuit ſecũdũ Bar. in l. ſi. ff. de his quibus ut indign. & Bal. in l. eam quam. colum. xj. ver. pone dicit decretum, C. de fideicom. Soci. conſi. ij. colum. ij. volu. iiij. ergo ex poſt non poterit reconualeſcere c. nõ firmatur de reg. iur. in vj. imputet ergo ſibi maritus, qui nulliter contraxit, & ita tenet Vbal. in d. tract. Saluat tñ ſententiam Bar. vbi maritus ignoraſſet vxorem ſuam eſſe ſpuriam: arg. l. qui contra. C. de inceſt. nupt. & c. ex tenore, qui filij ſint legitimi. Et iſta opinio videtur verior. Contraria tamen videtur humanior. Vnde ſi filia vult ſecure agere, faciat ꝙ pater donet dotem filijs naſcituris ex ea poſt mortem ipſius filiæ, nam auus nõ prohibetur donare nepotibus ex ſpuria ſecundum glo. communiter approbatam in l. fin. C. de natur. liber. & iſtam cautelam ponit Bar. ibi. Sit tamen cauta taliter concipere verba donationis, ꝙ auus non videaẽ donare nepotibus contemplatione filiæ ſpuriæ; alias donatio non valeret vt per Bar. in l. Gallus. §. ꝙ ſi is. ff. de liber. & poſthu. & cõſil. cxviij. Oductus. Et ex præmiſsis ſequitur ꝙ pater non tenetur dotare ſpuriã habentem, vnde ſe dotet, quia tunc non tenetur eam alere d. c. cum haberet. in ver. neceſſaria, ex quo infertur ꝙ ſi pater dotauerit filiam ſpuriam diuitem, ꝙ in dubio videbitur dotaſſe de bonis ipſius filiæ & tradit nouiſsime Ioan. Franc. Ripa in repe. l. j. nu. 66. ff. ſolu. matri, Gab. Sara.

1 *Onus alendi filium tranſit ad hæredes patris in ſubſidium.*

147 No. quod iſtud onus, quo † pater tenetur alere filium, vel econtra, eſt tale onus, ꝙ etiam tranſit ad hęredes, videlicet in ſubſidium, quando nullus eſt alius, a quo poſſunt peti alimenta. vnde ſi filius vel filia habuit legitimam, & poſtea peruenit ad paupertatem, poterit in ſubſidium petere alimenta ab hæredibus de bonis hæreditatis patris, vel matris: vt l. ſi quis a liberis. §. itẽ reſcriptum. ff. de liber. agnoſcen. & ibi Bar. hoc tenet.

* ADDITIO. Adde quod no. Bar in l. ſi marito. §. ſi voluntate. ff. ſolu. matr. & in l. poſt dotem. eod. ti. & quod no. in ſimili in l. ſicut. §. ſi debitor. ff. quib. mod. pignus vel hypo. ſolu. & aliquid per Imo. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. & Bart. in l. j. C. de mendican. valid.

lib.xj.& Bal.in l.ſi quis argentum.§.ſed ſi quis,C.de donatio. & Spec.in titu.qui filij ſint legi.§.j.ver.quid ſi is qui petit.& quod no.in ſimili Alexan.in authen, præterea,in vj.col.C.vnde vir & vx. Gab.Sara.

1 *Actor ſi nunc petat decem ex centum coram vno iudice, & poſtea velit reſiduum corã alio iudice petere, poteſt repelli dilatoria exceptione.*

148 No.vnum dictum,quod † ſi de centum
1 quæ tibi promiſsi, petam decem corã vno iudice & obtinui, vel ſuccubui, & poſtea velim reſiduum petere coram alio iudice competenti in eadem ciuitate vel diuerſa, competit exceptio dilatoria,quod nõ tenearis ipſi reſpondere.inſtitu.de ac.§.ſi minus, & hoc tenet ibi glo.

ADDITIO. No.vnum &c. in fi.vide ſupra no.cxvj.incip.no.ꝙ ſi ex centum & quæ ibi dixi.

* Vide quæ dixi ſupra ſing.cxv.ad ibi dicta te remitto. Gab.Saray.

1 *Mandatum generale ad iurandum de calumnia,an ſufficiat, vt in qualibet cauſa procurator ad iurandum admitti debeat.*

149 No.quod ſi dominus facit procuratorem generalem ad lites cum Petro Martini,& cum quacunq; alia perſona,quam habet in præſenti & in futurum habiturus eſt, & dicat eidem procuratori,do tibi ſpeciale mãdatum ad iurandum de calumnia in animam mei domini,ſufficit tale procuratoriũ. & admittendus eſt ipſe procurator ad iurãdum de calumnia in animam domini, licet lites aliter non ſint ſpecificatę, & ſic ſe habet communis obſeruantia,a qua nõ eſt recedendum.l.meminerint.C.de legi.hæred. & ita debet intelligi.c.fi.de iura.calum.li. vj.et ita tenet Bar.in l.qui bona.§.ſi alieno. ff.de dam.infec.Licet ipſe videatur ſentire contrarium in l.ij.§.ſinautem abſuerit,C. de iura.calum. niſi ſaluãdo diceretur quod de rigore iuris ſecus,non attenta communi obſeruantia litigãtium quæ eſt in oppoſitũ.

ADDITIO. No.qđ ſi dominus &c. in fi.Et ꝙ ſit ita communis practica & obſeruantia ꝙ ſufficiat dicere in genere do tibi mandatum ad iurandum de calumnia, nec ab ea ſit recedendum,tenẽt Imo.& Alexan.in.§.ſi alieno , hic alleg.pro communi practica facit cle.non poteſt.de procurato. quam allegat Ioan.de Fantu.in c.fi.de iura. calum.in vj.hic alleg.vbi idem tenet Ioan. And.& Domi.idem docto.in c.pertractandis,eo.ti.de iura.calum.

* Iuramentum calumniæ an poſsit præſtari per procuratorem Cy.in authen.ſacramenta.ix.q.C.ſi aduerſ.vendi.& in d.l.ij.§.ſin autem.C.de iura.calum.& ibi Bar.tenet ꝙ ſic,vbi etiam dicit,ꝙ etiam principalis debet iurare de calumnia ſi eſt præſens, vel etiam abſens de propinquo,alias ſolus procurator iurat,& ibi ponit formam iuramẽti de calumnia procuratoris, de quo etiam per Alexã.in d.l.qui bona.§.ſi alieno.ff.de dam.infect.& in l.non ſolum,in princ.ff.de procura.& Specul.in titu.de iura.calum.§. reſtat.verſi.quomodo ergo fiet.& gl.in c.j. de iudi.in vj.& in c.fi.& c.cæterum.eod.ti. & libr.Et per Specu.in ti.de procura.in.§. fin.verſi.ſi quis autem iurabit.Sed Domini de Rota in deciſio.xxxvij.quidam, in nouis. & in deciſio.ccccxcj.in antiquis. & in deciſio.xl.procurator.in nouis,dicunt ꝙ tenetur iurare in animam etiam ſuam in curia Romana,etiã ſi dominus iurauerit. Sed gl.xvj.q.iiij.c.metuentes, dicit ꝙ in animã domini iurare procurator debet, ſindicus vero in ſuam.Et an habeat terminũ ad deliberandum,vide Franc.de Are.in l.iuſiurandum.ff.de iureiur.& Corne.conſil.lxxxvj. incip.contra.vol.ij.& Ioan.And.in c.vt circa,& Bal.in l.ſi procurator,C.de procurat. Gab. Saray.

1 *Clauſula præcedens eſt maioris efficatiæ ad determinandum ſequentia,quam clauſula ſequens ad determinandum præcedẽtia.*

150 Nota ſingulare † dictum quod maioris
1 efficatiæ eſt pręcedens clauſula ad determinandum ſequẽtia, ꝗ̃ ſit clauſula ſequens ad determinandum præcedentia. vt l.auia.in prin.ff.de condi.& demon. iuncta l.filium, ff.quando dies leg.ced.& hanc regulam ponit Bar.in d.l.auia.in prin.

ADDITIO. No.ſingularẽ &c. Adde ꝙ iſtam regulam ponit etiam Bart. poſt glo. in l.quiſquis.de lega.iij.Fulgo.& Pau. in l.j.C.de lib.præte.& ibi Mag.meus Bar. in l.ſi quis ex argenta.§.ſi initium, in j.col. ff.de eden.no.Ludo.conſil.ciiij.incip.pater reuerende, in conſi.cccccxiij.incip.diligẽter inſpectis.in j.col. Alex.conſil.ccccxvj.inci. viſo themate ſupraſcripto.vide etiam Mar.

giſt.meum vbi plura alle.in l.etiam hijs.§.ſi initium.in prin.ff.de eden.& in l.ſi ita ſit.in ij.col.ff.de lega.j.

✱ Idem ponit Alexan.in l.patris & filij.ad fi.ff.de vulg.& pupil.& conſil.ij.viſo themate.col.j.vol.iij.Corn.conſi.ccxlij.circa primum quæſitum.col.iiij.verſic.& ſolet dici.volu.iiij.Are.in l.cum filiofamilias.col.iiij.verſi.in glo.poſita ſuper verbo relictus.& ibi quoque Iaſ.colum.fi.ff.de leg.j.& conſi.lxiiij.in primis videtur.colum.penul.verſ.nec obſtat,ſi huic,vol.j.& conſi.cxcviij.cōſuluit.col.ij.libr.ij.& conſi.ccxvij.immunitas,in fi.lib.ij.& iterum conſil.vj.exhibentur duo.col.v.verſic.quarto principaliter.libr.iij.& in conſi.xij.in capitulis.lib.iij.& conſi.lxxix.ſuper vſufructu,col.j.& lib.iiij.& Deci.conſi.cccxxxix.conſuluit alias,colum.fi.& conſi.ccccc.in cauſa quę Mantuę,col.iij.verſic.& quia clauſula.& plene per And.Tiraq.in tract.de retractu conſangui.in.§.j.in verſi.aut æquipollentem venditioni.in glo.xiiij.nume.25.verſi.nam & clauſula. Gab.Sara.

1 *Pupillaris ſubſtitutio directa an comprehendatur ſi teſtator poſt inſtitutionem factam de filio,dixerit,& ſi talis deceſſerit in pupillari ætate,voluit,quòd bona ipſius teſtatoris deueniant in Titium?*

151 No.vtile dictum, quod ſi teſtator dicit

1 poſt inſtitutionem factam de filio hæc verba.& ſi talis deceſſerit in pupillari ætate,voluit ꝙ bona ipſius teſtatoris deueniant ĩ Titium,ſub his verbis comprehenditur directa ſubſtitutio pupillaris,ita dicit Bart.ꝙ tenuerunt omnes doctores tempore ſuo.in l.ſi ita.§.qui filio.ff.de bono.poſ.ſecundum tabu.vbi dicit quod non refert, an dixerit bona ipſius teſtatoris, an ipſius pupilli, ſicut nō refert, an dicat filio meo hęres eſto, vel hæres eſto mei,in l.ij.in prin.ff.de vulga.& pupil.& hunc caſum vidi de facto, licet do.Pe.de Anch.ſenſerit contrarium, & puto quod non bene. Et miror quod Bart.iſtum paſſum non ponat in materia pupillaris vel compendioſæ: vt l.ij.ff.de vulga.& pup.& l.centurio,eo.ti.Idem per omnia dicit, ſi teſtator non poſuit verbum commune expreſſe, ſed tacite appoſuiſſe intelligatur.puta,quia dixit,ſi filius meus deceſſerit in pupillari ætate, volo quod bona mea vē dantur & diſtribuantur inter pauperes per commiſſarios meos, nam hoc verbum comprehēdit,ꝙ commiſſarij accipiant bona authoritate propria, & ſic continebitur directa ſubſtitutio pupillaris, ſicut ſi dixiſſet, bona ipſius pupilli vendantur,vt patet ex no.per Bar.in d.§.qui filio,iuncto eo quod no in l.centurio.ff.de vulga & pup.in j.q.principali,ſcilicet quando compendioſa fit per verba obliqua.

ADDITIO. No.vtile dictū &c. Ad iſta dicta adde quæ voluit Bar.in l.cēturio,in verſi.ſecunda principalis quæſtio eſt quū ſit &c.de vulga.& pup. dicit tamen Alex.in.§.qui filio.hic alleg.ꝙ reperit Pe.de Anchar.in ſuis conſi.firmantem contrariū eius quod dicit Bar.in d.§.qui filio.ſed forte nō bene ſecūdum eum.& de hoc habetur etiā per Pau.de Caſt.in l.j.ff.de vulga.& pupil.vbi etiam per alios poſt eum, & per Bal.in l.precibus.col.xviij.vbi etiam per Alexā.& Mag.meum.C.de impub.

✱ Vide Pe.de Ancha.hic alleg.conſi.viij.difficultas quæſtionis.& conſi.xliij.ſuper prędicto dubio. Et Anto.Rube.conſil.ij.facti ſeries.& Corne.conſi.xciiij.& conſil.cxcvij.in prin.verſi.& inſuper ſi potuiſſet,volu.j.& conſi.clxxxvij.in prin.ver.trita & vulgata,vol.j.& conſi.ccxl.nume.3.verſic.aut dicta ſubſtitutio,vol.j.& conſi.cclxij.vol.j.& conſi.ccxcvij.nume.3.volu j.& conſilio ccxcvij.in prin.verſi quoniam illa vol.j.& conſi.xxxv.nume.3.vol.ij.& conſi.clij.nume.26.vol.ij.& conſi.lxj.volu.ij.& conſi.cclxxvj.nume.15.volu.ij.& conſi.cccxxij.nume.7.& 14.vol.iij.& conſi.xlj.volu.iiij & conſil.cxxxviij.nume.8.& 9.vol.iij.vbi id in terminis tradit quod hic Matthæ.conſil.cccxxij.nume.8.volu.iij.& conſi.cccxx.nume.9.vol.iiij.& Lud.Gozad.conſi.ciiij.nume.15.& conſi.cxliij.nu.15. Gab.Sara.

1 *Ius accreſcendi an habeat locum in legatis, & donationibus cauſa mortis, & an in mortis cauſa capione?*

152 No.quod ſicut in legatis & in donatio-

1 nibus cauſa mortis † habet locum ius accreſcendi l.j.circa fi.C.de cadu.tol.& no.Bart.in l.re coniunctis.ff.de lega.iij.eodem modo videtur habere locum in mortis cauſa capione.vnde ſi teſtator reliquit tibi fundū,ſi dederis Titio & Seio centum,moriente Titio, Seio centum dare poteris, ſi velles habere legatum & hoc tenet Bart.in l.ſi mihi & Titio.ff.de verbo.obli.Sed dictum Bar.videtur contra.l.penul.§.fin.ff.de condi.&

demonſtra.& ibi glo.& ipſe Bar.ſenſit contra, & ita tenet do.Ioan.de Cana.in dicta l.ſi mihi.

ADDITIO. No.quod ſicut &c. Alexan.in l.ſi mihi & Titio.hic alleg.colũ.iiij. poſt ſatis longã examinationem huius articuli,diſtinguit ꝙ aut illud quod ex mortis cauſa capione præſtãdum eſt debet dari aliquibus hæredibus,& habet locum ius accreſcendi.l.Thais.§.Stichus.ff.de fideicommiſ.libe. & hoc caſu procedat opin.Bar.& ſeq.in d.l.ſi mihi & Titio, Aut erat dãdum aliquibus non vt hæredibus & ceſſat l.penul.ff.de condi.& demon.& tunc procedat opin. tenentium oppoſitum de quibus per Alexan.vbi ſupra,& per eundem Magiſt. meum & alios in l.j.C.quando non pe.par. & per ſcribentes in l.mortis cauſa capitur in prin.ff.de dona.cau.mor.

* Late hoc tradit d.Hiero.Cagno.in repe.l.j. poſt Iaſ.ibi.C.quando non peten. par.vide ibi per eum. Gab. Sara.

1 *Creditori vtilius eſt, quòd debitor conſtituat ſe bona ſua præcario nomine creditoris poſsidere, transferendo in eum ciuilem poſſeſsionem tantum, & quòd retineat naturalem.*

153 No.mirabile † quod eſt plus vtile credi
1 tori, quod in inſtrumento, in quo debitor omnia bona ſua obligat, cõſtituat ſe ea precario nomine creditoris poſsidere, transferendo ſolum in illum poſſeſsionem ciuilem,retenta naturali, ipſi debitori, ideſt nuda detẽtatione. nam primo caſu ſi debitor tradit fundum alteri,non priuatur creditor ſua poſſeſsione ciuili:quia ſtat per ſe,& nõ cohæret naturali poſſeſsioni debitoris, ſicut dicimus,ꝙ ſi vſufructuarius tradat, vel expellatur, non perdit proprietarius ciuilem:vt l.ſi fundo & ibi no.in l.iiij.§.vim vi. ff.de vi & vi arma.& no.glo.in l.j.ff. vſufruc.quemadmo.caue. Sed ſecundo caſu ſi debitor tradat alteri fundum, vel expellatur per vim,priuatur creditor omni poſſeſſione, ſicut quando accidit hoc in perſona coloni:vt l.peregre.§.quibus.& l.iij.§.ꝙ ſi ſeruus.ff.de acqui.poſſ.& no.in d.§.ſi.& in l.j.& hanc doctrinam tenet Bar.& eum ſequitur Bal.in l.creditores.C.de pig.in vlti, q.articu.iiij.principalis.

1 Ius prætorium an dicatur ius ſtatutorum a iudicibus temporalibus ſuperiorem recognoſcentibus conditorum, & quantũ illud duret? Et quod dicatur ius ciuile.

189 No.vnum notabile dictum Bart.ſi eſſet
1 verum,ꝙ quotienſcunq; †ex ſtatuto vnius
iudicis ſuperiorem recognoſcentis imponi
tur aliqua pœna,quæ venit parti applican
da,naſcetur actio quæ durabit anno tãtum,
& dicetur hoc eſſe ius prætorium.& poteſt
poni exemplum in ſtatuto epiſcopi, vel le-
gati,vel marchionis,vel ducis, præſuppoſi
ta valitudine ſtatuti per dominium. vt po-
nit Bar.in l.quinta.in prin.ff.de verb.obli.
& in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iur.in l.
ſi.ff.de pœ. Hoc autem dictum de iure non
videtur mihi verum eſſe ſimpliciter,niſi re
ſtringatur ad iudices temporales, qui ratio
ne dignitatis ſuæ habent poteſtatem facien
di ſtatutum,quia tunc ſuſtineri poteſt,quod
ius talium ſtatutorum dicatur eſſe ius præ-
torium. Et ideò ſi officium eorum erit an-
nale,non durabit vltra annum:ſi vero ſit ſe
meſtre,non durabit vltra ſex menſes inſti.
de perpe.& tempo.actio.in prin. Sed ſi offi
cium vſque ad vitam eorum duraret, vt eſt
officium epiſcopi, vel marchionis, vel ad
beneplacitum ſuperioris, vt officium lega-
ti, tunc tale ius dicitur ciuile, & ſic actio
oriens erit perpetua, ſicut ſi naſceretur ex
ſtatuto populi,vt probatur in inſti.de per-
pe.& tempo.act.ſupra allegata a ſenſu con
trario facit l.ſufficit.ff.de condi.& demon.

ADDITIO. No. vnũ notabile &c.
Adde ꝙ idem tenuit Bar.in l.j.in prin.ff.de
bon.poſſ.ti.generali.Bal.in aliquibus lectu
ris in l.ij.§.nouiſsime.ff.de orig. iur. dicit
ſe audiuiſſe a Barto.voce viua. Adde quod
no.Cano.in c.quoniam. in princ.vt lit.non
conteſta.idem tenet Alexã.in apo.in l.ſi.de
pœn.et ꝙ̃ plures alij quos idem refert iſtud
plene examinando in l.v.in prin.in penul.
col.& ſeq.de verbo.obliga.quicquid ibi di
ſtinxerit Ang.& Rapha.quorum diſtinctio
nem ipſe reprobat poſt Ioan.de Imol.pro
quorum meliori declaratione, vide etiam
Are.in d.l.v.col.v.verſicu.& quia Bart.hic

extra glo.& And.Barba.in rub.C.q admit.

* Nunquid ſtatutum inferioris recognoſcentis ſuperiorem, vt puta legati, vel marchionis dicatur ius ciuile, vel canonicum, an vero prætorium, & actio ex eo deſcendens an ſit perpetua vel, temporalis, vel annalis, et Bar.& Bal.in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure concludunt, ꝙ actio eſt temporalis, & annalis, quemadmodū actio ſurgens ex iure prætorio, nam iſti æquiparantur prætoribus, et præſidibus.ad hoc l.in honorarijs. ff.de actio.& oblig.& inſti.de perpe.& tempora.actio.in princi.Et idem eſt dicendum in ſtatutis editis a marchione, vel alijs principibus inferioribus, vt per Bar.in d.l fi ff. de pœn.Et ſic ex ſtatuto epiſcopi non poſſum agere actione pœnali vltra annum.ſecus autem ſi eſt ſtatutum factum a populo, ſeu a tota vniuerſitate clericoum, nam tūc actio eſſet perpetua, & duraret per xxx. annos l.ſicut.C.de præſcri.xxx.vel xl.anno, & eadem eſt quæſtio in ſtatuto edito ab ancianis, ſeu dominis ciuitatis popularis; nunquid iſtud ſtatutum æquiparet iuri prætorio, vel ciuili, & nunquid actio pœnalis ex eo ſurgens ſit perpetua uel temporalis, quam quæſtionem tractat Bar.& doct.in l. v.in prin.ff.de verb.obli. & ibi concludūt, ꝙ ſi iſti anciani ſeu domini fecerunt ſtatutū ex eorum officio, æquiparatur iuri prætorio, ſecus ſi ex ſpeciali commiſſione ſibi facta a populo.Nam tunc populus videtur feciſſe illud ſtatutum, & per conſequens illud ſtatutum appellatur ius ciuile, vt in c.ius ciuile.j.diſt.Et per Roma.conſil.ccxxviij.Et quid de indulgentijs, priuilegijs, & pœnis, quæ inducuntur per legatum an durent finito tempore legationis, late tradit Abba. in c.ſi.de offi.lega.& Ang.Are.inſti.de perpe.& temp.actio.in prin.Et quia Bar.in dicta l.ſi.ff.de pœ.videtur contrarium dixiſſe eius quod dixit in d.l.v.ff.de verbo. oblig. vbi tenuit ꝙ actiones pœnales deſcendentes ex ſtatutis ſunt annales, licet ſtatuta ſint perpetua pro concordia poteſt dici, ꝙ id quod dicit in d.l.v.procedit quando agitur ciuiliter, ſecus ſi criminaliter, & ita procedat quod dixit in d.l.ſi.ff.de pœ.vt per docto.in d.l.v.Vel ſecundo ſolue ſecūdum nouam conſiderationem Ial.in §.ſed iſtę.inſti. de actio. Gab.Sara.

1 *Procurator, tutor, vel curator non poteſt cōſtituere procuratorem ante litem conteſtatam, fallit tamen in patre bonorum filij adminiſtratore, & in prælato, vel clerico, & Rectore hoſpitalis, et quid in Iconomo?*

2 *Hoſpitalis rector poteſt ex bonis hoſpitalis alere ſe & ſuos.*

190 No.ꝙ licet procurator † tutor, vel cu-
1 rator non poſsit conſtituere procuratorem ante lit.conteſta.ſiue agat, ſiue conueniatur l.neque.C.de procura.& c.j.extra de procura.lib.vj.& in l.j.§.j.ff.de procura.& ibi no.Tamen ſecus eſt in patre ſummo adminiſtratore bonorum filij.l.j.C.de bo.mater. Et hoc ideo, quia habet plus iuris, & facit fructus ſuos tanquam vſufructuarius ut no. Bar.in d.l.neq;.Idem eſt in prælato, vel clerico litigante nomine eccleſiæ, vel beneficij ſui.vt in c.petitio.de procura.Idem etiā puto in rectore hoſpitalis, quamuis enim ille æquiparetur tutori vel curatori.vt in clemen.quia contingit.§.ſin autem. de religio. domi.tamen habet plenius ius, q̄ tutor, vel
2 curator, quia poteſt † alere ſe & etiam ſuos ex bonis hoſpitalis. vt no. in dicta cle.Imo etiam puto, ꝙ habens beneficium in commenda poſsit conſtituere procuratorē ante litem conteſt.quia talis poteſt viuere ſumptibus beneficij, ſicut prælatus habens titulum no.in c.nemo deinceps, de electi.li.vj. Imo tenent etiam plus doc.ibi, quod particularis de eccleſia, ſicut canonicus, vel archidiaconus, poteſt agere pro iuribus eccleſię, non dico beneficij ſui, & ipſi cōſtituerę procuratorem poſſent ante lit.conteſta.no. docto.in c.cum olim.extra de teſti.vbi etiā remittunt ad Spec. qui idem tenet etiam in duobus locis.Secus forte dici poteſt in Iconomo in his caſibus, in quibus poſſet agere vel defendere eccleſiā vacātem: talis enim non poſſet conſtituere procuratorem ante lit.conteſta.habet enim debile ius, ſicut tutor, vel curator.non enim poteſt alere ſe & ſuos ſumptibus beneficij.vt in c.cum vos. de offi.or.et no.bene q̄a a paucis ſunt tacta.

ADDITIO. No.ꝙ licet procu.&c. ibi idem eſt in prælato. adde quicquid dicant glo.in l.j.ff.de procur.& gloſ.& Saly. in l.neque.C.eod.ti.ꝙ idem probatur in c. quia in cauſas.de procurato.& in c.in cauſam.& ibi no.de iura.calum.& v.q.iij.c.quia epiſcopi.& ibi gloſ.quæ aſsignat no.rationes inter tutorem & prælatum. no.Pe.Cy. & Bal.in authen.ſed hodie.C.de epiſco.& cleri.docto. in c.edoceri.de reſcrip.& Spe. in ti.de procura.§.ratione quoque.verſicu. item quod fuit cōſtitutus a tutore.& in ver

ſi,item ꝙ ſi canonicus, & ibi ponit no.ver, quem multum commendat Anto.de Bu.in d.c.edoceri, & hanc dicit eſſe communem opin.Alexan.in d,l.neque.col.ij.per rationes de quibus per doctto, vbi ſupra & ibidem per eum, & per Matthæ.hic ibi idem etiam puto in rectore hoſpitalis,Adde Bal. ſignanter in l,orphanotrophos,de epiſc.& cleri. per eaſdem rationem per quas idem concludit Alexan.vbi ſupra dicendum eſſe in commẽdatario cum debeat de rebus eccleſiæ commendatę viuere.c. nemo deinceps,hic alleg.

* Hæc omnia ab Alexã.in d.l.neq;,C.de procura,poſt Barto, tractantur, ideo eius dicta ſunt diligenter inſpicienda pro veritate cõtentorum in hoc ſingulari, poſt alios,quos ibi cumulat. Gab.Sara.

1 *Teſtes recepti in vno iudicio ciuili ordinario & plenario probãt inter eaſdem perſonas in alio iudicio ciuili & plenario, licet fiat ad diuerſum finem a primo.*

2 *Sententia lata ſuper condictione furtiua nõ prodeſt,nec nocet ad plenum in actione furti,nec econtra. Et an idem ſit in actis probatorijs?*

191 No.ſingulare dictum Bart.ſi verum eſ-
1 ſet,ꝙ † quotienſcunq; teſtes ſunt recepti in vno iudicio ciuili ordinario, & plenario, probant eorum atteſtationes inter eaſdem perſonas in alio iudicio ciuili & plenario, licet fiat ad diuerſum finem a primo.& ita no.in l,ij.§.j.ff.vi bo,rap. Ex quo ſequitur ꝙ atteſtationes teſtiũ receptorũ in actionę furti probabunt in condictione furtiua & econtra. Sed cõis opi. eſt in contrariũ,quia acta probatoria,& ſentẽtia procedunt a pari,l,ſed & ſi poſſeſſori.§.ſi.de iureiurã.& c. inter dilectos.§.porro.de fide inſtru, & no. Inno.in c.cauſam quæ.extra de teſti.ſed ita
2 eſt † ꝙ ſententia lata ſuper condictione furtiua non prodeſt neq; nocet ad plenum in actione furti,nec ecõtra, cum varietur finis agendi,l.cũ quęritur.& l. ſe.& l. & an eandem,ff.de execu.rei iudic.ergo idem debet eſſe in actis probatorijs.c.cum cauſam.& c. cum in tua.& c.veniens.il ij.de teſti.& hoc idem tenent doct.in c.cum cauſam.il j.& c. veniens.de teſtib.& hoc videtur de mente ipſiuſmet Bar.in auth, qui ſemel,C.de proba, vbi ſentit ꝙ ſi ex centum petij partem puta x,atteſtationes receptę in cauſa illa nõ proſunt,neque nocent in illa parte, ſcilicet in alijs nonaginta.quod bene no.

ADDITIO. Not.ſingulare dictum Bar.&c. Adde ꝙ Panor.in c.cauſamq;.il j. de teſti.& poſt Bar. reſpondet ad c.veniẽs, il ij.eo.ti.& dicit plus ipſe non ſolum hoc eſt verum quãdo agitur de eodem facto,ſed alio modo puta prius criminaliter, nunc ciuiliter:vt loquitur Bar.& plenę per Alex, in d.l.ij §.hoc edicto.vi bo.rap.hic alle.ſed etiam ſi ageretur ad alium finem prorſus diuerſum,quia acta faciunt notorium,vt in c.cum olim.de verbo.ſignifi.& per alias rationes de quibus ibi per eum, Sed nõ vidit Bar.in l.ij.C.de eden.vbi dicit ꝙ ſi ſecunda cauſa tẽdit ad alium effectum ꝙ acta primę cauſæ non probant in ſecunda,& idem dicit Ang.ibi per d.c.veniens.& ſequitur do, Anton,& Moder.in d.c.cauſam quæ,vnde melior videtur doctrina Bal.in d.l.ij.dicentis ꝙ acta in vna cauſa faciunt fidem in alia inter eaſdem perſonas quando præcedens cauſa ſic ſe habet ad ſecundam,ꝙ ſententia lata in prima parit exceptionem rei iudicate in ſecunda.alleg.l.in duobus.§.colonus, ff.de iureiuran.& l.fundum.de excep.alias ſecus vt l.ſed ſi ante iuncta l.præcedenti.ff. de excep,vide etiam per Alexan.& ambos Mag.meos d.Iaſ.& d.Lancel.in d,l.ij.& vi de Moder,in d.c.cauſam q;qui ponunt tres fallentias cum aliquibus reſtrictionibus,& declarationibus ad iſtam doctrinam.

* Alex.in l.ij.poſt Bal,ibi.C.de eden,concludit,ꝙ acta facta in vna cauſa inter eaſdem perſonas faciunt fidem in alia,quando cauſa præcedens ita ſe habet,ꝙ ſententia lata in vna parit exceptionem in alia l,duobus, .§.colonus.ff. de iureiur, & l. fundum.ff.de exceptio.& eum ibi ſequitur Iaſo. Vnde reprobant aliam diſtinctionem Bar,vtrũ cauſa tendat adeundum finem, vel ne, hanc tamen defendit Deci. in d.l.ij. rationibus. de quibus ibi per eum.Sed quicquid ſit,illa diſtinctio an agatur ad eundem, vel alium finem non habet locum in confeſſione, quia illa indiſtinctę in alia inſtantia inter eaſdẽ perſonas præiudicat,vt not. Bald. in d.l.ij. colum.ſi.ver.fallit in confeſſione,facit tex, in l.generaliter.C.de non nume, pecu.in c. per tuas,de probatio. & Specu. in titu. de confeſ.§.nunc videndum.ver.quid de confeſſione,& idem Abb.tradit poſt Innoc. in c.per inquiſitionem.colum.pen.de electio, in cap.ij.colum.iij.de confeſ.Corne. conſi, ccxxix.poſt redditam.volu,ij. Et iſta concluſio ampliatur etiam ſi confeſſio facta ſit

in iudicio ſummario, quia integritas confeſsionis non læditur ex qualitate iudicij vt nota, dicit Inno. in c. ij. de ordi. cognitio. quem refert Abb. in cap. dilectus. in glo. in ver. confeſſus. in fi. de capel. monach. Imol. in clemen. conſtitutionem, colum. iiij. verſi. per prædicta, de electio. & tradunt Moder. in c. cauſam quæ col iij. de teſtib. Item ampliatur, etiam ſi confeſſio facta ſit incidẽter vt not. Bal. in l. mercalem. C. locat. & Deci. in c. at ſi clerici in princi. col. ij. de iudi. Et quod dicitur de confeſsione, intelligitur de propria, ſecus eſt in confeſsione procuratoris, quæ non nocet domino in alio iudicio vt not. Spec. in titu. de confeſſ. in. §. nũc videndum reſtat. ver. ſed nunquid confeſſio procuratoris & Alex. conſi. xiij. viſo diligenter themate. volu. iij. & hoc procedit in procuratore, ſecus videtur in nuntio, q̃a confeſsio ficta per nuntium videtur proprie facta ab ipſo domino vt no. Bal. in l. j. C. de confeſ. colũ. xvj. ver. quæro nunquid per nuntium. facit quod no. Barto. in l. qui autem. §. conſtituere, ff. de conſtitu. pecu. & tradit Alexã. in l. quod quis. C. de procura. Et quod dicitur de confeſsione, intelligitur de vera, ſecus in ficta, vnde ille, q̃ propter contumaciam habetur pro confeſſo in cauſa ciuili non habetur pro confeſſo in cauſa criminali, vt dicit Bal. in d. l. ij. C. de eden. colum. fi. ver. ideo. & Bar. in l. eius qui delatorem. in prin. ff. de iure fiſci. & Bar. in l. cui filius. in prin. col. iij. ff. de verb. obliga. Et late congerit Fely. in c. cum Bertoldus. de re iudi. Conciuis meus Cæpo. cõſi. lxiiij. primum dubium col. iiij. Corne. conſi. xlij. plura. col. ſin. volu. ij. Item prædicta procedunt in confeſsione facta per verba diſpoſitiua, ſecus ſi ſit facta per verba enunciatiua, per ea quæ no. Anto. de Butr. in c. illud. de præſumptio. ad declarationem l. optimam. C. de cõtrahen. & committen. ſtip. & per Dec. in auth. ſi quis in aliquo colũ. antepen. C. de eden. Cætera de materia huius ſing. tradunt Cano. poſt Abba. in d. c. cauſam quæ. de teſtib. Et adde q̃ regulariter idem iudicatur de probationibus, quod de ſententia, quia quibus nocet vel prodeſt ſententia, idem erit de probationibus. vt tradit Alex. in d. l. ij. C. de eden. in ij. concluſione. & Bar. in l. ſi ſuperatus. in fi. ff. de pigno. & Alex. in l. ſæpe. ff. de re iudi. & in conſil. lxj. viſo proceſſu. col. iij. vol. ij. & in conſi. cxxxv. ponderatis in fi. co. lib. ij. & in conſi. ccvij. viſo ſummario. col. fi. co. lib. ij. Anto. de Butri. conſil. xxxvij. viſis & Roma. conſi. cccxj. in caſu propoſitæ. Gab. Sa.

1 *Dos confeſſata an gaudeat priuilegio l. aſsiduis. C. qui potior. in pigno. habeantur?*
2 *Renunciatio mariti de exceptione non numeratæ dotis etiam iuramento firmata, an creditoribus mariti præiudicare poſsit quo minus infra debitum tempus poſsit exceptionẽ dotis non numeratæ opponere?*

192 No. q̃ priuilegium, qđ habet mulier † in
1 dote, vt præferatur creditoribus anterioribus habentibus tacitam hypothecam, de quo in l. aſsiduis. C. qui po. in pign. habe. habet locum non ſolum in dote data, ſed etiam in confeſſata, quando elapſa ſunt tẽpora, infra quæ poterat opponi exceptio non numeratæ dotis: & ita no. Bar. in d. l. aſsiduis alleg. glo. in l. ſi quis poſt hoc. C. de bo. dam. Sed aduertendum eſt ad practicã, quia licet elapſa ſint tempora contra maritum confitentem dotem, ſi tamen creditores habuerunt iuſtam ignorantiã dictæ dotis confeſſatę, poterunt petere reſtitutionẽ ex illa clauſula generali, & ſic opponere
2 exceptionem nõ numeratæ dotis † l. pe. C. de non nu. pecu. iuncta gloſ. in l. in contractibus in prin. eo. ti. & glo. ibi, in ver. potius iuncta glo. in l. ſicut. C. de præſcri. xxx. anno. quod ibi no. per Bar. Similiter etiam videtur tenere. Bar. in d. l. aſsiduis, q̃ ſi maritus fuit confeſſatus dotem, & renunciauit exceptionem de dote nõ numerata, ſuppoſita validitudine exceptionis, puta, quia ſit firmata iuramento, habebit mulier priuilegiũ dicta l. aſsiduis. Sed mihi videtur q̃ illa renũciatio mariti nõ habeat præiudicare creditoribus quominus infra tempora legitima non poſsint opponere exceptionẽ non numeratæ pecunię per d. l. pe. & l. ſi vnus, §. ante omnia. ff. de pac.

ADDITIO. No. q̃ priuilegiũ &c. Verba Matthæ. h c videtur quaſi recitare ad literam Alexã. in l. aſsiduis hic alleg. & dicit doctrinam Bar. non tranſire ſine ſcrupulo magno. & ad gloſ. in d. l. aſsiduis addit Bal. in l. generaliter. ver. nunc venio ad q. de non nu. pecu. & facit in fin. gloſ. & ibi Bal. in rub de priui. do. in iij. col. & ibi etiã quid ſi ſit renunciatum exceptioni nõ numeratę dotis, an teneat, de quo etiam per eundem & Bar. in d. l. aſsiduis. & per eundem Bal. in l. pecunię. C. de ſol. & Imo. Alexan. & Areti. in l. ita ſtipulatus. §. Griſogonus,

nus.ff.de verbo.obliga. Pau.de Caſt.in l.ſi marito in prin.ff.ſolu.ma.ſimpliciter tranſit cum Bart. in d.l.aſsiduis. & de veritate prædictę glo.vide etiam Bal.in l. pen.ff.de iur.deli.& an illud quod dicitur in dote data habeat locum in promiſſa vide per Alexan.in l. ſed hoc.ff.de re iudi.

● Hoc idem late proſequitur Bal. Nouel. in tracta.de dote in x.parte principali per totum.& Ioan.Campeg. in tracta. de dote in j.parte princi.in iiij.& iiiij.q. Gab.Sa.

1 *Hæreditas delata quot modis ſummatur?*

2 *Statutum de hæreditate delata mentionem faciens, quomodo intelligatur?*

3 *Verbum habens duo ſignificata vnum ſtrictum, & aliud latum, in materia ſtricta, in ſtricto accipi debet.*

193 No. ꝙ hoc verbum hæreditas† delata
1 ſumitur duobus modis.ſ.ſtricte, & large. Stricte ſumitur, quando hæres poteſt adire & repudiare illam.Item quando eſt nullum impedimentum ex parte ipſius hæreditatis, nec etiam ex parte perſonæ hæredis, & ſic debet intelligi tex. in l. delata.ff. de verbo.ſigni. Et pro hoc bene facit tex. in l.j.§.furioſi.ff.de ſuc. edi. vbi tex. ſonat ꝙ licet hæreditas, vel bonorum poſſeſsio pure offeratur hæredi furioſo, tamen nõ dicitur ei delata proprie, quia eſt impedimẽtum in perſona hæredis, qui non põt agnoſcere eam. Item pro hoc eſt glo.no. in l.is qui hæres in prin.ff.de acquir.hære.Secundo modo dicitur delata large.ſ.qñ hæreditas pure ſe offert ex teſtamento, vel ab inteſtato.impedimentum tamen eſt in perſona hæredis, vt quia ignoret, vel eſt infantis, vel furioſus.& hoc modo ſumitur in l. ſi infanti.& l. cũ antiquioribus.C.de iure deli. & in hoc modo tangitur per Bar.in l.is poteſt.ff.de acquir.hære. Licet hunc articulũ clare non determinet, Et per hoc ſequitur,
2 ꝙ ſi ſtatutum † dicat, ꝙ omnis hæreditas delata, ſi hæres moritur quandocunq; ante aditam hæreditatem, trãſmittatur ad quoſcunque eius hæredes, habebit locum ſolũ in hæreditate ſtricte delata, cum illud ſtatutum ſit exorbitans, & contra ius commune l.j.§.in nouiſsimo.C.de cadu. tollen. Conſtat autem quod in materia exorbitanti ſeu
3 ſtricta† ſi reperitur vnum verbum habens duo ſignificata vnum ſtrictum & aliud latum.in ſtricto tamen intelligi debet in cap, Rodulphus.de reſcri.facit inſti. qui da. tu poſ.§.ſi.& l.furioſi.C.de nup.Et ita fuit cõſultum per oẽs docto. Italiæ in cauſa quaſi propria.tene menti ſupradicta.

ADDITIO. No. ꝙ hoc verbũ &c. ad iſtam doctrinam vide Magi.meum in l. bonorum.colũ.ij.in ſi.C.qui admit.pro qua adducit deciſionem Bart. in l.ventre.ff. de acquir.hære.in ij.col.in j.oppo. vbi per illum tex.determinat ꝙ ſi proximior agnatus alicuius defuncti decedat infra annum pendente dubio an aliquis poſthumus naſcat, ꝙ interim nõ tranſmittit hęreditatẽ beneficio l.cum antiquioribus.C.de iure deli. eo quia talis hæreditas non dr̃ proprie ſibi delata.& illud ſequitur ibi ſimpliciter Raphael Com.in j.col.in fin.alij non tangunt. ſequitur do.Alex. in d.l. cũ antiquioribus.

* Delata proprie dicitur hæreditas, quando quis illã conſequi põt remoto quolibet impedimento.l.delata.ff.de ver.ſig.& no.per gl.& doc. in l.is qui hæres in prin.ff.de acquir.hęre.large vero,& improprie etiã delata dr̃ illa, quæ pure defertur, ſed tñ adiri non põt propter impedimentum, quod ex perſona hæredis inſurgit, vt quia ignorat, vel infans ſit, vel furioſus, vt colligitur ex notatis per Bar.ĩ l.is poteſt col.iij.ff. de acquir.hære.Ex quo Imo. ibi infert, quod ſtatutũ, quod loquitur de hęreditate delata, vt ad quoſcunq; tranſmittat, etiã habebit locũ in eo qui ignorauit hæreditatẽ ſibi delatã, & ſequitur ibi Alex.Et dominus & præceptor meus d.And.Alcia.in l.delata.circa ſi. prin.ff.de ver.ſigni. Contrarium tenet hic Matth.per ſuas rõnes: Mihi tñ ſemper magis placuit opi.Imo. Alex.& dñi mei Alcia. quæ videtur communior, quia in tali ſtatuto agitur de tranſmiſsione, prout ſtatutũ loquitur, & reſpectu tranſmiſsionis, de qua agitur, talis hæreditas delata infanti, vel ignoranti proprie delata vr̃ ſecundũ ſubiectũ materiã.arg.l.plenũ.§.equitij.ff. de vſu. & habita,& hoc confirmatur, quia qualitas infantiæ operaſ ꝙ hæreditas facilius trãſmittatur l.infantis.C.qui admitti.& l. ſi infanti,C.de iure deli. Sic ẽt ratione ignorãtiæ tranſmiſsio facilius fieri debet l. Panthonius.ff.de acquir.hæredi, Cum ergo ſtatutum velit materiam tranſmiſsionis ampliare, cõſonat, ꝙ in iſtis debeat habere locũ, in quibus qualitates cõcurrunt, ex quibus de iure cõmuni tranſmiſsio adiuuatur. & ad hoc facit tex.in l.licet.C.de iure deli. ibi ignorantes delatã ſibi hæreditatẽ.& facit tex.in d.l.ſi infanti.Nec ob.tex.hic alle,

per Matth. in d. l. j. §. furioſi. ff. de ſucceſſio.
edict. Vbi hæreditas non dr̃ furioſo delata.
Quia ibi loquitur, quo ad præiudiciũ furio
ſi, vt repudiari non poſſit, ſecus eſt in fauo-
rẽ, vt glo. ibi declarat. Non obſtat ratio in
contrariũ allegata, ꝙ ſtatutũ ſtricte intelli-
gatur, quia reſpondetur, ꝙ verba debẽt in-
telligi ſecundũ ſubiectã materiã vt no. Bar.
in l. ſi vno. in prin. ff. locat. & eſt tex. in l. in-
ſulam. ff. de pręſcrip. verb. Secundo poteſt
reſponderi ꝙ qñ ſtatutũ deuiat a iure cõi,
non intelligitur ſtatutum ſecundũ ius com-
mune, ſed generaliter, vt verba ſonãt, dero
gando iuri cõi, vt no. Bar. in l. maximũ vi-
tiũ col. pen. C. de liber. pręter. Pau. de Caſt.
in l. ſi. §. in computatione. C. de iure delibe.
& Soci. conſi. lij. ſuper hac difficultate col.
ſi. vol. iij. & conſi. lxxxix. circa præmiſſum
col. iij. vo. iiij. & Deci. cõſi. lv. & pro tenui.
col. v. verſi. ſed breuiter dicendum eſt. Ibi.
Conſtat aũt ꝙ in materia exorbitanti, &c.
adde quæ notat idem Matthę. ſupra ſingu.
xciiij. nota mirabilem regulam, & quæ ibi
dixi. Gab. Saray.

1 *Spolij exceptio quibus actoribus per ſpolia-
tum opponi poſſit de iure ciuili, & canoni.*

194 No. ꝙ ſi quis fuit † ſpoliatus omnibus
1 bonis ſuis a Titio vel maiori parte, nihil-
ominus poteſt conueniri ciuiliter ab alijs,
q̃ a Titio, nec põt ſpoliationis exceptio-
nem opponere. vt eſt caſus notabilis in l. ſi
te bonis. C. de iure deliber. vbi tamen dicit
Bar. ſecus de iure canonico. per c. j. de reſti.
ſpol. lib. vj. Sed mihi videtur, ꝙ minus be-
ne dixit, quia illud c. bene permittit oppo-
ni exceptionem ſpoliationis factam a ter-
tio quando reus criminaliter accuſatur, nõ
autem quando ciuiliter conuenitur, quod
eſt bene notandum.

A D D I T I O. No. ꝙ ſi quis &c. Adde
ꝙ Bal. & Ang. in l. ſi te. hic alleg. ſequuntur
errorem Bar. & idem Bar. in l. ſi quis ad ſe.
C. ad l. Iuliam. de vi. Sed Magiſt. meus in
d. l. ſi te. ſequitur Matth. hic. & dicit ꝙ tex.
in c. j. de reſti. ſpol. libr. vj. loquitur quando
quis conueniretur ab illomet qui eum ſpo
liauit, ſed in d. l. ſi te fuerat ſpoliatus a ter-
tio. & etiam reprobatur per Moder. ibi.

2 De ſpoliatione facta ab alio, q̃ actore exci
pi non põt d. c. j. de reſti. ſpol. in vj. qđ pro-
cedit etiã ſi res ſpoliata peruenit ad ipſum
agentem, licet tunc contra eum agi poſſit
alio remedio. c. ſępe. de reſti. ſpol. Item pro-
cedit, cum ſpoliatio ſit facta a procuratore
ipſius agentis, ſuo proprio nomine ſpolian-
te, vt l. procurator. ff. de excep. doli. Et idẽ
ſi ſpoliatio ſit facta a ſyndico collegij agen-
te nomine collegij, etiam ſi ipſe ſyndicus ſit
de collegio, cum tũc de tali ſpoliatione ex-
cipi non poſſit ſecundum Ioan. And. in d. c.
j. & tenuit Spe. in tit. de poſſeſſ. §. j. verſi. ſed
nunquid. & verſi. ſeq. & plene per doct. in
c. ſi. de ordi. cognitio. & ibi per glo. & vide
in l. colonus. & in l. cum fundum. & in l. qui
poſſeſſionem. ff. de vi & vi arma. Et per do
mi. de Rota deciſio. ccccxxxviij. fuit dubi-
tatum, pone ꝙ A. ſpoliatus. in nouis, & per
Bal. & Ang. in l. inuaſor. C. de interdict. Et
vide c. olim. il ij. de reſti. ſpol. vbi põt oppo
ni de ſpoliatione facta a tertio ad impedien
dam executionem ſententię. ſed ea proprie
non eſt exceptio ſpoliationis, ſed allegatio
in opus. Gab. Sarayna.

1 *Conditio caſualis in legatis an retrotraha-
tur, ſicut in contractibus?*

195 No. in legatis † conditio caſualis retro-
1 trahitur, ſicut in contractibus. vt videtur
eſſe text. in l. qui balneum in prin. ff. qui
potio. in pigno. habe. licet Bar. videatur ſen
ſiſſe cõtrarium in pluribus locis, ſcilicet in
l. ſi filius. in princi. de verbo. obliga. & in l.
Caſſius. ff. de ſenator.

A D D I T I O. No. ꝙ in legatis &c. ad
hoc vide plene Alex. in l. ſi filius. in princi
pio hic alleg.

* in contractibus conditio retrotrahitur ad
tempus contractus l. qui potior. & d. l. qui
Balneum vbi Alex. ff. qui potior. in pigno.
habea. & l. neceſſario. §. ſi perendæ. ff. de
pericul. & commod. rei vendit. & plene ꝑ
Alex. in d. l. ſi filius. ff. de verbo. obligatio.
Quod eſt verum ſi extremũ ſit habile tem-
pore exiſtentis conditionis ſecundum Bar.
in l. quotiẽs. in ſi. ff. de nouatio. & in l. poſt-
quam in princi. ff. vt lega. nomine cauea. Et
in l. ſi quis arbitratu. j. q. ff. de verb. obliga.
Item hoc eſt verum in contractibus, non in
vltimis voluntatibus l. j. §. j. ff. ad Syllan. &
Card. in clem. ſi. q. pen. de electio. & plenus
in cle. ij. j. q. de re iudi. & per Bar. in l. ſi ſpõ
ſus. §. ſi maritus. ff. de dona. inter vir. & vx.
Quod eſt verum ſi conditio adijciatur lega
tis, non ſi inſtitutioni hæredis, quia primo
caſu non retrotrahitur retro, ſecundo ſic ſe
cundum Bart. in l. quod dicitur. ff. de teſta.
mili. & in l. j. §. ſerui. ff. ad Syllan. & Bar. &

Floria. in l. Papinianus. ff. de ſeruit. & in l. is cui. §. hæres. in fin. ff. quemadmo. ſeruit. amit. vbi etiam dicit verũ in legat s nõ tra- hi retro quo ad effectum de præterito d. §. ſeruit: niſi ſit conditio negatiua l. Neratius. ff. de manu. teſta. Quod eſt verũ, niſi appa- reat teſtatorẽ noluiſſe ante conditionis euẽ tum libertatem deberi, quia tunc non tra- hitur retro l. ſi quis ita libertatem dediſſet ff. de ſtatulib. ſecundum Florian. in d. §. hæres. Gab. Saray.

1 *Vſurarij ſunt infames iuris ciuilis infamia, vnde ſi illi inſtituantur hæredes, frater te- ſtatoris teſtamentum rumpit.*

2 *Vſurariorum libri non faciunt fidem niſi contra ſe, & ſuos hæredes.*

3 *Vſurarij ſi pœniteant infamiam relinquũt.*

196 No. ꝙ vſurarij † ſunt infames etiam iu
1 ris ciuilis infamia vt l. improbum, C. de his qui no. infam. vbi Bar. hoc tenet & idem te net d. Ant. in c. Raynutius. extra de teſtam. vbi dixit hoc fuiſſe obtentum, ꝙ ſi frater inſtituit vſurarium, fratre præterito, poteſt frater rumpere teſtamentum per querelam inofficioſi teſtamenti per l. ſi fratres, C. de
2 inoffi. teſta. quod no. Et † eorum libri non faciunt fidem niſi cõtra ſe & ſuos hæredes: vt in c. j. de vſur. lib. vj. Si autem pœniteant
3 infamiam † relinquunt de iure canonico. hoc no. Bal. in l. Caſsius. ff. de ſenato. & hoc idem dixi in notab. 50.

ADDITIO. No. ꝙ vſurarij &c. Ad hoc vide ſupra notab. ij. inci. no. ꝙ omnes.

* Late dixi ſupra ſingul. xlix. nota ꝙ omnes vſurarij. Gab. Saray.

Declarandi facultas non eſt variabilis, ſe cus in facultate eligendi.

197 No. ꝙ facultas † declarandi non eſt va
1 riabilis l. quicquid aſtringendæ. in prin. iij. reſponſo ſecundum vnum exemplum. ff. de verbo. oblig. ubi eſt caſus ſingularis ſecun- dum doctores, ꝙ facultas eligendi etiã poſt ſentẽtiam eſt variabilis l. eum qui certarũ. eo. ti. Sed cõtra primũ dictũ de directo eſt caſus in l. ſi ex pluribus. eo. ti. ſcdm gl. Sed Bar. ibi dicit, ꝙ loquitur in facultate eligẽdi. Sed hoc non eſt verum: quia ibi ſtipulatus fuit fundum Seianum & plures fundos ha- bebat eiuſdẽ nominis. Vnde dixit ibi text. cum non appareat quis fundus ſit in ſtipu- latione deductus, erit in electione promiſſo ris, quem velit dare. vnde ſi põderetur fuit ſenſum de certo fundo, licet non fuerit ex- preſſa alia nota demonſtrationis. Præterea vellem differentiam videre inter iſtos ca- ſus, ſi cum fundum Seianum ſtipulor, et plu res habeo Seianos, & cum ſtipulor Stichũ, & plures haberem Stichos, neſcio videre. Sed domi. Iaco. de Belui. dicebat quod in l. qui ex pluribus. fuit ſtipulatus vnum fun- dum Seianum de tuis, & ſic incertũ de cer ti, cogita.

ADDITIO. No. ꝙ facultas &c. Ad hoc vide ſupra notab. clxxij. inci. no. quod vbicunq; & quæ ibi dixi.

* Vide quæ dixi ſupra ſingula. clxxj. nota ꝙ vbicunq; aliquid. Gab. Sara.

1 *Paupertas licet nõ impediat obligationem, nec actionis exercitium, tamen moram cõ mitti impedit, & pœnam in ſpiritualibus, & tempus appellationis proſequendæ cur- rere vetat.*

198 No. ꝙ licet † paupertas non impediat
1 obligationem, nec actionis exercitium l. cõ tinuus. §. illud. ff. de verbo. oblig. tamen mo ram impedit committi. glo. eſt no. in l. qđ te. ff. ſi cer. peta. Item etiam impedit committi pœnam in ſpiritualibus per inno. in c. P. & G. extra de offi. deleg. Item excuſatur pro- pter paupertatem omittens proſequi appel lationem, vt non dicatur deſerta, nec ipſo iure ſibi currit tempus per Inno. in c. ex ra- tione. extra de appell & Guli. de Cun. in l. præcipimus. §. ſuper his, de appella. quod bene nota.

ADDITIO. No. quod licet pauper- tas &c. In princ. ibi tamen moram impedit cõmitti. adde quod iſtud eſt verum, ſed fal- lit in debitore quantitatis, vt per Bar. Ang. Bal. in lectura antiqua. Saly. Alex. qui ple- ne examinant. et per Mag. meum in l. quod te. hic alleg. Barto. Ang. Imo. Alex. Are. in l. continuus. §. illud. de verbo. oblig. Anto. de Bu. Imol. & Panor. in c. breui. de iureiuran. Ibi idem etiam impedit ad hoc vide Bal. in c. j. §. porro, quæ fuit prima cauſa benefic. amit. vbi dicit quod qui non poteſt ſoluere in termino non eſt periurus. alleg. Innoc. in c. P. & G. hic alleg. vide etiam per docto. in d. l. quod te gl. & omnes in d. c. breui. Bar. & alij in d. l. continuus. §. cum ita. Lud. Ro. in l. fin. ff. qui ſatiſ. cog. Mod. in d. c. P. & G.

ſibi item excuſat propter pubertatē, ad hoc adde Bal. in l. acceptā. xxiij. q. C. de vſu. gl. in l. eos. §. ſuper hijs vero in verbo inopia, C. de app. & gl. vlt. in l. minoribus. C. de his quibus vt indignis. Innocen. in capitulo ex ratione, eodem titulo, Bald in l. ſecunda. §. ſi quis. in vltima quæſtione. ff. ſi quis cau. vbi allegat Innocē. in capitulo dilationem. de appellatio. & dicit ſe euaſiſſe quendam pauperem a furcis, qui cum appellauit propter paupertatem non potuit proſequi appellationem in l. ſina. de conditio. infer. & Alexan. in dicto. §. ſi quis, & Alexan. in l. ſi procuratorem. §. ignorantes. ff. manda. Bal. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. præſid. Panormi. in capitulo ex ratione. colum. ſecunda, hic allieg. & in l. ſina. C. de condi. infer. & Ludoui. in l. ſi vero. in. §. de viro ff. ſoluto matrimonio in fallentia propter paupertatem. Vltimo de priuilegijs paupertatis. vide per doctores vbi ſupra, & maxime per Barto. in repetitione ſua in verbo paupertas in multis prodeſt per Bald. in l. tam dementis. C. de epiſcopis & clericis, per eundem in capitulo ſi qui teſtium, de teſtibus. vbi per Modernio. in tertia colum. Et ad iſtud vltimum dictum in verſicu. item excuſatur vide omnino Franc. Cremen. in nota. cxxj. incip. ſtatuto cauetur.

* Adde Fran. Cremen. ſing. cxxij. incip. ſtatuto cauetur. Et Hippol. de Marſi. in practica criminal. in. §. ſequitur. nume. 35. & in. §. ordine ſucceſsiuo. col. iij. nu. 12. & in l. j. §. præterea. nume. 86. & 87. ff. de quæſtio. & in conſil. ix. nu. 38. & conſi. lxvj. nume. 13. & Ioan. de Arno. in epitho. ij. Et ſic cum laude Dei his additionibus ſit finis impoſitus. Venetijs iij. nonas Februarij 1556.

Expliciunt ſingularia d. Matthęi Mathe ſilani cum additionibus Ioannis Baptiſtę de Caſtilliono Genuēſis, & D. Gabrielis Saraynæ Veronenſis nouiſsime additis.

DOCTISSIMA SINGVLARIA D. FRANCISCI CREMENSIS CVM ADDITIONIBVS D. IOANNIS BAPTISTAE DE CASTILLIONO GENVENSIS.



SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an teneatur alimẽtare donatorem, re donata combuſta?*
2 *Intellectus l.j. C. de iure emphy.*

1 QVÆRO primo de iſta
queſtione, Dedi eccleſiæ do
mum vt me alimentaret, po
1 ſtea † domus eſt combuſta,
vel alio caſu fortuito eſt de
ſtructa, an eccleſia teneatur
vlterius me alimentare? Videbatur dicen-
dum ꝙ non: quia deficit cauſa propter quã
tenebatur me alimentare, arg. l. j. C. de iure
emphy. In cõtrarium ſingulariter determi-
nat Bald. in d. l. j. ea ratione, quia tranſlato
dominio periculum eſt emptoris, ſiue acce-
ptatoris, non autem ipſius dantis. ff. de eui-
ctio. l. Lucius. ff. de peric. & commo. rei vẽ-
di. l. neceſſario. ff. de condi. ob cau. l. ſi pecu
2 nia. §. j. Non ob. modo † tex. in d. l. j. ſupra
allegata, quia ibi res non tranſiuerat in do-
minium ſaltem directum accipientis.

ADDITIO. Quæro primo &c. Ibi in cõtrarium ad hoc facit quod dicit idem Bal. in rub. C. de peri. & commo. rei vendi. in ij. q. ibi nudo pacto ſine traditione, ergo ſi interuenit traditio vt in caſu iſto videtur ſecus eſſe.

1 *Hypotheca an contrahatur per hæc verba, videlicet, quòd ſi non ſolueris debitor pecu niam debitam, licitum eſſet eius bona propria authoritate ingredi?*

2 Quid ſi feci † tecum pactum, vt ſi nõ ſol
1 ueres mihi pecuniam debitã licitum ſit mi-
hi ingredi bona tua propria authoritate, &
nihil dixi de hypotheca, an per iſta verba
ſit contracta hypotheca? Eſt ſingulariſsimũ
dictum Bal. ꝙ ſic, in l. creditores. in ſi. C. de
pigno. alleg. tex. qui optime probat in l. cre
ditor. §. poſt diuiſionem. ff. qui po. in pigno.
habe. vbi etiam probatur ex illo. §. idẽ eſſe,
ſi feci pactum cum fratre meo, vt liceret
mihi vendere rem ſuam caſu quo non ſol-
ueret creditori in pignus datum ꝙ erit con
tracta hypotheca. qui text. eſt menti tenen-
dus ad iſta dicta.

ADDITIO. Quid ſi feci &c. Ad hoc vide etiam Bar. in l. creditor. §. poſt diuiſionem. hic alleg. & pro iſto dicto bene facit l. fina. in prin. & quod ibi Bal. C. quæ res pigno. obli. poſſ.

1 *Legatum factum filiæ, an in dubio dicatur*

factum cauſa dotis, vt filia excludatur a ſtatuto repellente a ſucceſſione filiam dotatam?

2 *Dos an poſſit eſſe ſine matrimonio.*

3 Statuto † cauetur, ꝙ extantibus maſcu-
1 lis filia dotata non ſuccedat: pater legauit centum filiæ in teſtamento, an in dubio intelligatur cauſa dotis, vt repellatur filia vigore ſtatuti a ſucceſsione paterna, & per conſequens dicatur dotata? Videte ſingulare dictum Bart. ꝙ excluditur a ſtatuto in l. quod autem, per illum tex. ff. de iure do. Et ſi dixerit aliquis, qualiter filia poteſt eſſe dotata ſine matrimonio, cum dos ſine matrimonio eſſe non poſsit. l. iij. ff. de iure do.
2 Reſpondeo, quod quando † pater legat dotem filiæ in teſtamento illa filia dicitur dotata etiam ſi non ſit in matrimonio, ſed in virginitate. l. qui pupillam. ff. de adulte. per quem tex. ibi firmat Bar. & Bal. poſt glo. in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admi. tut. & idem Bar. in l. nõ eſt matrimonium. ff. de ritu nup. in l. Titio centum. §. Titio genero ibi, ante nuptias, ff. de condi. & demon. & refert Bal. in l. non ſine. C. de bo. quæ liber. & idem Bal. in l. ſi plures. in antepe. colum. C. de condi. inſer.

A D D I T I O. Statuto cauetur &c. Ad hoc vide quod dicit Bal. in l. j. in ij. colum. ff. ſolu. ma. vbi vide per alios, & per Bal. in ſub diſpu. quæ incipit, quæritur mulier. Sed iſtud ſimpliciter nõ placet Alex. in l. quod autem. hic alleg. ideo diſtinguit ꝙ aut filia eſt nubilis ætatis, quam tunc pater habet neceſſe dotare, & procedat iſtud dictum, aut non eſt ætatis nubilis, & tunc ſecus per iura per eum allegata.

1 *Donare poteſt vxor viro, vt filia communis maritetur.*

4 Quamquam donatio † inter vir. & vxo.
1 non valeat. l. donationes. C. de donat. inter vir. et vxo. Tamen fallit quãdo vxor donaret marito, vt maritaretur filia communis, caſus eſt quem dicit ibi Bar. ſingulariſsimũ in l. ſiue vxor. ff. de dona. inter vir. & vxo.

A D D I T I O. Quanquam &c. Vide Bar. in l. ij. de dona.

1 *Dotis debitæ vſuræ an ab hæredibus mariti peti poſsint?*

2 *Maritus legans dotem vxori, an videatur etiam ei legare vſuras dotis?*

5 Si maritus † viuus petiſſet vſuras dotis ſi-
1 bi debitæ, & dilatæ, ita ꝙ paſſus fuerat maximam moram, an poſtea mortuo marito poterunt hęredes eius petere vſuras dotis? Quilibet diceret ꝙ ſic, quia hæres & defunctus una & eadem perſona cenſentur. auth. de iureiuran. a morien. præſti. §. j. Tamen in contrarium eſt doctrina Bar. valde ſingularis, quia moriẽdo videtur remiſiſſe vſuras. ita pulchre dixit Bart. in l. vir vſuras. ff. de dona. inter vir. & vx. Et notetis bene iſtud dictũ Bar. quia non fuit repertum alibi, ſed
2 tamen † legando dotem non videtur legare vſuras dotis, vt ibi eſt glo.

A D D I T I O. Si maritus &c. Ad hoc vide ſingulariſsimum conſi. Bal. clvj. incip. in Christi nomine poſt biennium, vbi allegat tex. ſing. in l. cum quidam. §. diuus. ff. de vſu. & dictum Bal. tam ſingulariſsimum cõmendat Salyce. in l. vir vſuras. hic alleg. & Ang. in d. §. fuerat. col. ix. inſti. de acti. quicquid in ſeq. dixerit pro quo dicto. vide etiã Magiſt. meum in d. §. fuerat. col. v.

1 *Vxor quicquid acquirit præſumitur de bonis mariti acquiſiuiſſe. Et quid ſit in vidua? & concubina? & tutore vel curatore?*

6 Tu ſcis † ꝙ quicquid acquirit vxor pre-
1 ſumitur acquiſiuiſſe de bonis mariti, vt euitetur ſuſpitio turpis quæſtus l. Quintus Mutius. ff. de dona. inter vir. & vxo. l. etiam. C. eo. Quid erit in vidua acquirente poſt mortem mariti? Albe. ſingulariter ponit iſtam quæſtionem ſingularem in d. l. etiam. ꝙ aut ipſa vidua incontinenti poſt mortem mariti acquiſiuit, vtputa fundum vel agrum, & tunc præſumitur ex illis bonis mariti. Aut ex interuallo, & tunc non habebit locum ipſa præſumptio: quia ex his quæ incontinenti fiunt præſumptio colligitur l. ſi vẽtri. §. in bonis. ff. de priuile. credi. l. ſi quis poſt hac. C. de bon. dam. & l. poſt contractum. ff. de do. & ita etiam conſuluit Ange. in conſi. xiiij. tacito tamen Albert. Addit tamen ipſe quid in concubina, an præſumatur acquiſiuiſſe ex bonis amaſij? habetis ſingularem deciſionem Bald. in l. j. C. de natura. libe. ꝙ habebit locum dicta præſumptio. d. l. Quintus Mutius. Sed quid in tutore vel curatore paupere pendente adminiſtratione eſſe

ctus eſt diues, nunquid præſumatur ex bonis adulti, vel pupilli acquiſiuiſſe? Dic ꝙ nõ: quia pauperibus induſtria, vel patrimonij augmentum quod laboribus & multis caſibus quæritur, non eſt interdicendum l. ſi defunctus, et ibi eſt tex. familiaris ad hoc, C. arbi. tute. quem no.

ADDITIO. Tu ſcis &c. In princi. ad hoc vide Bal. conſil. xxviij. incip. proponitur. & conſi. lv. incip. a libello incipiendum eſt in quarta parte. Et ad hoc vide docto. in c. ſignificauit. de dona. inter vir. et vxo. Angel. conſi. clxj. & conſi. cxlij. in fi. in j. par.

6 *Verbum præſentis, vel præteriti tẽporis intelligitur ipſo iure, & an ſecus ſit in verbo futuri temporis, maxime ſi a teſtatore proferatur.*

7 Tu ſcis ꝙ verbum † præſentis vel præ-
1 teriti temporis intelligitur ipſo iure: ſecus in verbo futuri temporis, quia intelligitur per ſententiam, vt puta, priuetur, vel cadat, gl. in l. iubemus. §. Iconomus. C. de ſacroſan. eccle. in l. in criminali. C. de iuriſdi. om. iud. aliæ glo. in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & in l. j. C. de pœ. iudi. qui male iudi. Quod tamen intellige, niſi verbo futuri temporis addatur verbum, mox, illico, vel funditus, & ſimiles dictiones, quia tunc intelligeretur ipſo iure, glo. ſingul. in authen. de inceſ. nup. in glo. in verbo mox. & alia gl. de verbo funditus in l. decernimus, C. de ſacroſanctis eccle. & eſt alia glo. ſecundum vnam literam in l. j. §. ſi pecuniam. quæ loquitur de verbo omnino. ff. depoſ. Quid autem ſi tale verbum futuri temporis proferatur a teſtatore, vt puta, ſi hæres moleſtauerit vxorem meam priuetur hæreditate, & ſit ſine aliqua dictione? dic ꝙ intellig. ipſo iure, nec requiritur ſententia, iſta eſt doctrina Bald. in l. j. in vij. col. C. de his quæ pœ. no.

ADDITIO. Tu ſcis ꝙ verbum &c. In fi. ad hoc vide Roma. ſing. j. & ij. & quæ ibi ſatis plene addidi. & vide Matth. nota. cxij. incip. No. ꝙ vbicunque. & iij. ſeq. cum his quæ vtrobique addidi. & quæ ſimiliter addidi in dictionario Albe. in ver. verba futuri temporis.

8 *Maritus ſi ſub nomine appellatiuo in teſtamento dixerit, relinquo vxorem meam dominam, maſſariam, & vſufructuariã,*
1 *& prima vxor moriatur, an ſecũda vxor fuerit domina, vel vſufructuaria, ſi maritus teſtamentũ non mutauerit?*

2 *Vxor relicta domina, maſſaria & vſufructuaria, extantibus liberis, alimenta tantum conſequitur, & quid ſi filij non ſint eiuſdem matrimonij?*

8 Quid ſi maritus † ſub nomine appellati-
1 uo dixerit, relinquo vxorem meam dominam, maſſariam, & vſufructuariam, & ſic ſub nomine appellatiuo, poſtea mortua prima vxore accepit aliam, neque mutauit teſtamentum ipſe maritus, an ſecunda vxor erit domina maſſaria & vſufructuaria? Bal. ſingulariter tenet ꝙ non, in l. fi. C. de indic.
2 vidui. tollen. Sed quid ſi † ipſa vxor relinquitur domina, maſſaria, & vſufructuaria (quo caſu ſi ſint filij ex conſuetudine ipſa mulier percipiet alimenta: ſi autem ſint inſtituti extranei, & tunc recipit vſumfructũ vt dicit glo. cõiter approbata in auth quod locum. C. ſi mu. ſecundo nup. & in l. Ticia cum teſtamento. §. fi. ff. de lega. ij.) Et ſint filij, ſed non eiuſdẽ matrimonij, an ad dictos extendatur conſuetudo? dictum eſt Bald. ꝙ non extenditur conſuetudo ad tales filios primi matrimonij: quia conſuetudo ſit ſtrictiſsimi iuris, & loquatur de filijs eiuſdẽ matrimonij, non extẽderetur ad filios alterius matrimonij, & ſic vxor habebit vſumfructum: quod eſt valde notandum.

ADDITIO. Quid ſi maritus &c. Ibi Bal. ſingu. tenet ꝙ non, ad hoc facit l. ſi anguſte deleg. ij. contra Bal. facit l. ſi cognatis. ff. de rebus du. & quod no. Old. in conſil. ccxij. incipi. quidam in ſuo teſtamento ſub rubrica de verbo. ſig. & titu. de lib. & poſt. facit etiam quod not. Alexand. conſil. clxvj. in iij. volu. & idem Alex. in l. fin. hic alle. in addi. ad Bal. dicit ſe conſuluiſſe contra Bal. apud Cęſenam. Ibi, ſed quid ſi ipſa vxor vide ea quæ addit Alexan. in l. Titia hic alle. & vide Bar. cõſi. inci. In Chriſti nomine Bertholdus fecit teſtamentum. & in conſi. inci. Petrus Matthioli. Can. in c. ſi pater de teſt. in vj. Limitatur primo iſta materia niſi teſtator ſpecialiter legaſſet alimenta & etiam eam ſimpliciter reliquiſſet vſufructuariam ſecundum Paul. de Caſt. conſi. ccclxxxvij. incipien. In Chriſti nomine ꝙ vxor &c. Secũdo limitatur quando diceretur ſolummodo, relinquo, vxorem meã vſufructuariam extantibus filijs quia tunc venit vſusfructus ſecundum Bal. in l. ſi pater,

C.de vſufruc. per tex. in d.l. Titia. & vide etiam in d.l.fin.& vide Alexã.recte diſtinguentem in l. & ſi contra colum.vij.ver. & Bar.inducit iſta de vulga. & pupil. Bar.in l.ſicut i annos.ff.ex quibus cau.vſuf. amit. Barth.Cæpo.in tract.de ſerui.ruſt.in titu.de vſuf.Specu.in ti.qui fi.ſint legi.ver. quid ſi quis ita dixit per Alex.conſi. iiij. in prima parte.& omnino per eum conſi.xxij.ſecunda parte & conſi.xxviij.quarta parte.Pau. de Caſt.cõſi.cccxix.in nouis.& conſi. 171. in eiſdem.Bald.conſi.cccxvij.incip.factum in prima parte & cõſi.ccccix. inci.illa verba q; ſi domina in eadem parte & conſil. ccccxxxj.poſt princi.inci. quædam vidua in ver.quæritur.& in pulchro.conſi.lvj.incip.manens Panolphi.& conſi. lxxix. poſt princi.inci.punctus omnibus in ij. parte.& breui.conſi.ccccxix.inci. quidam inſtituto hærede in tertia parte.& conſi.ccccxvj.incipi.dicta particula in iiij.parte.Ang.conſi. xcvj.in prima parte.per Abb.conſi. lxviij. in ſecundo volu.ſigno.conſi.clxxxj. Fran. de Are.conſi.lxxiiij.Bene.Ca, conſi. iiij.in primo dubio.& conſi.clix.& melius conſi. liiij. per totum & conſi. lviij. in primo dubio Ioan.de Ana.cõſi.xiij.& in addi. Lud. Bolo.ibi Fran.Cur.conſi.xj.in fi.& notabilius conſi.xiiij.col.j.Ioan. Berth. in ſuo repertorio in verbo vxor vſufructuaria.ver. xxiiij. licet prædicta non alleget. nunc ſumus ibi.Quid ſi ſint filij &c. Adde Pau. de Caſt.conſi cxj.inci.ſuper primo quæſito dicendum & ſupra alleg. conſil. cc.xc.incip. quod vxor.Cæpo . dicto tractatu de ſerui. ruſt.ti.de vſufru. vbi etiam ponunt quid ſi attinentes ſunt inſtituti vel collaterales, & quid ſi filij, & quid ſi extranei, de quo etiã per Angel. conſi. ccxliiij. & conſi.cccxxj. Bal.in alle.conſi.ccccvj.inci. illa verba. & d.conſi.cccxvij.incip.factum & quid ſi inſtituatur frater teſtatoris vide per Franc. Cur.d.conſi.xiiij.colum.fin. & Bene.Cap. conſi.lxxij.in primo dubio & ibi quid ſi ſit ſuperſtes filia dotata . Quid ſi inſtituti filij ex fratre ſunt. Paul.de Caſt.conſi.ccccxv. quid ſi nepotes ex filio.Bene.Ca.cõſi.cliiij. per totum. idẽ ſi concubina vel mater vel ſoror ſit relicta vſufructuaria domina vel maſſaria vt habeat vſumfructum non extãtibus filijs alias alimenta tm̃ Bal.in d.l.fin. col.ij.ver.idem dico ſi legetur concubina. C.de indi.vid.tollẽ.de ſorore & nuru in d. auth.hoc locum colũ. ij.C.ſi ſecundo nup. mu.de matre Ang.conſi.xcvj.Pau.de Caſt. conſi.ccx.& intellige de toto vſufructu deducta falcidia de fructibus Bal.in d.l.fin.in lectura antiqua.Bar.in d.auth.hoc locũ col. iiij.ver.ad ſecundum.& d.l. Titia.§.fi. col. ij.ver.ſecundo aduerte.Adde tamen limitãdo q; mulier propter illa verba poterit talia alimenta propria auctoritate capere ſua manu,licet alias deberet capere de manu hæredis,ita tenet Ang.in l. rerũ amotarũ.i. ff.rerum amo.allegat Ioan.And.in additio. Spe.in ti.qui filij ſint legi.§.ij.& dicit quod non reperit alium doctorem qui ponat iſtã limitationem.ſed tres doc.addit idem tenẽtes Mag.meus.in l.nemo poteſt colũ. ix.in prin.de lega.j.

1 *Falcidia non detrahitur de legatis factis ad pias cauſas, & an detrahatur delegato facto a filio patri, vel econuerſo? Et quid de legato facto matri, vel monacho?*

9 Tu ſcis† q; de legatis factis ad pias cau-
1 ſas non detrahitur falcidia authẽ.ſimiliter, C.ad l. falci. & in corpore vnde ſumitur. Quid ſi legatur a filio patri,vel econuerſo? an iſtud dicatur legatum pium,& per conſequens nõ detrahatur falcidia? Videbatur dicendum q; ſic per tex.in l.nam & ſi parẽtibus.ff.de inoffic. teſtamen ibi.non minus pie &c.& ita vidi vnum magnum doctorẽ conſuluiſſe per rationem illius tex.Sed tu determina contrarium per ſing.doctrinam Ang.in d.l.nam & ſi parentibus vbi dicit, q; poterit detrahi falcidia. Adde quod dixit Ioan.And.in additio.ad Spec.in tit. de inſtru.edi.§.nunc vero ver. & idẽ ſcias q; de legato facto matri detrahitur falcidia. ergo non dicitur pium, niſi ſit paupercula. facit quod dicit Bal. in d.authen. ſimiliter, vbi ſi ſit legatum filio monacho non detrahitur falcidia,ergo ſentit Bald. quod ſi non fuiſſet filius monachus,detrahatur ipſa falcidia.& pro hac parte allego tex.in c. Raynutius:extra de teſta. qui tamẽ loquitur de trebellianica.ſed eadem eſt ratio de falcidia ad trebellianicam per ea quę habentur in l. Marcellus.in.§.quod autẽ.ff.ad Treb.

1 *Hæres non poteſt grauari, niſi pro portione hæreditaria.*

10 Teſtator fecit† tres hæredes Titiũ,Seiũ,
1 & Sempronium, & grauauit Titium vt reſtitueret fundum tertio an legatarius conſequatur totũ fundum? Dic q; ſolam tertiã

partem fundi conſequitur, quia non potuit grauari Titius niſi pro portione hæreditaria, caſus eſt ſingularis in l. ſi fundũ ſub conditione. §. ſi libertus, ff. de lega. j.

1 *Promittens præſentare in iudicio toties quotiens, intelligitur uſque ad ſententiam tãtum. Et quid ſi dixerit, quandocunque?*

11 Si quis † promiſerit repreſentare Titium
1 totiens quotiens &c. intelligitur vſque ad ſententiam tantum, adeo ꝙ lata ſententia erit liberatus l. grece. §. et poſt. ff. de fideiuſſor. etiam ſi fuerit a ſententia appellatũ in authen. de his qui ingre. ad appella. in prin. Sed quid ſi adiecerit quandocunq;? Dic ꝙ tunc tenetur etiam vltra, & poſt ſententiam, ad hoc vt illud verbum aliquid operetur, iſta eſt doctrina Bal. in l. ij. §. fin. ff. qui ſatiſda. cog. caſum dicit eſſe ſingularem in l. ꝙ ſi nolit. §. ſi autem. ff. de edil. edic.

1 *Fiſcus ſuccedens filio præterito, an ex perſona filij poßit dicere teſtamentum patris nullum?*

12 Quid ſi filius † fuerit præteritus, quo ca-
1 ſu poterat dicere teſtamentum nullum l. Gallus. §. in omnibus. & l. inter cætera. ff. de libe. & poſthu. an ſi poſtea fiſcus ſuccedit filio propter aliquod delictum, ex perſona filii poſsit dicere teſtamentum nullũ? Quilibet diceret ꝙ ſic, quia fiſcus habetur loco hæredis l. ij. C. ad l. iul. de vi pub. & l. inter eos. §. fi. ff. de fideiuſſo. In contrarium ſingulariter eſt doctrina Bald. ꝙ non poſsit dici nullum a fiſco vt in l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

ADDITIO. Quid ſi filius &c. Vide quæ dixi infra no. lxxxix. incip. pone ꝙ filius vbi repetitur iſtud dictum Bald. hic recitatum.

1 *Conductio rei continuata nullo expreſſo precio, intelligitur eadem precio, quo ante continuari.*

13 Si conduxi † domum pro decem, & fini-
1 to anno poſteaetiam recõduxi ſine expreſſione precij, intelligitur eodem precio quo ante, Bald. in l. cum quidam ad fi. C. de iure doti. vbi dicit etiam idem eſſe in famulo. l. qui ad certum, ff. loca.

1 *Donatio cauſa mortis inualida, iure fideicommißi ſuſtinetur, & tunc an aditio hæreditatis requiratur?*

14 Tu ſcis ꝙ quando † donatio cauſa mor-
1 tis non valet nec tenet l. inter mortis. ff. de dona. cauſa mor. tamen ſubſtinebitur iure fideicommiſsi. ff. de lega. ij. in l. miles ad ſororem. an tunc vt confirmetur requiratur aditio hęreditatis? Dicite ꝙ non requiritur aditio. ita ſingulariter tenet Bal. in l. j. C. de do. cauſa mor.

ADDITIO. Tu ſcis &c. In fi. adde ꝙ Bar. idẽ tenet in l. ſequens quæſtio. ff. de lega. & in l. j. hic allegata. vide ſi faciunt no. per Saly. in l. fi. in iij. col. C. de pac. & per Alex. in l. j. §. mortis cauſa. ff. de dona. cauſa mor. & in l. qui Romæ. in §. Flauius. ff. de verb. oblig. alios locos adducit Firmanus vbi tñ prædicta omnia non allegat in repe. in verbo donatio cauſa mor. verſi. xxx.

1 *Emphyteuſis accepta per ſe & filijs & hæredibus, ad filios tranſit ſi ſint hæredes ſaltem in vna parte. Et quid ſi dictum fuerit pro hæredibus ſuis maſculis?*

15 Traditur pro regula † ꝙ ſi pater accepit
1 emphyteuſim pro ſe & filijs & hæredibus, non ſolum requiritur ꝙ ſint filij, ſed etiam ꝙ ſint hæredes ſaltem in vna parte vt l. vt iuriuſiuran. §. ſi liberi vbi ponit Bart. ff. de ope. liber. & l. ſi tibi. §. ſi pactus. ff. de pac. & plene Bald. in l. liberti libertęq;. C. de ope. liber. Sed quid ſi dixerit pro hæredibus ſuis maſculis, an tunc ſufficiat eſſe de liberis, etiam ſi non ſint hæredes? Bal. ſingulariter tenet ꝙ ſic, quia ſufficit eſſe de liberis vel de filijs in l. Gaius. ff. ſolu. ma. quia illud verbum, hæredibus, exponitur ideſt filijs l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb.

ADDITIO. Traditur ꝓ regula &c. Ad hoc facit optime dictum Bar. poſt glo. loquentis in fortioribus terminis in l. ex facto. §. fi. ff. ad Treb. ꝙ ſi in inſtrumento dicatur ꝙ quis acquirit emphyteuſim vel feudum pro ſe & hæredibus. illa dictio hæredibus intelligitur. i. filijs glo. eſt ibi ordinaria & ſic liberi admitterentur licet nõ eſſent hæredes, & iſtam deciſionem Pau. refert & ſequitur ampliando vnam doctrinã Bar. Mag. meus in l. ſi non fortẽ. §. libertus. col. pen. ff. de condi. inde.

1 *Legatum ſolutum per teſtatorem viuẽtem, poteſt reuocari, & an fructus percepti repeti poſſint?*

2 *Donata cauſa mortis poſſunt cum fructibus repeti.*

16 Si legatum † ſoluitur in vita per ipſum
1 teſtatorem ſicut aliquando ſoluitur per teſtatores vt in l. Lucius. ff. de lega. ij. tamen poterit reuocari per ipſum teſtatorem vt dicit Bal. in l. ſi C. de vſu. & fru. leg. Sed an poterunt fructus percepti etiam ante reuocationem repeti? Dicite ꝙ ſic, quia quãdo titulus eſt reuocabilis, ex quo poſſum repetere rem principalem, poſſum etiam repetere fructus perceptos, exemplum, in re do
2 nata † cauſa mortis & tradita in vita donãtis, quia poteſt repeti res donata cum fructibus l. cum quis vbi eſt caſus ff. de condi. ob cauſam. & l. videamus. §. j. ff. de vſur. nã tũc iſtud legatum ſolutum æquiparatur donationi cauſa mortis, ita ſingulariter dicit Bald. in rubr. C. ſi quis omiſ. cauſa teſta. & in l. ſi. de vſu. & fructi lega.

ADDITIO. Si legatum &c. In fin. vide Bal. in l. ſi. hic alleg. vbi videtur velle contrarium eius ad quod hic allegaſ. pro quo facit glo. in l. legatum la prima. ff. de lega. ij. Sed contra faciunt no. per eundem in l. quod ſeruus. eo. ti. de lega. ij.

1 *Legitimatio baſtardi fieri poteſt a patre, ſub conditione quòd is in hæreditate non ſuccedat.*

17 Pater poteſt legitimare † filium ſuum ba-
1 ſtardum, cum hoc ꝙ non ſuccedat in hæreditate paterna, & valet talis legitimatio quo ad alia, ſed taliter legitimatus non poterit ſuccedere obſtante illa conditione poſita a patre, ꝙ erit valida, ita ſingulariter dixit Bar. in l. quæſitũ in reportatis antiquis ff. de acquir. hære. refert & ſequitur Ludo. Roma. in duobus locis. ſ. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acqui. hære. & in l. pactum quod dotali. C. de collatio.

ADDITIO. Pater põt &c. Et aduerte ꝙ hoc modo legitimatus videlicet. vt nõ ſuccedat niſi quatenus patri placuerit dicitur potius diſpenſatus Pau. de Caſt. in l. ſolet. ff. de iuriſd. omn. iudi. & in l. pactum qđ dotali ver. vt eadem ratione vbi dicit ſecũ pluribus conſuluiſſe, & ꝙ reperit conſultũ per Ray. de Forli. in ciuitate Piſarum, idẽ tenet Ludo. & alij & Ludo. in l. qui ſuperſtitis hoc alleg. ver. viij limita. & Bar. ſingulariter in l. quæſitum in lectura antiqua hoc alleg. Anto. de Bu. in c. per venerabilem colum. xxvij. qui fi. ſint legi. vbi etiã alij. Alexan. conſi. xxix. iiij. volu. Et ad iſta vide ẽt Barth. Veronẽ in cautel. ſuis char. xv. cau. incipien. cautela. eſt quam dedi ſæpe patentibus &c.

1 *Emptor probans venditionem ſibi factam, & precium a ſe ſolutum obtinere non debet contra venditorem, niſi & tẽpu. pbet.*

18 Pone, ꝙ † egi cõtra te quia vendidiſti mi
1 hi fundum, & probaui ꝙ vendidiſti, & etiã probaui ſolutionem precij, tamẽ non probaui de tempore, an tunc debeam obtinere? Dicite ꝙ non, quia non probaui de tempore ante litem conteſta. ita ſingulariter firmat Bald. in l. j. quaſi ad fin. C. ſi plu. vna ſententia &c.

1 *Dotalis fundi æſtimatio in dubio facit emptionem, & an id procedat ſi maritus non ſit ſoluendo?*

19 Habebis millies iſtud dictum in facto.
1 Tu ſcis ꝙ fundus † æſtimatus in dubio datus in dotem habetur pro empto l. quotiẽs. & l. ſi inter. C. de iure do. quo caſu maritus poterit ſoluere æſtimationẽ, quia talis fundus deſinit eſſe dotalis, nec talis fundus habebit priuilegia legis Iuliæ de fundo dotali, vt ibi habetur. Tamẽ dicite ꝙ ſi maritus non eſt ſoluendo nõ deſinit eſſe dotalis, nec poterit alienari nec obligari per maritum. eſt dictum Bal. aureum in l. intereſt ad fin. C. de vſufruc.

1 *Alimenta ex ijſdem cauſis poſſunt denegari filio, ex quibus poteſt exhæredari. Et an ex eiſdem cauſis filius legitimatus poſſit ad ſpurietatem reuocari.*

20 Tu ſcis † ꝙ ex omnibus cauſis, ex qui-
1 bus filius poteſt exhæredari, de quibus in §. aliud quoque capitulum in auth. vt cum de appel. cog. eiſdem cauſis poſſunt alimenta denegari vide glo. ſingularem in l. ſi quis a liberis. §. ſi quis ex his. ff. de lib. agno. & hoc ſciunt lapides & tonſores. Sed quid an ex eiſdem cauſis potero reuocare filium le

gitimatum ad ſpurietatem primam? Dicite ꝙ ſic, iſtud eſt dictum aureum Bal. qui nihil vnquam ignorauit i c. omnes filij. ſi de feu. ſue. contro. in vſi. feudo. facit quod in ſimili dicitur, ꝙ exemptus ab omnibus, vt puta, a principe, vel a cōmunitate poterit reuocari ad primum ſtatum propter ingratitudinem, ita ſingulariter Bal. ipſe tenet in l. fina. in fi. verbis. C. de lib. & eorum liberis, quod eſt perpetuo notandum.

ADDITIO. Tu ſcis &c. Ibi ver. ſed quid iſtud dictum Bald. prius ſciuit Ro. & recitauit ſing. ccxxiij. incip. vltimo quæris, vide quæ ibi ſatis plene dixi.

1 *Nepos maſculus ex filia an dicatur de liberis maſculis ad excludendum ſubſtitutū.*

21 Teſtator inſtituit fratrem ſuum, & ſi deceſſerit ſine liberis maſculis ſubſtituit Titium. frater deceſsit ſuperſtite maſculo ne-
1 pote ex filia, an talis † nepos excludat ſubſtitutum? Videbatur ꝙ ſic, quia eſt de liberis maſculis. In contrarium ſingulariter determinat Ioan. And. in addi. Spe. in rubrica de teſta. quia filia quæ eſt in gradu propinquiori non excludet ſubſtitutū, multo minus filius filiæ, qui eſt in gradu remotiori, & minus dilectus a teſtatore, ad quod bene facit tex in c. j. §. hoc autem no. qui feu. dare poſ. vbi excluſa & infecta radice oīa deſcendentia a radice ſunt excluſa, vtputa a filia, quæ dicit̃ eſſe infecta & excluſa, quod nunquam tradas obliuioni & eſt tex. in c. cauſam q. ç. de do. & contu.

ADDITIO. Teſtator &c. Iſtud dictum fuit prius Matth. no. cxxxj. no. vnum dictum ſingulare vide quæ ibi dixi.

1 *Exceptio peremptoria pacti de non petendo principali competens, competit & eius fideiuſſori. vt fallit, ibi.*

22 Vnus tex. me fecit alias laborare: nō ſcis
1 † ꝙ exceptio peremptoria pacti de nō petendo, quæ competit principali, competit etiam eius fideiuſſori. §. pen. inſti. de repli. l. ſi. ff. de pac. quod tamen fallit, niſi maior pars creditorum faceret pactum de non petēdo niſi certam partem hæredi futuro debitoris. ff. de pac. l. maiorem. tunc enim pactum maioris partis prodeſt principali, ſi pauciores velint agere contra ipſum hæredem principalis debitoris, vt ibi habet. Nō autem proderit fideiuſſori caſu quo pauciores velint agere contra fideiuſſorem, caſus eſt ſingularis in l. ſi præcedente. §. Lucius Ticius. ff. man. quia prouiſio ipſius creditoris de eo fideiuſſore accepto, nō debet officere ipſi creditori. laborate omnino ſuper illo textu, & faciet vobis honorem.

ADDITIO. Vnus tex. &c. Matth. prius ſciuit iſtud vt in not. ſuo. cv. vide ibi quæ diximus.

1 *Fiſcus an in integrum reſtituatur, ſi iudex errauerit in criminalibus?*

2 *In integrum reſtitutio in criminalibus non datur.*

23 Quid ſi † iudex errauerit ī criminalibus,
1 an fiſco detur in integ. reſtitu? videbatur dicēdum ꝙ ſic, quia fiſcus, minor, & reipublica æquiparātur vt habetur in l. re publica. C. ex qui. cau. ma. Dic tamē ꝙ non poterit peti in integrum reſtitu. etiam in publicis
2 pœnis, quia in † criminalibus non datur in integrum reſtitu. l. auxilium. ff. de mino. ita ſing. dixit Bald. in addi ad Spe. in ti. de accuſa. ver. ſed quid ſi ipſum in fi. ij. col.

1 *Diues legans dimidiam paupertatis ſuæ, dimidium hæreditatis ſuæ legaſſe cenſetur.*

24 Quidam ditiſsimus, vtputa, Coſma de Medicis legauit tibi dimidiam paupertatis ſuæ, quia ita dixit, teſtādo. Lego dimidiam
1 paupertatis meæ. dic ꝙ venit † dimidia hæreditatis. iſtud eſt ſingulare dictum Bald. in rubri. C. de verbo. ſig. in fi. verbis & alleg. l. Lutius. §. hæredum. ff. ad Treb.

ADDITIO. Quidam ditiſsimus &c. Adde Bar. in l. Lucius. §. hæredū hic alle.

1 *Maritus qui promiſit reſtituere integram dotem, poteſt retinere portionē ſibi a ſtatuto conceſſam.*

25 Statuto cauetur, ꝙ † mortua vxore in ma
1 trimonio maritus lucretur tertiam partem dotis. poſtea maritus recipiendo dotē promiſit in caſu ſoluti matrimonij reſtituere integram dotem, an iſto caſu poterit retinere portionem ſtatutariā? Videtur dicendū ꝙ non, quia non eſt integra dos. In contrariū ſingulariter determinat Bal. in l. Neratius, ff. de reli, & ſump, fune, per vnam glo-

ſtelam ibi, vbi maritus debet reſtituere integram dotem. & tamen poteſt deducere iuſtam retentionem, puta, expenſas funeris, ſed portio ſtatuti eſt iuſta retētio, ergo &c. quod tene menti.

1 *Ciuitas quæ fecit expenſas in reparando caſtro alicuius ſui nobilis, vt ſe ab hoſtibus defendat, an expenſas repetat?*

26 Si princeps, vel rex † fortificauit caſtrū
1 alterius nobilis dirruptum, ad hoc vt hoſtes non caperent illud, ille nobilis finita guerra repetit illud caſtrum ita aptatum, princeps excipit & repetit expenſas quas fecit in reparatione caſtri, an poterit repetere dictas expenſas? Dic ꝙ ille nobilis obtinebit illud caſtrum ſine ſolutione alicuius expenſæ, ſed ſolum tanquam vnus de populo confert ad illam impenſam, ita ſingulariter dixerit Bald. in l. ſi in aliquam. ff. de offi. procon. & lega. & clarius poneretur exemplū in ciuitate quæ feciſſet talem impenſam.

1 *Ciuium appellatione in materia odioſa non veniunt oppidani.*

27 Conceſſæ ſunt † repreſaliæ contra omnes
1 ciues Thuſcos an poterunt capi illi de Prato, quod eſt caſtrum. vel poterunt capi illi de caſtro ſancti Miniati? Dicite ꝙ non poterunt capi, cum illi non ſint ciues Thuſci, & ex ciuitate orti non ſint, eſt ſingulariſſimū dictū Bal. in d. l. ſi in aliquam. ff. de offic. procon. & legat. & de materia repreſaliarū vide in l. & omnino. C. ne vxor ꝓ marito.

1 *Maritus legans vxori vſumfructum fundi, cum hoc quòd non poſsit fundum alienare, an videatur legare vſumfructum, vel proprietatem?*

28 Maritus legauit † vſumfructum fundi ſuę
1 vxori, cum hoc ꝙ non poſſet alienare ipſum fundum ſeu proprietatem. an dicatur proprietaria vel vſufructuaria? Dic ꝙ erit proprietaria, vt illa verba aliquid operentur, quia etiam ſi non fuiſſent adiecta illa verba, ꝙ non poſſet alienare, tamen vſufructuaria non potuiſſet alienare. Iſtud eſt ſingulare dictum Bal. in l. Proculus. ff. de vſufru. Ludo. Roma. reprobat Bald. in l. donationes. §. ſpecies. ff. de do. Sed tu vide eundem Ludo. Roma. qui conſulit pro opinione Bal. in conſ. ſuo. ccviij. per illum tex. in d. l. Proculus. & hoc eſt vt verba aliquid operentur c. ſi Papa. de priuile. lib. vj. & l. ſi quando. ff. de leg. j.

1 *Minor xxv. annis reſtituitur in integrū aduerſus concordiam omiſſam.*

29 Obtinui ſemel in ar dua facti quæſtione.
1 Minor. xxv † annis potuerat habere cōcordiam cū aduerſario, puta in mille ducatis. deinde minor noluit concordiam, ſed eam refutauit: poſtea fuit condemnatus in duobus milibus. an ſibi noceat talis ſententia, etiam ſi trāſiuerit in rem iudicatam? Dicite ꝙ non nocebit ſententia, immo habebitur pro tranſacto. & quia ex conſequenti ſententia condemnatoria apparet de euidēti læſione. Reſtituitur ergo minor in integrū aduerſus concordiam omiſſam fuit allegata glo. ſingularis & lectura Bal. & Bar. & Alberi. in l. ſi ex cauſa. §. nunc vidēdum. ff. de minori. poſtea reperi Bald. idem dicentem in repetitione l. ij. in ſecunda colum. C. de reſcinden. vendi.

ADDITIO. Obtinui &c. Ad hoc vide Bartho. Vero. in ſuis cautellis char. 2. cau. inci. quando aliquis litigat vel litigare vult cum minore. & dic ꝙ iſta cautela fuit prius Ludo. Roma. ſing. cccxcix. inci. volo tibi dare cautelam.

1 *Minor portans res contra prohibitionem ſtatuti an cadat in commiſſum?*

30 Quid ſi minor † portat res, de quibus ſol
1 ui debet gabella, vel ſit prohibitus, ſtante forte ſtatuto ꝙ nullus poſſet portare tales res &c. an minor cadat in commiſſum? Dicite ꝙ beneficio ætatis ſibi ſuccurritur, nec cadit in commiſſum tex. eſt quem credo ſingularem in l. ſi ex cauſa. §. ſi in commiſſum. ff. de minorib.

1 *Emptor faciens compromiſſum voluntariū ſuper controuerſia ſibi mota in re empta, ſi ſuccumbat, non habet regreſſum de euictione contra venditorem, Et quid ſi compromiſſum fecerit in ipſum venditorem?*

31 Tu ſcis, ꝙ ſi emptori mouetur controuer
1 ſia in re empta, & ipſe facit compromiſſum

volũtarium cum aduerſario, ꝙ ſi poſtea per ſententiam vel per arbitrium ſuccubuerit, ꝙ non habet regreſſum de euictione l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. ff. de euic. Quid ſi ipſe emptor compromiſit in venditorem? Dic ꝙ tũc habebit regreſſum de euictione, ex quo ipſemet venditor iudicauit. dictum eſt ſingulare Specu. in tit. de arbi. §. poteſt. verſi. ſed pone. habui ab Ang. in d. §. ſi compromiſero. & dicit non reperiri alibi hoc.

1 *Venditor qui dixit ſe velle teneri ex ſuo facto, vel dicto tantum, an ſi res vendita euincatur facto ſui autoris de euictione teneatur?*

32 Sæpe iſtud quotidie contingit. Reperitur
1 † in vno inſtrumento venditionis qualiter ipſe vẽditor dixit ſolum ſe velle teneri ex ſuo facto & dicto tantum. quid ſi euincatur ex facto ſui autoris, an tunc teneatur ipſe venditor de euictione? Breuiter dicite ꝙ ſic, quia per illam dictionem taxatiuam nõ videtur excludi factum autoris. iſtud eſt ſingulare dictum Barto. in l. ſi ſeruus. la ij. ff. de condi. fur. refert & ſequitur Ludo. Rom. in l. ſtipulatio iſta. in prin. ff. de verb. obli. Tu vide Bal. qui vacillando videtur inclinare in contrariam partem in c. j. qui ſucceſ. tenean. col. x. vnde dictum Bar. eſt cõe, vt dicunt nouiores in d. l. ſtipulatio iſta.

ADDITIO. Sæpe iſtud &c. Adde Bal. in l. ſeruus. hic alle. & vide notata per eum in l. ſi ſeruũ. §. item ſi homo. ff. de verbo. oblig. Alex. tenet cum Fran. hic in l. ſtipulatio. hic alleg. iij. verſi. econtra. Videtur tamen ꝙ contraria opi. poſſit ſuſtentari qa Bart. vbi ſupra non loquitur cum dictione taxatiua, ſed ſimpliciter ex ſuo facto & dicto &c. & dato ꝙ loqueret cũ taxatiua videtur eſſe tex. in oppoſitum in l. non ſolum. §. tale. ff. de libe. agna. Quapropter Franci. Are. præſtans doctor in d. l. ſtipulatio videtur tenere iſtam ſecundam opi. & alle. Bal. in c. j. quid iuris ſi de re aliquis fu. inueſti. et ſe alias tetigiſſe iſtum arti. in titu. de acquiren. poſſe. Et quamuis Ludo. Roma. in loco hic alleg. tenendo primam opi. dicat ſe pro ea allegare tex. nouum in clemẽ. exiui. verſicu. ius autem. de verbo. ſigni. ꝙ dictio taxatiua nõ excludat autorem nec etiam hæredem. probatur enim in illo text. ꝙ terminus reſtrictiuus non excludit ſimilia & cõnexa ad quem tex. reſpondet Areti. vbi ſupra quem omnino vide. vnum tamen quod doct. in iſta materia quos videri non dicũt notãdum eſt, videlicet ꝙ dictio taxatiua in his verbis. promitto pro facto & dicto meo tantum facit, vt non tenear de euictione ex tranet. non facit tamen quominus teneat pretium reſtituere & bene no. ad practicã, quia multi dicerent oppoſitum, ita tamẽ cõſuluit grauiſsimus doctor Alex. de Imo. cõ. ſi. clxxxviij. incip. ſi vendo. & vnam limitationem ad iſtud dictum poſuit Franci. Cre. infra not. clvij. incip. vnus ſocius. vt procedat illud quod hoc dicitur, ꝙ tenetur ex facto ſui autoris &c. in autori vniuerſali non autem in ſingulari, per gloſ. quam dicit eſſe ſingul. relatam ad illum tex. in l. ſi cum fundum. ff. de verbo. ſigni.

1 *Nepotes ex filio naturali prædefuncto, ſi pater poſtea concubinam ducat in vxorem, per ſubſequẽs matrimonium an legitimati dicantur.*

33 Ecce habebam † concubinam, ex ea ha-
1 bui filium, & ex filio nepotem. deſponſaui iſtam concubinam filio tamen præmortuo, an tunc dicti nepotes dicantur legitimati ꝑ ſubſequens matrimonium? Quilibet diceret ꝙ ſic, per authen. qui. mod. natu. eff. ſui. vbi non ſolum filij, ſed etiam nepotes dicuntur legitimati. In contrarium tamen determinat Bal. in l. benignius. ff. de legi.

1 *Legatum domus ad gaudimentum, an morte finiatur, vel ſit perpetuum? Et quid ſi legetur ad alimenta? Item quid in donatione, vel venditione?*

34 Lego vxori † meæ domum ad gaudimẽ-
1 tũ, quilibet diceret ꝙ finietur morte, quaſi ſit legatum habitationis, in contrarium tamen eſt ſingulare dictum Bald. ꝙ eſt perpetuum in l. ſi habitatio. ff. de vſu & hab. quia modus vel cauſa de futuro adiecta legato in fauorem legatarij nõ reſtringit ipſum legatum l. iiij. ff. de ali. & ciba. leg. Videamus etiam ſimile. quid ſi teſtator legat fundum ad alimenta, ꝙ tale legatum dicitur perpetuum & tranſmittitur ad hæredes Bart. in d. l. iiij. §. fin. & Bar. & Ang. in l. cum hij. §. ſi vni. ff. de tranſactio. vbi dicit eſſe caſum. & Bal. in l. j. C. de fruc. & li. expen. & l. Titia. cum teſtamẽto. ff. de lega. ij. in. §. ſi. Sed quid diceres in donatione? donaui tibi fundum ad vſum tuum, an talis donatio tranſeat ad

hæredes Bal.ſing.dicit ꝙ ſic in l.ij.quaſi ad fi.C.de inoffi.dona.Sed quid diceres in uen ditione,vendo tibi fundum ad vſum tuum? dic ꝙ erit libera venditio, quia illud verbum,ad vſum tuum,non ponitur taxatiue, ſed demonſtratiue,Iſtud eſt ſingulare dictū Bal.in rub.C.de iure emphy.

ADDITIO. Lego vxori meæ &c. Ad iſta omnia vide illuſtrem doctorem Magiſt.meum in l.cum hij.§.ſi vni.in fin.j.col. & prin.ſe.ff.de tranſac.vbi facta mentione de iſtis omnibus ex duabus concluſionibus gl.ibi facit vnam regulam ꝙ ille cui relinquitur fundus ad alimenta,vel ad gaudimē tum vel ad vſumfructum habet plenum dominium,& non finitur morte, iſtam regulā limitat ibidem Ang.ut procedat quando relinquitur ei qui eſt capax dominij & proprietati, ſed ſi fieret alicui qui tantum eſſet capax alimentorum,ſecus eſſet, vt in fratribus minoribus per clemen.exiui. de verb. ſignifi.alleg.l.ſeruos.ff.de ali.lega.& vltra eum ſecundum Magi.meum facit quia verba in dubio ſunt intelligenda ſecundū conditionem perſonarum.l.plenum.§.equitij. ff.de vſu & habi.

1 *Inſtrumentum in quo promiſſum fuit ſalariū doctori p̄ſumitur anterius omni alio.*

35 Reperiuntur duo † inſtrumēta eadem die
1 confecta cum hypotheca,neſcitur qđ prius & quod poſterius.& in vno erat promiſſū ſalarium doctori,in alio erat alia cauſa priuata,quod præſumetur anterius? Dic ꝙ illud præſumitur anterius in quo eſt promiſſum ſalarium doctori,iſtud eſt ſingula.verbum Bal.arguendo de doctore ad ſalariū. ff.ſolu.matri.l.j.

1 *Contractus facti coram principe habent naturam bonæfidei.*

36 Omnes contractus † de mondo facti co-
1 ram principe habent naturam bonæfidei, quia nihil eſt qđ magis in principe fulgeat, q̄ vera religio & recta fides, epiſtola inter claras.C.de ſum.trin.& fide catho.Iſtud eſt ſingulare dictum Bald.in c.j.§.ſi qua.de pace conſtantiæ.

1 *Filij repudiantes hæreditatem paternam an teneantur ad mutuum a patre acceptum, & in eorum alimenta conſumptum?*

37 Tu mutuaſti † pecuniam pauperi, & ip-
1 ſe expendit pecunias in alimētis vxoris & filiorum.deinde filij volunt repudiare hæreditatem paternam, an potero conuenire eos ad dictum mutuum, etiam ſi repudient hæreditatem paternam? habetis ſingularem doctrinā Bar.in l.his ſolis.ff.de cōdi.inde.

ADDITIO. Tu mutuaſti &c. Vide plenius per Bal.in l.fi.C.ad Mace.& licet Bart.in loco hic alleg.ſuper hoc reliquerit cogitandum,Ang.tamen ibi videtur tenere ꝙ filij teneantur per l.fi.ff.de eo per quem fac.erit & l.ij.§.j.ff.ad l.ro. de iac. & pro iſta opin.facit tex in l.ei qui.ad fin.C.quod cum eo.quem pro notabili alleg.Bar.in l.ſi pupilli.§.j.ff.de nego.geſt.

1 *Sententia præſumitur lata ex leuiori cauſa,& minus infamante.*

38 Pone ꝙ ſententia poterat † ferri ex plu-
1 ribus cauſis,quarū aliquæ infamabant, aliquæ non.fuit lata ſimpliciter ſententia non exprimendo aliquam cauſam.Dic ꝙ in dubio præſumitur lata ex leuiori cauſa, & minus infamante vt dicit glo.ſingu.in l.hoc enim.ff.de excu.tuto.

1 *Pecunia ſi ad vnum tātum ex pluribus inſolidum obligatis perueniſſe probetur,præſumitur,quod alij fideiuſſores extiterint.*

39 In eodem inſtrumento † reperiuntur plu
1 res inſolidum obligati.probatur pecuniam ad vnum perueniſſe.præſumitur ꝙ alij fuerint fideiuſſores, vide gloſ.ſingularem in l. ſed Iulianus.§.item ſi duos.in ver.ad quem ff.ad Maced.ſecundum quem conſuluit Lud.Rom.prout ipſe refert in l.generaliter. ad fi.ff.de fideiuſſo.

1 *Statutum nouum,an deroget pacto priori?*

40 Pone duæ villæ † vel communitates ha
1 bent pactum inuicem,ꝙ una conferat plus, q̄ alia, & ita habent ex pacto. pone ꝙ poſtea fiat renouatio noua per principem, vel communitatem,ſub quibus forte erant illæ villæ,vel communitates,ꝙ omnia caſtra,et villæ conferant æqualiter ad collectas & taxas ipſi principi, vel communitati,an per iſtud nouum ſtatutum videatur derogatum pacto priori,quod erat inter illas duas villas de non conferendo æqualiter? Pridie cō

ſului non derogari pacto. allegaui gloſ. quæ videtur mihi ſingularis in clemẽ. dudum, in ver. pacta, de ſepul.

ADDITIO. Pone duę villę &c. Dic ꝙ glo. hic alleg. non videtur bene probare illud dictum Franci. quia loquitur in pacto ſententia pontificis confirmato quod non videtur tolli de æquitate per conſtitutionẽ ſecutam, quæ nihil dicit de ſententia præcedente contraria, nec habet locum ratio gl. ꝙ plus poteſt hoc tale ꝙ̃ hoc ſimpliciter. cum velit dicere ꝙ maiorem efficaciam habet aliquod iunctum cum aliqua qualitate ꝙ̃ ſine illa, & ſic plus poteſt pactum cũ ſententia confirmatoria ꝙ̃ ſine ipſa. & ſic videtur illa glo. probare oppoſitum, ſcilicet ꝙ in terminis Franç. hoc tollat iſtud pactũ ſimplex. & ita videtur tenere Zaba. non tamen ita declarando in clemen. ſ. hic alle. in verſi nos & enim. colum. iij. in princ. in vij. quæſtio. in fine.

1 *Offerens in ſubhaſtatione certum pretium, an liberetur a ſecundo maius pretium offerente?*

2 *Intellectus l. Sabinus ff de in diem adiect.*

41 Tu ſcis † ꝙ forma incanti & ſubhaſtationis ſit hoc modo, vt plus offerens rem conſequatur &c. pone nunc, ꝙ vnus licitator obtulit mille, deinde ſecundus obtulit mille & centum, an a ſecũdo videatur primus liberatus eſſe? iſte caſus accidit Bal. in ciuitate Aretina, dum quidam princeps Malateſta incãtaret omnia ſua dacia, primus obtulerat plus, ſecundus aufugit qui forte fuit indiſcretus. princeps volebat cogere primum. Bar. dixit poſſe cogi, nec eſſe liberatũ per oblationem factam a ſecundo, ita dixit Bart. in l. licitator. ff. de publica. per tex. in arg. l. Sabinus. ff. de in diem adiec. Cõtrarium conſuluit Bald. in conſilio ſuo Peruſino, quod incipit. quidã Titius de Arimino, ꝙ primus eſſet liberatus allego tres leges primo allego tex. in l. Valerianus. ff. de prę to. ſtipu. & in l. ſtipulatus es opus. ff. de fideiuſſo. & in l. cum plures. §. lege dicta. ff. loca. vbi per ſecundum actum ante rem perfectam videtur recedi a primo actu. & re-2 ſpondit Bal. ad dictam l. Sabinus. † ꝙ loquitur in actu perfecto & iam cõſũmato, vt puta in venditione perfecta cum pacto adiectionis in diem, quia tunc verum eſt me creditore inuito per oblationẽ factam a ſecundo nõ reſcindi primum actum venditionis perfectę, ſecus in caſu noſtro vbi venditio non erat perfecta, ſed ſtabat in ſuſpenſo donec plus offerebatur ab alio. & ita ibi finaliter reſpondit Bal. in prææallegato conſilio & lucratus fuit centum ducatos aureos.

ADDITIO. Tu ſcis &c. Ad hoc poſſent allegari aliqui text. qui videntur facere ad deciſionem iſtius quęſtionis vt tex. in c. noſti, de elect. in c. cum autem. & c. pacto. de iure patro. & in c. cum laici. eo. ti. vbi gl. quamplures addit in verbo pœnitẽtia quã omnino vide. Conſidera tamen quia poſſet dici illos tex. nihil facere in propoſito.

1 *Fideiuſſor non poteſt obligari in plus, quam principalis. Et quid ſi iuramentum interueniat.*

42 Tu ſcis † quod ſi fideiuſſor obligetur in 1 plus, ꝙ̃ principalis debitor, in nihilo tenetur fideiuſſor etiam in ſumma debita, quia tunc vtile per inutile vitiatur l. Grece. §. illud. ff. de fideiuſſ. Fallit niſi interueniat iuramentum, quia ex quo iuramẽtum habet aliam clauſulam, vt actus valeat omni meliori modo. l. cum pater. §. filijs. de lega. ij. et Bal. in l. eam quam, C. de fideicom. tunc vigore iuramenti tenebitur non vt fideiuſſor, ſed ut principalis, ita ſingulariter dixit Barto. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. in materia iuramenti.

ADDITIO. Tu ſcis &c. Ad hoc vide Bal. in l. ſi prædium, in vlti. col. verſi. ſed pone. C. de iure do. & vide gl. in c. ex reſcripto. in glo. ſi. de iureiuran. & ſequitur Bald. Ludo. Alex. & Are. in l. j. §. quis ita. de verbo. obligatio. vide etiam Angel. in l. hi qui. ff. de fideiuſſo.

1 *Statuto diſponente. quòd debitum non poſſit per teſtes probari, ſi ſuper credito examinari feci teſtes, & non oppoſuiſti, an videaris renuntiare ſtatuto?*

43 Si ſtatuto † caueatur, ꝙ debitũ non poſ-1 ſit probari per teſtes, ſed per inſtrumẽtum, quid ſi ego feci examinare teſtes ſuper credito meo, & nõ oppoſuiſti de ſtatuto, videris renũtiare ipſi ſtatuto, & amplius nõ poteris opponere. dictum eſt Bald. ſingulare, nec memini vidiſſe alibi in l. certi cõdictio. §. ſi nummos. ff. ſi cer. peta.

ADDITIO. Si ſtatuto caueatur &c. Ad iſtud dictum facit gl. in l. j. in uerbo ſen-

tentia.ff.de fer. Et ad iſtã materiam ꝙ multa valent parte nõ contradicente quæ alias non valerent per Felyn. in c. paſtoralis. col. vii. de excep. & vide elegans conſiliũ Alexan. cxxij. incip. viſo proceſſu. in ij. vol. Et adde ꝙ illud idem dictum poſitũ eſt infra ſing. clj. incip. ſtatuto ciuitatis.

1 *Fideiuſſor fiſci an habeat beneficium excuſſionis.*

44 An fideiuſſor † fiſci habeat beneficium
1 excuſsionis? quilibet diceret ꝙ non, per ea quæ habentur in l. fi. ff ſi cer. peta. et in l. iij. ff. qui ſatiſda. cogan. vbi quando principalis eſt potens, vel caſtellanus, vel difficilis ad exigendum, ꝙ tunc fideiuſſor nõ poteſt opponere, ꝙ prius excutiatur principalis. Tamẽ de fiſco habetis gl. ſingularẽ ꝙ poſſit opponi dicta exceptio excuſsionis in l. ſententia. C. de fideiuſſo.

1 *Conculcatio verborum in inſtrumento nihil operatur.*

45 Pone, dicitur † in inſtrumento, confeſſus
1 fuit recepiſſe & habuiſſe, & etiam habere, an illud verbum habere additum importet aliud ẽt vltra ſimplicem confeſsionẽ, quod interuenerit numeratio? Eſt dictum ſingulare Ang. quod nihil operetur in l. ſi ex pluribus. in verſi. habere. ff. de ſolu. per illã gl. valde notabilẽ ꝗ dicit eſſe conculcatio verborũ, tene mẽti perpetuo quia pulchrũ eſt.

ADDITIO. Pone dicitur &c. iſtud dictum excuſsit prius a Ludo. Ro. ſing. ſuo cccccccxxxvj.

1 *Verbum, ſuper, an importet hypothecam?*

46 Mutuaui tibi † centum ſuper tali fundo,
1 vel domo, quid importẽt illa uerba ſuper? dic ꝙ important hypothecam vel pignoris nexum tex. eſt forte ſingularis in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. ij. quem text. ad hoc ponderauit Bar. in l. fundus. ff. de annu. leg.

ADDITIO. Mutuaui &c. Iſtud dicas prius ſciuiſſe Ludo. Roma. ſingula. ſuo dcxv. incip. compreſta mihi centum.

1 *Stipulatio debet fieri vtroque loquente, & an vtroque vidente?*

47 Tu ſcis † ꝙ ſtipulatio ſit vtroque loquẽ
1 te. l. j. ff. de verbo. oblig. quæro an dicet con ſici vtroque uidente, et an requiratur viſus vtriuſque contrahentis, vt puta, ſi promittens ſit in turri, & promittat decem mihi ſtipulanti extra turrim exiſtenti. gl. habetis ſingularem, ꝙ valebit ſtipulatio nec requiritur viſus in. §. item verborum. inſtitu. de inutili ſtipula. quam gl. Bal. dicit eſſe ſingularem in quibuſdam apoſtillis, quas habeo in l. j. in prin. ff. de verbo. obli.

ADDITIO. Tu ſcis &c. Facit dictũ Bart. in l. j. in princi. hic alleg. vbi dicit ꝙ ſi duo eſſent in duabus ciuitatibus, & ſe ex turribus exaudirent, dicerẽtur ſatis eſſe pręſentes quo ad celebrandam ſtipulationem, & adde glo. concordantem ad iſtam. hic alleg. in c. teſtes, in verbo præſentia. iij. q. ix.

1 *Cõfinatus in quinquennium, an finito quinquennio ſine licentia ſuperioris poßit libere & impune reuerti ad ciuitatem?*

48 Conſuluimus † heri famoſsiſsimus doctor
1 do. Manſuetus, & ego in quadam pulchra cauſa. Quidam fuit cõfinatus vel relegatus ad aliquem locum vſque ad quinquenniũ, an finito quinquennio ſine aliqua licentia ſuperioris poſsit reuerti ad ciuitatem libere, & impune? Conſuluimus ꝙ ſic, quia vltima dies quinquennij licentiat. pro hoc facit C. de teſtib. l. ſi quando. ita punctualiter refert Bal. in proœmio ffortum. §. hæc autẽ tria. & firmat Ang. in lectura antiqua in l. ſi vnus. §. ſi cũ reo. ff. de pact. & Bal. in l. actione. §. Labeo. ff. pro ſocio.

ADDITIO. Conſuluimus &c. in fi. adde ꝙ idem tenuit Bald. in c. ex literis. de conſti. & in conſil. xxiiij. incipi. caſus talis eſt in j. volumi.

1 *Pactum de non petendo factum poſt contractum non tollit obligationem ciuilem, nec actionẽ ipſo iure, ſecus ſi in contractu fiat.*

49 Pactum de non petendo † factum poſt
1 contractum non tollit obligationem ciuilẽ, nec actionẽ ipſo iure l. ſi vnus. §. pactus ne petere & ibi habetur. ff. de pact. Tamen ſi ipſum pactum fiat de non petendo in ipſo contractu principali, id eſt antequã contractus habeatur pro abſoluto, tunc nõ oritur actio ipſo iure, quia impedit actionem oriri ab initio, iſte eſt tex. ſingularis, de quo exclamat Bal. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer. peta. ibi.

ta,ibi. non amplius ipſo iure &c. quod dictum non videbitis relatum in d.§.pactus ne peteret.& de vtilitate iſtius dicti dixi in d.§.ſi tibi dedero.præ llegato.

A D D I T I O. Pactum de non petendo &c. Adde ꝙ dictum Bald.in l.ſi tibi.hic alleg.ſequuntur ibi communiter docto.per illum tex.& facit l.non omnes.in princ.eo.ti.& l.obligationum ſubſtantia ff.de acti.& obli.& bene facit vulgata regula quia facilius quid impeditur fieri, ꝙ̃ tollatur iam factū l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.& c.quemadmodum.extra de iure iurā.et allegatur ad limitationem l.ſi unus,§.pactus ne peteret,cum gl.ff.de pact.

1 *Statutum ſi dicat ſi quis voluerit venenare, intelligitur ideſt voluntarie venenauerit.*

50 Defenſaui ſemel vnum captum a pœna
1 mortis, dicebat ſtatutum.† ſi quis voluerit venenare aliquem, vel interficere, pœna capitis mulctetur.quidam præparauerat venenum in aliquem,& antequam daret bibere,fuit detectus:ille officialis volebat facere illum decapitari.allegaui ſingularem doctrinam Bar.in l.ſi ff.de rerum diui. vbi cō cludit, quod ſtatutum debet intelligi, ideſt ſi voluntarie venenauerit, vel interfecerit per illum tex.cum glo. optime probante. Sed nunc addo gloſ.in l.ꝙ ſi ab initio.ff.ſi cer.peta.vbi dicit glo.ſi voluerit vti, ideſt, ſi voluntarie vſus fuerit l.ſæpe.in fin.ff.de verbo.ſignificatio.

A D D I T I O. Defenſaui &c. Quando quis dicatur velle vel nolle Barto.in l. prædium.col.iij.C.de edil.edict.

1 *Primogenitus regis, qui debet ſuccedere in regno dicitur ille,qui poſt regiam maieſtatem adeptam ortus eſt,non ante.*

51 Vidi pulchram diſputationē ad menſam ducis Mediolani,quia ſtat ibi conſuetudo, & ſtatutum, ꝙ progenites ducis ſuccedat in in ducatu, & dux Mediolani antequam eſſet dux,progenuit aliquos filios,et poſtquā
1 fuit dux genuit aliquos. Ego dixi † ꝙ ſecundo genitus natus in ducatu dicebatur primogenitus,non autem alius ante ducatum ortus,allegaui doctrinam Bal.valde ſingularē in l.imperialis.§.ſi.C.de nup.vbi Bal. arguit ad conſuetudinem, vel ſtatutum de primogenito regis.nam Rex habebat duos filios quorum vnus natus erat ante regiam maieſtatem,alius autem poſt regiam maieſtatem, & concludit ſecundo genitum eſſe primogenitum regis per illum tex.optime probantem,& l.ſenatoris filium.ff.de ſena. quia debet eſſe primogenitus regis & a rege procreatus,adde Bar.in l.cū ſatis.in vlti. col.C.de agri. & cenſi.lib.xj.quia qualitas adiuncta verbo ſignificat ſecundum verbi tempus l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.l.ex facto.§.ſi quis autem vbi vide.ff.ad Treb.& vide Bar.latius loquentem in materia in l.ſenator.C.de dig.lib.xij.& glo.in d.l.imperialis.

A D D I T I O. Vidi pulchrā &c.Iſtud alias ſecundo ſtudij mei anno publice diſputaui de quo vltra locos hic alleg. vide ꝑ Abb.in c.ex inſinuatione.de iure patr.pleniſsime per do.Mar. Caractum Laudēſem in ſuo tract. de primogenitura poſui aliqua in additionibus meis in dictionario Albrici in verbo primogeniti. An primogenitus ſuccedat in feudo in d.c.ex inſinuatione.& in c.dilecti. de arbi.Item an in regno ſuccedat filius primogeniti & non patruus Panormi.in c.licet de voto.plene per Bal.in l. cum antiquioribus.C.de iure delibe.& per Caractum vbi ſupra ſatis cōgrue diſtinguētem,quam diſtinctionem videtur approbare Ant.Cor.vbi plene loquitur de iſta vltima quæſtio.in repe.c.grandi.col.xxvij.per totam. & xxviij.etiam per totum, de ſup. negli.prxla,in vj.de qua etiam per Oldra. conſil.xciiij.incip.eleganter.circa negotiū in ix,col.ibi,ſed certū eſt,& conſi.ccxxiiij. incip.iſtę ſunt allegationes cuius motiua refert Ancha.in d.c.licet de voto.vide etiam conſi.Panormi.lxxxvij.& quoddam aliud conſi.Pau.de Caſt.cxlviij.ſecundum veterem impreſsionem.

1 *Legitimatus non poteſt plus conſequi a patre, quam alter filius legitime natus, cui pater minus reliquit.*

52 Filius legitimatus † non poteſt plus con-
1 ſequi a patre,ꝙ̃ alter legitime natus, etiam cui pater reliquit minus,& ideo ſi pater habet tres filios,duos legitimos,& vnum legitimatum, & mille legauerit legitimato, & alteri filio legitimo, & alteri tertio filio legitimo vnum denarium,ab vno ſupra vſq; ad mille auferretē a legitimato,& pro æqualibus portionibus diuidetur inter alios fi-

filios legitimos, & naturales, vide tex. ſingularem in. §. & quod varie. in authen. quib. modis natura. effi. legi. Cogita, quia iſte legitimatus erit peioris cõditionis, q̃ quilibet alius extraneus.

ADDITIO. Filius legitimatus &c. Facit illud quod dicitur, ꝙ ſtante ſtatuto ꝙ filia ſuccedat in vna vncia tantum, ꝙ legitimatus ſuccedet pariter in vna vncia tãtum ita Bal. in c. per tuas, de maio. & obe. Alex. in l. ſed ſi hac. §. patronum, de in ius voc.

1 *Statutum ſi diſponat quòd mortua vxore in matrimonio maritus lucretur tertiam partem dotis, an ſtatuti lucrum habeat locum, ſi ambo ſimul pereant?*

53 Statuto † cauetur, ꝙ mortua vxore in ma
1 trimonio maritus lucretur tertiam partem dotis, quid ſi ambo ſimul moriantur, utputa ex naufragio, vel ex domus ruina, & neſcitur quis anterior, & quis poſterior fuerit mortuus, an iſto caſu habebit locum ſtatutum? Breuiter dicite ꝙ ſic, fauore lucri ipſius dotis, ita ſingulariter dicit Bald. in l. ſi poſſeſſor. §. ſi eodem. ff. de relig. & ſump. fune, per illum tex. cum gl. ſua. Sed vltra Bal. ego allego optimũ tex. in l. cum hic ſtatus. §. ſi ambo. ff. de donat. inter vi. & vxo. vbi ſi maritus & vxor ſimul moriantur ad donationem validandam præſumitur præmortuus donator, ſiue donans fuerit maritus, ſiue vxor, quod nota.

1 *Obligatio rei ſpetialis, & poſtea omnium bonorum an dicatur cõditionalis, ſi res ſpetialiter obligata non ſufficiat?*

54 Obligaui tibi † domum meam ſpetiali-
1 ter, & etiam omnia alia bona mea præſentia & futura, an tunc illa obligatio totorũ bonorum dicatur pura vel cõditionalis, caſu quo domus non ſufficiat ad totum creditoris debitum? Caſus eſt forte ſingularis in l. ij. C. de pigno. vbi dicitur ꝙ eſt conditionalis & ſubſidiaria, ex quo infero ꝙ talis obligatio continet minorem vtilitatem, q̃ ſi ſolum fuiſſet generalis per tex. in l. qui generaliter. ff. qui po. in pig. habe.

ADDITIO. Obligaui &c. Ad hoc vide Alex. conſil. cxviij. circa fi. col. penul. in quinto volu.

1 *Pignus æque idoneum poteſt ſurrogari in locum pignoris prius Iudæo dari.*

55 Quæritur † ſi pœnes Iudæum ſit pignus,
1 vtputa. ff. vetus, an ipſo inuito poſſim ſubrogare æque idoneum pignus? habetis glo. ſingul. ꝙ ſic. in l. Titio. ff. de pig.

1 *Vulnerans antea vulneratum, & iam animam exhalantem, tenetur de occiſo, & primus qui percuſſit de vulnerato tãtum.*

56 Quidam malus † aduocatus etiam modi
1 cę conſcientię euaſit quendam amicũ ſuum a pœna mortis. ecce quidam nobilis quaſi interfecerat ſuum inimicum vulnere mortaliſsimo, ita ꝙ illico fuiſſet moriturus, aduocatus conſuluit, ꝙ vnus famulus reiteraret ictum cum excuſsione vitæ, euaſit ille nobilis, quia ſolum tenebatur de vulnerato, ſecundus autem de occiſo vide tex. in l. item Mela. §. Celſus. ff. ad l. Aquil. adde caſum in l. huic ſcripturæ. §. ſi ſeruus. ff. eo. ti.

1 *Legatum factum de Digeſto ſeu Infortiato, an dicatur alternatiuum?*
2 *Dictio, ſiue, habet vim copulæ.*

57 Lego Digeſtum, † ſeu Infortiatum, an di
1 catur legatum alternatiuum, an aũt vtrũq; debeatur? Vide tex. quem credo ſingularẽ ꝙ vtrunq; debeatur in l. ſi ita. ff. de auro & argẽ. leg. quia exponitur ſeu, pro &. Dicas idem ſi legatur Digeſtum vetus, ſiue Infortiatum. vide tex. ſingul. in l. cum quis dece-
2 dens. §. ſi. de leg. iij. ꝙ † habet vim copulatiuę illa dictio ſiue.

1 *Legatum ſi vni fiat de proprietate rei ſub conditione, & alij de eius vſufructu, an ſi vſuſfructuarius proprietatem ab hærede acquirat, & poſtea conditio legatæ proprietatis eueniat, vſufructuarius poſsit vſumfructum ſeparare? Et quid de emptore rei, quæ per retractum conſanguineorum auocatur?*

58 Teſtator legauit † tibi fundum ſub con-
1 ditione, id eſt proprietatem: alteri autem. ſ. Titio vſumfructum. item iſte Titius pẽdente cõditione acquiſiuit ab hærede proprietatem. poſtea euenit conditio proprietatis iſte Titius vult ſeparare vſumfructũ, quia

nıens a tempore moræ per illum tex.in l.ſi ſterilis §.ſi per venditorem.ff.de acti.emp. & l.ratio.§.cum per venditorem. eod.titu. Quid econtra ſi creditor fuit in mora recipiendi? Dic ꝙ a tempore illius moræ inſpicitur æſtimatio quanti minimi.iſtud eſt ſingulare verbum Bal.per illum tex.in l.ſi hominem.ff.manda.quod adde ad d.l.vinum.

ADDITIO. Vidiſti &c. Iſtam quæſtionem tetigit Cy.& Pe. de Bellaper.in l. in minorum.col.ix.C.in quib.cau.in integ. reſti.t.vbi poſt diſputationem quam refert Mag.meus in d.l.vinum.colum.viij.in fi.& prin.ſeq.videntur tenere ꝙ d.l.vinum vendicet etiam ſibi locum in iſto caſu contrario, videlicet quãdo creditor fuit in mora, & idem tenuit Albe.in d.l.vinum.col.pen. & pro iſta opi.ſecundum Mag.meum, vbi ſupra videtur tex.in l.ratio.§.ſi per venditorem.ff.de actio.emp.& ibi gloſ. expreſſe in verbo cum agatur. Niſi ſubtiliter reſpõdeatur ꝙ loquitur quando vterque tam debitor ꝙ̃ creditor fuit in mora. & ad idẽ facit bonus text.in l.qui hominem.hic alleg. vbi tex.loquitur de mora vtriuſque & dicit ꝙ ſua mora neutri debet prodeſſe, vbi Bal.& idem Bal.in l.acceptam. col.xvj.C. de vſu.& Alex.in l.ſemel mora.ff.de vſu, breuiter ſecundum Mag.meum Bar.poſuit doctrinam ſatis æquam per quã opiniones in iſto articulo poſſunt cõcordari in l.iij.§. in hac.in vlti.col.ff.commo.per tex.cũ gl. in l.ſi mora.ff.ſolu.matri.

1 *Forenſis emens in territorio prohibito, an pretium perdat?*

96 Statuto † cauetur quod nullus forenſis
1 poſſit emere in territorio Senẽſi,an ſi emat forenſis perdat pretium exburſatum? Dicatis quod non, vt in l.j.C.ne lic.hab.metr. loc.ſu.ad extra.tranſ.li.xj.quẽ text.ad hoc ſingulariter ponderat Bal.in lectura ordinaria in l.ſi.§.ſi.C.commu.de lega.vbi ſubdit Bal. quod forẽſis poterit retinere rem emptam,donec ei reſtituatur ſuum pretiũ per tex.in l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de conditio.indebi.

ADDITIO. Statuto cauetur &c.Facit quod dixi ſupra notab.xcij.

1 *Solicitator non poteſt venire contra illud quod ſolicitauit.*

97 Curator † prodigi, & alij forte conſan-
1 guinei qui fuerunt ſolicitatores ad obtinendum interdictum cõtra illum,qui aſſerebatur prodigus,poſtea ipſi curatores & ſolicitatores fuerunt inſtituti hæredes ab ipſo prodigo,deinde venientes ab inteſtato volebant iſtam hæreditatem,dicentes ꝙ prodigus non potuit condere teſtamentum per l.is cui.ff.de teſta.nunc iſte curator & ſolicitatores uolunt probare,ꝙ non erat prodigus, & per conſequens interdictum fuiſſe nullum, an admittantur ad dictam probationem? Dicite ꝙ non,& ita non poterunt obtinere dictam hæreditatem,quia nõ poſſunt venire contra illud ꝙ ſolicitauerunt, ita ſingulariter determinant Domi.de Rota per pulchras rationes,quas eſſet longum referre deciſionibus antiquis deciſione iiij. in titu.de teſta.

1 *Molendinum commune tranſit in reficientẽ, ſi alius illud ꝑ parte ſua reficere nõ curet.*

98 Decidi pulchram cauſam in ciuitate Lu
1 cenſi,quidam habebat molendinum †commune cum altero ſocio, molendinum egebat refectione, & alter ſocius fuit requiſitus vt contribueret in refectione, & fuit cõtumax, vnde alter ſocius in totũ refecit ſua expenſa,& poſtea erant lapſi quatuor menſes. Dixi dictum molẽdinum tranſiuiſſe in ſocium reficientem,quia ille nõ ſoluerat partem ſuã infra quatuor menſes,allegaui tex. quem credebam eſſe ſingularem in l.ſi duobus.§.idem reſpondit ſocius qui ceſſantis. ff.pro ſoc. ſed poſtea reperi conſimilem in l.ſi vt proponis.C.de edifi.priua.

ADDITIO. Decidi pulchram &c. Ad iſtud vide Ang.de Are.idem tenentem in.§.ſequens.in penul.colum.in prin.inſtit. de actio.vbi dicit ꝙ iſti duo text.hic alleg. ſunt ſingulariſsime notandi contra ſocium negligentem reficere rem communem &c. Barth. Cæp.idẽ tenuit in cau.ſua lxxxiiij. incip.ſæpe contingit.idem tenuit Ang.in l. quidam iberus.col.ij.ff.de ſerui. vrb.prędi. & Bar.vbi alle, iſtos tex.in l.quo minus.q. xvij.ff.de flumi. vbi idem ſequens Magiſt. meus dat duas notabil, limitationes in colum.xxiij.

Coquus an ſit artifex.

99 Statuto †cauetur,ꝙ quilibet artifex debeat ſoluere decem,an coquus ſoluat dicta decem? dubium videbatur an coquus eſſet

C.de actio.& oblig.& Bal.ibi in prin.idem dicentem quando proceditur contra tertiũ poſſeſſorem poſſidentem nomine debitoris, & etiam in pignore prætorio, ſecũdum Bal.in l.j.C.de reuo.his quæ in fraud.cred. hic alleg. Quid autem in hypotheca legali, per Mag.ſt.meum in.§.item ſeruiana.inſti. de actio.per Moder.vbi ſupra.

1 *Statuto diſponente quòd poteſtas in officio reſirmari non poſſit, an eius familia poterit reſirmari?*

63 Statuto † cauetur, ꝙ poteſtas non poſſit
1 reſirmari in officio, dubitatur an poterit familia eius ſaltem reſirmari? Bald.ſingulariter in l.j.C.ſi rector prouin.dicit ꝙ non obſtante tali ſtatuto, poterit familia reſirmari, quod eſt notandum.

1 *Veſtes, quas habet domi, ſi vxori legentur, an veniunt illæ, quæ ſunt apud ſartorem?*

64 Teſtator legauit † vxori ſuę veſtes, quas
1 habebat in domo, aliquæ erant pœnes ſartorem forte inciſæ, ſed nundum confectæ, an tales veſtes veniant in legato? Breuiter dicite ꝙ ſic, quia quanq; pœnes ſartorem eſſent, tamen deſtinatio animi mariti erat, vt factis veſtibus reducerentur domum, ita pulchre dicit Bar. in l.ex facto.§.rerum.ff. de hære.inſti.

1 *Veſtes prohibitæ portari an veniant in legato veſtium.*

65 Statuto huius ciuitatis cauetur, ꝙ veſtes cum margaritis non poſſint portari, & ſic aliquæ veſtes erant prohibitæ portari, aliquæ non, maritus legauit veſtes vxori, in-
1 diſtincte legando † an videantur etiam relictæ dictæ veſtes cum margaritis, quę erant prohibitæ portari per ſtatutum? Bar. ſingulariter dicit ꝙ non venient in legato in l. quamuis.ff.de auro & argen.lega. Iſtud videtur mihi durum, quia ſaltem poſſet deberi æſtimatio, quamuis ſint aliter prohibitę: & ideo reperio Bal.in l.cum te.C.de dona. ante nup.& in rub.C.de condi. fur. ꝙ ſaltẽ debebitur æſtimatio, quod videt verius.

ADDITIO. Statuto &c. Adde Bar. in l. quãuis vide eundem Bar.in l.j.C.ne li. in fre.eque. lib.xj. & in l.j.C.de veſti. olo. eo.ti.ꝙ autẽ debeatur ęſtimatio poteſt decidi ex his quæ no.per Rom. & Moder.in l. multum.ff.de verbo.obli.vide etiam Bald. in l.in legatis.C.de lega.& quid in perlis ſiue zoijs fictis Bar.in l.j.§.hoc interdictũ de ciſterna.alias de fonte.ad iſta vide etiã per ſcribentes in c.indicante.de teſti.

1 *Alimenta an matri debeantur, quando teſtator iußit filios ſuos alimentari pœnes matrem?*

66 Teſtator iuſſit filios † ſuos educari, ſeu
1 alimentari, pœnes matrem, nihil dixit de alimentis dandis matri, an tunc per illa verba videantur tacite relicta alimenta? Habui nunc iſtam quæſtionem, decidi deberi alimenta matri propter theoricam notabilem Bal.i l.ſi mulieri.ff.de vſufru.accre. Fortius etiam dixi ꝙ ſi reliquiſſet vxori habitationem cum filijs, ꝙ tacite videntur legata alimẽta ipſi vxori, allegaui dictum Bal.quod videtur mihi ſingulare in l.fi.C.de edic. diui Adri.Tol.

1 *Statutum domicilij uiri, & non vxoris attẽditur ad lucrandam dotem, niſi vxor virum ad eius domum traducat.*

67 Statuto Florentino cauetur, ꝙ mortua vxore in matrimonio, maritus lucretur dotem. vxor eſt Florentina, & maritus Senenſis, & ſunt contraria ſtatuta hic, & ibi moritur vxor in matrimonio, quęritur quod ſta-
1 tutum tunc attendetur? Dic ꝙ † attenditur ſtatutum domicilij viri, & non vxoris ad lucrandam dotem l. exigere dotem. & ibi Bar.& Bal.& Ang.ff.de iudi.Bar.in l.cunctos populos.C.de ſumma tri. pulchre Bal. in authen. omnes peregrini.C. communia de ſucceſ.pulchre in c.fi.de fo. cõpe. Fallit quando vxor duceret maritum ad domum vxoris, quod eſſet ſignum maximæ triſtitię, quia tunc inſpicietur ſtatutum vxoris, ita ſingulariter dixit Bal.in l. fi.C.ſi a non compe.iudi.

ADDITIO. Statuto Florentino &c. ibi fallit quando vxor.adde ꝙ dictũ Bald. in loco hic alle.col.ij.ver.modo ego quęro quare actor eſt intelligendum ſecundum Mod.in c.fi.colũ.pen.verſi.tertio limita de ſpon.dummodo appareat ꝙ maritus intendat ibi perpetuo velle habitare per doc. in l.lex Cornelia.§.j.ff.de iniur.facit quod

no.glo.in l.ij.§.j.de incolis.lib.x. facit etiã tex.in l.nihil.ff.de cap.ſed vltra iſtam falliẽtiam vide alias ſex notabiliter accumulatas per Mod.in d.c.ſi.colum.pen.& vlti.

1 *Statutum domicilij viri attenditur ad lucrandam dotem, & ſi vir domicilũ mutet, an ſtatutum primi domicilij attendatur, an ſecundi?*

68 Vnus ſcholaris meus ſemel mihi fecit magnum honorem, quia allegando inuenit vnum meum conſilium. Statuto mariti cauebatur, ꝙ mortua vxore in matrimonio vir lucraretur dotem, quo caſu dixi attendi ſtatutum loci mariti in dicto ſuperiori. Ille maritus mutauerat domicilium, ita ꝙ nunc tempore mortis vxoris erat cũ vxo-
1 re in alio domicilio. fuit dubitatum † quo ad dotem lucrandam qđ ſtatutum attẽderetur an primi domicilij, an ſecundi, in quo reſidebat tempore mortis vxoris? Cõſului inſpici ſtatutũ primi domicilij, & iſtud debere ſeruari quo ad dotem lucrandam, allegaui ſingularem doctrinam do. Anto. de Bu.& do.Abb.ſi. ibi in terminis vbi decidunt iſtam. q. in finalibus verbis in c.j.de ſponſa.& ita fuit obtentum cũ magno ſuffragio dicti ſcholaris.

ADDITIO. Vnus ſcholaris &c. Ad iſtud vide ꝗ̃plures auctoritates accumulatas per Mod.in c.j.colum.pen.ver.ſecunda cõcluſio hoc alleg.vbi vltra limitationem de qua in præcedenti no. aggregauit alias ſex multum notabiles per prædicta ſub ſequen.colum.

1 *Maritus ſi conſecutus ſit pœnam dotis non ſolutæ, an ſoluto matrimonio eam reſtituere debeat?*

2 *Quærendum non eſt an de aqua fiat acetũ, & quot requirantur ad faciendũ ſalſam.*

69 Si maritus † conſecutus eſt pœnam, quia
1 non ſoluebatur ſibi dos, an ſoluto matrimonio debeat reſtituere vxori pœnam cũ dote. an autem poſsit pœnam præcipuam retinere? Breuiter aut iſta pœna fuit exacta a muliere, vel a patre mulieris, & tunc tenebitur eam reſtituere. ff. ſo.ma.l.quotiens.ff. de iure do.l.non ſolum. Aut recepit illã pœnam ab extraneo, & tunc non tenebitur reſtituere illam pœnam exactam, cum illa incrementa tantum pertineant ad maritum. ff. de iure do.l.dotis fructus in princi. & l. de oneribus.C.de iure dotium. ita pulchre Ang.in l. & vbi.ff.de peti. hæredi. & iſtud eſt valde notandum. Nec omnia quæ affero dico eſſe ſingularia, ſed pollicitus fui vobis omni Lectione dare tria dicta vtilia, &
2 notanda, quia non eſt quęrendum † an de aqua poſsit fieri acetum. quidam allegant glo.ſingula.in l.in venditionibus.ff.de contrahen.emp.nec etiam quot requirãtur ad faciendum ſalſam.glo eſt in l.quidam.ff.de vi.tri.& ole.leg.

1 *Donatio cauſa mortis poteſt fieri per filiumfamilias cum conſenſu patris, & an ille conſenſus poſtea ex interuallo poßit adhiberi?*

70 Donatio cauſa mortis † poteſt fieri per fi-
1 liumfamilias cum conſenſu paterno l.tam is.§.j.ff.de dona.cauſa mor. Quid ſi filiusfamilias donauit, non tamen accedente conſenſu paterno ab initio, ſed poſtea ex interuallo conſenſit pater, an poſtea cõfirmetur dicta donatio cauſa mortis? Videtur dicendum ꝙ non, quia ille cõſenſus paternus debuit interuenire in primo actu donationis, nõ autem poſtea, ita ſingulariter dixit Bal. in l.ſi vxor.C.de condi.inſer.

ADDITIO. Donatio cauſa mortis &c. Quod auctoritas ante actum vel in actu vel poſt incontinẽti interponi debeat, multas auctoritates adducit firma. in ſuo rep.in verbo auctoritas.ver.xxv.& in verbo ratificatio ver.ſecundo cum quinq; ſeq. & ver.cẽteſimo. Sed vide plenam remiſsionem in l.qui bona.§.iuſſum.ff.de acquiren. hære. vbi excellens doctor Alexã.de Imo. in vj.colum.ver.& ex iſtis infertur ad q.cũ concor.ibi per eum ſignatis poſt Bar. Ang. & Imo. ſatis plene loquitur Bald.vbi dicit in princi.eſſe apponenda in l. quæcunque. j.colũ.ver.ſic quæritur.C.de bo. quę liber. per cano.poſt Innocen.in c.prudentiam.de offi.deleg.

1 *Fœminæ an ſimul cum maſculis veniant, ſi pater accepit feudum pro ſe & filijs maſculis, & fœminis? Et quid ſi dixerit pro filijs maſculis cum fœminis?*

71 Quidam pater accepit † feudum pro ſe
1 & filijs ſuis maſculis & fœminis, an fœminę ſimul veniãt cum maſculis? Dicite ꝙ nõ

immo ſolum in defectu maſculorum ex nſ̃ conſuetudinis feudorum rigoroſa. per tex. in c.j.§.ſi filia de ſuc.feu. in c.j..§.quoniam in ti.epiſcopum vel abbatem in vſi. feu.& de capita.qui cur.vend.c.ſi mulier. Sed qđ ſi dixerit pro ſe & filijs maſculis cum fœminis? Dic ꝙ tũc æqualiter admittuntur cũ maſculis,ſingulare eſt dictum Bal. iudicio meo in l.quotiens.C.de ſu. & legit.

ADDITIO. Quidam pater &c.In ſi. vide omnino Bald. in l.quotiens hic alleg. in j.col.ver.cęterum ſi de ea vbi ponit tres vel quatuor modificationes ad illud quod cõmuniter dicitur,ꝙ fœmina non ſolet ſuccedere in feudo,videas etiam eum in ver. prece.incip.aduerte tamen ad dictum vero de quo hic per Cre.adde eundem Bal. in l. liberti.in vij.col.C.de ope.liber. Saly.in l. iij.C.de iure emphy.Bar.conſi.incip. quæſtio ita habet duo dubia,& in conſi. incip. dominus amate.

1 *Inquilinus poteſt expelli pro domo reficienda? & an refecta domo poſsit cogere locatorem ad ſibi dandum domum refectam vt ea vtatur vſque in finem locationis.*

72 Tu ſcis ꝙ poſſum expellere inquilinũ
1 †de domo conducta,quando ego volo reficere domum l.edem.C.loc.Sed an facta refectione domus poterit me inquilinus compellere & petere ipſam domum refectã vt ea vtatur vſq; ad finem locationis? vide gl. ꝙ ſic in l.ſi duo.§.cũ inquilinus in ver. domum.ff.vti poſ.

1 *Mandans expendi decem in emptione rei, ſi expendantur viginti,quia tanti res valebat,& ſimpliciter res emptor mandanti tradatur,an poſsit conuenire ad illud plus quod eſt expenditum?*

73 Si dedi† tibi mandatum,ꝙ emeres Codi
1 cem pro decem,expendiſti viginti,qa forte tantum valebat,& plus:tradidiſti mihi Codicem ſimpliciter, an vltra decem poteris reſiduum a me petere? Quilibet diceret qđ ſic, quia tãtum valebat Codex,& negociũ meum geſtiſti vtiliter.In contrarium tamẽ determinat Bal.in l.ſi.C.de nego.geſt. allegat tex.quem dicit eſſe ſing.& optime probat in l.qui alienam.§.libertos.ff. de nego. geſt.Sed quid ſi nundum tradidiſti,an poteris vti retentione niſi ſoluam integrũ precium? Bald.ſingulariter dicit quod ſic in d.§. libertos, & reſpondet ad illum.§.quia ibi non poterat vti retentione ille, qui tantam fecerat expenſam monumenti, de quo in illo tex. ſecus in caſu noſtro vbi poterat eſſe locus retentioni, ex quo liber erat penes mandatarium.

1 *Filius poſt mortem ſub conditione grauatus detrahit duas quartas. Et quid ſi fuerit inſtitutus in re particulari,quæ forte valeret dimidium hæreditatis?*

74 Filius poſt†mortem, vel ſub conditione
1 grauatus detrahit duas quartas.ſ.legitimã & trebellianicam.c.Raynutius. & c. Raynaldus.de teſta,quæ etiam ſeruatur in foro ciuili glo.Bar.& Bald.& doc.in l.quanquã. C.ad l.Fal.& in l.Papinianus.§.meminiſſe. ff.de inoffic.teſta.vbi Bar. & Bald.in l.j.§. interdum,ff.ſi qui pluſquam per l.Falci.& in l.cohęredi.§.cum filię.ff.de vulg.& pup. Bald.in l.quoniam in prioribus. & in l. ex tribus ad ſi. C.de inoff.teſta.Bald. in auth. res quæ.& ibi etiam Ang.C.communia de le.& Angel. in.§.ſi quis autem in plures in authẽ. de hære.& falci.cum ſimilibus. Sed quid ſi filius fuit inſtitutus in fundo particulari,quia forte valebat dimidiam hæreditatis vel plus,& fuit grauatus de reſtituẽdo illum fundum poſt mortem,vel ſub conditione,an tũc poterit detrahere duas quartas? Dic ꝙ tunc ſolum poterit detrahere legitimam:quia non eſt hęres vniuerſalis,iſta doctrina eſt pulchra,& menti tenenda.Bal. in l.filium quem habentem in xv.col.C.fami.ercif.& lucratus fui ſex ducatos in ciuitate Bononię.

ADDITIO. Filius poſt mortẽ &c. In prin,adde quod Bald. dicit iſtam q. eſſe expreſſe deciſam per c.Raynutius.& cap. Raynaldus. hic alleg.dicet antiquitus haberet magnam dubitationem,& dicit quod totus mũdus ſeruat deciſionem illorũ textuũ in conſi. lxxxviij.incip. Pepus Nicolutij. in ver.porro in prima parte. ibi ſed quid ſi filius.& quod hæres ex re certa grauatus non detrahat trebellianicam dicit Pan. in c.Raynutius.colũ. vlti.hic alleg. ideó quia non eſt hæres vniuerſalis,& aduerte quod appellat hæredem vniuerſalẽ eum qui in tertia,vel quarta,vel in dimidia eſt inſtitutus,ſed ſi res certa aſcenderet ad tertiã vel quartam vel dimidiam vt hic dicitur quid

Iuris cum non referat quid ex equipollentibus fiat l. mulieri.in.§.Braſidas.ff.ad tre. l.in executione.§.j.ff.de ver.obli. l.ſi §.j.ff. man.cum ſi.Sed poſſet reſponderi ꝙ æquipollens non ſufficit vbi data eſt certa forma vt in cle.j.de vita & hone.cleri. & per Bal.in authen.qui ſemel in iiij.col.C.quomodo & quando iudex.& Bar.in l.nō ſunt liberi.ff.de ſtatu homi.cum concordā.quos adducit Alex.in l.ij.circa ſi.pen. colū.ff.de libe.& poſthu.& Fely.in c.cum dilecta colum.xvj.ver.amplia.xj.de reſcri.Et pro clariori veritate eorum quæ dicit Pan.in loco ſuperius allega.vide omnino tex.& glo.ibi in verbo teneretur in l. mulier.§.ſina.ff.ad treb.Et an falcidia detrahatur per hæredē in re certa inſtitutum vide Ang.in authen. de hære.& fal.§.ſi vero expreſsim.col.vij. colla.j. Et an econtra falcidia detrahatur contra hæredem in re certa inſtitutum vide per Bar.in l.quotiens.ff.de hære.inſti.

1 *Maritus ſi leget mille vxori ſi vitam vidualem ſeruet, & quingentos ſi nupſerit, an ſi ad ſecunda vota tranſeat, teneatur conſeruare illa mille filijs primi matrimonij.*

2 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota de licentia viri defuncti, vel filiorum primi matrimonij euitat pœnas tranſeuntium ad ſecunda uota.*

75 Si maritus† legauit mille vxori,ſi vitā vi-
1 dualē ſeruauerit,& quingētos quo caſu, nupſerit,an poſtea mulier tranſeundo ad ſecunda vota teneatur conſeruare illa mille filijs primi matrimonij? Quilibet diceret ꝙ ſic per l.fœminæ & l. generaliter.C. de ſecun.nup.vbi omnia percepta a marito tenetur mulier tranſiens ad ſecunda vota cōſeruare filijs primi matrimonij.In contrarium ſingulariter determinat Bal.quod erunt ꝓpria ipſius vxoris I l.j.C.de ſecū.nup.& dicit ſe conſuluiſſe in perſona domini Malateſtæ de Arimino.& per hoc fuit effectus ſuus ſeruitor.Mouebatur Bal. pulchra ratione,quia ita dicendo maritus videtur licentiare vxorem de maritando ſe,& de trā-
2 ſeundo ad ſecunda vota,quo caſu† licentia mariti facit ceſſare dictas pœnas tranſeuntium ad ſecunda vota,ita dicit gl.in.§.duo. in authen.de nup.Bal.in l. filium quem habebat,C.fami.erciſ.in l.j.C.de hæredi.inſtitu.in l.j.C.de his quæ pœn.nomi. Idem ſi eſſet data licentia nubendi a filijs primi matrimonij,ita pulchre dicit Ang.in l.non eſt. ff.ad Tertul.& idem Ang.in authen.de nō eligen.ſecun.nuben. in prin.vbi dat cautelam aduocato mulieris tranſeuntis ad ſecūda vota,vt faciat cōſentire filios primi matrimonij,quia tunc ceſſabunt dictæ pœnæ, de quibus ſupra.

1 *Redditus legatum an & quando dicatur legatum annuum?*

76 Habebam† redditum annuum ex Mon-
1 te Senenſi,puta centum omni anno , legaui Ticio ſextam partem redditus, quē habeo in Monte Senenſi, an iſtud dicatur legatum annuum,an autem finiatur prima ſolutione in primo anno? Videbatur dicendū ꝙ prima ſolutione finiatur per l. boues §. hoc ſermone.ff.de verbo.ſigni.& quod dicit Bar.in l.cum quidam.ff. de annu. lega. Tu dic ꝙ erit legatum annuum,quia omne relictum præſtādum ex reddito certæ rei dicitur eſſe annuum ex natura ipſius rei, vide tex.pulchrum & ſingularem in l. defuncta.§.ſi.ff.de vſufru.

1 *Dominus an poſſit ratione contractus conueniri in loco vbi eius procurator cōtraxit?*

77 An ratione cōtractus† celebrati per meū
1 procuratorem puta Romæ poſsim ego dominus Senenſis ibi conueniri , ſi ibi reperiar? Breuiter dicite ꝙ ſic,ſicuti ſi ego perſonaliter contraxiſſem Romæ. iſte eſt tex. forte ſingularis in l. hæres abſens.§.apud Labeonem.ff.de iudi.quod no.

1 *Alimenta relict a puero, vel puellæ vſque ad pubertatem, vſque ad quantum tempus debeantur?*

78 Relicta ſunt alimēta† puero,vel puellæ
1 vſque ad puberiatem, vſque ad quantū tempus percipient alimenta? Quilibet diceret quod maſculo vſque ad xiiij.annum;in fœmina vſque ad duodecim. In contrariū eſt caſus ſing. ſpecialiſsimo fauore alimentorum inductus in l.Mela in prin.ff.de ali.& ciba. lega. quod maſculus habebit vſque ad decimumoctauum annum,fœmina vero vſque ad xiiij. annum completum : & ſic

eſt caſus ſing. & ſpecialis in verbo, impubertas. & ſic non finitur. in xiiij. anno. in maſculo, nec xij. anno in fœmina fauore ſpeciali vt ſupra.

1 *Emphyteuta probans ſe tribus proximis annis præteritis ſoluiſſe penſionem, præſumitur ſoluiſſe ſemper in præteritum etiam annis xl. Et idem in colono.*

79 Tu ſcis, qui es emphyteuta, †vel tributa
1 rius, & non potes probare ſolutionem forte xl. annorum, cautela eſt, vt probes te ſoluiſſe tribus annis imediate præteritis, quia tunc præſumitur etiam in præteritũ te ſoluiſſe vſq; ad xl. annos. & vltra, iſte eſt tex. valde ſingularis de tributo loquens, quem ibi Bar. inducit ad emphyteutam in l. quicunque. C. de apo. publi. lib. x. & idem tenuit Guil. Cy. Bar. & Bal. & Albe. in l. ij. C. de iur. emphi. idem firmat Bald. in addi. ad Spe. in titulo. de loca. ver. xxxviij. & ſenſit Bal. in l. j. in xix. col. C. qui admi. idem dicite in colono ſimplici qui colit. ita ſingulariter firmat Ang. in authen. de non alie. Prædicta intellige, dũtamen probes illam ſolutionem tribus annis diuerſis factam: ſecus autem ſi probares vnico contextu, puta qa probares per vnicam confeſsionem factam de tribus annis, iſtud eſt ſingulare dictum Bal. in d. l. j. C. de do. promiſ.

ADDITIO. Tu ſcis &c. Adde ꝙ vltra Saly. qui dicit Dyn. ita conſuluiſſe ꝙ ipſe obtinuit in l. ij. colũ. xj. C. de iure emphy. hic alle. Mag. meus colũ. lxxviij. per l. quicunque quam reputant doc. communiter vbi ſupra ſing. & Bar. in d. l. quicunque eam ẽt dicit aureã Bal. in c. litere. ad fin. de dila. iſtud idem tenet etiam glo. in c. cũ eccleſia Sutrina. de cauſa poſſ. & propri. cum concor. traditis per Mag. meum vbi ſupra poſt glo. ibi idem tenẽtem. ibi prædicta intellige. Adde ꝙ Bal. iſtud dicit poſt Cy. in l. ij. de do. promiſ. & idem Bal. in d. l. quicunque faciunt quę adducit Mag. meus vbi ſupra & ibi tradit aliam limitationem quam poſtea in colum. ſeq. eleganter reprobat, Et demum in eadem colũ. ver. tertio aduerte affert notabilem declarationem ad iſtũ articulum, vide omnino illum egregium doctorem egregie loquentem.

1 *Soluens tribus annis præteritis diuerſis, an præſumatur in præteritum quãdocunque ſoluiſſe, quando promiſſit certam penſionẽ ſingulis annis?*

80 Item quæro † an præſumptio de tribus
1 annis immediate præteritis habeat locum, quando pmiſiſti mihi. x. ſingulis annis, vel grauaui te mihi ad decem ſingulis annis, an ex ſolutione trium annorũ præſumaris in præteritum quandocunque ſoluiſſe? Dicite ꝙ non, quia hæc præſtatio non eſt canonica. i. regularis, ſed contingens, & reſpiciens grauamen perſonæ, non rei, ſed canõ ex natura ſui non ex accidenti præſtatur ſingulis annis, ita ſingulariter Bald. in l. quicunque. C. de apo. pub. lib. x. quod eſt ſingulare verbum.

1 *Ruina domus an debeat emendari ab eo, qui conductus eſt ad operandum in ea dietim?*

81 Promiſiſti domum † vel palacium facere
1 te mihi, cum conuentione ꝙ ſingulo die ſoluam tibi. x. ita ꝙ de die in diem eras conductus. feciſti domum vel palacium, vicio operis & vicio tui ruit domus, vel palaciũ, an tenearis mihi ad emendam damni? Quilibet diceret ꝙ ſic, quia vicio operis & vicio tuo. In contrarium eſt caſus ſingu. ꝙ ad nihil teneris in l. ea. §. locaui. ff. loc. & ratio eſt quia de die in diem videris approbaſſe ſuas operas, ideo quod ſemel approbau', nõ poſſum amplius reprobare.

ADDITIO. Promiſiſti domum &c. iſtud facit ſing. Lud. Ro. ſing. ſuo xxxj.

1 *Iudæorum priuilegium, quòd poſſunt retinere res furtiuas, donec ſibi ſoluatur pretiũ, an afficiat ſcholares?*

82 Pone Iudæi iſtius † ciuitatis habent iſtud
1 priuilegium a communitate, ut poſsint retinere res furtiuas, ſibi pignoratas, donec eis per veros dominos ſoluatur pretium exburſatum. forte famulus ſcholaris Senenſis ſurripuerat libros domino, & ſubpignorauit hebręo pro centum, an virtute dicti priuilegij poterit hebręus libros retinere, donec ſcholaris dederit ſibi pecunias exburſatas per iudęum tali famulo? Breuiter dicite ꝙ non poterunt retineri, nec tale priuilegium afficit ſcholarem Forenſem. iſtud eſt ſingulare dictum do. Abb. Siculi in c. qđ clerici de for compe. bene inuenietis in multis locis an ſtatuta ligent forenſes, ſed non

inuenietis forte alibi de tali priuilegio, ꝙ non afficit ſcholarem.

ADDITIO. Pone &c. An & quãdo ſcholares vel peregrini teneantur ſequi ſtatutum vel conſuetudinem illorũ inter quos commorantur, vide per glo. Do. & Cardi. Alex. in c. quæ contra. viij. diſt. per Zab. in cle. dignum. v. q. de cele. miſ. per Gemi. in c. eos col. j. de tẽpu. ordi. in vj. glo. in §. item ſi quis de prouincia. xiij. q. j. per Moder. in c. quod clericis hic allega.

1 *Donaria, & lucra percepta ab vxore contẽplatione uiri an debeant conſeruari filijs primi matrimonij, ſi mulier tranſierit ad ſecunda vota?*

2 *Statutum vetans ſubditos portare margaritas, intelligitur de veris, & non de falſis?*

83 Mulier† tranſiens ad ſecunda vota per-
1 dit omnia lucra percepta a marito, ſaltem quo ad dominium, quia debent filijs primi matrimonij conſeruari l. fœminæ. & l. generaliter. C. de ſecun. nup. Pone, ꝙ multa donaria facta fuere vxori cõtemplatione mariti. poſtea mortuo marito vxor tranſit ad ſecunda vota, an perdat dicta donaria, & lucra, & debeant conſeruari filijs primi matrimonij? Quilibet diceret ꝙ ſic, quia ſi contemplatione mariti, ergo videntur profecta de bonis mariti l. ſi ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulga. & pupil. l. aditio. ff. de acquir. hære. l. cũ oportet. vbi glo. C. de bo. quæ lib. Reperio tamen Ludo. Ro. conſuluiſſe contrarium, nec memini alibi me legiſſe, in conſilio ſuo ccccxciij. per pulchras rationes. nam primo dicit illa lex quæ eſt conſtitutio puniens vxorem tranſeuntem ad ſecunda vota, dicitur eſſe pœnalis. §. ſi vero. in authen. de nup. ſed pœna debet habere locum in actu vero, & non in ficto l. iij. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. l. j. §. hoc interdictum. ff. de fonte, vbi dicit Bar. ꝙ ſi ſta-
2 tuto† caueatur, ꝙ mulier non poſſit portare margaritas intelligitur de veris margaritis, nõ autem de fictis, & ideo mulier portans fictas margaritas non punitur. Secũdo dicit Roma. nã iſta lex pœnalis eſt odioſa, vt ſupra, quæ punit dictam mulierẽ tranſeuntem ad ſecunda vota, ergo non debet extendi vltra quã loquatur, ideo cum ſolũ loquatur illa de bonis mariti, non extenditur ad alia donata viri contẽplatione, Et ꝙ iſte actus ſit fictus vt ſupra dixi apparet ꝑ tex. in d. l. aditio. vbi ita intelligitur. Et ſic non vere ſed per fictionem dicuntur bona mariti. ſimiliter glo. in d. l. cum oportet. loquitur per verbum videtur eſſe, ergo per fictionem. Tertio etiã dicit ponderaſſe tex. a nemine animaduerſum in. §. ſi vero expectet. ver. & quod decernimus in authen. de nup. inducendo iſto modo quia dicitur ibi ante ver. decernimus, qualiter ſi donata & lucra facta a marito debẽt conſeruari filijs primi matrimonij, ꝙ etiam debet conſeruari donatio ante nuptias, ſiue fuerit propria ſiue eius cõtemplatione fuerit tradita. ecce ergo ꝙ ponit ſpecialitatem in donatione ante nuptias, non autem in alijs donatis, de quibus ſupra dixi, etiam ſi contemplatione mariti ergo eius quod eſt ſingulare in contrarium eſt ius commune l. j. in ſi. ff. ad muni. l. ius ſingulare. & l. quod vero. ff de legi. & ita reſidet Ludo. in præfato cõſilio ſuo.

1 *Pauperi ſi vſus vnius magni palatij relinquatur, an toto palatio vti poßit?*

84 Relictus eſt† vſus cuiuſdam domus ma-
1 gnæ ſeu palacij magni pauperi, in quo forte ſunt quattuor cameræ. quantum ad vſus pauperis ſufficeret vna camera vel duæ, an reſtringatur tale legatum modo prædicto? Breuiter dicite ꝙ non, imo poterit vti toto palacio, quia aliquando poteſt vna camera, & aliquando altera ad ſuum beneplacitum vti, tex. eſt iudicio meo ſingularis in l. diuus. §. licet. ff. de vſu, & habi. quod tene ſemper menti.

1 *Debitor alternatiuus perempta vna re, ad aliam remanet obligatus.*

85 Volo te docere vnum, quod forte nun-
1 quam audiuiſti, Vẽdidi tibi† fundum citra dimidiam iuſti precij, quo caſu alternatiue poteram agere contra te per remedium l. ij. C. de reſcin. vẽ. videlicet, vel vt ſuppleas iuſtum præcium, vt oblato tuo precio reſcindatur. Quid ſi ille reperiatur perẽptus, vtputa caſu fortuito, & ſic mea & tua culpa an tunc competat mihi aliquod remedium? Quilibet diceret ꝙ nõ: quia quilibet debitor perempta ſpecie ante moram liberatur l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbo. obliga. vidiſti in l. quod te. ff. ſi cer. peta. tamen iſto caſu dabitur mihi remediũ agendi ſim

plicitèr ad ſuppletionem iuſti precij, iſtud eſt ſingulare verbum domini Abb. Siculi, quod non memini me alibi vidiſſe in ca. cũ dilecti in fin. extra de emp. & vendi. & ibi ponit pulchram quæſtionem, nam ex quo tu eras debitor alternatiuus, perempta vna re, remanet obligatio in alia l. ſi in emptione. §. emptor, ff. de contrahen. emp. & not. in l. Stichum aut Pamphilum in prin. ff. de ſol. Et ſic quanquam non poſsis agere alternatiue vt ſupra, quia non habes facultatem rei reſtituendæ, tamen ſupereſt obligatio ad ſuppletionem iuſti precij. vt ſupra. qđ dictum valebit tibi ad cẽtum ducatos, ideo tene menti.

A D D I T I O. Volo te docere &c. Ad. de ꝙ tex. allegati per Abba. in c. cũ dilecti. de neceſsitate non probant dictum ſuũ & ipſemet in ver. ibi ſeq dicit ꝙ ex eo ſequeretur vnum abſurdum. & veritas iſtius dependere videtur ab illo articulo nunquid quantitas debita reſpectu certę ſpeciei deſinat eſſe debita perẽpta illa ſpecie, de quo per Alex. Mag. meum. & communiter alios in l. quod te. ff. ſi cer. pe. & in l. fundum Cornelianum. ff. de noua. vbi dicitur ꝙ quando quantitas venit iure obligationis ſiue ſit certa ſiue incerta nunquam liberatur debitor quantitatis reſpectu ſpeciei etiam ſi ſpecies ipſa pereat, ita probat ille no. tex. Et cõtra dictum Pan. videtur facere dictum Bar. per modum limitationis poſitũ in d. l. quod te quod debitor quantitatis reſpectu certę ſpeciei perempta illa ſpecie etiam liberatur a quantitate, & allegat ad hoc quinque tex. quos vide. quod dictum dicit tamen Mag. meus ibi col. vj. intelligendum, dummodo illa ſpecies poſſet ſolui inuito creditore & in eadem & ex eadem cauſa quo caſu concluſio Bar. ſeu limitatio ꝓcedet ſine diſputatione, alias ſecus, & ita videntur communiter tenere doc. in d. l. quod te & in l. ſi ex legati cauſa de verbo. ob. imo videnť eſſe tex. de hoc in l. quidam. §. ſi tibi l. filiusfa. §. ſi. & l. Titię textores. §. ſi. ff. de lega. j. Facit etiam pro nunc contra dictum Pan. qa dicta limitatio Bar. procedit quotieſcunq; ſpecies eſt cauſa finalis vt debeatur quãtitas vel genus, tunc perempta ſpecie liberatur etiam debitor a quantitate. ita magiſtraliter dixit Bald. in l. incendium. C. ſi cer. petã.

1 *Emphyteuta non poteſt rem alienare domino irrequiſito, alias cadit a iure ſuo, & an in ea re ſaltem poſsit alteri vſumfructum conſtituere?*

86 Emphyteuta † non poteſt rem alienare
1 domino irrequiſito, alias cadet a iure ſuo. l. fin. C. de iur. emphy An in ipſa re emphyteutica ſaltem poſsit cõſtituere alteri vſumfructum? Reperio ſingulariter Bal. ꝙ ſic in l. j. ff. qui mod. vſusfruc. amit. Tamen nihil allegat, ſed ſolum ſua ſimplici auctoritate. Tu aduerte, quia puto dictum Bal. eſſe falſiſsimum, quia quotiens lex prohibet alienationem, in tantum prohibetur, vt etiam in ipſa re vſusfructus conſtitui non poſsit. iſte eſt tex. qui non poteſt cauillari in l. fin. C. de re. alie. non alie.

1 *Dos ob adulterium vxoris an debeat applicari marito, vel filijs primi matrimonij, reſeruetur?*

87 Statuto cauetur, ꝙ ſi vxor commiſerit
1 † adulterium maritus lucretur dotẽ, quod eſt etiam de iure communi l. cum mulier. ff. ſolu. matri. An ſi dicta mulier committens adulterium habeat filios primi matrimonij applicabitur dos ipſi marito? Breuiter defenſaui plures filios primi matrimonij, iſtud eſt aureum dictum Bald. ꝙ reſerueť filijs, in l. hac edictali. in iij col. C. de ſecun. nup. de quo dicto exclamat do. Floria. in ſua diſpu. quæ incipit, Mulier primo viduata conſorte &c. quod dictum poteſt optima ratione comprobari, quia quod quis non poteſt facere paciſcendo, vel aliter alienando, non poteſt committere delictum vt alienetur l. Imperator. ff. de fideicom. lib. vbi illud generale fecit Bald. in l. vnica. C. de condi. ob tur. cau. quod no.

A D D I T I O. Statuto cauetur &c. ibi, quod dictum adde pro hoc not. gloſ. & ibi doc. in l. ſi ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obli. & eſt glo. or. & cõmuniter approbata.

1 *Emptor a tertio pro recitatus in iudicium, non comparẽs, an habeat regreſſum de euictione contra venditorem?*

88 Si emptor † citatus non comparuit ad
1 ſententiam præſumitur ſentẽtia lata ex culpa ſua, adeo vt non poſsit poſtea habere regreſſum de euictione contra venditorem, etiam ſi prius denunciauerit litem ipſi venditori, & etiam ipſe venditor fuerit contu-

max in defendendo, quia nec ipſe vẽditor comparuit, quia præponderat culpa ipſius emptoris non comparentis. iſtud eſt ſingulare dictum Bal. in l. j. C. de peri. & commo. rei vendi. & ſi cõtingat vos lucrari aliquid ex iſto dicto, ſolum detis mihi vnum par caponum.

ADDITIO. Si emptor &c. Ad intellectum l. j. hic alleg. vide Alex. in l. venditores poſt Imol. in l. ij. col. circa medium. ff. de verbo. obliga. tex. gloſ. & doc. in l. emptor. C. de euictio.

1 *Diſpoſitio. l. hac edictali. C. de ſecun. nup. an habeat locum in filijs vulgo conceptis?*

89 An † l. hac edictali. C. de ſecund. nup. ha
1 beat locum in filijs vulgo conceptis de qua l. ſupra feci mentionem? Breuiter dicite ꝙ non. iſtud eſt ſingulare dictum Bal. in l. cum pater. §. mater filijs. ff. de leg. ij.

1 *Fiſcus ſuccedens filio bannito præterito, an ex eius perſona poſſit dicere nullum teſtamentum patris?*

90 Pone ꝙ filius † tempore teſtamenti fuit
1 præteritus a patre, poſtea viuo patre eſt capitaliter bãnitus, an fiſcus ex perſona filij, cui ſucceſsit propter delictum poſsit dicere teſtamentum nullum? Quilibet diceret ꝙ ſic, quia fiſcus loco hæredis habetur l. ij. C. ad l. Iuliam. de vi publi. l. inter eos. §. fin. ff. de fideiuſſo. Sed tu dicas contrarium, quia filius bannitus nõ poterat dicere teſtamentum nullum, ergo nec fiſcus ex perſona bãniti, quia fiſcus prætendit cauſam illicitam, ergo ei exceptio doli obſtat ex perſona bãniti l. apud Celſum. §. autoris autem dolus. ff. de excep. do. eſt ſingulare dictum Bal. in l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

ADDITIO. Pone ꝙ filius &c. Pro iſto dicto Bald. facit tale arg. a nemine plus iuris in alium transferri poteſt ꝙ̃ ipſe habeat l. nemo poteſt. de reg. iur. l. traditio. ff. de acqui. re. domi. ſed filius damnatus reputatur mortuus ante patrem, vt in l. ſi qua pœna. hic alle. in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ. de liber. & poſthu. ergo nihil in fiſcum transmittit. facit l. quotiens. in fin. de noua. & vide ſupra nota. xij. Quid ſi filius, vbi repetitur iſtud dictum.

1 *Clauſula codicillaris inſerta in teſtamento fratris inſtituentis turpem perſonam, an operetur, vt ſoror videatur grauata de reſtituẽdo hæreditatem per fideicommiſſum illi turpi perſonæ hæredi inſtitutæ?*

91 Tu ſcis ꝙ fideicõmiſſum vniuerſale ex cauſa præteritionis ſubſtinetur per authẽ. ex cauſa. C. de libe. præte. ubi etiam dicunt doctores, videlicet Bart. & Bald. ꝙ virtute clauſulę codicillaris inſtitutio vniuerſalis transfunditur in vim fideicommiſsi & etiã Bar. in l. j. ff. de iure codi. & Angel. in l. Titia. ff. de inoffi. teſtam. Pone nunc talem ca-
1 ſum. Frater † præterita ſorore inſtituit turpem perſonam, in quo teſtamento erat clauſula codicillaris, quo caſu ſoror expugnauit teſtamẽtum per querelam inofficioſi teſtamenti, an tunc clauſula codicillaris operetur, vt ſoror videatur grauata de reſtituẽdo hæreditatem per fideicõmiſſum illi turpi perſonæ hæredi inſtitutæ? Pau. de Caſt. in conſi. ix. conſuluit ſuper iſto puncto, & dicit ſe multum laboraſſe, & finaliter nullũ doctorem reperit, qui tetigerit iſtam quæſtionem. & tũc erat huius opinionis, ꝙ clauſula codicillaris nihil operaretur iſto caſu. Poſtea finaliter reperit ſolum Ang. tetigiſſe in. §. aliud quoq; capitulum. in authen. ut cum de appel. cog. vnde ſumitur authẽ. ex cauſa, quę ſolum loquitur quando dat querela liberis contra teſtamenta parentũ, vel econtra. Et quanquam. §. caſus. eo. ti. loquatur de fratribus, tamen illa cõſtitutio noua vnico caſu corrigens ius commune nõ extendetur ad correctionem aliarum legũ veterum de fratribus loquentium. arg. l. quod contra. ff. de legib. cum ſimil. & ita etiã ſentit ꝙ fideicommiſſum vniuerſale relictũ in teſtamento fratris nõ ſubſtinetur per diſpoſitionem authen. ex cauſa. quod dictum notetis, quia nouum, & non reperietis tactum in locis ſupra allegatis.

ADDITIO. Tu ſcis ꝙ fideicõmiſſum &c. An fideicommiſſum vniuerſale relictum in teſtamento fratris cõſeruetur per authen. ex cauſa. Bal. et Saly. in l. fratres. C. de inoffi. teſta. tenent ꝙ ſic. Ang. in. §. fin. in authen. vt cum de appella. cogno. tenet ꝙ non. quam op. putat eſſe veriorem Alex. in d. authen. ex cauſa. col. xiij. quando autem adeſt clauſula codicillaris concludit Alex. in dicta authen. col. vij. ꝙ venientes ab inteſtato generaliter intelligantur grauati ad fideicommiſſum, & ita dicit eſſe magis com

munem opini.quam etiam ſequitur poſt ſatis longam diſputationem Mag.meus in dicta authen.col.penul.& fin.& eam duobus notabilibus modis limitat.

1 *Nepotis appellatio intelligitur de filio filij, & an intelligatur de filio fratris ex conſuetudine,& quid in ſtatuto?*

92 Tu ſcis † ꝙ appellatione nepotis intel-
1 ligitur de filio filij, vt habetur in l.liberorum.de verbo.ſignifi.cum ſimil.Tamen de vſu communi loquendi intelligitur de filio fratris. Quid autem ſi non probetur talis conſuetudo? Dicite ꝙ non expedit probare iſtam conſuetudinem generalem.& ideo etiam prolatum in ſtatuto intelligeretur de filio fratris,ſicut de alia probatione conſuetudinis,iſtud eſt ſingulare dictum Ioan.An. in c.fundamenta.de elec.lib.vj.

ADDITIO. Tu ſcis &c.Et ꝙ licet alias de propria vocabuli ſignificatione appellatione nepotis non veniat filius fratris vel ſororis,& dicit Bar.in l.ſi inſtitutum.§.ſi.ff.de inoffi.teſta.ſe credere ꝙ iſtud nō reperiatur de iure ciuili.Dicunt tamē doct.in c.fundamenta.§.proinde.hic alleg quod ſecus ſecundum communem vſum loquendi qui eſt ſequendus ſecundum Gemini.ibi.& ita etiam dicit Fely.in proœm.decre.col.ij. & latius examinat,vbi dicit quod quidam text.qui allegantur ad hoc de iure canonico parum faciunt.ſubdit tamen quod contrariam opinio.tenuit Abb.in c.tua nos.de conſan.& affini.& quamplures alios quos ipſe refert in c.per tuas.col.ij.de probat.& Fede.de Se.conſi.xxxix.incip.viſo puncto conſuluit quod ſtatutum excludens extante nepote non intelligitur de nepote ex fratre ad iura canonica reſpondet quod impropriè loquuntur,& quod ſunt verba narratiua Papæ,quæ non diſponunt,c.ſi papa. de priuile.in vj.& propterea quia in ſtatutis videtur attendenda propria & non abuſiua vulgi ſignificatio,vt expreſſe no.Bal. in d.c.j.in prin.in iij.col.de ſucceſ.feu.& in l.j.ver.nec puto de ſucceſ.edic.& nonnulli quos refert Sande.vbi ſupra,Iccirco videtur ipſe inclinare in opi.Fede.limitādo dupliciter.firmius tamen adhæret primæ opi. quia tenendo illam communem concluſionem quam ipſe tenuit in proœm.decre.col. ij.quod in ſtatutis quamuis ſtrictis & pœnalibus communis vſus loquendi præualeat propriè naturæ vocabuli quam etiam tenuit Mag.meus in rub.ff.de ope.no.nunti. And.Sicu.conſi.xxx.incip.ſcribitur præclare.col.vij.circa medium.in j.parte conſiliorum & in conſi.lviij.verſi.verba debent.et conſi.xxxv.in quibus etiam ſatis plene loquitur quamplures poſſem referre quos ſilentio ſupprimo breuitatis gratia.

1 *Tenuta data ex proceſſu nullo,an poſſit retineri,donec verum debitum ſoluatur?*

93 Tenuta fuit † mihi data ex inordinato
1 proceſſu,& per conſequens nullo, an poterit retineri donec ſoluatur verum debitū? Breuiter dicas ꝙ ſic,quia loco pignoris poterò retinere, ſi modo ante erat mihi aſcripta vel obligata ipſa res propter debitum. iſtud eſt ſingulare dictum Bald.in l.fundus qui Luc j T iiij ff.de reſcin.vend.& ita habebit locum hoc caſu l.ſi non ſortē.§.ſi centum.ff.de condi.indeb.quod no.perpetuo, quia multotiens vidi de facto dubitari.

ADDITIO. Tenuta fuit &c. Pro iſto dicto facit,quia habens quaſi pignus in re.poteſt vti retentione l Iulianus.§.offerri.ff.de actio.emp.& l.hæreditatis.de hære di.vel actio.ven.fallit niſi talis res peruenerit vitio vel delicto.l.j.§.rediguntur.ff.quorum lega.c.ſi.de ordi.cog.

1 *Hæres mariti an poſſit petere lucrum dotis proueniens ex ſtatuto quod maritus viuēs non petijt.*

94 Statuto cauetur ꝙ mortua vxore in ma-
1 trimonio maritus lucretur † tertiam partē dotis.moritur maritus & nihil dixit in uita cum vxor eſſet præmortua in vita, an hæres mariti poterit petere talem lucrum: an autem videatur remiſiſſe? Dicite ꝙ hæres poterit petere tale lucrum prouenicns ex ſtatuto,ita ſingulariter dicit Bal.in l.ſi arrogator.ff.de adop.

1 *Aeſtimatio quāti plurimi proueniens a tempore mora inſpicitur quando debitor vini vel frumenti eſt in mora. Et quid ſi creditor fuerit in mora, an æſtimatio quanti minimi inſpiciatur?*

95 Vidiſti † in l.vinum.ff.ſi cer.pet.ꝙ quan-
1 do debitor vini, vel frumenti eſt in mora, inſpicitur æſtimatio quanti plurimi prouē

niens a tempore moræ per illum tex.in l.ſi ſterilis §.ſi per venditorem.ff.de act.emp. & l.ratio.§.cum per venditorem.eod.titu. Quid econtra ſi creditor fuit in mora recipiendi? Dic ꝙ a tempore illius moræ inſpicitur æſtimatio quanti minimi.iſtud eſt ſingulare verbum Bal.per illum tex.in l.ſi hominem.ff.manda.quod adde ad d.l.vinum.

ADDITIO. Vidiſti &c. Iſtam quæſtionem tetigit Cy.& Pe.de Bellaper.in l.in minorum.col.ix.C.in quib.cau.in integ.reſti.t.vbi poſt diſputationem quam refert Mag.meus in d.l.vinum.colum.viij.in fi.& prin.ſeq.videntur tenere ꝙ d.l.vinum vendicet etiam ſibi locum in iſto caſu contrario, videlicet quãdo creditor fuit in mora, & idem tenuit Albe.in d.l.vinum.col.pen. & pro iſta opi.ſecundum Mag.meum, vbi ſupra videtur tex.in l.ratio.§.ſi per venditorem.ff.de actio.emp.& ibi gloſ. expreſſe in verbo cum agatur. Niſi ſubtiliter reſpõdeatur ꝙ loquitur quando vterque tam debitor ꝗ̃ creditor fuit in mora. & ad idẽ facit bonus text.in l.qui hominem.hic alleg. vbi tex.loquitur de mora vtriuſque & dicit ꝙ ſua mora neutri debet prodeſſe, vbi Bal.& idem Bal.in l.acceptam.col.xvj.C.de vſu.& Alex.in l.ſemel mora.ff.de vſu. breuiter ſecundum Mag.meum Bar.poſuit doctrinam ſatis æquam per quã opiniones in iſto articulo poſſunt cõcordari in l.iij.§.in hac.in vlti.col.ff.commo.per tex.cũ gl.in l.ſi mora.ff.ſolu.matri.

1 *Forenſis emens in territorio prohibito, an pretium perdat?*

96 Statuto † cauetur quod nullus forenſis 1 poſsit emere in territorio Senẽſi,an ſi emat forenſis perdat pretium exburſatum? Dicatis quod non,vt in l.j.C.ne lic.hab.metr. loc.ſu.ad extra.tranſ.li xj.quẽ text.ad hoc ſingulariter ponderat Bal.in lectura ordinaria in l.ſi.§.ſi.C.commu.de lega.vbi ſubdit Bal. quod forẽſis poterit retinere rem emptam,donec ei reſtituatur ſuum pretiũ per tex.in l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de conditio.indebi.

ADDITIO. Statuto cauetur &c.Facit quod dixi ſupra notab.xcij.

1 *Solicitator non poteſt venire contra illud quod ſolicitauit.*

97 Curator † prodigi, & alij forte conſan- 1 guinei qui fuerunt ſolicitatores ad obtinendum interdictum cõtra illum,qui aſſerebatur prodigus,poſtea ipſi curatores & ſolicitatores fuerunt inſtituti hæredes ab ipſo prodigo,deinde venientes ab inteſtato volebant iſtam hæreditatem,dicentes ꝙ prodigus non potuit condere teſtamentum per l.is cui.ff.de teſta.nunc iſte curator & ſolicitatores uolunt probare,ꝙ non erat prodigus, & per conſequens interdictum fuiſſe nullum, an admittantur ad dictam probationem? Dicite ꝙ non,& ita non poterunt obtinere dictam hæreditatem,quia nõ poſſunt venire contra illud ꝙ ſolicitauerunt, ita ſingulariter determinant Domi.de Rota per pulchras rationes,quas eſſet longum referre deciſionibus antiquis deciſione iiij. in titu.de teſta.

1 *Molendinum commune tranſit in reficientẽ, ſi alius illud ꝑ parte ſua reficere nõ curet.*

98 Decidi pulchram cauſam in ciuitate Lu 1 cenſi.quidam habebat molendinum † commune cum altero ſocio, molendinum egebat refectione, & alter ſocius fuit requiſitus vt contribueret in refectione, & fuit cõtumax, vnde alter ſocius in totũ refecit ſua expenſa,& poſtea erant lapſi quatuor menſes. Dixi dictum molẽdinum tranſiuiſſe in ſocium reficientem,quia ille nõ ſoluerat partem ſuã infra quatuor menſes,allegaui tex. quem credebam eſſe ſingularem in l.ſi duobus.§.idem reſpondit ſocius qui ceſſantis. ff.pro ſoc. ſed poſtea reperi conſimilem in l.ſi vt proponis.C.de edifi.priua.

ADDITIO. Decidi pulchram &c. Ad iſtud vide Ang.de Are.idem tenentem in.§.ſequens,in penul.colum.in prin.inſtit. de actio.vbi dicit ꝙ iſti duo text.hic alleg. ſunt ſingulariſsime notandi contra ſocium negligentem reficere rem communem &c. Barth. Cæp.idẽ tenuit in cau.ſua lxxxiiij. incip.ſæpe contingit.idem tenuit Ang.in l.quidam iberus.col.ij.ff.de ſerui. vrb.prædi. & Bar.vbi alle. iſtos tex.in l.quo minus.q.xvij.ff.de flumi. vbi idem ſequens Magiſt. meus dat duas notabil. limitationes in colum.xxiij.

Coquus an ſit artifex.

99 Statuto † cauetur,ꝙ quilibet artifex debeat ſoluere decem,an coquus ſoluat dicta decem? dubium videbatur an coquus eſſet

artifex, dicas ꝙ ſic. tex. eſt in l.ſi quid venditor.§.fi.ff.de edi.edict.

ADDITIO. Statuto &c. Ad iſtud vide Roma.ſing.ccccccclxx.incip.nunquid eſſe coquum, & ea quæ ibi addidi.

1 *Cuſtos carceris tenetur de fuga carceratorum, & an teneatur de fuga concuſtodis?*

100 Erant duo † cuſtodes carceris, vnus cu-
1 ſtos aufugit cum carcerato, an alter teneatur? Quilibet diceret quod ſic, quia cuſtos carceris tenetur de fuga ipſorum carceratorum, vt habetur in l.ad commentarienſem. C.de cuſto.reo. Sed tu dicas contrarium, q̃a aſcribitur caſui fortuito, ex quo ipſe cuſtos debebat confidere de altero ſocio, caſus eſt ſing.in l.fi.§.interdũ.ff.de cuſt.& exhi.reo.

ADDITIO. Erant duo &c. Ad iſtud vide Roma. qui prius ſciuit tex.in l.fi.§.interdum.in ſing.ſuo xxx.incip.ſi dicat.

1 *Conſuetudo inducitur per binum actum, & an inducatur per ſententiam arbitratorũ?*

101 Tu ſcis † ꝙ binus actus ſecundum diuer-
1 ſas opinio. inducit vel infert conſuetudinẽ, vt habetur in l.ij.C.quæ ſit long.conſue.& in l.de quibus.ff.de legib.& in c.fin.de conſue. Quid erit in ſententia arbitratorum, vt puta quia bis, ter, imo decies fuerit iudicatum, an tunc inducatur, & confirmetur dicta conſuetudo? Quilibet diceret quod ſic, quia redacta ſunt arbitria ad inſtar iudiciorum.l.j.ff.de arbi. Sed contrarium dicas, & ſi eſſent mille ſententiæ arbitrorum nõ induceretur cõſuetudo, iſtud eſt ſingulare dictum Bal.in c.j.de feu.cogni.in x.colum.& allegat Ioan.Andræ.in c.Abbate ſane, de re iudica.lib.vj.

ADDITIO. Tu ſcis &c. Aduerte ꝙ iſtud dictum fuit prius de ſingu.Ludo.Ro. no.xlj.inci. An ſicut ſententia iudicis.& vide quæ ibi dixi.

1 *Præſcriptio decem annorum interrumpitur per litis conteſtationem. Vſucapio per ſententiam, & an hodie de æquitate canonica interrumpatur per ſolam citationem?*

102 Tu ſcis † ꝙ præſcriptio x.annorum in-
1 terrumpitur per litis conteſtationem l.moræ iiij.C.de rei vendi, vſucapio autem per ſententiam vt l.ſi poſt acceptum.ff.de rei vẽdi. Dicas ꝙ hodie de æquitate canonica omnis vſucapio, vel præſcriptio interrumpitur per ſolam citationem, quia cum conſtituatur in mala fide, ſuccedit regula, ꝙ nullus malæ fidei poſſeſſor præſcribit.c.fi. de præſcrip. c.malæfidei poſſeſſor, de regu. iur.lib.vj. iſtud eſt ſing. verbum Bal.a nemine ponderatum in repet.l.ij.in iiij.col.C.de ſerui.& aqua. et iſtud erit de pane lucrãdo.

ADDITIO. Tu ſcis &c. In fi. adde ꝙ iſtud dictum refert ſimpliciter nihil addẽdo Firm.in ſuo reper. in verbo citationis effectus verſi.vj.in fin. vbi plene tractat de materia interrumpendę præſcriptionis per citationem.

1 *Iudex an poſſit amplecti pœnam pecuniariam, & relinquere pœnam corporalem, quam incurrit reus ob ſolutionem in tempore non factam? etiam ſi reus vellet corporaliter puniri, potiuſquam pecunialiter.*

103 Titius cõdemnatus fuit in centum, quæ
1 ſi nõ ſolueret infra menſem amputetur ſibi pes, prout communiter fiunt ſtatuta. lapſus eſt menſis, & ita incidit in pœnam pedis, an nihilominus, ſi iudex velit, poſſit amplecti pœnam pecuniariam, & non velle pœnam pedis, etiam ſi reus ipſe vellet perdere pedem? Breuiter dicite ꝙ poterit omittere pœnam pedis, & exequi pœnam pecuniariam, iſtud eſt aureum dictum Bar.in l.cum duobus.§.idem reſpondit.ff.pro ſocio. vbi etiam dicit ita cõſuluiſſe per illum tex. qui eſt maxime autoritatis, quod plus placet, q̃ illud quod dixit Bald.in l.commiſſoriæ.C. de pact.inter empto.& vendit. vbi dicit ꝙ hoc ſolum poterant facere adminiſtratores reipublicæ vt puta, anciani vel priores habentes autoritatem a conſilio generali, ſed plus placet opi Bar. per illũ tex. vbi ſupra.

ADDITIO. Titius condẽnatus &c. Adde ꝙ Bal. tenuit idem quod in l.cõmiſſoriæ. hic alle.in l.quamuis.la j.C.de vſu.forte conſiderans rigorem ſtatuti in quo ſtrictius proceditur q̃ in iure cõmuni. Aduerte tamen ꝙ pœna mutilationis membri per ſtatutum impoſita poteſt per iudicem commutari in ſene vel puero in pecuniariam, vt dicit idem Bal.in l.quicunque.col.vj.in fi.C.de ſer.fugi.& ſequitur Alex.in l.quid ergo.§.pœna grauior.de infa. vbi poſt Bar. ſatis plene de iſta materia, & per eundem

poſt Bartol.in l.hos accuſare.§.omnibus.ff. de accuſat.

1 *Exactio antecedens facit legatum nominis debitoris, ſeu liberationis non valere, ſicut exactio ſubſequens.*

104 Ego habebam † debitorem Romæ for
1 te in mille, et ipſe iam ſoluerat procuratori meo forte Romæ exiſtẽti me domino ignorante, poſtea ille debitor meus videns legatum meum liberationis volebat repetere illud ſolutum ab illo procuratore, vel hærede, an poſſit? Dicite ꝙ non, quia antecedens exactio facit legatum nominis debitoris ſeu liberationis nõ valere, ſicut exactio ſubſequens, iſtud eſt ſingula. dictum Bal. in l.qui poſt. in fine apparatus. C. de lega. et de iſta exactione antecedenti allegat tex. ſing. in l.ſi. in prin.ff. de liber. lega. & de exactione ſubſequenti allegat text. in l. fideicommiſſa.§.ſi rem.ff. de lega.iij.

1 *Confeſſio depoſiti recepti facta parte abſente, an præiudicet confitenti, vt ab eo ab aſſerto deponente depoſitum inter alios confeſſatum exigi poſſit?*

105 Apparet † inſtrumentũ, in quo mutuo ti
1 bi centũ, quæ dico habuiſſe in depoſitum a Ticio. & præſuppoſito ꝙ ille Ticius eſſet abſens, an poſtea Ticius veniẽs ex tali inſtrumẽto habeat fundatã intẽtionẽ ſuã contra illũ deponentẽ, qui ita aſſeruit pecuniã eſſe Ticij? Quilibet diceret ꝙ non, quia res inter alios acta &c. & ẽt quia confeſſio facta abſente parte non probat l.certũ.§.ſi quis abſente.ff. de cõfeſ. In contrarium eſt caſus ſing. de quo ibi exclamat Bal. in l. deſideriũ C. depoſi. quem Bar. no. in l. admonendi.ff. de iureiuran.

ADDITIO. Apparet &c. Ad hoc vide Bald. in rub. C. res inter alios acta in fin. Bal. in admonẽdi.ff. de iureiu. ver. ẽt quæro quid ſi inſtrumentũ, vbi dicit ꝙ ſemiplene probat, vide tñ glo. in l. deſiderũ hic alleg. ſecundũ cuius lect. minus probaret, vide ẽt Bald. in l.is apud quẽ & ibi Mag. meus poſt eum. C. de eden. & per eundẽ Mag. meũ in d.l. admonen. poſt Bar. cũ quo tranſit. Ant. de Bu. & Moder. in c.ſi. de iureiu. poſtea reperit Fely. qui ſatis late tãgit allegãdo iſtud dictum in c. examinata, col.ij. ver. inquantũ dicitur, & vide ibi in quadã additione quã plurima conſilia & auctoritates in propoſito allega.

1 *Impenſæ neceſſariæ factæ ab hærede in re ſubiecta reſtitutioni, an computentur cum fructibus.*

2 *Intellectus l. ſumptus.ff. de rei vendica. & eius regula in quibus caſibus procedat?*

106 Si feci impenſas † in re ſubiecta reſtitu
1 tioni, quia forte erat ſubiecta fideicõmiſſo, percepi ego hæres multos fructus ex iſta re ſubiecta reſtitutioni, & ẽt feci impẽſam, forte domũ neceſſariã in fundo, vel forte feci plantare vineas, vult poſtea retinere iſtas impenſas, an cõputabit impenſas cũ fructibus? Quilibet diceret ꝙ ſic per l. ſumptus, ff. de rei vendi. In contrariũ eſt glo. ordinaria & ſingularis iudicio meo i l.emptor, in glo. magna ad fi.ff. de rei ven. vbi habetur
2 † ꝙ regula l.ſumptus intelligitur qñ percepi fructus ex re aliena, ſecus ſi ex re mea propria quanquam reſtitutioni ſubiecta, de de qua glo. ibi exclamat Ang.

ADDITIO. Si feci &c. Adde Mod. poſt Bal. in l.domos.ff. de leg.j. licet alias ſit regulare ꝙ expenſę cum fructibus cõpenſentur vt eſt glo. ordi. Bal. & doc. in l. inſulam.§. fructus.ff. ſolu. ma.

1 *Reſcriptum Papæ, quo emphyteutæ conceditur, quòd propter canonem non ſolutum non cadat a iure ſuo, non valet.*

107 Non valet † reſcriptum Papæ quo con
1 ceditur emphyteutæ, ꝙ propter non ſolutũ canonem non cadat a iure ſuo, iſtud eſt ſingulare dictum Bald. in l.ſi a te. C. de pac. inter emp. & ven. vbi cõcluditur, ꝙ ſi emphyteuta ſupplicet Papæ vt concedat tale reſcriptum, ꝙ non obſtante tali reſcripto incidat in cõmiſſum, quia reſcriptum fuit nullum, & ideo ſoluas canonem omnino.

1 *Venditor ſi aſſerat in inſtrumento fundum venditum eſſe liberum ab omnibus decimis, intelligitur ab extraordinarijs, non ordinarijs.*

108 Vendidi tibi † fundum, & dixi eſſe libe
1 rũ ab omnibus decimis? Dic ꝙ intelligitur de decimis extraordinarijs, non autem de ordinarijs, & lucratus fui tres ducatos, iſta

eſt ſingulars doctrina Bal. i l.fiſtulas.§.frumenta.ff.de contrahen. emptio., quod tenementi.

1 *Pactum nudum fideiuſſoris an veſtiatur cohærentia contractus principalis?*

109 Factus eſt contractus† emptionis & ven-
1 ditionis, puta, inter te & me, incontinenti nudo pacto fideiuſsit tertius, an pactum nudum fideiuſſoris veſtiatur coherentia contractus? Forte diceres ꝙ ſic per l.lecta eſt ff. ſi cer.pe. & l.petens. & l.in bonęfidei.C.de pac. vbi pactum nudum veſtitur cohęrentia contractus. Bal.ſingulariter determinat contrarium in l.ex placito.in vlti. colū.C. de rerum permu.per tex. in l. v.§.ſatis acceptio.ff.de ver.ob.non obſtat d.l.lecta.cū ſimilibus, quia reſpondet, ꝙ pacta nuda veſtiuntur contra ipſos contrahentes, non cōtra tertium puta fideiuſſorem, quod no.

1 *Poſitioni ſine tempore formatæ non reſpondens non habetur pro contumace, nec inde pro confeſſo.*

110 Statuto cauetur, ꝙ contumax in nō re-
1 ſpondēdo† poſitionibus habeatur pro confeſſo, ſicut etiam eſt de iure communi, quādo quis eſt monitus & iuſſus cap.ij. de confeſ.li.vj. Quid ſi feciſti poſitionem ſeu articulum, ꝙ mutuaſti mihi decem, ego nolui reſpondere, an debeam haberi pro confeſſo? Forte diceres ꝙ ſic per d.c.ij. Sed dic ꝙ non debeor haberi pro confeſſo: quia poſuiſti ſine tempore, & ſi probares ſine tempore non vinceres. iſtud eſt ſingulare dictū Bal.in l.j.ad fin.C.ſi plures vna ſen. de quo dicto lucratus ſui duos ducatos.

1 *Proprietas domus videtur legata ab eo, qui dicit, lego habitationem meam ſic confinatam. Secus ſi dicat, lego habitationem talis domus ſic confinatæ?*

111 Teſtator dicit hoc modo, lego† habita-
1 tionem meam ſic confinatam, puta, cui coheret ab vna parte &c. & ita confinauit totam domum, an videatur legaſſe ſimplicem detentationem, vel poſſeſsionem, an autem proprietatem ipſius domus? Dic ꝙ videtur legata proprietas. ſecus ſi diceret, lego habitationem talis domus, etiam ſi totam domum confinaret: quia tunc ſola habitatio legata videtur, iſtud eſt pulchrum dictū Bal. poſt Guil.in l.cum antiquitas per illū tex. C.de vſufruc.

ADDITIO. Teſtator dicit &c. In fi. adde ꝙ iſtud idem tenuit Paul. de Caſt.in l.ſi pomū. in prin.in ver.quid ſi dixit lego habitationem.

1 *Legata ſi multa a teſtatore fiant, qui dicit, quòd volebat ea præſtari poſt diē incertā, puta poſt mortem vxoris ſuæ, an ſi legatarij moriantur ante vxorem, dicta legata tranſmittantur?*

112 Quid ſi teſtator fecit† multa legata, po-
1 ſtea dicit in eodem teſtamento, ꝙ dicta legata volebat præſtari poſt mortem vxoris, & ſic poſt diem incertam. moriuntur legatarij ante vxorem, an tranſmittant dicta legata, puta ad hæredes eorum? Videbatur ꝙ ſic, quia dies erat adiectus pręſtationi nō diſpoſitioni l.ex his verbis.C.quādo di. le. ce. Tu diſtingue hoc modo quia aut teſtator loquit' ſine aduerſatiua, vt puta, & volo quod dicta legata præſtentur poſt mortē vxoris, & tunc tranſmittent' ad hæredes, & procedat d.l.ex his verbis. Aut teſtator loquitur cum aduerſatiua vt puta, ſed volo quod preſtentur poſt mortem vxoris meę, & tunc redduntur conditionalia, & nō fit trāſmiſsio. iſtud eſt ſingulare verbum Bal. litteris aureis ſcribendum in l.ambiguitatē. C.de vſufru. alleg. tex. in l.quibus diebus. §.quid in [illegible].ff.de condi.& demō. quia illa dictio, niſi, de qua ibi, habet naturā aduerſatiuæ, & iſtud non reperies in materia l. ſi cui legetur.§.hoc autem legatum.ff.de lega.ij. ideo adde iſtud ibi.

ADDITIO. Quid ſi teſtator &c. In fi. aduerte ꝙ Bald.in l.ſi cui legetur colū.ij. ver.quarto opponitur.de lega.j.vē aliquid diſtinguere in iſta materia & quo ad caſum hic poſitum.i.quādo eſt dies incertus.i.ſine commenſurata temporis deſignatione proſlatus vt dies mortis grauati vel tertij. & tūc loquitur indiſtincte ꝙ ſemper facit conditionē & loquitur l. quibus diebus.§.ij. hic allega. & ideo dicit Bal. vbi ſupra ſe conſuluiſſe ꝙ ſi teſtator legat alicui cētum & poſtea ſubdit, quę nolo præſtari poſt mortem vxoris meę, ꝙ legatarius interim decedens non trāſmittat. quia dies mortis incerta habetur pro conditione etiam ſi inferatur ſoli præſtationi, & ita dicit tenere gloſ. in l. Seius Saturninus.ff.ad treb. & ita indiſtincte videtur

ſic videtur tenere Pau.de Caſt.in d.l.ſi cui leget.§.hoc autẽ in prin. vbi reſpondendo ad l.quibus diebus.§.quidam Titio vbi dicit quod non refert an verba conditionis apponantur ad ſubſtantiam,vel ad executionem,quia non refert illud quando apponitur tempus omnino incertum quãdo euẽturum ſit,vt eſt tẽpus mortis alicuius.nam vt ipſe dicit non refert,legem tibi cum Titius morietur, vel ſimpliciter & mandem ſolui cum morietur.ad l. ex his verbis reſpondetur ex diſtinctione Bald. vbi ſupra quod loquitur quando dies eſt dubius. non autem quando eſt omnino incertus vt in caſu noſtro. & propterea iſtud legatum tanquam conditionale non tranſmittetur ad hæredes.

1 *Mulier ex ſtatuto prohibita contrahere ſine conſenſu propinquorum ſi vendat rẽ emphyteuticam non ſeruata ſolennitate ſtatuti,an cadat a iure ſuo, quia alienauit irrequiſito ſuo propinquo?*

113 Statuto cauetur,ꝙ† mulier nõ poſsit cõ
1 trahere ſine conſenſu duorum propinquorum,mulier vendidit rem emphyteuticam non ſeruata ſolennitate ſtatuti,quo caſu cõtractus eſt ipſo iure nullus,vt habetur in l. nõ dubium.C.de legi.& in l.ſi quis pro eo, ff.de fideiuſ.& dixi plene in l.j.ff. de iureiur.An iſta mulier cadat a iure ſuo qa alienauit irrequiſito ſuo propinquo? Dicite ꝙ non,quia contractus nullus non eſt contractus.arg.l.iij.§.condemnatum.ff.de re iudi. ita ſingulariter dixit Bald.in l.ij.C.de epiſco.audien.

ADDITIO. Statuto cauet &c. Adde vltra Bal.in l.ij.C.de iure emphy. in ij. col.eundem Bal.in l.fi.in iiij.colũ.C.de his quæ pœ.nom.& dicit Pau. conſi. cccxxvj, quod ſtatutum fauens vicino ſuper venditione facta a vicino eo irrequiſito intelligitur de valida. Et dicit Bald. in l.filium.§.ſi quis.ff.de leg.præſtã. quod ſtatutum faciẽs cadere a iure ſuo cedentem actionem nobili intelligitur de ceſsione alias valida,multa ſimilia ad hoc adducit Sand.in c.ex tenore in ver.regula de reſcri. & Mag.meus in rep.l.fi.vbi pulchre loquitur col.cxij.C.de iure emphy.faciunt quæ late habentur per Ludo.conſi.ccccxxxiiij.incip.cum dilucide,& conſi.clxxxix.præſens ſtatuti particula,ij.col.Alex.conſi.xxij.col.j.primo volu.conſi.ccccv.vltra rationes Mari. de ſenis conſi.cxxxv. prælatus & quæ no. pulchre Alex. in l.j.§.hæc autẽ verba.ff.quod quiſque iur.dum tractat poſt Ang.an iudex qui tulit ſententiam nullam faciat litẽ ſuã.

1 *Procurator primus ſpecialis non reuocatur per cõſtitutionem ſecundi procuratorio generalis.*

2 *Intellectus l.ſi quis cum procuratoris.§.fin. ff.de procura.*

114 Tu ſcis,ꝙ per† conſtitutionem ſecundi
1 procuratoris primus eſt reuocatus ipſo iure,etiam ſi nihil dicatur de primo per tex. l.ſi quis cum procuratorio.§.fin.ff.de procura.pone ꝙ primus erat ſpecialis procurator,puta ad vnam cauſam, ſecũdus erat generalis,puta ad omnes cauſas, an per ſecũdũ ſit reuocatus primus? Tu diceres ꝙ ſic. contrarium determinant ſingulariter Do. de Rota in deciſionibus nouis deciſione, cclxxxix.& reſpondent ad.§.fin. quod ha
2 beat† locum quando vterque erat ſpecialis vel vterque erat generalis. ſecus ſi primus ſpecialis,ſecundus generalis, quia ſpeciei per genus non derogatur vt habetur in c.generi per ſpeciem.de regu. iur. in vj. & in l. ſeruis vrbanis.§ ij.ff. de leg.iij. & in l.ſanctio legum.ff.de pœn.quod no.

1 *Emptor compromittens cauſam,& ſuccumbens,non habet regreſſum de euictione contra venditorem. Et an hoc habeat locum in deferente iuramentum?*

115 Tu ſcis quod ſi compromiſit† emptor
1 cauſam,& poſtea perdiderit non habet regreſſum de euictione contra venditorem l. ſi dictum.§.ſi compromiſero.ff.de euic. an ille.§.habebit locum in deferente iuramentum? Breuiter dic ꝙ ſic: quia non poterit agere de euictione,iſtud ſingulariter voluit Bal.in l.manifeſte.ff.de iureiurando.

ADDITIO. Tu ſcis &c.iſtud poteſt etiã decidi ex regula quæ habet quod qui non poteſt rem alienare vel de ea libere diſponere non poteſt etiam ſuper ea iuramẽtũ deferre, quę bene examinatur per Mag. meum in l.ij.C.de iur.emphy.q.lxxvj. incip. An emphyteuta litigans ſuper re emphyteutica poſsit deferre iuramentum ſine conſenſu domini &c.

1 *Eccleſia concedens tibi rem in emphyteuſim in perpetuum, an videatur conceſsiſſe uſq; in infinitum, an vſque ad vitam tuam?*
2 *Verbum in perpetuum reſtringitur ſecundum ſubiectam materiam?*

116 Vos ſcitis † ꝙ eccleſia vltra tertiam ge-
1 nerationem vſque in infinitum poteſt hodie concedere in emphyteuſim rem eccleſiaſticam, vt habetur in. §. emphyteuſim, & in. §. quia vero in auth. de non alie. Quid ſi eccleſia conceſſerit in emphyteuſim tibi vſque in perpetuum, an videatur conceſſiſſe vſque in infinitum, an vſque ad vitam tuam? Videbatur dicendum ꝙ vſque in infinitum propter illud verbum, in perpetuũ per l. eum debere. ff. de ſerui. ruſti. prædi. In contrarium determinat ſingulariter Albe. in proœ. C. in verbo, perpetui, ꝙ ſolum intelligitur vſque ad ſecundam generationẽ,
2 quia verbum † perpetuum reſtringitur ſecundum ſubiectam materiã, & allegat no. in d. §. emphyteuſim ſupra allegatum, & ſecundum illam doctrinam Albe. conſuluit collegium Papienſe, quod vobis offero qñ eſt expediens.

ADDITIO. Vos ſcitis &c. Adde in primis ꝙ conceſsio facta in perpetuum videtur facta in infinitum per l. eum debere hic alle. Nec obſtat ꝙ verbum in perpetuũ reſtringi debeat ſecũdum ſubiectum materiam quia pmittitur quod emphyteuſis etiã eccleſiaſtica poſsit concedi in infinitum vt eſt i quotidiano vſu & quod dari poſsit in perpetuum. i. donec ſint deſcẽdentes in infinitum tenet Bald. & doc. in l. etiam. ff. ſolu. ma. Ang. & ibi glo. in authẽ. ſi quas ruinas. C. de ſa. ſan. eccle. glo. in. §. adeo. inſti. loca. Ioan. de Imo. in c. potuit. in xj. q. de loc. gl. & doc. in c. in præſentia. ff. de proba. & ibi Ioan. And. Spe. in ti. de loca. §. vj. ver. vij. & ver. cxiij. & ver. cxv. & Ioan. And. in addi. do. ver. cxiij. Bal. in l. fi. C. de hære. inſti. & in auth. defuncto. C. ad tertu. & in d. auth. ſi quas ruinas Cyn. in l. liberti de oper. liber. Bar. in l. quod dicitur de verbo. obli. & l. ſi tibi. §. ſi pactum de pactis & in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus de dam. infec. & in d. l. ẽt & in authen. perpetua. de ſac. ſan. eccle. & Alex. in d. l. quod dicitur in vj. char. & Pau. de Caſt. in conſi. cxxxvij. Secundo loco videtur dicendum quod cõceſsio facta in perpetuum intelligatur vſque in tertiam generationem incluſiue intelligendo verbũ perpetuum ſecundum ſubiectam materiã quæ habet ꝙ eccleſia in tertiam generationem poteſt cõcedere emphyteuſim vt in. §. emphyteuſim. in authen. de non alie. vel aliter & tertio caſu vr̃ ꝙ emphyteuſis conceſſa in perpetuũ, & ſic vltra tertiam generationem nullo modo valeat, ex quo ſit lege prohibente per l. ſi libertus minorem ad fin. de iure pa. & iſtud poteſt confirmari per doctri. Bar. in authen. qui rem. C. de ſacroſan. eccle. vbi dicit quod ſi emphyteuſis conſueuit concedi in tertiam generationẽ ꝙ ſi concedatur in quartam non valet talis conceſſio in totum. & licet Bal. tenuerit contrariũ in d. auth. ſi quas ruinas. tamen quo ad caſum noſtrum nihil facit ſecũdum diſtinctionem quam facit Alex. poſt Ioan. de Imo. in d. l. quod dicitur in vltima col. de ver. obli. de quo tamen vide etiam per Bald. in l. ſi pupillorum. §. ſi. ff. de rebus eorum. & in l. quæcunque in princi. C. de bonis quæ liberis. & in d. l. etiã. ff. ſolu. ma. & Ange. in d. §. emphyteuſim per eundem Ioan. de Imo. in c. ex parte in vlti. char. de feudis per Roma. in l. j. §. pen. ff. de verbo. obli. & ibidem per Alex. & alios. & conſuluit Bar. conſil. incipiente viſa quadam conceſsione & Io. Calde. in conſi. clxxxij. incip. articuli ſuper quibus &c. Aduerte tamen quia vr̃ ꝙ Paulus de Caſt. conſuluerit pro iſto dicto Alberici conſilio cxxxvij. ſecundum antiquam impreſsionem.

1 *Debitum naturale eſt potens ad inducendã compenſationem contra petentem debitũ ciuiliter, & naturaliter: Et quo caſu id non habeat locum?*

117 Naturale † debitum eſt potens ad indu-
1 cendum compenſationem contra petentẽ debitum meum ciuiliter & naturaliter. l. naturalis. ff. de actio. & obli. l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor accipi. ff. de fideiuſſo. tamẽ ſi appoſitum ſit iuramentum per te præſtitum ſuper meo debito ciuili & naturali, nõ poteris contra me opponere compenſationẽ de tuo debito naturali, iſtud eſt ſingulare dictum Bal. aureis literis ſcribendum in repetitione l. ij. ff. de iuretur. xxxviij. colũ, quod eſt limitatio ad d. ll.

1 *Minoris hæres, ex perſona minoris læſi poteſt petere reſtitutionem in integrum, & an ea poßit peti contra vltimam voluntatem? vel donationem cauſa mortis?*

2 *Donatio cauſa mortis, in quibus æquiparetur vltimæ voluntati?*

118 Hæres minoris† ex perſona ipſius mino
1 ris læſi poteſt petere in integrum reſtitutionem l. non ſolum. ff. de in integ. reſti. ſed tamen contra vltimam voluntatē non datur in integrum reſtitutio hæredi ipſius minoris, puta, ſi minor frater amplius etiam habens curatorem inſtituerit me extraneum in omnibus bonis, & veriſimiliter deberet te fratrem inſtituere, contra tale factum teſtamentum non competit tibi fratri hæredi ab inteſtato, i. qui ſucceſſurus fuiſſes, ſi non condidiſſet teſtamentū (dico) ꝙ non cōpetit in integrum reſtitutio per tex. ſingularem in l. Aurelius. §. Gaius Seius. ff. de lib. lega. Sed quid erit in donatione cauſa mortis, quia donauit mihi extraneo omnia bona ſua? Bal. ſingulariter in c. j. §. ſacramenta. de pa. iura firman. dicit ꝙ tunc poterit peti in integrum reſtitutio, quia donatio cauſa mortis non eſt mera vltima voluntas, & ſic non habebit locum text. in d. §. Gaius Seius. Sed ego reperio Bald. in contrarium in l. ſi curatorem. C. de in integrum reſtitutio. in iiij. colū. vbi dicit ꝙ d. §. Gaius Seius habet locum etiam in donatione cauſa mortis, quæ æquiparatur vltimæ voluntati, &
2 iſtud magis placet mihi, quia donatio† cauſa mortis ad ſui cōfirmationem æquiparatē vltimę voluntati, quia confirmatur morte vt habetur in l. ij. per Bal. ff. de dona. & per doc. in l. ij. ff. de leg. j. tamen tene menti doctrinam Bal. in d. §. ſacramenta, & vide glo. in l. poſt legatum. in §. pe. ff. de his quibus vt indignis.

1 *Prodigo poteſt interdici bonorū adminiſtratio: & an minori non prodigo poſſit interdici?*

119 Tu ſcis ꝙ † ꝓdigo poteſt adminiſtratio
1 bonorum interdici, nec amplius poterit cōtrahere ſine conſenſu curatoris l. j. ff. de cura. furio. l. is cui bonis. ff de verb. obli. Sed an minori non prodigo poterit iudex interdicere, ſi forte timeat inſidias contrahentium, vt non poſſit contrahere talis minor ſine conſenſu ipſius procuratoris, vel ſine conſenſu duorum propinquorum? Dicas ꝙ poterit īterdici, ſi fundat ſe ſuper dictis inſidijs ipſorum contrahentium, non autem ſi ratione ipſius ætatis, quia tunc interdictum eſſet nullum, ita ſingulariter dicit Bal. in c. j. §. item ſacramenta. de pace iura. firman. in vſi. feudo. & ita me alibi fundaui ſuper inſidijs contrahentium, quando feci interdictum vni minori in ciuitate Venetiarum. Et intellige dictum Bal. etiam ſi contraheret cum iuramēto, quia iuramentum interdicti nō valet nec tenet, pulchre ipſe dicit in l. j. ff. de cur. fu. & in l. qui habet. ff. de tutel. & per Bar. in l. is cui bonis. ff. de ver. oblig. vbi vide.

ADDITIO. Tu ſcis quod prodigo &c. In fin. adde quod iſtud dictum Baldi ſequitur Aluarotus in. §. item ſacramenta hic allegato. & Cardi. Alexandrinus ibidē qui allegat l. ſi quis ſciens. ff. de contrahen. emptione.

1 *Actio promiſſi an oriatur ex iuramento promiſſionis.*

120 Ex iuramēto† promiſſorio regulariter
1 non oritur actio promiſſi niſi liberto l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ. & in l. vt iuriſiurandi. ff. de ope. lib. Fallit niſi ab vtraque parte ſit interpoſitum iuramentum, quia iuraui dare tibi. x. & iuraſti dare mihi x. quia reſultat contractus innominatus. ſ. iuro vt iures, iſtud eſt ſingulare dictum Bald. quod alibi nunquam reperi in d. §. item ſacramēta, & iſtud non reperies in materia l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſ. & forte dicit Bal. ꝙ de iure ciuili non oritur actio, & allegat l. naturalis. in prin. ff. de præſcri. verbis.

ADDITIO. Ex iuramento &c. In iſta materia an & quando iuramentum pariat aliquam actionem vel obligationē de iure canonico vel ciuili vide i l. j. C. de op. lib. per Bar. in l. ſi quis pro eo in prin. ff. de fideiuſſo. per Imol. & docto. in cap. nouit de iudic.

1 *Abſoluitur ab expenſis habens iuſtam cauſam litigandi: & an id procedat ſi ſtatutū diſponat, quòd victus victori cōdemnetur in expenſis?*

2 *Expenſæ quæ actione perſonali debentur, veniunt, etiam ſi quis habuerit iuſtam cauſam litigandi.*

121 Habens† iuſtam cauſam litigandi debet
1 abſolui ab expenſis l. qui ſolidum. §. etiam de lega. ij. vbi plene habetur & in l. ſi quis

inficiatus depoſiti. Quid ſi ſtatuto cauetur, ꝙ victus victori condemnetur in expenſis, an tunc debeat abſolui ab expenſis? Videbatur dicendum ꝙ ſic, quia ſtatutum continens idem quod ius commune, eſt ius commune per ea quę habentur in c. j. de conſti. in vj. & plene declarat Bar. in l. j. §. lex Falcidia. ff. ad l. falci. In contrarium tamen eſt glo. ſing. ꝙ imo condemnabitur in expenſis in authen. de intro. reis. §. ſancimus, qui eſt. §. primus. de qua glo. exclamat Ang. in l. non ſolum. ff. de rei vendi. & iſtud videť verius, ꝙ illud quod dixit Bal. contrarium ſentiens in l. terminato. C. de fructi. & litis expenſis. quia cum in caſu noſtro expenſæ non debeantur officio iudicis mercenario ſed condictione ex ſtatuto, tūc ſuccedit alia
2 regula, ꝙ quando † expenſæ debentur mihi actione perſonali, quia forte promiſerat in inſtrumento, expenſas, tūc nunquā iuſta cauſa litigandi excuſat ab expenſis, glo. eſt quæ reputatur ſingularis in authen. de iudic. §. oportet quam ſumme ponderat Bal. in l. ſi mulier. §. ſi. ff. de lega. iij.

ADDITIO. Habens iuſtam cauſam &c. Adde ꝙ glo. hic alleg. eſt in. §. quia vero q eſt. §. primus in verbo cauſam. vbi idem tenet Ang. & ſequitur Alex. ibidem. licet Bal. alibi etiam teneat oppoſitum in l. eos. §. cautionem in j. col. alias ſecunda. C. de appellatio.

1 *Appellatio non eſt deſerta, ſi appellans propter paupertatem non ſoluit gabellam pro appellatione.*

122 Statuto cauetur, † ꝙ appellās debet ſol-
1 uere certam gabellam, alias appellatio ſit deſerta, prout vidi multa ſtatuta. quid ſi ꝓpter paupertatem non potuiſti ſoluere gabellam? Dic quod talis appellatio nō erit deſerta. iſtud eſt ſingulare verbum Bald. in l. ij. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cau. vbi dicit ſe liberaſſe vnum pauperem per c. licet. extra de cenſi. & dicit liberaſſe a pœna furcarum. vide Matth. de Matheſ. in no. ſuis, notabili vltimo.

ADDITIO. Statuto cauetur &c. Adde quæ dixi in illo notab. vltimo Mattheſilani hic alleg. vbi quædam ſatis bene dixi de priuilegio paupertatis ſaltem per bonas remiſſiones.

1 *Iuramentum interpellat pro homine, ſicut dies.*

123 Vbicunque eſt iuramentū † nō eſt opus
1 interpellatione, quia interpellat pro homine, ſicut dies, vt ſingulariter dixit do. An. in c. breui. de iureiur. quod no. ad limitationem l. quod te. ff. ſi certum peta. & l. ſi ex legati cauſa. ff. de verbo. obli. vbi habetur ꝙ ad conſtituendū debitorem in mora requiritur interpellatio ſaltē extraiudicialis. l. qui romæ. §. cohęredes. ver. teſtamento in glo. notabili. ff. de verbo. obliga. & dixi plene in d. l. quod te. Tamen ſi ſit iuramētum non eſt opus alia interpellatione. quod eſt aureum dictum.

ADDITIO. Vbicunque eſt iuramētum &c. Adde Anto. Cor. in rep. rubricę de iureiur. in tertio effectu iuramenti. & latius per Magiſt. meum in l. quod te colū. ix. ff. ſi cer. pe. hic alleg. vbi reprobat per quædam pulchra fundamenta op. Alexand. tenent oppoſitum. pro cuius tamē opinione adducit quaſdam rationes. ſed poſtea concludit contra Alexand. & reſpondet ad allegata per eum.

1 *Bannitus vbicunque inuenit ſuum debitorem, illum conuenire poteſt etiam extra locum originis, & contractus, & non poterit debitor declinare iuriſdictionem.*

124 Noſti ꝙ nemo † poteſt conueniri in lo-
1 co, vbi non habet originem, vel vbi nō celebrauit contractū, nam ratione contractus bene poteſt conueniri in loco contractus, quia contrahendo quis ſortitur forum cap. Romana. §. contrahentes, de foro competenti lib. vj. habeť plene in l. hæres abſens. §. proinde. ff. de iudi. Tamen ſi tu creditor es bannitus ex patria tua, vbicunque inueneris tuum debitorem etiam extra locum originis & contractus, poteris eum conuenire, & non poterit declinare iuriſdictionē loci, vbi tu bannitus reperiſti tuum debitorem, iſta eſt glo. ordinaria ad quam miror Bar. & Bal. non animaduertiſſe in l. vſuras. C. de ſolu. qui tranſiuerunt non ponderando ibi illam glo. ad hoc.

1 *Legatum eccleſiæ factam, antequā ſit agnitum, an prælatus poſſit repudiare quid de tutore?*

125 Tu ſcis † quod prælatus non poteſt re-
1 pudiare quæſita eccleſię, ſed bene poteſt repudiare quærenda vt habetur plene in ca.

delictum.de reg.iur.in vj. an poterit repudiare legatum factum eccleſiæ antequã ſit agnitum? Forte diceres ꝙ ſic propter regulam ſupradictam. In contrarium ſingulariter determinat Bal.in l.contra iuris.§.ſi curator,ff.de pactis.& alleg.tex. optime probantem l. magis puto.§.fundi. ff. de rebus eo.vbi eſt tex.ꝙ tutor pupilli non poteſt repudiare legatum factum pupillo etiã antequam ſit agnitũ, ergo pari ratione nec prælatus, qui debet eſſe bonus tutor eccleſiæ: ita inducit Bal.vbi ſupra.

1 *Litis conteſtatio non requiritur ſuper incidẽti de nouo emergenti, ſi in principali lis conteſtata fuit.*

126 Si poſt litem † conteſtatam in iudicio
1 principali ſuperuenit aliquod emergens, vel incidens, in illo incidenti, vel emergenti non requiritur litis conteſtatio, ex quo præceſſit i principali iudicio. iſta eſt gl. ordinaria, de qua ibi exclamat Angel.in.§.illud in auth.de trien.& ſemiſ.tene menti, ꝓpter in integrũ reſtitutionem incidenter petitam per viam contradictionis & replicationis, vbi non requiritur alia litis conteſtatio, de qua replicatione & contradictione habetur in l.nam & poſtea.§.ſi minor. ff.de iureiur.

ADDITIO. Si poſt litem &c. Ad hoc vide Magiſt.meum poſt Bar. in l.nam & poſtea.§.ſi minor. hic allega.in colum.ij. ver. item aduerte inquantum Bartol. vult ꝙ reſtitutio in integrum.

1 *Filius natus in nono mẽſe ex vidua, quæ ſtatim mortuo viro effecta eſt cõcubina alterius, præſumitur primi mariti, ratione legitimitatis.*

127 Mortuo marito † incontinenti vxor
1 vidua eſt effecta concubina vnius ſcholaris, natus eſt puer infra nouem menſes, an iſte natus infans præſumitur primi mariti, an ſcholaris? dic ꝙ præſumitur mariti ratiõe legitimitatis, ita ſingulariter dicit Bal. in l.ſi mater.C.de ſuis & legi. & allegat in arg.tex.in l.merito ff.pro ſocio.& ſpecialiter in l.miles.§.defuncto.ff.de adul. Et aduerte quia eſt diuerſa quæſtio ab illa, quã ponit Bar.in l.Gallus. in prin.ff.de libe. & poſthu.vbi ponit quæſtionẽ quando accipit ſecundum maritum. Et eſt etiam diuerſa quæſtio ab illa, quam ponit Bal. in rubrica, C.de proba. Ang.in l.j.eo.ti.& Bar. in l. miles.§.defuncto prællega.vbi ſi probatur vxorem alicuius concubuiſſe puta cum x. ſcholaribus, tamen præſumitur eſſe mariti fauore legitimitatis, & matrimonij: quia loquitur illa in muliere maritata: ego autem loquor in muliere vidua,

ADDITIO. Mortuo marito &c. Ad iſtud dictum vide omnino doct. maxime Alex. Are. magiſt. meũ & Bartho. Soci. poſt Bar.in l.Gallus in prin.hic allega.

1 *Mulier nupta ſi ſuccedere prohibeatur in vno territorio, ſi ante nuptias ſuccedat, & poſtea nubat, iam agnitam ſucceſſionem retinere non prohibetur.*

128 Statuto cauetur, quod † mulier nubens
1 extra territorium Mediolani non poſſit ſuccedere in territorio Mediolanenſi. Puellæ erat delata hæreditas, & adiuit hæreditatem, vel ſe immiſcuit, puta hæreditati paternæ. poſtea nupſit extra territorium Mediolanenſe, an perdat talem hæreditatem? Dicas quod non, quia intelligitur de hæreditatibus futuris acquirendis, non autem acquiſitis, iſtud eſt aureum dictum Bald. in l. ſi mater.C.de ſuis & legi. & lucratus fui duos ducatos,

ADDITIO. Statuto cauetur &c. Adde quod in terminis iſtius ſtatuti, idem quod Bal.in loco hic allega. tenuit Roma. in l.hæres per ſeruum. & ibidem Areti. in princi. qui refert vnam rationẽ ipſius Ro. & per authoritates & textus comprobat iſtam opinionem. ff.de acqui.hære. ad idem facit & ſic adherendo rationi Lud. Roma. quia poſtquam hæreditas eſt adita non dicitur amplius de bonis defuncti ſed hæredis ſecundum glo. in l.j.§.veteres.ff. de acquir.poſ. vbi vide omnino per ſcribentes in ſpecie de iſta q.

1 *Iuri agendi ad ſupplementum legitimæ quãto tẽpore præſcribatur, et quid in minore?*

129 Antiqua eſt quæſtio † inter Bar. & Bal.
1 quanto tempore præſcribatur iuri agendi ad ſupplementum legitimæ. Bar.in conſilio quod incipit iuri agendi ad ſupplementũ legitimæ & in l.ſi quis filiũ.§.ſi.C.de inoffi. teſta. dicit quinquennio Bal. ibi in d.§.fin. per pulchras rationes cõtradicit Bar. quod

Immo in tertio anno, non autem quinquennio, & idem etiam refert Bal. in l. nam & ſi, in §. huius autem. ff. de inoſſicioſo teſtamē. & in authen. presbyteros, C. de epiſcopis & cleri. & oppoſitioni Bald. ſtare videtur Angel. frater ſuus l. Papinianus. §. ſi conditioni. & in l. ſi a domino. §. a patre. ff. de petitio. hæredita. Adde ꝙ etiam præſuppoſita opinione Bar. pro vera, tamen iſtud quinquennium non currit minori filio pro tota minori ętate, ita ſingulariter dixit Bal. in l. ij. C. in qui. cau. in integ. reſti. non eſt neceſ. quod eſt aureum & menti tenendum propter differentiam inter Bar. et Bal. quia ſi caderes in illam differentiam res eſſet in periculo propter autoritatem tantorum in iure aduerſantium.

ADDITIO. Antiqua eſt quęſtio &c. In prin. ibi ꝙ immo i tertio anno. dic quod imo Bald. & doct. communiter dicunt non tertio anno, ſed triginta annis & eſt verū. nam ſi finiretur tertio anno querela inoſficioſi teſtamenti quæ eſt odioſa eſſet melioris conditionis ꝙ̄ condictio ex l. ad ſupplementum legitimę quæ eſt fauorabilis, iſtud clarum. Sed vtrum opinio Bar. vel Bald. ſit verior plene diſputat Magiſt. meus & eleganter more ſolito in d. l. ſi quis filium hoc allega. & tenet opi. Bald. contra Bar. quam tenent Ang. & omnes Mod. ibi & Flo. dicit communem opi. eſſe contra Bar. hoc quem etiam tenet Pau. de Caſt. conſi. cxxij. incip. dubiū de quibus quæritur vbi dicit hāc eſſe cōem opi. antiquorum & Mod. doct. idē tenet Alex. conſil. cviij. incip. viſo themate & diligenter conſideratis verbis in ij. colū. & latius in conſi. cccixxiiij. incip. viſis ſubtiliſsimis dubitationibus in pen. & vlti. colum. Et inquantum Franciſ. noſter in verſi. adde ꝙ etiam. dicit ꝙ præſcriptio quinquēnalis non currit filio minori pro tota minori ętate ſecundum Bald. in l. ij. hic per eum alleg. & ibi eſt tex. aduerte ꝙ præſuppoſita communi opin. Pro vera ꝙ. ſ. iſta conditio ad ſupplemētum legitime duret. xl. annis & longiſsimo tempore ꝙ tunc præſcriptio incipiet in minoribus iam adultis per l fi. C. eo. titu. in quibus ca. in integ. reſti. & ibidem Bal. & Bal. in d. l. ij.

1 *Spurij an ex pacto poßint ſuccedere in emphyteuſi patri conceſſa?*

2 *Intellectus l. j. C. de natu. libe.*

130 An valeat pactum, ꝙ † ſpurij ſuccedāt
1 in emphyteuſi patri conceſſa? forte diceres ꝙ non, quia nec per pactum, nec per vltimam voluntatem, indirecte nec directe, poteſt filio ſpurio relinqui. vt l. j. & ibi habetur C. de natu. libe. Tamen dicas contrariū, hoc caſu, ꝙ valebit tale pactū, iſtud eſt pulchrum dictum Bald. in l. ij. C. de iure emph.
2 non obſtat l. j. ſupra allegata, quia † ibi pactum apponebatur in re paterna, ſecus autem in re aliena, vt loquimur nos, quod tene menti.

ADDITIO. An valeat pactum &c. Ad hoc vide Bar. & alios omnes in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. vbi etiā per eum quid in dubio. et quid ſi recipiatur ab eccleſia an veniant naturales tantum & Pe. de Ancha. Imo. & Panor. in c. potuit. de loca. Bald. in authen. ſi quas ruinas. in iij. colum. in prin. C. de ſacroſan. eccle. tetigit Magiſt. meus licet no. examinauerit in l. ij. col. clxxxiij. in verſi. tertio ſucceſsiue quærit. C. de iure emph.

1 *Dans ſeu tradens tenetur de euictione, non autem dimittens ſeu relaxans.*

131 Volo dare cautelam, vt ſcias conſulere
1 tuo clientulo. Si fiat tranſactio † inter tuum clientulum & alium, facias vt aliquis tranſigēdo det ſeu tradat res, quas dat ſeu tradit, vel quæ erant in controuerſia. Tuus autem clientulus dimittat ſeu relaxet, quia dans ſeu tradens tenetur de euictione, nō autem dimittens ſeu relaxās tex. eſt aureus & no. ſecundum communem intellectū in l. ſi pro fundo. C. de tranſa. & hanc cautelam tradit Bal. vaſallo tranſigenti ſuper feudum in c. imperialem. in prin. de prohi. feud. alie. per Fede. in vſib. feudo.

ADDITIO. Volo dare vnam cautellam &c. Adde gloſ. in l. ſiue apud acta in verbo pendēte. C. de tranſac. quam no. Bal. in l. j. in j col. C. de bo. ma. et vide Mag. meū poſt gloſ. in l. ſi pro fundo. hic alleg. colum. iiij. verſi. ſexto no.

1 *Donatio facta in vno inſtrumēto pluribus, ſi excedat quingentos ſolidos, diſiunctim intelligitur, & videntur eſſe tot donationes, quot ſunt perſonæ, & an reſpectu donantis dicatur vna donatio, vel plures reſpectu donatariorum, ad hoc vt euitetur inſinuatio?*

132 Facta eſt † donatio in eodem inſtrumen
1 to pluribus perſonis excedens quingentos ſolidos, quo caſu intelligitur diſiunctim l. reos.§.cum ita.ff.de duo.reis.& videntur eſſe tot donationes quot perſonæ l.ſcire debemus.ff.de verb.oblig. Conſiderabuntur ne perſonæ donatariæ, vt non requiratur alia inſinuatio,& dicantur plures, an autem ſola perſona donantis conſideretur,& requiratur inſinuatio? Dic ꝙ ſola perſona donãtis ratione vnitatis temporis, ne per indirectum concedatur, quod directo prohibetur ar.c.cum quid vna via.de regul.iur.lib.vj. iſta fuit ſingularis doctrina Ioan.Andreæ.in additio.Spec.ti.de dona.§.j.in additio.quæ incipit plus dicit Simon Vincentinus &c.

ADDITIO. Facta eſt donatio &c. Iſtud dictum fuit prius Ludo.Ro.in ſingul. dccxlj.incip.pone facta eſt donatio.

1 *Percipiens in præſenti fructus agri, præſumitur toto illo anno agrum poſſediſſe.*

133 Si probo percepiſſe † fructus alicuius
1 agri præſumitur ꝙ toto illo anno poſsiderim illum agrum, iſtud eſt ſingulare dictum Bal.in addi.Spe.in ti.de probatio.verſ.ſed quæro qualiter, quod eſt notandum propter præſumptiones.

1 *Fructus intelliguntur deductis expenſis. Et an ſi boues empti gratia culturæ perdantur, an talis impēſa de fructibus deducatur?*

134 Tu ſcis, ꝙ fructus † intelliguntur dedu
1 ctis expenſis l.fructus.ff.ſolu.matri.quid de bobus emptis gratia curandi terram, & ſeminandi eam,ſi perdantur, an tales impenſæ deducantur de fructibus? Dicite ꝙ non, iſtud eſt pulchrum dictum Baldi in l.ij.ad fin.C.de fruct.& lit.expen.quod eſt quotidianum in ruſticis.

ADDITIO. Tu ſcis &c. Ibi deductis intellige de iure ciuili non autem naturali,ſed ciuilis intellectus ſemper eſt ſententiæ accomodandus etiam ſi a naturali diſſonet,vt in l.litigator.C.de fruc.& lit.expen. & ibidem Bal.in fi.ad dictum Bal.hic alle. vide Bar.in d.l.litigator.in j.col.& in l.cum quæreretur.§.prædijs.de leg.iij.

1 *Titulus excuſat malæfidei poſſeſſorem a fructibus percipiendis, niſi cum de re minoris agitur.*

135 Tu ſcis ꝙ titulus † excuſat in malæfidei
1 poſſeſſore a fructibus percipiendis l.ſi fundum.C.de rei vendi.quod tamen ſingulariter limita,niſi poſſediſſes malafide rem minoris etiam cum titulo, quia tunc teneris etiam de percipiendis glo.eſt notabilis in l. patri.§.prędium,ff.de mino,quam forte nō reperies alibi.

1 *Clauſula motu proprio,non poteſt eſſe maioris importantiæ quam ſit.*
2 *Geminatio reſcripti ſuper eadem re habet vim clauſulæ motu proprio.*

136 Clauſula motu † proprio in principe nō
1 poſſet eſſe maioris importantiæ & vtilitatis,ꝙ̃ ſit,c.ſi motu proprio.de pręben.in vj.
2 adde † ꝙ ſi reſcriptum principis ſit geminatum, vt quia bis reſcripſit ſuper eodem facto,iſta geminatio eſt tantæ importantię,vt illi clauſulæ motu proprio æquipolleat, dictum eſt aureum Bal.& menti figendum in l.nec damnoſę.C.de preci.imper.offe.

ADDITIO. Clauſula motu &c. Adde ꝙ dictum Bal.hic alleg.ex tollit Lud.in l.ſi vero.in.§.de viro.in xxxj. fallen.ff.ſol. matri.Cardi. Alexan.in c.per tuas.in iiij.colum.de diuor. Alex.in l.iij.in princ.ff.quod quiſque iur.addens Ioan.And.& alios in c. porrecta.de confirmatio.vti.vel inuti.ꝙ geminata cōceſsio intelligitur ex certa ſcientia concedentis licet Moder.tenuerint contrarium in c.ſi quando. in penul.col.de reſcrip.ponderantes verbum ſolum poſitum in c.ſi motu proprio.de præbē.lib.vj.quod ſecundum Anto.Sicu.in tracta.ſuo de verbis geminatis in ſexto caſu intelligitur recipere interpretationē a iure per ea quæ no. in c.ſufficiat.xxvij.q.ij.& in c.nullā.xviij. q.ij.& ideo dixit Ludo.illum tex.limitari modo prædicto in d.§.de viro.fal.xxxj.

1 *Excuſsio dum fit contra fideiuſſorem ob paupertatem principalis, ſi ſuperueniant bona principali, an de nouo principalis ſit excutiendus?*

137 Feci legitime † excuſsionē contra prin
1 cipalem,poſtea pendente iudicio contra fideiuſſorem ſuperuenerunt bona ipſi principali,an de nouo cogar reddere.& excutere ipſum principalem? Videbatur dicendum ꝙ ſic, quia ceſſauis ratio paupertatis, ergo ea finita videbatur finiri effectus ſubſequta

ar.l.Titio Seio §.vſuras.ff.de leg.ij.In contrarium ſingulariter determinat Bal.ꝙ non teneatur facere nouam excuſsionẽ,ex quo legitime fuit inchoatum iudicium contra fideiuſſorem,& tertium poſſeſſorem l.perẽptoria.C.ſen.reſcin.nõ poſſ.bene facit tex. in l.in pupillo.ff.de ſolu.

1 *Donatio facta filiofamil. vel inter coniuges morte donantis confirmatur, niſi fiat propter benemerita, quia tũc debent probari.*

138 Donatio † ſimpliciter facta filiofam.vel
1 inter coniuges cõfirmatur morte donantis l.donationes quas parentes.C.de don.inter vir.& vxo.& l.ij.C.de inoffic.dona.tamen aduerte,quia ſi ſit facta propter benemerita ad hoc vt valeat donatio,debebunt plene probari benemerita,nec ſtaretur tali aſſertioni inter tales perſonas prohibitas, vt plene declarat Bar.in l.ſi forte.de caſt.pec. in l.tantum.ff.de proba.Tu dic ꝙ talis donatio non firmabitur morte,quia quod potui nolui &c.iſtud eſt ſingulare dictum Ange.in l.ſi donatione.C.de colla. poſt glo.& Ludo.Roma.non reperi alibi.Et ideo ſitis cauti ad fieri faciendum iſtas donationes, quia ſi non ſint benemerita non apponerentur talia verba, ne impediretur confirmatio poſt mortem.

ADDITIO. Donatio ſimpľr &c. Adde contra iſtud dictum Ang.tenent Rapha.Pau.& Alexan.in d.l.ſi donatione.hic alleg.quia ex quo donans poteſt reuocare & non reuocat,cenſetur per mortem donare per fictionem non autem præſumiť vnde reſultat ficta voluntas cõtra quam non admittitur probatio in contrarium, vt latius per eos,& Mag.meum ibidem. No.tamen ꝙ ſi aliquis donat alicui pro meritis, & eſt perſona cui etiam ſine illis donare poterat ſi inſtrumentum dicit de meritis probat.ſecus ſi merita de neceſsitate requirebantur ita Bar.in l.ſi forte.per illum tex.ff.de caſt. pec.Old. conſi.ccxxvj.quidam epiſcopus. iiij.col.etiam ſi ſuper meritis eſſet iuratum vt per Alex.egregie in d.l.ſi donatione cõtra Bal.ibi.

1 *Procurator ad exigendum, ſi mandatum ſuum per teſtes probet tamen debitor non tenetur ei ſoluere,niſi inſtrumentum mandati oſtendat.*

139 Si procurator † ad exigendum proba-
1 ret per teſtes ſuum mandatum, tamen debitor non cogeretur ſoluere tali procuratori, niſi oſtendat inſtrumentum de mandato, & ſi probaret per teſtes ꝙ habeat mandatum ad recipiendum ſolutionem.iſtud eſt aureũ dictum Bald. ſemper notandum in l.falſus. C.de furtis.

ADDITIO. Si procurator &c. Adde procura.ſimpliciter ad exigendum non poteſt recipere ſolutionem a debitore etiã volente,ut per Bar.in l.non ſolum.ff.ſoluto matri,vbi etiam Alex.& alij Bart.ſequitur Pe.de Ancha.in c.in noſtra.de iniur.

1 *Verbum conuenit licet in inſtrumento publico non importet ſtipulationem,ſed pactum nudum,tamen ſi reperiatur apud acta ſtipulationem importabit.*

140 Quanquam verbum † conuenit reper-
1 tum in inſtrumento publico non importet ſtipulationem,ſed pactum nudum ſecũdum Bar.& communem opin.in l.lecta eſt.ff.ſi cer.peta.tamen ſi tale verbum conuenit reperiatur apud acta tunc calore iudicij importabit ſtipulationem, iſtud eſt ſingulare dictum Bald.quod forte non reperies alibi in l.ſciendum.in ij.lectu.ff.de verbo.oblig. ar.l.cum oſtendimus.§.fi.ff.de fideiuſ.tuto.

ADDITIO. Quanquam &c.De iſto verbo conuenit facit regulam Magiſ.meus ꝙ ſi eſt poſitum in inſtrumento intelligitur per ſolennem ſtipulationem.et idem de uerbo promiſit.quam regulam limitat ſex notabilibus modis,et in ultima limitatione refert & ſequitur dictum Bal.hic alleg.in d.l. lecta.col.v.& vj.& de intellectu.l.cum oſtẽdimus.§.fi.ſe remittit ad Bar.& doct.in l.j. §.fi.ff.de verbo.obli.

1 *Executio inſtrumenti ſi poſt decennium peti non poſsit,qua cautela peti tamẽ poſsit?*
2 *Præſcriptio obſtat executioni nõ probationi.*

141 Statuto cauetur, ꝙ† poſt decenniũ non
1 poſsit peti executio inſtrumẽti. cautela eſt, vt agatur via ordinaria dando libellum vt lit.conteſta. ex ipſo contractu contento in inſtrumento,poſtea producatur inſtrumentum non per viam executionis,ſed per viã
2 probationis, quia † præſcriptio ſolum obſtat executioni non autem probationi ita inſtruit te Bald.in l.iij.cum l.ſeq.ff.de falſo tuto.autore.

1 *Paraphernaliũ bonorum attritorum, an ſo luto matrimonio æſtimatio ab vxore pe- ti poſsit?*

142 Si paraphernalia cõtrita † ſint ad vſum
1 communem mariti & vxoris prout cõmu- niter fit, quia vtuntur in ipſa domo, poſtea ſoluitur matrimonium, an mulier poſsit pe tere pretium & æſtimationem tempore il- lorum datorum? Dicite quod non, ſed talia qualia reperiuntur eſſe contrita, debent ei reſtitui, iſtud eſt notabile dictum Bald. per illum te x. in l. de his. C. de dona. inter virũ & vxo. & optime vltra eum probatur in l. plerunq;. in prin. ff. de iure do.

ADDITIO. Si paraphernalia &c. Ad hoc vide l. hac lege. in fi. C. de pact. con uen. quomodo etiam probetur bona eſſe cõ ſumpta, vide not. per Bart. in l. quo ad præ- ſens. C. de murileg. lib. xj. Quid autem econ tra ſi mulier conſumit res dotales æſtima- tas, an hoc ſit periculo vide in l. ſi æſtima- tis. & quod ibi Bald. Imo. ff. ſol. mat.

1 *Maritus ſi quid vxori relinquat donec illa caſte & honeſte vixerit, & vitam vidua- lem ſeruauerit, an ſi ingrediatur monaſte rium legatum debeatur?*

143 Maritus † reliquit vxorem ſuam domi
1 nam, maſſariam, & vſufructuariam, donec caſte & honeſte vixerit, & uitam vidualem ſeruauerit, ideſt quo ad ſteterit vidua, mu- lier ingreſſa eſt monaſterium, an pereat tale legatum? videbatur quod ſic, quia non am- plius eſt vidua, ſed monacha & habitum vi dualem depoſuit. In cõtrarium determinat Bald. ꝙ immo conſequitur legatum l. Deo nobis. C. de epiſco. & cleri. quia ita ſeruatur honor teſtatoris etiã plus in illo habitu mo nachali, quia teſtator ſolum intellexit, ne tranſiret ad ſecunda vota, non autem vide- tur prohibuiſſe, vt maritetur Deo, vt ibi. quod dictum forte non eſt alibi.

ADDITIO. Maritus reliquit vxo- rem &c. Vide Bal. in l. decreto. C. de infa. & dic ꝙ dictum hic alle. eſt in d. l. Deo nobis. in prin. col. iij. ver. vltra prædicta quæritur.

1 *Mandatum morte finitur, niſi ſit mandatũ dotandi, vel ſoluendi dotem puellæ, quod & ad omnem piam cauſam extenditur.*

144 Mandatum † regulariter finitur morte,
1 §. recte. inſtitu. man. vidiſti plene in l. eius qui in prouinciam. ff. ſi cer. pet. Pone ꝙ de- diſti mandatum procuratori de dotando, et ſoluendo dotem de tuo patrimonio alicui puellæ, an morte finiatur tale mandatum, vt poſt mortem poſsit procurator ſoluere & exequi dictum mandatum? Caſus eſt ſin gularis ꝙ ſic in l. ſi ego. §. j. ff. de iure do. quẽ tex. ad omnem piam cauſam extendit Bal. in l. manda tum. C. manda.

ADDITIO. Mandatum &c. Et ꝙ mandatum morte mandantis fauore dotis etiam re integra non finiatur. tenet expreſ- ſe Ludo. Roma. in l. ij. ff. ſolu. matri. alle. no. per Bal. in l. ſi ego. in. §. j. & in l. mandatum. hic alleg & vide quod not. Bal. in l. ſicut. C. de actio. & oblig. & in authẽ. ſi qua mulier. in vlti. col. C. de ſacroſan. eccle. faciunt quæ plene dicit Bal. Nouellus in ſuo tractatu de dote char. xj. & Ioan. Campeg. etiam in ſuo tractatu de dote. q. xc. & xcj. in j. par. & ad hoc vide etiam Bal. in l. j. in ij. col. in rep. C. de ſacroſan. eccleſ. & Barto. in d. l. ſi ego. i prin & in l. ij. §. fin. ff. de dona. & in l. ſi co- ſtante. in :x. q. j. q. principalis vbi etiam p. Magiſt. meum. ff. eo. ti.

1 *Mulier regulariter poteſt eſſe teſtis, præte quam in teſtamento, & in criminalibus de iure canonico.*

2 *Mulier in ſcriptura priuata etiam de iure ci uili teſtis eſſe non poteſt.*

145 Quanquam mulier † regulariter poſsit
1 eſſe teſtis l. ex eo. ff. de teſti. præterquam in teſtamento l. qui teſtamento. §. mulier. ff. de teſt. non tamen diſputo de iure ciuili & ca- nonico in criminalibus, quia de iure cano- nico non poteſt eſſe teſtis in criminalibus. c. forus. §. teſtes. de verbo. ſigni. ſecus de iu- re ciuili d. l. ex eo. Tamen in contractibus non eſt differentia, quin etiam poſsit eſſe te
2 ſtis. tamen fallit † in ſcriptura priuata, in qua mulier nõ poteſt eſſe teſtis, iſtud eſt ſin gulare dictum Bal. in l. ſcripturas. C. qui po tio. in pigno. habe.

ADDITIO. Quanquam &c. Adde ꝙ dictum Bal. videtur probari in illo tex. l. ſcripturis. in fi. in verbo virorum. ſecus ta- mẽ videtur in alia ſcriptura priuata, in qua non contenditur de potioribus in pignore vel hypotheca ſecundum Alex. in apoſt. ad Bal. in d. l. ſcripturas. licet Bal. loquatur in ſcriptura priuata conteſſata etiam ſine ſub- ſcriptione teſtium, pro cuius dicto facit l. j.

& quod ibi Bar.in ſi.ff.de legib.in contrarium facit gl.no.in cle.j.de reſcrip.& quod dixit Alex.poſt Bar.in l.j.ff.de verb.ſig.

s *Dotis priuilegia ſunt multa, & an condictio quae datur pro paraphernalibus ad cõdicendum pretium, quando mulieri debetur, priuilegia dotis habeat?*

146 Tu ſcis ꝙ enumerantur † centum pri-
1 uilegia & vltra, quae dantur in fauorem dotis in l.j.ff.ſol.ma. An condictio quae datur pro paraphernalibus ad condicendum pretium paraphernalium, quando pretium debetur mulieri, ſit priuilegiata & habeat priuilegia ipſius dotis? Dicite ꝙ non, gloſ.eſt ſingularis & aurea in l.ſi ego.§.dot.ff.de iure dotium.

s *Reficere qui ex pacto rem tenetur, ſi eam refecerit, & poſtea diruta fuerit, an iterum ad eam reficiendam teneatur?*

147 Decidi ſemel pulchram quaeſtionem,
1 quidam conduxerat molendinum † cũ pacto, ꝙ teneatur refectare, quia erat deſtructum. refectauit conductum, & poſtea caſu fuit diruptum. an etiã de nouo teneatur refectare ipſe conductor? Dicite ꝙ non, quia intelligitur de prima refectione l.boues.§.hoc ſermone.ff.de verbo.ſig.& poſtea reperi Bald.in terminis decidentem hanc quaeſtionem in l.licet.C.loca.& alleg.tex.in l.fideicommiſſa.§.ſi quis decem.ff.de leg.iij.qui tex.optime probat. Idem cõcludit Bal.ꝙ niſi locator reaptet remittetur penſio cõductori l.ſi merces.§.vis maior.ff.loca.

ADDITIO. Decidi ſemel &c.vide Bart.in l.cotem.§.qui maximos.in vij.q.ff.de publi.melius per Io.And.quem omnino vide in addi.Spe.in ti.de loca.§.poſtquam.in addi.magna.& vide Mag.meum in repeti.l.quo minus.char.xj.col.j.ver.quid autẽ ſi aliquis.ff.de flumi.

s *Arbiter & arbitrator qui eſt ex compromiſſo, ſi pronunciet laudum, in dubio an vt arbitrator pronuntiaſſe dicatur?*

148 Commiſſa eſt queſtio Titio tanquam in arbitrum & arbitratorem ipſe Titius pronuntiauit dicendo, ego Titius arbiter et ar-
1 bitrator ita pronuntio &c.an in † dubio vt arbiter an vt arbitrator videatur pronuntiaſſe maximae eſt importantiae? Dic ꝙ tanquam arbitrator pronuntiaſſe videtur, ita ſingulariter dicit Bal. in l.non codicillum.C.de teſta.ꝙ tene menti perpetuo.

ADDITIO. Commiſſa eſt qõ &c. Adde ꝙ melius & cautius videtur ſenſiſſe Bar.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio, vbi dicit ꝙ ad cognoſcendum vtrum quis proceſſerit vel iudicauerit, vt arbiter, vel vt arbitrator ꝙ inſpicienda eſt forma procedendi, ad quam reſpectus haberi debet. Si enim ſeruauit formalia vel ſubſtantialia iudicij, vt quia fecit libellum produci litem conteſtari & ſimilia, & tunc videtur elegiſſe viam arbitri. & per hoc non poterit ab eius ſententia appellari, nec reductio peti. & quod vltra eſt non poterit poſtea ad viam arbitratoris redire, ut determinat Spe.in ti.de arbi.§.differt.verſi.quid ſi compromiſſum, & eodem modo Bart.vbi ſupra quos refert & ſequitur practicus Pa.in forma lib.quo agitur ad poenam ex compromiſſo in glo.in ver.terminandi de iure.in ij.col.ver.vlterius quaeritur.

s *Bannitus vel deportatus poteſt agere ex contractibus iuriſgentium. Et an eo mortuo, quod poſt bannum acquiſiuit fiſco deferatur, vel venientibus ab inteſtato?*

139 Deportati † & illi banniti, qui aequipa-
1 rantur deportatis poſt bannum poſſunt agere ex contractibus iuriſgen.& erit propriũ eorum, quod acquiſierint, nec auferetur a fiſco per tex.in l.ſi tibi mandauero.§.is cuius.ff.mand. Sed illo mortuo quid fiet de illis bonis, an veniet fiſcus vel venientes ab inteſtato? Dic ꝙ eo mortuo tanquam vacãtia occupabit fiſcus bona poſt bannum acquiſita, ita ſingulariter dicit Bal.in l.eius q.§.j.ff.de teſtamen.

s *Conſuetudo etiam iniuſta excuſat a poena temporali.*

150 Mos puerorum † Bononiae eſt, quod lu-
1 dũt ad lapides prout eſt etiam Peruſij. vnus interficit alium cum lapide, an debeat puniri poena mortis? Pe.de Ancha.in c.cum venerabilis. de conſuetu.dicit ſe alias euaſiſſe vnum puerum Bononię a poena mortis per glo.in d.c.cum venerabilis, quae dicit, ꝙ cõſuetudo etiam iniuſta excuſat a poena tem

porali &c.& eſt alia glo.valde notabilis in c.ſane.de tempo.ordi.tu vide gl.& quæ ibi ponuntur remiſſiue,l. ex conſenſu.§.final. ff.de appellatio.

ADDITIO. Mos puerorum &c. Ad hoc vide Ludo.Roma.ſingul.xix.incip.an conſuetudo reprobata,& plenas remiſſiones quas ibi dedi.

1 *Capitaneus ſprèto mandato principis cum hoſtibus præliãs capite punitur,niſi ex aliqua noua cauſa ſuperueniente, prælium commiſſerit.*

151 Mandatum fuit † factum a principe pu
1 ta capitaneo armorum,quod non prælietur cum hoſtibus,iſte Capitaneus ſpreto mandato præliatus eſt,& tamen res bene ſucceſſit,puta,quia rupit hoſtes, an debeat aliqua pœna plecti? Dic quod plectetur pœna mortis,vel capitis,etiam ſi res bene ſucceſſit,caſus eſt multum ſingularis & notabilis in l. iij.§.in bello.ff.de re mili.& ita fecit alias Dominatio Venetorum cuidam capitaneo. Sed tu aduerte,quia ego limitarem,niſi ex aliqua noua cauſa ſuperueniente vel etiam veteri,quæ cauſa latebat principẽ, talis capitaneus cõtrauenerit mãdato allego tex. ſingul.in l.hominem.ad fi.ff.mand.vbi optime probatur ex illo text.hoc,quod perpetuo tene menti.

1 *Probatio per teſtes in aliquo caſu prohibita, ſi tamen fiat,& non opponatur, valet.*

152 Statuto † ciuitatis cauetur,quod de tali mu
1 tuo,vel ſolutione non poſſit fieri probatio niſi per inſtrumentum, Pone probaui per teſtes,& pars non contradixit,nec etiam iudex, an valebit probatio? Dic quod ſic, Bal. ſingulariter in l.certi condictio.§.quoniam.ff.ſi cer.peta.

ADDITIO. Statuto ciuitatis &c. Adde quod iſtud dictum ponitur no.xliij.incip. Si ſtatuto cauetur.vide quæ ibi dixi.

1 *Debitor & creditor ſi in fine inſtrumenti iurent,in eo contenta eſſe vera,an infra biennium poſſit opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ?*

153 Volo dare nouam † cautelam forte in-
1 auditam,Mutuaui tibi cẽtum, et in fine inſtrumenti ad omnem litem decidendam. dicitur,quod detuliſti mihi iuramẽtum an vera eſſent contenta in inſtrumento, & iurauit creditor,quod ſic,prout audiuiſti formã Bart.in l.ij.vbi dixi.ff.de iureiuran.an iſto caſu tu debitor poteris opponere exceptionem non numeratæ pecuniæ infra bienniũ? Tu diceres quod ſic, quia iuramentum regulatur ſecundum naturam principalis cõtractus l.fi.C.de non nume.pecu.In contrarium dic quod nulla poterit opponi exceptio etiam non numeratæ pecuniæ,ita ſing. dicit Bal.in repe.d.l.ij.ff.de iureiurã.quanquam non ponat exemplum non numeratæ pecuniæ, vbi dicit non ſolum inſtrumẽtum habebit executionem paratam,ſed etiã nullo caſu poterit infirmari tale inſtrumẽtum, tanquam ſit decisa res iureiurando, quo caſu amplius non quæritur,vt l.non erit.§.dato.ff.de iureiuran. Sed ſi iuramentum fuiſſet mihi delatum ex interuallo ſuper dicta exceptione nõ numeratæ pecuniæ amplius non quæritur vt d.§.ergo, cum contractus valeat quando apponitur in fine inſtrumenti vt vidiſti,in d.l.ij.nõ poterit amplius opponi dicta exceptio, ita declarat Bald vbi ſupra.Non obſtat tex.in d.l.fi.C.de non numeratæ pecu. quia loquitur de iuramento aſſertorio & confirmatorio contractus.nos loquimur de deciſorio,& ita non obſtat.quod no.quia eſt nouum, & ab alijs non dictum, quod reporta ad l.ſi ex cautione,C.de non numera.pecu.

1 *Exceptio,dolo petis, quod ſtatim reſtiturus es,an poſſit opponi quando reſtitutio ablatorum ex pacto inter duas communitates inito facienda eſt?*

154 Facta eſt pax inter † duos principes ſeu
1 communitates habentes ſeu obtinentes locum principis, facta fuit capitula vt reſtituantur ablata particularibus ciuibus, an iſtis reſtitutionibus quæ debent fieri vigore iſtorum capitulorum, opponi poſſit de regula,doli petis quod ſtatim reſtituturus es &c? Breuiter dicas quod poterit opponi, iſtud eſt ſing.verbum Bal.& aureum & menti tenẽdum in c.j.§.poſſeſſores, de pace conſtan. in vſibus feud.

1 *Statuto diſponente, quòd mortua vxore vir lucretur dimidiam dotis, an ſi imperator concedat mulieri, vt poſſit libere teſtari,*

an teneatur dictam dimidiam viro relinquere necne?

155 Statuto cauetur † quod mortua vxore
1 maritus lucretur dimidium dotis, quæ ſtatuta ſunt multum honeſta propter onera infinita, quæ ſubſtinet maritus, quo caſu valet ſtatutum. c. Raynutius. de teſta. Quid ſi imperator conceſſerit mulieri, ut poſsit libere cõdere teſtamentum, an tũc videatur reducta mulier ad ius commune, vel tenebitur ſeruare ius municipale, vt dimidiam relinquere teneatur? Dic ꝙ deberet ſeruare ius municipale, quia intelligitur quod poſsit libere teſtari, ſalua tamen portione ſtatuti. iſtud eſt ſing. dictum Bald. in l. ſi quando, in prin. C. de inoff. teſtam. quod no. perpetuo quia poſſet ſæpe venire in facto. ego credo ꝙ ſit in l. ſi nundum. C. de fur.

1 *Socius non poteſt ab alio ſocio exigi niſi inquantum facere poteſt. Et quid de colono partiario a domino conuento?*

156 Tu ſcis † ꝙ ſocius habet priuilegium,
1 vt nõ exigatur ab alio ſocio vltra quam facere poſsit, vt l. ſunt qui in id quod. ff. de re iudi. cum ſimi. Quid de colono partiario cõuento a domino? Dic ꝙ cum ipſe dicat ſocius domini, non poterit ab eo exigi vltra ꝙ̃ facere poſsit, ideſt deductione egeat. iſtud eſt ſingulare verbum Rapha. Fulgo. quod nunquã reperi alibi in l. ſi merces. §. vis maior. per illum tex. ff. loca.

1 *Præſumptio iuris, & de iure non admittit probationem in contrarium, niſi per confeſsionem partis, & an reus poſsit iuramẽto cogi ad confitendum?*

157 Contra præſumptionem † iuris, & de
1 iure non admittitur probatio in contrariũ, niſi per confeſsionem partis, vt eſt gl. no. in authen. de æqua. do. §. illud. & Cy. & Bal. in authẽ. ſed iam neceſſe. C. de dona. ante nup. An poteſtas poterit cogere reum iureiurando ad confitendum, puta ſi velis facere, poſſis ne aſtringere reum iuramento? Breuiter dicas quod non poteris cogere. iſtud eſt aureum dictum Bald. in repe. l. ij. in xviij. col. ff. de iureiurando allegat text. quem dicit eſſe ſing. in l. in cõtractibus. §. illo videlicet. C. de nõ nu. pe. qđ eſt aureis lr̃is ſcribendũ.

1 *Venditor cauens ſe velle teneri tantum de facto & dicto ſuo, tenetur etiam de facto ſui autoris vniuerſalis, non particularis.*

158 Vnus ſocius † noſter dedit mihi mate-
1 riam cogitãdi & limitãdi pulchre illud ſingulare, qđ ſupra dixi, videlicet Bar. in d. l. ſi ſeruus. ff. de condi. fur. vbi dixit, quod quando venditor dicit ſe tantum velle teneri de ſuo dicto & facto, quod tamen tenetur ex perſona ſui autoris. de quo dicto exclamat Ludo. Roma. in l. ſtipulatio iſta. ff. de verb. oblig. tamen intelligatis Bar. & limitetis in autore vniuerſali, quia ſi autor meus fuiſſet particularis, ita quod ipſe mihi vendidiſſet, poſtea ego tibi vẽdidi, & dixi me velle teneri ex meo dicto & facto, & ſine taxatiua tantum, tamen non tenebor ſi euincatur ex facto autoris mei, puta, quia ipſe fuiſſet qui alienaſſet vel ſeruitutẽ impoſuiſſet. iſta eſt glo. ſing. a nemine relata ad illum tex. in l. ſi cum fundum. ff. de verb. ſig.

ADDITIO. Vnus ſocius &c. Iſtud dictum ponitur ſupra no. xxxj. incip. ſæpe iſtud quotidie.

1 *Redhibitoria redhibetur res vendita vitioſa, & quid de re permutata?*

159 Si res vendita ſit † vitioſa poteſt per re-
1 dhibitoriam redhiberi, vt in toto libro de redhibitoria. Sed quæro an illud quod dicitͬ in venditione, habeat locum in permutatione, quaſi ſi res permutata ſit vitioſa an poſſit redhiberi? Breuiter dicite ꝙ habebit locum in permutatione tex. eſt forte ſingularis in l. ſciendum. la prima. §. deinde. verſi. emptor. ff. de edi. edic.

1 *actione quanto minoris propoſita, an iudex poſsit redhibitoria condemnare?*

2 *Actio quanto minoris ſex menſibus expirat, & quid de redhibitoria?*

160 Egi quanto † minoris contra te, modo
1 res erat quaſi inutilis, adeo ꝙ pro nihilo emiſſem, an poterit iudex te cõdemnare in redhibitoria? Quilibet diceret quod non, quia ſententia iudicis debet eſſe conformis libello. l. vt fundus. ff. commu. diuid. c. licet hely. de ſimo. In contrarium eſt caſus ſing. in l. boues. §. aliquando. ff. de edil. edi. quod tamen ſingulariter limitat Ang. ibi ſi modo

egi quanto minoris infra menſes ſex, & ſic
2 nunc habebit aliud ſingulare, vbi † quanto minoris expirat ſex menſibus contra l. j. & ij. C. de edili. ac. Sed iſtud non eſt mirabile, quia ex quo iudex omittit illam quanto minoris, & amplectitur redhibitoriam, tunc redhibitoria ſolum durat ſex menſibus, vt in iuribus ſupra alleg.

1 *Libellus contra inhabitantes domos alienas quomodo formari debeat?*

161 Volo docere ad formandum libellum cõtra ſingulariter inhabitantes domos alie
1 nas, quia debes † agere condictione ſine cauſa contra inhabitantem ad tantam penſionem, quantam cõducturus fuiſſet ipſe inhabitans, non autem quanti locaturus fuiſſes, quia tunc ſuccumberes, ita ſingulariter dicit Bar. in l. ſumma. §. in frumento. ff. de condi. indeb. quod dictum poteſt optima ratione defendi, quia condictio ſine cauſa datur in eo, in quo es factus locupletior, l. ſi [illegible]m ſeruum. ff. ſi certum peta, ſolum es factus locupletior in tantum, quanti conducturus fuiſſet, quia tantum tibi abeſſet, non quanti locaturus fuiſſes, quia plus forte locaſſes alteri, quod dictum eſt aureum.

ADDITIO. Volo docere &c. Adde ꝙ Bal. in §. in frumento. hic alle. no. in propoſito, ꝙ qui habitat domum alienam tantum videtur de fructu percipere, quantum eſſet daturus pro perceptione, & vide omnino doctorem meum ibi, qui in hac materia diſtinguit per tres caſus, & addit multa memoratu digna in prima & ſecunda col. Et adde ꝙ pro dicto Bar. conſuluit Alexã. conſil. ccccccj. ſecundum vnicum numerum incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis coram arbitris, licet aliter tenuerit Cyn. in l. excepto. C. locat. vbi tenet per illum tex. ꝙ imo habitator teneatur præſtare penſionem ſolitam præſtari, ſed forte iſte tex. ſecundum doctorem meum vbi ſupra poſſet intelligi ſecundum illum.

1 *Pater naturalis filium in teſtamento, vel in alio inſtrumento nominans, ſine alia expreſſione naturalitatis, videtur filium legitimare propter præſumptum matrimoniũ inter amaſiam, & amaſium, & quid ecõtra in matre naturali filium nominante?*

162 Si pater naturalis † filium in teſtamen-
1 to, vel etiam in quolibet alio inſtrumẽto nominat ſine alia expreſſione naturalitatis, videtur filiũ legitimare propter matrimoniũ præſumptũ inter amaſiũ et amaſiam auth. ſi quis. C. de naturali. libe. Sed pulchra dubitatio eſt, quid econtra, an mater naturalis ita nominans filium ſimpliciter, dicatur filius legitimatus? dic ꝙ non, quia tunc ceſſat ratio præſumpti matrimonij, cum non ita de facili præſumatur amaſium conſentire, ſicut econtra, dictum eſt ſing. Ang. in d. authen. item ſi quis.

1 *Minor iurans ſe maiorem, & contrahens ſine conſenſu propinquorum prout ex ſtatuto tenebatur, an poſſit non obſtante iuramento dicere contractum nullum?*
2 *Intellectus l. ſi alterius C. ſi minor ſe maior dixe.*

163 Statuto cauetur, ꝙ † mulier, vel minor
1 ſine conſenſu duorum propinquorum non poſſit contrahere, quid ſi minor ſe maiorẽ iurauerit, & ſic contraxerit ſine conſenſu propinquorum, an non obſtante tali iuramento poterit dicere contractum nullum? Quilibet diceret ꝙ non per tex. in l. ſi alterius, C. ſi minor ſe maio. dixe. vbi minor iurans ſe eſſe maiorem, quia mentitus eſt, nõ poteſt venire contra illum contractum. In contrariũ ſimpliciter determinat Ioã. And. in addi. Spe. ti. de ſen. §. vt autẽ. in addi. quę incipit, & hæc etiam videlicet quod poſſit dicere contractum nullum non ſeruata ſolennitate iuramẽti, de quo dicto exclamat Ludo. Ro. in conſilijs ſuis conſil. xij. & reſpõdet vterque eorum ad l. ſi alterius, quia
2 loquitur † quãdo minor vult venire per beneficium reſtitutionis in integrũ, a qua excluditur per iuramentum mendacij, ſecus ſi veniant per viam nullitatis, quæ limitatio eſt aurea & menti tenẽda, & a nemine animaduerſa, in præalleg. l. ſi alterius.

1 *Excuſſio principalis eſt neceſſaria antequam ad tertium poſſeſſorem perueniatur, & quid ſi vni ex hæredibus obligati ſit adiudicatus fundus mihi hypothecatus, ſi illũ conueniam, an poſſit opponere exceptionem excuſſionis.*

164 Tu ſcis ꝙ antequam perueniatur ad

hypothecariam contra tertium poſſeſſorē,
1 neceſſaria eſt† excuſsio in perſona contra principales debitores authen. hoc ſi debitor.C.de pigno.& in corpore vnde ſumit. Pone nunc talem caſum. Habebam defunctum obligatum ad centum, pro quibus hypothecauit mihi fundū, poſtea reliquit tres hęredes, vni fuit adiudicatus totus fundus, ago contra ipſum hypothecaria ad auocandum fundum, an poterit opponere de excuſsione fienda contra hæredes obligatos perſonali actione? Quilibet diceret ꝙ ſic, per authen. hoc ſi debitor. In contrariū eſt caſus ſingu.& ibi glo.& Bar.in l.mulier.ff. qui potio.in pigno.haben. qui tex. etiā hodie procederet, de quo exclamat Lud. Ro. in conſi.ſuo.cccclix.

16 iudex † ex mero officio etiam parte non opponente poteſt cogere actorem vt libellum ſuum obſcurum declaret: ita dicūt Bal. & Saly. & Iaſ. in l. iij. C. de tranſactio. Limi
17 ta etiam procedere † in cauſis ciuilibus, ſecus in cauſis criminalibus, vbi libellus generalis & obſcurus etiam parte non opponente eſt ipſo iure nullus, vt per Papienſes in l. j. col. in j. colum. vbi iſtud limitant. ff. de eden. & valde nota prædicta, quia nō inuenies alibi ita declarata.

1 *Legatum reuocatur propter inimicitias capitales, vel grauiſsimas ſuperueniētes inter teſtatorem, & legatarium, etiā ſi poſt tale legatum reuocatum fecerit codicillos, in quibus dictum legatum non reuocauerit: hoc tamen limitatur, vt ibi.*

2 *Legatarius ignoranter incidens in inimicitiam cum teſtatore, legato non priuatur.*

3 *Vaſallus concūbens cum vxore domini ſui ignoranter, feudo non priuatur.*

4 *Legatarius an priuetur legato ob inimicitias ſubſequentes, ſi proceſſerunt culpa teſtatoris?*

5 *Legatum an & quando ob inimicitias ſuperuenientes cenſeatur reuocatum?*

6 *Legatarius ſi occiderit teſtatorem vilem cū eius vxore concumbentem legato non priuatur.*

7 *Donatio cauſa mortis an cenſeatur tacite reuocata propter ſuperuenientem inimicitiam, ſicut legatum?*

8 *Donatio inter virum & vxorem reuocatur per tacitam pœnitentiam.*

9 *Donatio cauſa mortis an inducatur ſi expreſſe mortis mentio facta non fuerit, ad hoc vt reuocari poſsit?*

10 *Donatio cauſa mortis quando videatur reuocata, & quando non?*

5 Regula eſt quod legatum reuocatur pro-
1 pter † inimicitias capitales vel grauiſsimas ſuperuenientes inter teſtatorem, & legatarium l. iij. §. ſi. ff. de adimen. lega. quod amplia procedere etiam ſi teſtator poſt tale legatum reuocatum fecerit codicillos, in quibus non reuocauit legatum factum illi, ꝓut poterat ſi volebat: & per hanc prȩſumptionem nō deſinit eſſe reuocatum legatum, cū videretur dicendum ꝙ ſic, per reg. l. diuus. ff. de i integ. reſti. quia vna præſumptio tollit aliam, ſicut quando per reconciliationē reintegratur legatum, eodem modo eſſet dicēdum in caſu noſtro, tamē (vt dixi) in cōtrarium no. Bar. in l. filia. §. Seio. per tex. ſolennem. ff. de adi. leg. quod bene no. qa multi dicerent contrarium. Iſtam ampliationē ego limitarem quādo in codicillis teſtator reuocaret expreſſe aliqua ex legatis iā tacite reuocatis propter inimicitias, & aliqua non, quia tunc illa quæ expreſſe non reuocauit, dicerem quod deberentur, ex quo. n. reuocauit quædam, & quædam non, videtur expreſſe apparere de mente ſua, quod non vult reuocare illa, quæ expreſſe nō reuocauit argu. l. cum prætor. ff. de iudi. & c. nonne. de præſump. facit tex. in l. cum hic ſtatus. §. qui quaſdam. ff. de dona. inter vir. Intelligerem tamen dictam limitationē nō procedere quando tale legatum ſemel reuocatum fuiſſet factum ex pluribus corporibus exiſtentibus: quia tunc ſi ibi reuocaret quod eſſet principale extingueretur in totum legatum, alias ſecus per tex. in l. peculium. §. quadrigȩ. & ibi no. Bar. ff. de leg. ij.
2 Prædictam tamen † regulam nouiter limitarem non procedere quādo legatarius ignoranter incidiſſet in inimicitiā cum teſtatore: quia tunc nō priuaretur legato, arg. eorum quæ no. glo. & Bal. in ſimili in c. j. qui. mo. feu. amit. vbi habeī ꝙ ſi quis inſultat dominum quem neſcit eſſe dominum ſuum non perdit feudū niſi eſſet ignorantia craſſa & ſupina, quia paria ſunt ſcire vel ſcire debere l. quod te. ff. ſi cer. pe. & idem dicūt

3 ibi glo.ff.ſi concubuit † cum vxore domini
ſui neſciens eam vxorem, ſequitur Alex.in
appo.ad Bar. in l.item apud §.ſi quis virgi
nes.ff.de iniur. Cogita.tamen adde ꝙ Bar.
in l.cum tabulis.§.j.ff.de his quæ. vt indig.
ſingulariter limitat dictam reg.non proce-
4 dere quando † inimicitię proceſsiſſent cul-
pa teſtatoris per illum.§.j.quem Bar. ibi re
putat menti tenendum. Iaſon vero in l.ſi fi-
liam tuam.in prin.C.de inoffi.te. reprobat
illam limitationẽ & bene iudicio meo. pro
quo facit vltra ipſum l. ſi inimicitiæ. ff. de
his qui.vt indig.vbi dicitur ꝙ legatum re-
uocatur ſi legatarius palam & aperte male
dixerit teſtatori, ergo a contrario ſenſu, ſi
bene dixerit non reuocat̃,tunc ſic in d.l.cũ
tabulis.§.j.bene dixit non patiendo ſe eſſe
concubinam patroni,nimirum ſi non reuo
catur & ſic illa lex ſuper qua ſe fundat
Bar.nihil facit,quia non eſt diſtinguendum
ex qua parte inimicitia ſit cauſata,ita in ſi-
mili dicit glo. no.in l.athletę §.dat remiſ-
ſionem in ver.inimicitia.& ibi no.Bal.quũ
dicit non eſſe alibi.ff.de excu.tut. Tamẽ ſi
5 vellemus tenere † opinio.Bar.ex ſuis dictis
poſſet inferri, ꝙ ſi poſt teſtamentum teſta-
tor feciſſet inſultum legatario ſine illius cul
pa,forte quia habebat rem cum vxore ip-
ſius legatarij, propter hoc non cenſeretur
6 † reuocatum legatũ.quod forte procederet
&t ſi legatarius ipſum teſtatorem inſultantẽ
pro neceſſaria ſui defenſione interfeciſſet.
vel ſi ipſum teſtatorem vilem perſonã cũ
vxore repertum interficiat per tex.no.d.§.
j.l.cum tabulis.Sed quæro nũquid donatio
7 † cauſa mortis cenſeat̃ tacite reuocata pro-
pter ſuperuenientem inimicitiam ſicut le-
gatum? Videtur ꝙ non per glo.in l.cum ma
ritus.§.ſi.ff.de pac.dota.& in l.ij.C. de iur.
do.vbi glo.ſoluendo quoddam contrarium
dixit quod licet ibi ſit donatio cauſa mor-
tis,& poſsit reuocari ad libitum donantis
& in eius abſentiam: tamen requiritur ꝙ
fiat per modum expreſſum & non tacitum.
puta ſi alteri donet, vel legat quis rem mihi
prius donatã cauſa mortis, quæ opinio eſt
multum no.& vtilis in practica. & pro ea
videtur tex.in terminis non violando lite-
ram in l.vxori ſuę.ff.de dona. inter vir.&
vxo.& ſic patet ꝙ non cenſeatur reuocata
propter ſuperuenientem inimicitiam ſicut
legatum:vt ſupra dictum eſt. Quod intelli-
gerem niſi ſequatur indignitas quæ habet̃
in l.ſi ab hoſtibus.§.ſin.ff.ſolu.ma.Nec ob-
8 ſtat ſi diceres donatio † inter virum & vxo
rem,quæ morte confirmatur, reuocat̃ per
tacitam pœnitentiam alter, legando vel do
nando l. cum hic ſtatus..§.ſi maritus. &.§.
qui quaſdam.ff.de do.inter virum & vxo.
nam ad hoc reſpondeo quia illa eſt magis
debilis a ſui initio nimirum ſi per tacitam
pœnitentiam reuocatur: quod ſecus eſt in
caſu noſtro: Et nota valde prędicta. quia ſi
vera eſſent limitarent totum titulum de
do. cauſa mortis, & reſultaret, differentia
vltra alias per doct. tradítas in l.ij.ff.de le.
j.& per Papienſes in l.non omnis per totũ.
ff.ſi cer.pe.Alias, ſi tibi diſpliceret iſta opi.
oporteret dicere, ꝙ non eſſet vera opi.in l.
quę dotis.ff ſolu.ma.quam communiter te-
9 nent docto. vt non † ſufficiat habitam eſſe
mentionem mortis expreſſe vel tacite: niſi
expreſſe hoc dicatur, q̃d donet cauſa mor-
tis,ad hoc vt talis donatio reuocari poſsit
per tex l. Seia.§.fin.ff.de dona.cauſa mor-
tis.cum contrariorum eadem debet eſſe di-
ſciplina quando eſt eadem ratio. Sed tamẽ
non vr̃ quod ſit vera iſta opinio quia præ-
terquam quo ad ordinationẽ donatio cau-
ſa mortis, ęquiparatur legato.vt no. docto.
in d.l.ij.de leg.j.ſed legatum reuocat̃, ergo
donatio cauſa mortis, nec valet reſponſio
quod donatio inter virum & vxo.debilior
ſit in ſui initio, quia nos non tractamus de
initio donationis,ſed tantum de reuocatio-
ne,& quantum ad hoc eiuſdem ſunt poten
tiæ, quia ſicut vna reuocatur nuda & ſim-
plici voluntate, ita & alia. & ſic prædicta
opinio redditur dubia, quãuis ad d.l.vxo-
ri ſuę non poſſet commode reſponderi.Di-
10 ſtinguerem tamen ſic † aut donatio cauſa
mortis,incœpit a traditione,& tunc non in
telligatur reuocata:niſi reuocetur expreſſe
quia patiendo rem eſſe apud donatarium
non vr̃ habere animum reuocandi Aut in-
cœpit a promiſsione & tunc cenſeantur re
uocata.Sed nunquid erit adhibenda diſtin
ctio de qua ſupra an inimicitię ſuperuene-
rint ex culpa donatarij vel donantis ſicut
in legato? Cogita,& tene menti omnia præ
dicta,quia alibi non inuenies.

1 *Debitor ſi promittat ſoluere in quocunque loco placuerit creditori, an intelligatur arbitrio boni viri?*

2 *Verbum, volo, eſt abſolutæ voluntatis.*

3 *Promittens aliquid ſi illud conferat in volũtatem illius, cuius intereſt, licet id fiat per verbum volo, tamen ſemper intelligitur de arbitrio boni viri.*

4 *Intellectus l. cum quidam. ff. de lega. ij. & numero 5.*

5 *Verbum placuerit, quando importet arbitrium boni viri, & quando liberam, & abſolutam voluntatem?*

6 *Intellectus l. in his. §. ſororem. ff. de fideicõ. liberta.*

7 *Verbum, libuerit, importat liberam voluntatem.*

6 Notant doct. in l. ſi conuenerit. ff. de iu-
1 riſdi. quod ſi debitor† promittat ſoluere in quocunque loco placuerit creditori, quod iſtud pactum nihil releuat: quia verbũ placuerit non eſt abſolutę voluntatis, ſed intelligitur arbitrio boni viri l. in his. §. ſororẽ. ff. de fideicom. liber. doct. in l. ſi ſic. ff. de leg. j. licet contrarium teneant ibi nõnulli doc. Tandem Moder. ibi diſtinguunt aut in pacto eſt appoſitum verbum importans arbitrium boni viri vt eſt verbum placuit, & tũc procedit quod dictum eſt. Aut eſt appoſitum verbum importans liberam & abſolutam voluntatem, vt eſt verbum voluerit, & tunc procedit contraria opin. quod imo creditor poterit conuenire debitorem vbi-
2 cunque voluerit. quod verbum† voluerit ſit abſolutæ voluntatis probatur in l. cum quidam. ff. de leg. ij. Bar. & alij in l. ſi ſic. ff. de leg. j. & iſtam diſt. approbãt omnes. Sed recolo quod alias reprobaui hanc diſtin. in ij. membro, & multum placuit præceptori meo per doctrinam no. & menti & tenendam Alex. in l. j. in viij. col. ff. ſolu. ma, & in l. ij. §. fi. in ij. col. eo. ti. & in l. poſtulante. in iiij. col. ff. ad Treb. ſequitur Soci. in l ſi quis arbitratu. in j. colum. ff. de verbo. oblĩ. Are. conſi. xiiij. in viij. col. in fin. in quibus locis
3 dicunt, ꝙ vbi quis† promittit quod confert in voluntatem alterius, ad quem pertinet intereſſe, licet per verbum volo, tamẽ ſemper intelligitur de arbitrio boni viri, ſi promittens tractat de damno vitando, allegant glo. no. in l. pen. ff. de arbi. & idem dicunt eſſe de mente Bar. in l. fi. ad fin. ff. de præto. ſtipu. dum allegat l. creditor. §. Lucius. ff. man. & ad l. cum quidam. de leg. ij. reſpon-
4 dẽt† quod ibi non tractatur de damno vitando, ſed de lucro captãdo prout ibi aperte patet, quod Alex. dicit eſſe menti tenendum. quia quãtum ad hunc paſſum hoc declaratum non reperit. ita dicebam in caſu noſtro, quod licet promiſſio fiat per verbũ voluerit importans liberam voluntatem: tamen quia tractatur de intereſſe & de dãno vitando ipſius debitoris promittentis, quia magis ibi expedit ſoluere & conueniri in vno loco, ꝙ̃ in alio, intelligitur facta promiſſio arbitrio boni viri. Et ideo nouiter etiam inferebam ex prædicta doctrina
5 ꝙ licet verbum† placuerit importet arbitrium boni viri, hoc ideo eſt, quia tractatur de intereſſe, vt patet in d. §. ſororẽ. qa prius ſeruus antequam conſequatur libertatẽ debebat reddere rationem. Sed quando non tractaretur de intereſſe nec de damno vitãdo, tunc dico quod importat liberã & abſolutam voluntatem l. fideicommiſſaria libertas la ij. in ver. quod ſi ita. ff. de fideicõ. liber. vbi loquitur de verbo libuerit quod idem importat, quod verbum placuerit ſecundum Grammaticos. & hoc vt iura iuribus cõcordentur l. j. C. de inoffi. dot. c. cum expediat. de ele. lib. vj. Sed iſta vltima declaratio ad verbum placuerit non videtur
6 vera, quia non† eſt verum quod ibi tractetur de damno vitando, imo tractatur de lucro. legatum enim libertatis continet lucrũ & non damnum. l. ſi hæreditatem. ff. man. & ſicut in d. l. cum quidam, dicebam quod tractatur de lucro. & ita proprie eſt in d. §. ſororẽ. niſi diceres quod ibi ſatis tractatur de intereſſe & hoc ſufficiat. tamen dicas ꝙ ibi verbum placuerit non fuit collatum in voluntatem alterius ad quem pertinet intereſſe prout dixi ſupra de verbo voluerit, & hæc videtur bona reſponſio. Nec obſtat d. l. fideicõmiſſaria libertas, quia loquitur de
7 †verbo libuerit quod bene importat liberam voluntatem, ſecus eſt de verbo placuerit: & hanc differentiã inter iſta verba ponit Bar. in l. alio. in iij. colũ. ad fi. ff. de alim. & ciba. lega. & in extrauaganti ad reprimẽdam in verbo videtur expedire & Matthæ ſillanus in no. xv. quod tene menti, quia alĩ bi non inuenies: & faciet tibi honorem, ſicut mihi fecit.

1 *Rubrica nigro generalior non debet reſtringi per nigrum ſpecialius loquens.*

2 *Rubrica ſtatuti ſi dicat quòd filia dotata nõ ſuccedat, licet nigrũ de matris tantũ ſucceſſione exprimat, an trahi debeat ad ſucceſſionẽ patris, de quo nulla ſit expreſſio?*

3 *Statutũ diſponens, quòd qualibet hæreditas aſcendentium deferatur maſculis legitime deſcendentibus excluſis fœminis dotatis non habet locum in ſucceſſione matris,*

vel auia materna, ſed ſolum in aſcendentibus per lineam maſculinam?

4 *Statutum excludens filias dotatas intelligitur ſolum excludere ab hæreditate eius, qui dotauit, & non ab alia, niſi aliud ex verbis ſtatuti colligatur.*

5 *Statuti excludentis filiam dotatam a ſucceſsione ratio, quæ nam ſit?*

6 *Statuti cum vna tantum reddi ratio põt ea habetur pro expreſſa, & ex ea argui poteſt extenſiue.*

7 *Ratio ſola in ſtatuto non præſumitur, ſed plures.*

8 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius, & quomodo hæc regula procedat?*

9 *Caſus a ſtatuto omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, fallit quando ſtatuentes, ſi de hoc fuiſſent interrogati, veriſimiliter ita ſtatuiſſent.*

10 *Statuta tantum diſponunt, quantum loquuntur,*

11 *Teſtatoris diſpoſitio facta in vno caſu extenditur ad alium, de quo teſtator veriſimiliter idem diſpoſuiſſet.*

12 *Diſpoſitio nunquam trahitur ad non cogitata.*

13 *Diſpoſitio legis facilius extenditur, quam diſpoſitio hominis.*

14 *Statutum correctorium debet reſtringi, vt minus corrigat ius, quã ſit poſsibile.*

15 *Mens ſemper eſt attendenda etiam ſi verba ſtatuti offendantur.*

16 *Indeffinita æquipollet vniuerſali ex interpretatione, non ex propria ſignificatione.*

17 *Dos ſuccedit loco legitimæ.*

18 *Exhæredatio hominis debet fieri nominatim, non exhæredatio legis.*

19 *Statutum corrigendo in vno, an generaliter ſit intelligendum vt in omnibus corrigat?*

20 *Verba in ſtatutis debent proprie, & ſtricte intelligi.*

7 Quando rubrica eſt generalior† nigro nõ
1 debet reſtringi per nigrum ſpecialius loquens, imo ſufficit ad deciſionem cauſæ ſi habet verba perfecta, ita no doct. in l. j. ff. ſi cer. pe. & ideo Pau. de Caſt. conſ. 334 inci. præſens caſus modicã dubitationẽ habere
2 vr, conſuluit ꝙ ſi rub. ſtatuti dicat † ꝙ filia dotata non ſuccedat, poſtea in nigro dicatur filia dotata non ſuccedat matri nec auię maternę de patre autem nihil dicatur, ꝙ dictum ſtatutum habebit locum etiam in patre, cum rubrica ſit generalis. ſequitur ibi Alex. in d. l. j. & in conſi. j. in iiij. volu. Iaſo. tamen in d. l. j. tenet contrarium ſex fundamentis. ſed priuſquam eis in forma reſpondeam, quia intẽdo cõtra ipſum tenere, adduco in primis pro opi. Paul. quod egregie conſuluit Raph. Cuma. & plures alij conſ. ccvij. inci. quod quælibet hæreditas &c. quõ
3 ſtatuto † quod quęlibet hæreditas aſcendẽtium deferatur maſculis legitime deſcendẽtibus excluſis fœminis, cum dotatæ fuerint quod licet tale ſtatutum generaliter loquatur, non habet locum in ſucceſsione matris vel auię maternę, ſed ſolum in aſcendentibus per lineam maſculinam, ſequitur Iaſo. in l. iiij. §. prętor ait. in prin. iij. colũ. ff. de in in ius. voc. vbi dicit ꝙ eſt noua deciſio, & magna ad intellectum illius ſtatuti, mouetur Raph. quia ſtatutum excludit fœminas, quia ſunt dotatæ: ſed iſta ratio dotandi ceſſat in matre, & auia, quia ad eas non pertinet officium dotandi l. mater. C. de iure do, ergo non comprehendit matrem, quia debet intelligi de hęreditatibus eorum, qui tenentur dotare: & ſic de hæreditate patris vel lineę paternę, cum ergo verba non cõuenîant matri, nec eius diſpoſitio l. iiij. §. toties. ff. de dam. infec. l. quod conſtitutum. ff.
4 de mili. teſta. cum ſimi. Et quod tale † ſtatutum intelligatur ſi dotatę fuerint ab ea perſona de cuius hæreditate agitur, & non ab alia, ita tenet no. Bald. in l. j. C. de leg. hære. cum cuncor. quas dat Iaſo. in l. quoniã nouella. C. de inoffic. teſta. vbi limitat niſi ex verbis ſtatuti colligeretur quod etiam aliũ de dotata deberet excludi. Modo in propoſito cum rubri. dicat filia dotata non ſuccedat intelligetur dotata ab eo cuius erat officium dotare, qui eſt pater. ergo loquetur de hæreditate patris: facit etiam ꝙ ſi ſtatuentes fuiſſent interrogati de hoc veroſimiliter idem diſpoſuiſſent. ergo &c. glo. in l. tale pactum. §. fi. & ibi doc. ff. de pac. ꝙ diſpoſuiſſent, idem, patet quia maior ratio eſt ꝙ filia excludatur a ſucceſsione patris, q̃
5 matris vel auię maternę: nam ratio † ſtatuti excludentis filiam dotatam a ſucceſsione

matris eſt vt conſeruetur agnatio & fami-
lia ne bona perueniant ad extraneos Bald.
in l. maximum vitium. C. de libe. præte. ſed
iſta ratio multo fortius habet locum in hæ
reditate patris: ergo idem diſpoſuiſſent, quia
concernit fauorem proprium agnationis,
& proprie maſculorum cōſiſtentia: quibus
grauiſsimum & iniurioſiſsimum eſſe digno
ſcitur domus progenitorū ſuorum forte, &
ſitus in quibus antiquata eſt forte agnatio-
nis fama ius & nomē videre ad extraneos
deuolutas, & imagines maiorum ſuorū, hoc
eſt, arma ſua & inſignia videre reuulſa arg.
C. de admi. tu. l. lex quæ tutores, igitur hu-
iuſmodi exemplo fauore agnationis, atti-
nentis & cōſeruantis famam, & nomē agna
tionis abſque dubio videt adiecta, quia fa-
uorem eius principaliter concernit arg. ff.
de contrahen emp l. ſi in emp. in princi. &
quod no. in l. veteribus. ff. de pac. in glo. &
iſta ratio perinde eſt ac ſi eſſet in ſtatuto
expreſſa ſecundum Bald. in d. l. maximum
vitium. & in l ſi. ff. de hære. inſti. & ibi. Imo.
6 Saly. in l. ij. C. de noxa. item cum † vnica tā
tum poſsit reddi ratio perinde eſt ac ſi eſſet
expreſſa, & ex ea argui poteſt extenſiue.
Iaſo. in §. omnium. viij. colum. in ſi. inſti. de
act. Poſſet aliquis dicere ꝙ fauor agnatio-
nis non ſit ratio dicti ſtatuti niſi ſit expreſ-
ſa; vt ſingu. voluit Bar. in l liberorum in vj.
col. ver. his præmiſsis &c. ff. de verbo. ſig.
ſequitur Are. in conſi. xxvij. inci. proponi-
tur in facto in iij. col. in ſi. Alex. conſi. lxxx.
inci. viſo & opportune &c. in vj. colū. in j.
volu. Bal. in l. ſi defunctus. in vlti. colū. C. de
ſuis & legi. & in l. Ticia cum teſt. §. Lucius
Ticius. il ij. ff. de leg. ij. vbi per illum tex.
dicit ꝙ ratio iſtius ſtatuti eſt quia maſculi
maiora onera ſupportant ꝙ̄ fœminę: tamē
prima ratio videtur communior vt per Pa
pienſes in l. j. iij. & iiij. col. C. de ſucceſ. edic,
pro eis qui tenent ꝙ illa non ſit ſola ratio.
facit quod no. Salyce. in l. ſerui noſtri. C. de
7 noxa. quod l. vel ſtatuto † non præſumitur
ꝙ ſit vna ſola ratio, ſed plures, ſequitur &
multum exclamat Alex. l. ſi conſtāte. in vj.
col. in prin. ff. ſolu. ma. Sed alia opi. eſt com-
munior vt dixi. Non ob. ſi dicatur incluſio
8 † vnius eſt excluſio alterius l. cum prætor,
in prin. ff. de iudi. c. nonne. de præſum. ſed
in nigro in diſpoſitione ſtatuti includitur
hæreditas matris: ergo videt excluſa hære
ditas patris. Ad hoc reſpōdeo ꝙ dicta reg.
nō procedit quando in omiſſo eſſet eadem
vel maior ratio. glo. no. & approbata in d.
l. cum prætor, ſed in caſu noſtro eſt maior
ratio: vt ſupra dictū eſt, ergo &c. Non ob-
9 ſtat ꝙ † caſus omiſſus in ſtatuto habet pro
omiſſo & remanet in diſpoſitione iuris cō-
munis l. ſi extraneus, ff. de condi. ob cau. l.
ſi cum dotem. ſolu. ma. cum ſimi. quia hoc
fallit quando ſtatuentes veroſimiliter ſta-
tuiſſent glo. in d. l. tale pactum. quod veroſi
militer ſtatuiſſent ſupra probatum eſt. Nō
obſtat quod ſtatutum non dicit ꝙ filia do-
tata excludatur a ſucceſsione patris, ergo
nec nos l. ſi ſeruum. § non dixit prætor. ff.
de acquir. hæreditate. Nam ſi ſtatuentes vo
luiſſent idem iuris eſſe facile erat exprime
re de patre. l. j. §. pen. C. de cad. tollen. c. in-
ter corporalia poſt medium. de transla. prę
10 la. item ſtatuta † tantum diſponunt quantū
loquuntur & non plus Bal. in l. teſtamentū
non ideo in vltimis verbis. C. de teſta. Quia
ad hoc eodem modo reſpondetur ꝙ fallit
niſi ſtatuentes veroſimiliter idē diſpoſuiſ-
ſent, facit quod no. Angel. in l. Gallus. §. &
quid ſi tantum. de libe. & poſthu. ꝙ diſpoſi
11 tio † teſtatoris facta in vno caſu extenditur
ad alium, de quo teſtator veroſimiliter idē
diſpoſuiſſet. pro quo etiam eſt tex. in l. Lu-
cius. §. fin. ff. de lib. & poſthu. & ibi no. Ad-
12 de ꝙ † diſpoſitio nunquam trahitur ad in-
cogitata Angel. conſil. ccxliiij. incip. Phi-
lippus ciuis &c. Contra prędicta fortiter fa
cit tex. in l. ſi quis ita. §. pen. ff. de teſta. tu. &
glo. approbata in l. Lucius. in princi. de li-
be. & poſthu. quæ vult ꝙ ſi teſtator inſti-
tuat filios ſuos, licet iſta inſtitutio ſit gene-
ralis, tamen non trahitur ad filium quē te-
ſtator ignorabat ſe habere, & tamen veriſi-
militudo eſt, ꝙ ſi teſtator ſciuiſſet eum ha-
bere ex naturali charitate eum inſtituiſſet,
arg. l. iij. C. de inoffi. teſta. & illam glo. ſequi
tur Bar. & Dyn. in d. l. ſi quis ita. §. pen. vn-
de per iſta Are. in d. §. & quid ſi tantum. li-
mitat prædicta non procedere, quando de-
beret fieri extenſio de vna perſona ad aliā.
ſequitur Iaſon. in l. cum res. in ij. colum. de
leg. primo. & ſic in caſu noſtro tamen extē-
ſio fieret de vna perſona ad aliam prædi-
cta non procederent: & per conſequens ca
ſus omiſſus remaneret in diſpoſitione iuris
communis. Ad hoc reſpondeo ꝙ limitatio
data per Are. nihil facit in propoſito. nam
loquitur in diſpoſitione hominis vt patet
recte intuenti; & ita loquuntur iura allega
ta per ipſum. Sed nos loquimur in diſpoſi-
tione ſtatutaria, & ſic in diſpoſitione legis.
& ita loquitur glo. in d. l. tale pactum. §. fin.
13 & ratio diuerſitatis eſt, quia facilius † extē-
ditur diſpoſitio legis quam diſpoſitio ho-

minis ſecundum Areti.in d.l ij.in ij.colum. de leg.j.& in l.Gallus.§.ſi eius.in penul.colum.in fi.de libe.& poſthu. & patet ex no. in d.§.& quid ſi tantum.Item ideo in nigro ſtatuentes expreſſerunt tantum de matre & linea materna,quia ſi nihil expreſsiſſent non fuiſſet comprehenſa in diſpoſitione ſtatuti per id qood conſuluit Raph.in d.conſi. De patre autem,ideo nō expreſſerunt in nigro quia ſatis erat expreſſum in rub. dum dicit filia dotata &c.per ea quæ dicta ſunt, Item quia hoc erat minus dubium.Nec ob-
14 ſtat quod iſtud † ſtatutum eſt correctorium, quia corrigit.l. ſina.C. de libe. præte. ergo debet reſtringi vt minus corrigat ius commune ꝙ ſit poſsibile l.ſecunda.C.de noxa. cap.cum dilectus.de conſue. quia multum large intelligi debet,cum cenſeatur fauorabile:ſecundum Bar.in l.j.C.de ſumma tri. ni.& fide catho.Bald.Saly.& Moder.in l. ſecunda.C.de in ius vocan.Non obſtāt fundamenta Iaſon. quia reſpondeo & quo ad primum dico,ꝙ iſta rub. habet orationem perfectam omnino nec eſt bona conſequentia oratio eſt obſcura,ergo nō eſt perfecta: quia iſta poſſent ſimul ſtare maxime cum non probet aliqua lege &c. Ad ſecundum ipſe reſpondet.Ad tertium dico ꝙ hic non eſt aliqua dubietas cum expreſſe appareat mentem ſtatuentium fuiſſe, quod filia excludatur a ſucceſsione patris, per illud verbum dotata &c. vt ſupra dictum eſt , cum
15 mens † ſemper attendenda ſit etiam ſi verba ſtatuti offendant Bald. in l. contra.ff.de legi.Et ratione maioritatis rationis quod non ſit dubietas patet,quia rubri. loquitur indefinite, & ſic æquipollet vniuerſali l.ſi pluribus.& ibi Bar.ff.de leg.ij.cum ſit eadē ratio in vniuerſo comprehenſorum vt ſæpius dictum eſt:vnde perinde eſt ac ſi vniuerſaliter excluſiſſet ab hæreditate omniū patris ſcilicet & matris , & ſic nulla eſt dubietas.Non obſtat illud ſubtile argu. quod faciebam contra ipſum , quod indefinita
16 † æquipollet vniuerſali non ex propria ſignificatione ſed ex interpretatione l.ſi ſeruitus.ff.de ſerui.vrba.prędio. Bar. in dicta l.ſi pluribus. Iaſon.in l. ſtipulatio iſta adijcere.circa princi.iij colum.ff.de verb.obliga.ergo non habet locum in ſtatutis, in quibus debent ſtricte & proprie intelligi verba & non interpretatiue l.iij.§.hæc verba, cum ſimi.ff.de nego. geſt.Quia licet hoc ſit verum quod indefinita æquipollet vniuerſali, non ex propria ſignificatione ſed ex interpretatione, tamen in omni materia ſtatutaria & etiam correctoria ęquipollet vniuerſali Bar.in l.omnes populi in vj. quęſt. princi.de iuſti.& iur.& in l.j.ff.de regu.iur. Ad quartum reſpondeo quod iſtud ſtatutum eſt fauorabile vt ſupra dictum eſt : nā principaliter inductum eſt fauore agnationis conſeruandæ & iſtud debet attendi l. ſi quis nec cauſam.ff.ſi certum. peta.l.qui exceptionem.de condi.indeb. nec conſideratur quod in conſequentiam reſultet odium ex parte fœminarum d.l.qui excep. & ita tenent doct.communiter in dicta l. ij. de in ius vocan.Ad quintum dico quod iſta non eſt proprie exhæredatio cum non excludat eam in totum, immo habet dotem , &
17 ſic legitimam cum dos † ſuccedat in locum legitimę Bar.in l.Ticio cētum.§.Ticio genero.ff.de condi.& demonſtra. Secundo dico ꝙ dato ꝙ eſſet exhęredatio,ꝙ iura di-
18 centia exhęredationē † debere fieri nominatim loquuntur in diſpoſitione hominis; ſecus autem in diſpoſitione legis:quod probo.nam ſi teſtator habens plures filios dicat exhęredo filium, vel dicat,exhęredo filios,exhęredatio non valet l.ij.& ibi doct. & in l.Titius.in princi.vbi Angel. Imo. & Are.de lib.& poſthu.·tamen ſi ſtatutum dicat, filia dotata non ſuccedat, vel filię dotate non ſuccedant, valet. & licet ſit plures filiæ excludentur a ſucceſsione , & ſi fundamentum Iaſo. eſſet verum , ſequeretur ꝙ ſtatuentes deberent nominare omnia nomina filiarum omnium ciuium ſingulariter,quod eſt impoſsibile & deriſorium. Tertio reſpondetur ꝙ nomen filiæ ſatis nominatim eſt expreſſum: & hoc tantum requiritur a lege, licet non ſint nominatim expreſſa bona paterna , a quibus exhęredatur. Ad ſextum dum dicit,ſtatutū debet intelligi vt aliquid operetur & ita intellectum debet reſtringi vt minus lędat ius cōmune , ꝙ ſit poſsibile, dico iſtud fundamentum eſſe de directo contra regulam poſitam per Alex.in auth. ex teſtamēto.C.de
19 colla. vbi dicit ꝙ quādo conſtat ꝙ lex † venit corrigendo in vno, & dubitatur vtrum corrigat i alio ꝙ illa lex debet intelligi generaliter,vt corrigat in omnibus,allegat c. contra Chriſtianos.de hære.in vj.iuncta doctrina Imo.in l.ſi vero.§.de viro.ff.ſol.ma. Vnde puto ſic dicēdum, & trado vnam nouam doctrinam quam credo eſſe veram,tamē cogitabitis ſi procedet:Dico ergo quod quandoq; eſt dubium vtrum corrigat in aliquo,& tunc ſi intelligeremus legem vel ſtatutum,quod nō corrigat ius commune ver

ba legis vel ſtatuti impropriarentur, & nõ ſunt improprianda, ſed debent ſumi in propria ſignificatione, licet per hoc corrigatur ius commune, ita procedit quod no. Bar. in l. iiij. §. prætor ait. ff. de dam. infec. quem ita intelligit Abba. in c. cum dilectus. in iij. col. de conſue. Aut verba nõ impropriarentur, ſed poſſent capi in ſignificatione ſtricta larga & largiſsima, & tunc ſunt intelligenda eo modo, per quem non corrigatur ius commune, etiam ſi caperes verba in largiſsima ſignificatione, & ita loquitur tex. in d. c. cũ dilectus. de conſuetu. Aliquando conſtat ꝙ corrigit, & certum eſt quod corrigit i vno, tamen eſt dubium vtrum corrigat in alio, & tunc debet intelligi, vt corrigat in omnibus, ita procedat quod no. Alex. in d. auth. ex teſtamento, & ita ſumus in caſu noſtro, nam certum eſt ꝙ corrigit in matre, ſed dubium eſt vtrum corrigat in patre, ergo debet intelligi indiſtincte, vt corrigat in omnibus. Vel vt dixi ſupra debet intelligi large cum cenſeatur fauorabile, et ſic extenſio fieri poteſt egregie Pau. de Caſt. Bal. & Alexan. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. & ibi Iaſo. ad fin. xxviij. col. vbi tradit ſing. limita.
10 ad reg. quod in ſtatutis † verba debent ꝓprie & ſtricte intelligi. quod nunquã exeat mentem ſuam. Et per hæc manifeſte apparet omnia fundamenta Iaſo. eſſe ſublata, & veritas iſtius deciſionis nota prędicta ſerua memorię. quia alibi hoc modo hũc paſſum declaratum non inuenies: ſi autem bene dixero, Deus laudetur: ſi autem male, redarguar, vt vtar verbis Bar. in l. non ſolum. §. morte poſt prin. ij. col. ff. de no. ope. nun.

1 *Probatio per coniecturas in caſibus clandeſtinis dicitur manifeſta.*

2 *Furtum an probetur per acclamationes factas in domo de nocte ad vicinos, dicendo, ſuccurrite, quia fures ſunt in domo? vel an talis acclamatio faciat indicium vehemens, vt per id poſſit deferri iuramentum furtũ paſſo, maxime ſi res furata ſit vilis?*

3 *Violentia probatur ex vocibus puellæ plorãtis, quas vicini audierunt.*

4 *Acclamationes furtum indicantes, vt probent, quæ requirantur?*

8 Nota ꝙ in caſibus clandeſtinis, vt in fur-
1 to probatio † per coniecturas dicitur manifeſta, ut ſi probatur ꝙ hoſtium noctis tempore fuit fractum, vel ꝙ famulus aufugit: ita tenet Barto. in l. ſi quis ex argentariis. §. prætor ait. ff. de edend. quem ibi ſequuntur communiter doct. & dicit Ange. ꝙ ſemel vidit de facto iſtum caſum Peruſij in quodam fullone quoſdam pannos retinente in apotheca. quæ de nocte fuit fracta. & Spe. in ti. de pigno. in prin. in verſ. & nota ꝙ ſi creditor. & verſ. ſeq. vbi ſubdit vnum ſingulare
2 verbum, quod per acclamationes † factas in domo de nocte ad vicinos, ſuccurrite, quia fures ſunt in domo, qui omnia exportant non probatur furtum; quia alias multę fraudes poſſent fingi, quod valde no. Adde etiã quod no. vult Bar. in l. quod ad præſens. C. de murileg. libr. xj. Tu vero vltra doctores dicas quod ſaltem tales acclamationes faciant inditia per id quod no. Bal. in l. j. §. potuiſſe. ff. ad Silla. vbi per illum tex. no. ꝙ ex
3 vocibus † plorantibus inducuntur indicia: quod facit ſecundum eum ad probandum aliquem voluiſſe inferre violentiam alicui puellæ: quod vicini audierunt eam clamantem & plorantem: & dicit non eſſe meliorẽ tex. de illo. Et ideo ex hoc poteſt inferri, ꝙ licet indicia ſint minus quam ſemiplena probatio. vt eſt gl. no. in l. cum probatio. ff. de proba. quam reputat ſing. Bal. in c. ſi. in vj. col. de iureiur. & in l. non hoc. in vlti. colum. C. vnde leg. Ang. in l. ſi. in prin. ff. quod met. cau. ꝙ intelligi debent de indicio leui ſecundum Bald. in locis præallegatis, ſed ſi eſſet indicium vehemens non eſſet minus quam ſemiplena probatio, et poſſet ſibi acclamanti deferri iuramentum in ſupplemẽtum probationis iuxta l. admonendi. ff. de iureiuran. cum iſto caſu nõ poſſet dici, niſi ꝙ ſit vehemens indicium, cum ſit maxima coniectura, maxime ſi iſte acclamans eſſet habitus tentus & reputatus bonæ famæ & conditionis in illo loco, quia concurrentibus iſtis magis iudex commoueretur ad deferendum ſibi tale iuramentũ. Et ſic ſi iſtud eſſet verum multum reſtringeretur dictum ſing. Specu. & poſſent multæ fraudes fingi, & ſic per indirecta probari furtum. Putarẽ tamen quod res ſubtracta non deberet eſſe magni valoris, & ſic ardua vel præiudicialis ad hoc, vt tale iuramentum deferri poſſit per no. per repetentes in d. l. admonendi, Et ad probandum tales acclamationes, & ſic indicia ſufficerent duo teſtes vicini, qui audiuerint talem clamorem. gloſ. eſt in l. ſi. quam Bar. & doct. multum no. C. famil. erciſcun. gloſ. in l. ſin. in ſi. in verſ. excepto. quam Ang. ibi ponderat. C. de cadu. tol. glo. in authen.

in authen. de ſeſta. Imper. in prin. & ibi Ang. Cogita tamen ſuper prædictis, quia alibi non inuenies.

1 *Equum in ſtabulo ſudantem, ſi quis extrahat, & ad palum liget, & inde equus ſe incapiſtrauerit & pereat, an teneatur emendare dictum equum domino.*

2 *Interponens cum armis ſe inter duos rixantes, vt eos ſeparet, an poßit impune occidi.*

3 *Negotiũ vtiliter a principio gerere ſufficit, licet poſtea non ſortiatur effectum.*

4 *Principale propoſitum eſt attendendum.*

5 *Intellectus l. eleganter. §. item labeo. ff. de dolo.*

6 *Actio de dolo, an detur pro dolo præſumpto.*

7 *Diſpoſitio locum habens in crimine vero, habet etiam locum in crimine præſumpto, præſumptione iuris, non hominis.*

8 *Intellectus l. ſi hominem. in prin. ff. depoſi.*

9 *Actus præſumptus non poteſt reſultare ex alio actu præſumpto.*

10 *Culpa in rebus alienis eſt punienda, in propriis culpabilis.*

9 Tene menti qđ elegãter no. Ang. in l. eleganter. §. item labeo. ff. de dolo, vbi per illũ tex. decidit caſum, quem dicit ſe habuiſſe 1 de facto, in ſi cuius † viderit equum alicuius in ſtabulo multum ſudantem, & illum extraxerit de ſtabulo, & ligauerit ad vnum palum, & demum equus ille ſe incapiſtrauerit, & mortuus ſit, ille qui extraxit tenetur emendare dictũ equum domino, quamuis principium eius fuerit licitũ. Adde bo-2 num ſimile de eo qui † vidit duos cum armis & bona fide ſe interponit, vt eos ſeparet, nam ſi occidatur eſt impune, glo. eſt ſingu. in l. j. et ibi Ang. C. de ſica. intellige tñ vt per Ang. ibi, vt procedat qñ ex ſeparatione imminebat periculum occidendi, alias non, quod tene mẽti ne te interponas in huiuſmodi caſibus, facit etiam l. ſi hominem. in prin. & quod ibi Bar. in ſummario no. ff. depoſi. Contra tamen deciſionem Ang. allegatur fortis tex. in l. ſed an vltro. §. j. ff. de 3 nego. geſt. vbi habetur quod ſufficit † quem a principio vtiliter geſsiſſe negotium, licet poſtea non ſortiatur effectum. Cõtra Ang. facit etiam quod dicit gl. parua. in verſi. faciet, in l. cum qui. §. in popularibus. ff. de in ius vocan. quod illud dicitur bene fieri, quod bona fide fit, facit etiam quod not. in l. j. §. prætor ait, per illum tex. cum gl. ff. ne quis eum qui in ius voca. eſt quod ſi aliquis videt volentem tranſire per locum periculoſum, & eum per vim faciat retineri non tenetur illo edicto ſecũdum Bar. & alios ibi, nec tenetur quo ad Deum, nec quo ad mundum. Sed ad iſtud poſſet reſponderi quod retentio non redundat in eius damnum, ſed in vtilitatem, ſed ſecus eſt in caſu Ange. de equo quod poſſum facere eo inuito, quãdo eſt in aliquo periculo, vide quampiures caſus per Alex. in l. fi. C. de nego. geſt. facit et 4 contra Ang. quia principale † propoſitum eſt attendendũ l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum peta. & ibi Papienſes in vj. col. dicẽtes ꝙ vbicunq; aggreditur, quid principaliter licitum, licet ſecundario faciat illicitum, tamẽ in illo illicito non debet puniri illa pœna qua puniretur, ſed debet alias mitius puniri arbitrio iudicis, & ibi allegant bona iura, quamuis aliqua allegent in contrarium, Et ad. §. idem labeo. in quo ſe fundat Ang. 5 reſponderem, & † intelligerem ſecundum d. l. ſi hominem. vbi dicitur, ſi ſoluero ſeruũ compeditum ductus miſericordia ſciẽs cui rei eſſet paratus, puta torturæ, teneor, quia ex quo ſcio cui rei paretur ſum in dolo præſumpto, & ſic præſumor potius dolo ꝙ miſericordia hoc feciſſe, & ita intelligerem. §. item labeo. ꝙ ille ſeruus compeditus erat, vt quæſtio de eo haberet, vel propter aliud maleficium, & ille qui fecit fugere, ipſum ſciebat cui rei pararetur, vel ſaltem debebat ſcire, quæ paria ſunt l. quod te. ff. ſi certum pet. nec ibi poterat cadere probabilis ignorantia. cum ſit clarum ꝙ ſerui non ligentur, niſi propter aliquod crimẽ commiſſum, ergo nimirum ſi illo caſu debet retineri. Et ꝙ ille tex. ita debeat intelligi videtur de mente glo. in d. l. ſi hominem. in verſic. arbitror. quæ allegat d. §. item labeo. & ſic videt ꝙ principale fuit illicitum cũ delicta non debeant remanere impunita. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. quod ſecus eſt in equo ſudante, quia a principio fecit quod erat licitum, item quod erat vtile, quia idem feciſſet dominus ſi vidiſſet, & ſic in iſto caſu non fuit nec cenſetur fuiſſe in aliquo dolo, & ſic iſta pars videtur æquior. Iſta licet ſint ſubtilia & ingenioſa tamen de rigore iuris non videntur vera. Et primo dico, ꝙ reſponſio data ad. §. item labeo, eſt contra illum tex. & contra glo. illius tex. dicitur enim ibi, ꝙ aut ſoluens fuit in dolo, & tenetur actione

de dolo, aut fecit hoc miſericordia ductus
& tenetur actione ſubſidiaria in factum, ſi
in ſecundo caſu illius.§.ille ſciuiſſet, cui rei
fuiſſet paratus, fuiſſet in dolo, ſicut dicitur
in d.l.ſi hominem.& per conſequens tene-
retur actione de dolo, quod negatur in il-
lo tex. ergo neceſſario ſequitur, q ignora-
bat. Et ſi diceretur: ideo non datur actio de
dolo, quia non eſt dolus verus, ſed pręſum-
6 ptus: & pro dolo † præſumpto non datur
actio de dolo d.l.ſi hominẽ. dico quod imo
pro dolo præſumpto datur actio de dolo
probo, quia æquiparatur dolo vero, vt pa-
tet ex notatis per Bal. in l.quod Nerua.ff.
7 depoſi.& probatur ratione, quia omne † qđ
habet locum in crimine vero, habet locum
in crimine præſumpto pręſumptione iuris,
& non præſumptione hominis, vt no. Abb.
in c.accedens.de accuſa. ſed dolus præſum-
ptus pręſumitur pręſumptione iuris, patet,
quia eo ipſo quod aliquis ſoluit ſeruum liga-
tum ſciens quare fuerit ligatus, lex præſu-
mit illum eſſe in dolo. Non ob. d.l.ſi homi-
8 nem. quia † ideo ibi non datur actio de do-
lo, quia habet locum alia actio, ſcilicet de-
poſiti, quo caſu nunquam datur de dolo l.
eleganter. in prin.ff. de dolo. Non ob. quod
ibi non potuerit cadere probabilis ignorã-
tia &c. quia paria ſunt ſcire vel ſcire debe-
re &c. quia poſſem dicere, quod cum ſimus
in criminalibus, & in arguẽdo aliquem de
delicto illa regula non procedat, & quod in
caſu noſtro illa regula non procedat oſten-
do manifeſta ratione, nam ſequeretur quod
9 ex actu † præſumpto reſultaret alius actus
præſumptus, quod non licet, ſicut in ſimili
dicimus, quod ex actu tacito non reſultat
tacita iuris diſpoſitio l.ſeruum filij.§.fin. de
leg.j. Soci. in l.ij.xiij.col.ff. de vulg.& pup.
nam ſi præſumeretur ſcire, & non ignorare
hoc eſſet vnus actus præſumptus, & ex hoc
ſequeretur dolus præſumptus, & ſic alius
actus præſumptus, quod non licet, vt dixi.
Item dico quod poteſt cadere probabilis
ignorantia, puta ſi credat eſſe vinctum ab
alio q̃ a domino ratione contumelię, licet
in hoc eſſet conſiderandum in quo loco eſ-
ſet vinctus. vnde per iſtũ tex. vt dixi de ri-
gore iuris videtur poſſe defendi opi. Angel.
Nõ obſtant contraria ſupra formata, quia
ibi non fuit in aliqua culpa, nimirum ſi attẽ
ditur principium, ſed hic fuit in culpa, vt
probabo, ergo ſaltem ratione huius culpæ
20 puniri debet, cum in rebus alienis † culpa
ſit punienda, in proprijs vero ſit culpanda,
vt ait tex. in l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ff.ſo
lu. matri. quod autem fuerit in culpa patet,
quia non fecit id quod diligens homo feciſ
ſet, nam reliquit capiſtrum vel funem adeo
longum quod ſtrangulatus eſt, cum debeat
facere capiſtrum vel funem adeo breuem,
vt omne periculum euaderetur, quod feciſ-
ſet quilibet diligens, & ita vidi ſæpe facere
& quotidie diligentes famuli faciunt timen-
tes ne equi ſtrangulentur. Cogita tamen ſu
per prædictis, quia alibi hoc modo declara
tum non inuenies.

1 *Deſcriptus in æſtimo communis ſi velit alie*
nare prædia, non debet extrahi de æſtimo,
niſi appareat illum, in quem ſit alienatio
eſſe ſoluendo, alias venditor tenetur.
2 *Aeſtimi onus non diminuitur, licet facul-*
tates æſtimati diminuantur durante æſti
mo, niſi cum emptore pactũ fuerit quòd
teneatur pro eis ad collectas, et quãndo res
vendita debeat extrahi ab æſtimo vendi
toris, & poni in æſtimo emptoris?

10 Serua memorię quod ſi aliquis eſt deſcri
1 ptus † in æſtimo communis, & velit aliena
re prædia, non debet extrahi de æſtimo, ni-
ſi appareat illum in quem ſit alienatio eſſe
ſoluendo, alias primus tenetur. tex. eſt mul-
tum no. in auth. ſed periculum, & ibi Bald.
C. ſine cen. vel reli. Bal. in l. incola. in prin.
ff. ad munici. & ibi dicit quod ſi alienat in
eccleſiam cum eccleſia non teneatur ſolue-
re collectas imponendas de futuro, qđ ſem
per venditor tenebitur, quia eccleſia nõ di
citur idonea conueniendi facultate cũ con-
ueniri poſſit, & hoc verum dicit niſi eccle-
ſia faceret ſibi æſtimum, tunc enim conue-
niretur ad collectas tanquam ex promiſſo
conſenſu ſuo non tanquam ad munus ciui-
le. Adde omnino Pau. de Ca. poſt Bal. in l.ſi
negotium. C. de neg. geſt. & Paul. in l. id qđ.
§.ſi pater.ff. de conſti. pecu. vbi per illum
2 tex. dicit quod ſi alicui † eſt impoſita præ-
ſtantia, vel onus publi. certę quantitatis ſe
cundum æſtimationem ſuarum facultatum
& deſcriptus in libro puta ad decẽ, licet po
ſtea diminuantur facultates non propterea
diminuitur onus ad quod fuit obligatio cõ
tracta quouſque durat æſtimum, ſed cũ ſiet
aliud æſtimum diminuetur onus. Sit ergo
cautus dicti ſi aliquam rem vẽdat vt faciat
pactum cum emptore, quod pro illa habeat
ſoluere, & maneat emptor obligatus reſpe-

cum ſit onus quod iniungitur perſonę propter res & dicit, quod ita de facto ſeruatur Florentiæ. Sed mihi videtur quod Pau.de Ca.in iſta cautela expreſſe ſentiat quod ſi ſi fiat alienatio in emptorē idoneum quod non tenetur emptor niſi hoc promittat, ſed hoc videtur contra d. authen.ſed & periculum,& quod ibi no.Bal.vnde nō puto Pau. de Ca.bene ſentire in hoc per prędicta.Nō obſtat quod iſtud onus ſit iniunctum perſonæ,& non rei, & per conſequens videt inſeparabile a perſona, quia dico ꝙ cum imponatur perſonæ propter res diminutis rebus diminuitur onus per regu.quæ habet, quod quando vnum onus iniungitur alicui perſonæ propter aliquam rem ſublata illa re tollit etiā onus alterius.l.alumnę.§.Seia, ff.de libe.leg.poſſumus tamen dicere quod ſi non fiat pactum indiſtincte teneatur venditor ꝓ illo æſtimo ſiue emptor ſit idoneus ſiue non,ſi vero ſit pactum, & tunc habeat locum diſpoſitio auth.ſed & periculum, ſcilicet aut emptor eſt idoneus,et tenetur emptor,aut non eſt idoneus,& tenetur venditor non obſtāte dicto pacto, & certe iſta videtur fuiſſe mens Pau.ſi recte conſideretur & hoc videtur eſſe de mēte iuris. Prædicta procedunt quādo fuit iniunctum onus certæ quantitati, vt dixi.Si autem bona dūtaxat fuerunt poſita in æſtimo,nec fuit ſpecificatum onus certę quātitatis, ſed venit ſpecificandum tempore ſolutionis, non imponeretur niſi pro bonis, quæ tunc reperirentur poſsidet.Et ſic cū venditur remouetur de libro vnius,& ponitur in libro alterius. Sed videtur quod indiſtincte diminutis facultatibus diminuatur onus per tex.in lege forma.§.j.ff.de cenſi.& ibi Bar.& alibi dicit gl.quod propter depauperatos fit nouū æſtimum in l.etiam.& ibi Bald.in vlti.col. C.de execu.rei iudi.Concordia patet ex dictis Bar.in d. l.forma.quia aut diminutio facultatum contingit culpa ſua, & non diminuitur onus,& ita procedat opinio.Pau.de Ca.Si vero non culpa ſua,ſed aliqua legitima cauſa, tunc diminuitur, & ita procedat tex.& ꝙ ibi Bar.in d.l.forma.in.§.j.no.Vel aliter poſſes concordare, aut onus certæ quantitatis eſt deſcriptum in libro æſtimi, tunc procedit opinio. Paul. Aut onus non fuit ſpecificatum certæ quantitatis,& tunc procedat opinio.Bartol.Prima concordia videtur verior, quia ſecunda uidetur eſſe contra generalitatem text.in dicta lege forma. in §.primo, cogita quia alibi non inuenies.

1 *Virorum teſtimonio potius creditur, quam mulierum.*
2 *Mulier vnde dicatur, & vnde vir?*
3 *Mulieres teſtes deponentes pro reo præferuntur maſculis deponentibus pro actore.*
4 *Teſtimonium virorum an præferendum ſit teſtimonio mulierum tam in cauſa ciuili, quam in criminali? & nu.6.*
5 *Fides, dignitas, & ſexus in teſtibus conſideratur.*
6 *Delicto dubie probato, reus debet abſolui.*
7 *Mulieres nobiles, & bonæ vitæ, in teſtes productæ, præferuntur teſtibus maſculis, ſi ſint plebei, ruſtici, & viles.*
8 *Teſtes nobiles pauci præferuntur multis ruſticis.*
9 *Iudex quando teſtes ſunt pares, poteſt adhærere cui parti vult, dūmodo cauſam adhæſionis in actis inferat.*
10 *L.fauorabiliores.ff.de regul.iur. in quibus caſibus fallat?*

11 His caſibus quibus † mulieres admittun
1 tur ad teſtificandum in pari numero teſtiū creditur potius teſtimonio virorum ꝙ mu-
2 lierum, nam dicitur mulier † non a ſexu, ſed a mollitie mentis,& vir non a ſexu,ſed a cōſtantia & virtute animi:ita inquit tex. in.§.illud Ambroſij.xxxij.q.uij.quē ad hoc, alleg.Abb.in c.forus.in penul.no.de verb. ſignific.pro quo facit l.j.ff.de ſenato.& l.in multis.ff.de ſtatu homi. & idem tenet Spe. in ti.de teſte.§.poſtquam.ver.porro. Quod
3 puto † verū niſi maſculi deponant pro actore & mulieres pro reo.arg.gl.no.in c.clerici.lxxxj.diſt.quæ dicit ꝙ ſi duo teſtes clerici dicunt me commiſiſſe fornicationem,vel aliud delictum certa die,& duo laici dicunt oppoſitum quod tota die illa fui cū eis, ita quod non potuiſſem committere, quin ipſi vidiſſent,quod ego reus debeo abſolui, & tamen clerici qui ſtant pro accuſatore ſunt idoneiores & digniores teſtibus rei, & ſic videtur ꝙ modicus exceſſus i teſtibus actoris non tollat priuilegium reo, & ita videtur tenere vna apoſtilla quam habeo ad Abb.in d.c.forus.& illam glo.pro lingu.alleg.Abb.in c.ex literis.in penul.no.de pro-
4 ba.Sed iſta deciſio videtur dubia † per id quod ponit Bal.l.in exercendis.in ij.col.C.

de fide inſtrumen. vbi vult quod ſtetur in-
ſtrumento credibiliori & veroſimiliori, cũ
quo concurrit grauitas boni viri. & idem
dicas in teſtibus, cum teſtes & inſtrumenta
æquiparentur d.l.in exercendis, et per aliã
doctrinam Bald.in l.ſi.C.commi.vel epiſto.
vbi dicit,quod qui habet meliores cõiectu
ras vincit,ſed nulli dubium eſt,quod maior
veroſimilitudo & melior coniectura eſt in
teſtificatione virorum quàm mulierum per d.
§.illud Ambroſij & per Abba.in d.c.fo-
5 rus.cum in teſtibus † conſideretur fides, di
gnitas & ſexus l.in teſtibus.cum ſeq.ff.de
teſti. quia facilius corrumpuntur mulieres
quàm viri. Non obſtat gl.in d.c.clerici.quia re
ſpondetur quod non procedit illa gl.quan-
do eſſet magnus exceſſus i teſtibus actoris
ſecundũ Abb.in c.in noſtra.de teſti.vbi tra
dit aliam limitationem ad d.glo.ſed in caſu
noſtro eſt magnus exceſſus,patet, quia mul
to maius eſt teſtimonium virorum quàm mulie
rum, ergo in caſu noſtro non procedet illa
gl.Sed certe illa reſponſio videtur falſa,nã
non eſt verum quod in caſu noſtro ſit ma-
gnus exceſſus,imo eſt modicus, vt de ſe pa
tet. ſicut enim modicus exceſſus dicitur in
clericis reſpectu laicorum, vt tenet Abb.in
d.c.ex literis.ita in maſculis reſpectu fœmi
narum,cum nulla bona diſsimilitudo reddi
poſsit. Vnde per d.glo.cui non poteſt bene
reſponderi videtur vera iſta deciſio, quam
putarem procedere quando ſuper eodẽ ar-
ticulo ante publicationem teſtes hincinde
pares producti eſſent, ſecus ſi ſecundo in-
ducuntur teſtes ad probandũ indirecte con
trarium, vt in caſu c.ex tenore.& c.ſeries.
de teſti.& atteſta. quia ſtaretur potius pri-
mis teſtibus,quia præſumitur potius ſubor
natio in ſecũdis & ita Abb.in d.c.i noſtra,
limitat glo.in d.c.clerici.quod eſt valde no
tandum ſecundum ipſum. Et ad doctrinas
ſupra allegatas poteſt reſponderi præſuppo
ſito quod ſint veræ,quod loquuntur in ca-
ſu ciuili,ſed d.glo.loquitur in cauſa crimi-
nali vbi requiruntur probationes luce cla
6 riores l.ſciant.C.de proba.& cum † delictũ
ſit probatũ dubie reus debet abſolui. Bald.
in l.non ſolum.§.ſciendum.de no.ope.nun.
& ibi Iaſo.in viij.col. quia in delictis præſu
mitur pro eo quod delictum excuſat Bal.in
l.precibus.in v.col.C.de preci.impe.offeren.
Vnde videtur eſſe diſtinguendum,quia aut
loquimur in cauſa ciuili, & procedant do-
ctrinæ Bal.ſupra allegatæ. Aut loquimur in
cauſa criminali,& tunc procedit deciſio no
ſtra per d.glo.communiter approbatã,quã
glo.ita videtur intelligere Abb.ſi recte cõ-
ſideretur, in c.cum P.manconella.ij.col.in
7 fi.de accu.Poſſet tamen dici † quod etiam
in cauſa ciuili quando mulieres eſſent diui
tes,& nobiles,& bonæ vitæ &c. viri eſſent
plebei,ruſtici,& viles,quod tunc procede-
ret dicta deciſio per doctrinam Bald.in l.te
ſtium.in viii.col.C.de teſti.vbi dicit quod ma-
gnum ſupplementum eſt autoritas. nã pau-
8 ci † nobiles teſtes multis ruſticis præferun-
tur,quæ omnia no.& ſigna,& ſuper eis co-
gita. Alibi dixit Bal.in l.magiſtratus.in fin.
C.quando prouo. non eſt ne.quod quando
9 teſtes ſunt pares iudex poteſt † pro animi
ſui motu adhærere cui parti vult, dummo-
do in actis cauſam ſuæ adhæſionis inſeri fa
ciat.quod intelligit verum vna apoſtilla ad
Abb.in d.c.ex literis. quando vellet iudica
re pro reo,per d.gloſ.in c.clerici,quia tunc
non recedit a regulis iuris communis, alias
ſecus. Sed ego dico,quod ille doctor nõ in-
tellexit Bal.quia non ita dixiſſet,nam in ca
ſu Bal.non refert an pronunties pro actore
vel pro reo,dummodo pronũties pro liber
tate,nam allegat l.lege Iulia Petronia.ff.de
manu.quæ lex loquitur quando eſt conten
tio de libertate,quia tunc pronuntiandũ eſt
pro libertate cum dictum doctoris debet in
telligi ſecundum l.quam allegat Bal.in l.nõ
ſolum.§.liberationis verba.ff.de lib.leg.&
quod debeat ita intelligi,vide eundẽ Bald.
in l.in exercendis.ad fi.ij.col.C.de fide in-
10 ſtru.vbi dicit † quod l.fauorabiliores. de
reg.iur.fallit in libertate.item fallit in dote,
l.in ambiguis.ff.de reg.iur.item fallit in te-
ſtamentis.ff.de inoffi.teſtam.l.ſi pars. quod
tene menti.

1 *Cõſtitutus in articulo mortis quis dicatur?*
2 *Laborare in extremis quis cenſeatur?*
3 *Conſtitutus in articulo mortis quis eſſe poteſt, licet non ſit infirmus.*

12 Ille dicitur conſtitutus † in articulo mor
1 tis, quã inſtabat periculum mortis ratione
infirmitatis,vel quia latrones qui deprehẽ-
diſſent, volunt eum occidere.Bart.in l.j.C.
de ſacroſan.eccle.& ibi Moder. In contra-
rium videtur facere, quod ſing.vult Bal.in
2 c.j.vlti.col.de pac.vbi dicit,quod ille † la-
borat in extremis, qui ex aliqua infirmita-
te deceſsit,abſque hoc quod aliquod inter-
uallum ſanitatis habuerit, dato quod mul-
tis diebus ſuperuixiſſet per tex.multum no
ta,in l.alumnæ.§.fi.ff.de alimen.lega.quem

tex.dicit eſſe vnicum in iure, Bal.in d.c.inferens ad ſtatutum diſponens, quod in extremis laborantes non poſsint aliquem cōtractum facere ſine præſentia propinquorum. Sed poteſt dici quod Bal.non ſit cōtrarius Barto.nam licet dicat infirmum eſſe in articulo mortis,non tamen negat quin etiā ſanus poſsit eſſe in articulo mortis: qa hoc dixit ratione frequentioris vſus,& ſic non intelligitur excluſus caſus ſimilis gl.eſt multum no.in cle.j.verſi.præſidentis,de reſcri. pro hoc facit quod vult Abb.in c.quod de his.de ſen.excommu.in fi. vbi pro intelligētia illius c.querit quare excipit caſum mortis, & caſum infirmitatis,cum cōſtitutus in mortis articulo dicatur infirmus? Reſpōdet
5 quia poteſt † eſſe in periculo mortis dato, quod non ſit infirmus, vtputa, quando aliquis eſt obſeſſus in aliqua arce, & tunc veroſimiliter poteſt timere mortem,vel eſt in alio loco,vbi exercetur peſtifera ars ſagittariorum,uel forte vult nauigare,& ad hoc vltimum facit carmen. Quatuor aut ſeptē digitis a morte remotus. Item dicit Abb. poſſet eſſe infirmus,& non in articulo mortis,quæ omnia nota & ſigna,quia alibi non inuenies iudicio meo.

1 *Publicæ vtilitatis fauore inhabiles admittuntur, qui alias non admitterentur, & an id quandoq; aliter procedat?*

2 *Verba generalia fauore publicæ vtilitatis ad habiles,an reſtringi non debeant?*

3 *Mulieres in quibus caſibus ad accuſandum admittantur?*

4 *Intellectus l.ſi quis in graui.§.vtrum.ff.ad ad Sylla.& nu.5.*

5 *Fauor animæ eſt maior fauore publico.*

6 *Inhabilitatus a lege non admittitur etiam fauore publicæ vtilitatis,ſecus de inhabilitato ab homine.*

13 Lex ſi quis in graui.§.vtrum. ad Sylla.
1 allegatur per omnes, fauore † publicæ vtilitatis inhabiles admittuntur, qui alias nō admitterentur,& ſic verba quantumcunq;
2 generalia † fauore publicæ vtilitatis ad habiles reſtringi nō debent,& ibi Bar.& alij inferūt ad quæſtiones,& plene per Papienſes in l.ſi filiusfamil.in iij.col.ff.ſi cer.pet. Sed iſtud non videtur verum, & arguo ſic, validum eſt arg.a ſpeciali l.ſi minor.§.lex Iulia,ff.de adulte,cum ſimil,tunc ſic,mulie-
3 res † in crimine læſæ maieſtatis admittunt ad accuſandum l.in quæſtionibus.ff.ad leg.iuliam maieſ.& hoc eſt ſpeciale propter enorme crimen,& tamen in alijs caſibus nō admittuntur l.qui accuſare.ff.de accuſ.admittitur etiā in alio caſu ſpeciali propter enorme delictum,l.mulierem, de accuſa.& in l.
4 ij.eo.ti. Ecce ergo † quod.§.vtrum,regulariter non procedit, & male allegatur ad id quod ſupra dixi,bene verum eſt, quod ille §.procedit in caſu ſpeciali, quando ſeruus accuſat necem defuncti, & ſic conſequitur libertatem, ſuper qua videtur ſe fundare ille tex.vbi dicitur, in cōmune vtile eſt ad libertatem peruenire, & ſic ille tex.fundat ſe ſolum qā ſeruus admittatur propter libertatem, alias non admittatur d.l.qui accuſare,ergo eſt fatendum, quod fauore publi.vtilitatis inhabiles nō admittuntur,niſi in caſibus a iure expreſsis,pro quo bene facit c.j.de accuſa.vbi inhabiles accuſatores non admittuntur, quod eſſet dicendum ſecundum doctores ſummantes dictam regulam,cum ibi verſetur fauor publi. Item facit l.j.cū ibi no.C.de ſacroſan.eccl.vbi verba generalia reſtringuntur ad habiles ſecūdum communem opinionem, & tamen ibi
5 tractatur de fauore animæ † & religionis, qui maior eſt q̄ fauor publicus cum omnibus rebus ſit præferenda l.ſancimus.il ij.C. de ſacroſan.eccl. Iſta licet ſint ſubtilia & ingenioſa tamen quantum ad intellectum d.§.vtrum,non placet, ſcilicet quod fauore libertatis inhabiles admittuntur, quia nullibi probatur,nam in d.§.vtrum,non dubitabatur vtrum ſeruus inhabilis poſſet accuſare, quia ſerui quantum ad ius accuſandi ſunt omnes pares,nec eſt dare inhabilitatē magis in vno,q̄ in alio, & ideo indubitanter omnes poſſunt accuſare necem domini, nec de hoc ibi dubitabatur. Sed dubiū erat in illo tex. vtrum ille qui erat prohibitus manumitti poſſet conſequi præmium libertatis conceſſum a Senatuſconſulto,& videbatur dicendum quod non, quia cum ſpecialiter fuiſſet prohibitus manumitti,nō videbatur comprehendi ſub verbis generalibus Senatuſconſulti per tex.multum no.in l.iij.§.in illis.ff.de manumiſ.vbi ſeruus ſpecialiter prohibitus manumitti non comprehenditur ſub conſtitutione duorum fratrū, qua cauetur,vt redemptus ſuis nummis efficiatur liber, ſi emptor eſt in mora manumittendi eum,In contrarium tamen deciditur ibi, & hoc ſolum ratione publi. vtilitatis,& ita reperi Are,inducentem d.§.in l.§

ſeruum.iſ.col.ff.de verbo.obliga,quæ ratio
publi.vtilitatis ceſſat in.§.in illis.& ſic con
cordantur illa duo iura,quæ videntur con-
traria.Nec eſt verum, ꝙ ille tex.fundetur,
ſuper fauore libertatis , quia idem deberet
eſſe,in d.§.in illis.cum ibi etiam ſit fauor li-
bertatis, quod tamen ibi negatur,nec ver-
ba §.vtrum dicunt hoc. illa enim verba in
commune vtile eſt ad libertatem perueni-
re,non volunt hoc quod communis vtilitas
ſit,quod quis perueniat ad libertatem, ſed
debent coniungi cum ſuperioribus verbis
hoc modo,dicitur ibi,hi quoq; quæ non po
terunt ad libertatem peruenire puta, ſi hac
lege diſtratus erat quis,ne manumitteretur,
potuerunt propter hoc, quod in commune
vtile eſt ad libertatem peruenire conſtruun
tur hoc modo, hi quoque ſcilicet inhabiles
potuerãt peruenire ad libertatem propter
hoc, ſcilicet vt puniantur delicta,quod eſt i
commune vtile,ideſt communis vtilitas,&
iſta puto vera quãtum ad intellectum illius
§.vtrum.Quantum ad contraria ſupra for
mata ego diſtinguerem ſic pro nunc, quan-
6 doq; quis † eſt inhabilitatus a lege,& pro-
cedant contraria,quod etiam fauore publi.
vtilitatis ſub verbis generalibus non com-
prehendatur,niſi in caſu a iure expreſſo,ut
ſupra dixi:quandoq; quis inhabilitatus eſt
ab homine.& tũc procedat.§.vtrum, quod
ratione publi.vtilitatis amittatur . Et ratio
differentiæ poteſt aſsignari,quia nõ eſt ve
roſimile,ꝙ lex ſub verbis ſuis generalibus
velit comprehendere inhabilitatum a ſe ,
quia videretur quodãmodo corrigere ſuũ
factum,quod non eſt præſumendum,quę ra
tio ceſſat in inhabilitato ab homine. Cogi-
ta,quia alibi non inuenies.

1 *Bannitis ciuitatis non denegantur iura cõ-
munia,ſed tantum iura municipalia.*
2 *Bannito non eſt deneganda defenſio proue-
niens ex forma ſtatuti,quo minus poßit ſu
per ea ſe fundare.*
3 *Bannitus opponens de nullitate proceſſus
propter gabellam ex forma ſtatuti non ſo-
lutam, auditur.*
4 *Bannitum occidens,cum quo habebat capi-
tales inimicitias,an debeat gaudere bene-
ficio ſtatuti?*
5 *Bannitum proditorie occidens , an iuuetur
beneficio ſtatuti?*
6 *Proditorie occidere quis dicatur?*
7 *Intellectus l.fi.C. de delato.lib.x.*
8 *Statutum debet intelligi ſecundum commu
nem vſum loquẽdi, quod eſſet tempore ſta
tuentium,non poſt.*
9 *Bannitus pro crimine læſæ maieſtatis poteſt
proditorie occidi.*
10 *Præmium datur ei,qui vltro ſe offert ad fa
ciendum id, quod eſt cauſa præmij,ſecus ſi
caſu, vel fortuna.*
11 *Bannitum ſuum inimicum occidens, in du-
bio an videatur ob ſtatutum occidiſſe , an
ob vindictam?*
12 *Facere potens actum nomine proprio, & no
mine alieno , in dubio præſumitur facere
nomine proprio , & quomodo iſta regula
procedat?*
13 *Bannitum capiens an poßit repetere a fi-
ſco expenſas,quas fuit in eo capiendo quan
do præmium capienti a ſtatuto propoſi-
tum eſt?*
14 *Mandato carens repetit expenſas , dummo-
do vtiliter geſſerit a principio, licet nõ ſor
tiatur effectum.*
15 *Locans operas ſuas alteri,in dubio debet ope
rari ſumptibus ſuis , & ſuis ferramentis,
& non ſumptibus alterius.*
16 *Vaſallus tenetur ſequi dominum ſuis ex-
penſis.*

14 Notant Bar. & alij in l.ſi cum mulier.ff.
1 ſol.ma.ꝙ licet bannitis † ciuitatis denegen
tur iura municipalia, & nõ iura communia
vt no. in l.j.C.de hære.inſti.tamen defenſio
2 proueniens † ex forma ſtatuti,videlicet ꝙ
bannitus poſsit impune offendi, vel occidi
non eſt deneganda bannito,quominus poſ-
ſit ſuper illa ſe fundare,cum principaliter
illa defenſio proceſſerit in fauorem reipu-
bli.illius ciuitatis,& non ipſorum offendẽ-
tium per id quod habetur.in l.hoc crimen.
C.vt lice.vni.ſe vindi.Et ſic etiam ſi banni
3 tus † opponat vel replicet de nullitate cõ-
tractus vel proceſſus propter gabellam nõ
ſolutam,vel decimam non ſolutam ex for-
ma ſtatuti ſuę ciuitatis dici poteſt ipſum au
diri,cum tale ſtatutum principaliter emana
uerit in fauorem reipub.arg.eius quod ha-
betur in l.j.in princ.C.de cadu.tollen.facit

quod habetur in l.ſi quis in graui.§.hi quoque.ad Silla. Sed circa prædicta poteſt du-
4 bitari ſi quis occidat bannitum,cum † quo habebat capitales inimicitias, quod nõ debeat gaudere beneficio ſtatuti,cum præſumatur occidiſſe magis propter vindictã priuatam q̃ pro publ.maxime ſi appareat de intenſione illius occidentis ante homicidiũ cõmiſſum vel poſt,Quamuis poſſet aliquis dicere,quod ſufficiat eum occidere quomodocunq; ſit ſatisfactum ſtatuto volẽti quod bannitus impune occidatur. Sed iſtud vltimum non videtur verum, per id quod not. Bar.in l.genero.ff.de his qui not.infa.& in l.ſi quis in graui.§.vtrum. ad Silla.Bart.& Ang.in l.nulla.C,de delato.li.x.& in l.omnes populi.de iuſti,& iur.in j.q.v,q.principalis. & Are.in l.cum ſeruus.de verb,obli. & per id quod ſequitur Bartho,Cæp. in cõſi.ſuo xxxiiij.incip.ſi inquam,in iiij,colum. verſi,præterea referens,Ang.in l.ſi.per illũ tex.C.de delato.libr,x.tenere quod ſi quis
5 † proditorie occidat bannitum non iuuatur beneficio ſtatuti eſt in additio. ad Bar. ibi vbi dicit de facto eſſe iudicatum Peruſij, quod bene no.Sed non videtur verum, quia videmus quotidie, quod tales banniti proditorie occiduntur,nihilominus occidẽtes gaudent illo beneficio. Putarem tamen quod forte procederet dictum Ange.quando alias fuiſſet proditor,vt in crimine læſæ maieſta. per id quod habetur in l,quiſquis. C.ad l. Iuli.maieſt.tamen ſi velis tenere opinionem Angel.Putarem non procedere in eo qui viderit aliquem aſtantem,& poſt eũ vadat & occidat, maxime ſi inter eos erat inimicitia,& ſic rancor,quia illud non dicitur proditorie feciſſe,quia illud quod faciebat in actibus oſtendat, ſcilicet ſe illi deſer-
6 uire velle. Sed dictum † Ang.forte procederet quando irem tanquam ſocius cũ aliquo in itinere, vel ſederem ſecum i menſa, vel eſſem ſuus amicus, quia tunc occidẽdo ipſum dicor proditorie feciſſe, quia aliud gerebam in animo,q̃ illud quod gerebam
7 in actu,& ita † intelligitur d.l.ſi.de delato, quam l.ita intelligit Bart.vbi hoc declarat in l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn. Nõ ob.ſi diceretur quod de communi vſu loquendi dicitur etiam proditorie occidi, quando poſt eum vado & occido,licet non gererem aliud in animo, ſed cõmunis vſus præualet ſtatuto,& ſic proprietati vocabuli,vt no.doct.in rub.ff.de ope.no.nun. ergo omni caſu procederet dictum Angel. Quia ad hoc eleganter reſpondetur quod iſtud
8 eſſet verum † quando talis vſus probaretur quod tempore ſtatuentium fuiſſet in eſſe deductus,alias nõ ſufficeret probare qđ nunc eſſet,vt not.tenet Soci.in l.Gallus.§.ſi eius. circa med.pe.col.cum ſeq.de libe.& poſth. Sed hoc probare eſſet valde difficile, ergo dictum Ang. in dicto caſu non procederet, quia ſtaretur proprio ſignificatui vocabuli,vt ſupra dictum eſt,quod valde no. Cogita tamen,q̃ ſi vis tenere opi.Ang.generaliter,aut cum declaratione ſupra facta.Limi
9 ta niſi † eſſet bannitus condemnatus crimine læſæ maieſta.per d.l.ſi,de dela,& per d. l.quiſquis.Intelligerẽtur tamen prædicta.ſ. quod nõ ſufficiat hominem quomodocũq; occidere quando eſſet cõſtitutum aliquod præmium occidẽti.alias ſecus per id quod no.Ang.& alij in d.l.macula.vbi notat prę
10 mium † dari ei qui vltro ſe offert ad faciendum id quod eſt cauſa præmij.ſecus ſi caſu uel fortuna.Cogita tamen,quo ad primum faterer cum expreſſe apparet de intẽtione occidentis, ſed quando non conſtat de intẽtione occidentis,nec ante nec poſt homici-
11 dium,& ſic ſumus in dubio,vr̃ quod † debeat præſumi occidiſſe potius ratione ſtatuti,& ſic nomine reipub.q̃ propter vindictã ſuam, quia in dubio quis non præſumitur delinquere,& talis pręſumitur animus qualis eſſe debet,l.meritio,ff.pro ſoc,ſed ſi præſumeremus occidiſſe propter vindictã priuatam præſumeretur deliquiſſe cum deberet puniri pœna homicidij, ergo hoc nõ eſt præſumendũ,ſed potius quod propter vindictam publicam.In contrarium facit, quia quando quis poteſt facere actum nomine
12 proprio,& nomine alieno,in dubio † præſumitur facere nomine proprio l.Papinianus.ff.manda.l.& magis.ff.de ſolu,Sed iſte poterat occidere nomine ſuo , & ſic ꝓpter vindictam priuatam & nomine reipubli.& ſic propter vindictam publi. & ſic nomine alieno , ergo potius debet præſumi feciſſe nomine proprio q̃ nomine alieno.Sed contrarium videtur verius,& poteſt reſponderi ad iſtud quod non procedit iſta regula, quando per hoc quis præſumeret deliquiſſe,& eſſet pulchra limitatio ad d.regu.cogi
13 ta tamen. Sed quæro † nunquid expenſas quas quis fecit in capiendo bannitum poſſit repetere a fiſco? Dic quod ſic,per tex.i l.mulier opus ſalinarũ ff.de capti.& poſtli, reuer.& ita no. Bald.in c. j.in j. colum, hic finitur lex Corra, &c. & iſtud procedit de plano quando nullum præmium capienti bannitum cõſtitutum fuit a ſtatuto.Sed du-

bium eſt quando cõſtitutum eſt præmium,
Et videtur dicendum quod ſic per tex. in l.
idemq;. §. idẽ labeo. in fi. ff. manda. Nec ob.
ſi diceres, quod ibi loquatur in procurato-
re habente mandatum, ſed hoc caſu nõ pro
prie habet mãdatum, quia reſpondeo quod
14 † etiam carens mandato repetit expenſas
dummodo obtineat & vtiliter gerat l. iam
tamen. §. in hac. in fi. ff. iudi. ſol. cum ſimi. fa
cit etiam l. ſed an & vltro. ff. de nego. geſt.
vbi plus dicitur quod ſufficit a princi. vtili
ter gerere, licet nõ ſortiatur effectum, quia
etiam carens mãdato repetit expenſas, ſed
in caſu noſtro non ſolum vtiliter geſſit a
prin. ſed effectus eſt ſequutus capiẽdo bã-
nitum, ergo debet poſſe expenſas repetere
d. l. mulier in opus. quia ad conſequendas
expenſas a fiſco non eſt curandum de man
dato, vt dicit gl. fi. in d. l. mulier. In cõtrariũ
videtur veritas quod non poſsit repetere
quando eſt conſtitutum ſibi præmium, hoc
ſentit Bar. in terminis in l. j. in fi. princ. ff. de
iuſti. & iur. vbi dicit, quod ſi non eſt conſti-
tutum præmium, poteſt repetere expẽſas,
ergo a cõtrario ſenſu manifeſte ſentit, quod
ſi eſſet ſibi conſtitutum præmium non repe
teret. Secundo moueor, quia ad hoc vt ha-
beat præmium debet capere vel occidere
bannitũ, ergo tenetur ad omne id, quo per-
uenitur ad illud l. ij. & ff. de iuriſdi. om. iudi.
Tertio moueor, quia iſte videt' locaſſe ope
ras ſuas fiſco pro illo præmio, tunc ſic, quã-
15 do aliquis † locat operas ſuas alteri, tunc
debet operari in dubio ſuis ſumptibus, &
non ſumptibus alterius Bar. in l. ſi non ſor
tem. §. libertus. in penul. col. ff. de condi. in-
debi. bene facit l. ſuo victu. de ope. liber. ad
idem l. ij. §. ſi conſeruatis. ff. ad l. rho. de iac.
per quem tex. Bal. in l. j. in prin. C. de verb.
ſignifi. dicit quod operarij in dubio debent
operari ſuis expenſis, & ſuis ferramẽtis vel
inſtrumentis, ad idem quod not. Alexan. in
l. recuſare. §. ſi quis alio. in j. col. ff. ad Treb.
16 vbi † vaſallus teneatur ſequi dominum ſuis
expenſis, nõ ob. §. idem labeo. vbi videtur
eſſe difficultas, quia reſpondeo & dico ſic,
quando datur præmium reſpectu laboris
tantum, & tũc aut quærimus vtrum ex illo
præmio debeat alere perſonam ſuam tan-
tum, & facere expenſas requiſitas in ſua p-
ſona tantum, & dico quod ſic, ita procedit
quod no. Bar. i d. §. libertus. Aut quærimus
vtrum ex illo præmio teneatur facere ſum
ptus, & expenſas in alijs perſonis vel circũ
ſtantijs requiſitis ad illud opus, & dico quõ
non, & ita procedit d. §. idem labeo. Quan-
doq; dat præmium nõ reſpectu laboris, ſed
reſpectu operis, vt eſt in caſu noſtro, & tũc
tenetur ad omnes expenſas, per quas per-
uenitur ad illud opus per l. ij. de iuriſditio.
omn. iudi. & ita procedat quod ſentit Bar.
in d. l. j. in fin. prin. de iuſti. & iur. Et iſta vi-
detur mihi eſſe mens iſtorum iurium. Cogi
ta tamen. & facit tex. in l. ſi Barſaterem. C.
de fideiuſſo.

1 *Mare dicitur de diſtrictu, & factum in ma
ri dicitur factum in territorio, & an id
procedat tantum in materia fauorabili,
an etiam odioſa?*
2 *Delictum factum in mari Piſano, puniatur
Piſis, ac ſi eſſet factum Piſis.*
3 *Teſtamentum factum in portu cuiuſdã ciui
tatis Soldani an cenſeatur factum in ter-
ris Sarracenorum, an Chriſtianorum?*
4 *Portus inſulæ ſunt inſulæ.*

15 No. quod mare † dicitur de diſtrictu glo.
1 in c. vbi periculum. §. porro. de elect. in vj.
vbi dicitur factum eſſe in territorio quod
factum eſt in mari, quod bene no. pro ſtatu
tis, & illam glo. ſequitur Bal. in c. j. in prin.
ij. colum. qui. mo. feu. amit. licet Dominicus
in d. c. vbi periculum dicat quod procedit
in materia fauorabili, ſecus in odioſa. Vide
tamen Ang. in contrarium in l. inſulæ. Ita-
2 liæ. ff. de iudi. vbi dicit † quando delictũ fa-
ctũ eſt in mari Piſano puniet' Piſis, ac ſi eſ-
ſet factũ Piſis per tex. ſing. i l. j. C. de claſsi.
lib. xj. & hoc tota die videmus apud Vene
tos & Ianuenſes. & ad hoc vide tex. in l. ſi
quis ita. ff. de aur. & arg. leg. vbi teſtator re-
linquit ea quæ in vrbe ſeu in portu habe-
bat. In contrarium tamen videtur facere
doctrina Bal. in rub. ff. de re. diui. in fin. iiij.
col. vbi refert quod illo anno reuocabatur
3 in dubium, an teſtamentum † factum in por-
tu cuiuſdam ciuitatis Soldani cenſeretur fa-
ctum in terris Sarracenorum, vt ſic duo te-
ſtes ſufficerent, an in locis Chriſtianorum,
vt ſic requirantur ſeptem? & dicit fuiſſe di-
ctum quod intelligeretur factum in terris
Chriſtianorum, & ſi illud eſſet verum habe
tes magnam & ſingularem limitationẽ ad-
no. per Bar. in l. qui a latronibus ad fi. ff. de
teſt. & de veritate illius dicti Bar. vide Pa-
pienſes in l. ius autem ciuile. ad fin. vbi re-
miſsius loquuntur. ff. de iuſti. & iur. Sed pu
to dictum Bal. in d. rub. non eſſe verum per

iura ſupra allegata quæ videntur vera. Cō
tra Bal. etiam videtur facere quod no. Bar.
4 in l. Cæſar. ff. de publi. vbi dicit † quod om-
nes portus inſulę ſunt inſula, & dicit quod
quidam ſtabant in portu ciuitatis Piſanæ
quæritur an poſsint puniri in ciuitate, ſub
qua eſt inſula? certe ſic, quia portus inſulę,
& ſic patet quod portus & ſic mare ſunt de
diſtrictu, & de territorio illius ciuitatis, ſub
qua eſt portus, & ſic iſta doctrina facit etiā
contra Dominicum volentem quod proce
dat tantum in materia fauorabili. Contra
Bal. facit etiam l. ſane ſi maris. propriū ius
ad aliquē pertineat & ibi Bart. ff. de iniur.
& id quod no. Alexan. in apoſtillis ad Bar.
in l. pupillus. §. territorio. ff. de verbo. ſigni.
cogita tamen.

1 *Creditor habens publicum crediti inſtrumē*
tum, ſi illud laceret per iracundiā, an gra
uetur pleniori probatione? Et ſi de credito
probet per vnum teſtem, an ſibi deferatur
iuramentum neceſſarium in ſupplemen-
tum probationis?

2 *Iracundiæ calore factum non debet alicui*
imputari.

3 *Notarij error in inſtrumento commiſſus ſi*
ſit probandus, & notarius de tali errore
atteſtetur, ex notarij dicto non defertur
iuramentum neceſſarium in defectū pro-
bationis.

4 *Furoris tempore factum non imputatur ad*
culpam.

16 Tenē menti ſingularem deciſionē Bald.
in l. ij. in fi. C. de fide inſtru. vbi per illū tex.
1 no. quod ſi creditor † habebat inſtrumentū
publicum de credito, & illud per iracundiā
lacerauit, aut igne cremauit, quamuis per hoc
ius crediti ſui non perdatur, tamen grada-
tur pleniori probatione, ex quo culpa ſua
perdidit probationem indubitatam ſui in-
ſtrumenti, & ideo iſto caſu ſi probaret de
credito per vnum teſtem, vel alias ſemiple
ne, non deferetur ſibi iuramentum neceſſa-
rium in ſupplementum probationis per il-
lum tex. Sed vt dem materiam cogitandi,
videtur quod non debeat grauari pleniori
probatione cum non ſit in culpa per id qđ
voluit Specu. in ti. de accuſ. ver. quid ſi te
vocaui &c. & ibi Bal. in addi. in ij. char. &
Specu. in ti. de præſump. ver. ſed pone vbi
2 dicit † quod dictum vel factum calore ira-
cundiæ non debet ei imputari, cum non ſit
in culpa. & per ea quæ in ſimili habent per
Roma. in conſi. cccccxij. & per Modernos
in l. filiam. C. de inoffic. teſta. ergo lacerans
inſtrumentum calore iracundiæ pleniori
probatione grauari non debet, cum non ſit
in culpa. Sed cogita ſi poſſet dici quod aut
creditor lacerans inſtrumentum fecit pro-
prio motu & impulſu animi, & tunc proce
dat opi. Bal. cum ſit in culpa, Aut lacerauit
propter aliorum impulſum vel clamorem,
& tunc procedat quod ſupra proxime di-
xi, cum non ſit ei imputandum, ita in ſimi-
li diſtinguit glo. in c. ſunt qui opes. xvij. q.
iiij. Sed pro Bald. facit, quia quando agitur
3 † de probando errore notarij commiſſo in
inſtrumento, & notariuſmet atteſtatur de
tali errore, ex dicto notarij nō defertur iu-
ramentum neceſſarium in defectum proba
tionis, ita ſing. Bar. in l. imperator la j. in ſi.
colum. ff. de ſtatu. ho. per glo. in l. j. C. qui &
aduer. quos. vide Saly. in d. l. j. de fide inſtr.
vbi mirabiliter limitat ſingu. deciſionē Bal.
vt procedat quando tale inſtrumentū eſſet
de natura vel de ſubſtantia debiti contra-
cti in ſcriptis, puta quia partes expreſſe ita
conueniſſent, quod de iſto debito fieret pu-
blicum inſtrumentum iuxta l. contractus.
C. de fide inſtru. Vel eſſemus in caſibus in
quibus requireretur ſcriptura, de quibus
plene habetur per gloſ. magiſtralē in c. j. de
cenſi. in vj. Vel quando per ſtatutum vel p
conſuetudinem loci requireretur inſtrumē
tum publicum, in iſtis caſibus ſi creditor la
ceret inſtrumentum per iracundiam proce
deret dictum Bal. Sed vbi inſtrumentū nō
eſſet de natura vel de eſſentia debiti, ſed eſ-
ſet voluntarie confectum prout eſt regula-
riter l. pactum quod bona fide cum glo. C.
de pac. l. contrahitur. ff. de pac. pig. tunc li-
cet creditor laceraret inſtrumentum credi-
ti per hoc non grauaretur pleniori proba-
tione, ſed ſufficeret ſemiplena probatio cū
eius iuramento, & iſtam limitationem re-
fert & ſequitur Iaſo. in repe. l. admonendi.
in xxxj. colū. ff. de iureiur. quam dicit eſſe
multum notandum, licet aliqualiter obſta-
re videatur generalitas rationis aſsignatæ
per Bal. Et ſecundum d. deciſionem intelli
ge & limita illud quod voluit gloſ. & Bar.
in l. ſicut iniquum. C. de fide inſtr. Limitarē
etiam dictum Bal. vltra doc. ibi non procē
4 dere in eo, qui eſſet in furore, quia aliquod
† factum tempore furoris non imputatur ad
culpam: ſatis enim punitur ſuo furore, &

ideo dato quod haberet dilucida interualla, propter hoc nõ grauaretur pleniori ꝓbatione, ad quod adde Abb. in c.j. in ij. no. de his qui filios occide.

1 *Debitorem, qui in domum meam confugit, exhibere an cogi poßim, & qua actione?*

17 Diligenter nota vnum in materia actionis ad exhibendum: quod non cogor exhi-
1 berem debitorem alicuius qui fugit in domum meam, ſaltem per interdictum de libero homine exhibendo tex. habes ſolennem & ſing. in l.ſ. §.fina. ff. de li.homi.exhi. per quem tex. infert multum ſignanter Ioã. de Platea. in §.præterea. quem ſequitur ibi Iaſo. inſti. de actio. circa me. xj. col. quod licet ego acceptem in domum meam mercatorem, qui decoxerit, non tamen poſſum cõueniri vt eum exhibeã, alias tenear ad intereſſe, quod diligentiſsime nota, quia quotidianiſsimum, & forte non inuenies alibi hoc dictum ad hoc, accedant ſecundum Iaſo. ibi quæ traduntur ſing. per Inno. in c. dilecti. extra de iudi. alias de appel. & refert & ſequitur apud legiſtas Bald. in c. generali. ſi de feud. fue. con. inter do. & agna. dum quærit Inno. de ſolenni & quotidiana quæſtione multum conferente ad proximũ dictum. Quod ſi aliquis detinet debitorẽ meũ, & pro hoc non poteſt mihi in aliquo ſatiſfacere, quia de operibus ſuis poſſet acquirere mihi, & ſatisfacere an poſsim repetere ab eo hunc debitorem, determinat mirabiliter Inno. quod non, niſi habeam ius reale in eo vt in vaſſallo, & aſcriptitio & ſimilibus perſonis. Eſt tamen remedium ſecundum Bal. in d.c. in generali, quod agã actione iniuriarum contra eum, vel de dolo ſi ſciens detinet in præiudicium meum. vt ff. de dolo l. cum quis. Conſtat etiam ſecũdum eundem Bal. quod poſſum agere interdicto de liber. ho. exhi. in quo alias præferor ꝓpter ſingulare intereſſe, vt ff. de procurato. licet in popularibus. Sed puto quod de iure Bald. non bene dicat quod poſsit agere interdicto de lib. homi. exhi. per dictũ tex. ſing. ad literam. l.ſ. §.fin. vbi iuriſconſultus dicit, quod creditori non competit interdictum vt debitor exhiberetur: neque. n. debitorem latitantem exhibere quiſquam cogitur, ſed in bona eius ex edicto prætoris mittuntur, poſſet etiam dici quod ſi talis debitor habebat bona, ex quibus ipſi creditori ſatiſfieri poſſet, quod tũc in iſto caſu etiã non ageretur actione iniuriarum, vel de dolo contra detinentem debitorem, cum creditor ex edicto prætoris poſſet ei eſſe ſuccurſum, & ſic in bona debitoris mitti, vt dicit d.l. fina. §. qui hæc ſentire videtur, ſed ſi non haberet bona ſufficientia talis debitor tunc putarei quod creditor contra detinentem eum ſcientem ad intereſſe agere poſſit per iura ſupra allegata. Cogita tamen.

1 *Pacto de retrouendendo præſcribitur xxx. annis, etiam ſi illud pactum ſit iuratum, vel dictum ſit, ſine aliqua præſcriptione.*

2 *Præſcriptio non currit in cauſa vſuraria.*

3 *Error iuris non cauſat bonam fidem quo ad præſcriptionem etiam longiſsimi temporis.*

4 *Iuris ſcientia in dubio præſumitur, niſi de ignorantia probetur.*

5 *Obliuio quando allegari poßit?*

6 *Vſurarius contractus præſumitur quando concurrit paruitas pretij, & pactum de retrouendendo.*

7 *Ruſticus excuſatur a pſumpta fraude vſurarum propter ignorantiã iuris, fallit in ruſtico ſagaci.*

8 *Statutum ſi diſponeret, quòd debitor malæ fidei præſcriberet, non valeret.*

9 *Præſcriptio centenaria currit licet in lege noua dicatur, nulla præſcriptione obſtãte.*

10 *Soluere quandocunque promittens, an præſcribat?*

11 *Infinitas in quibus caſibus toleretur.*

12 *Verbum, quandocunque, eſt generale, aptũ importare infinitatem.*

13 *Facultas adimplendi conditionem poteſtatiuam nullo vnquam tempore præſcribitur.*

14 *Præſcriptioni xxx. annorum cum iuramento poteſt renuntiari.*

15 *Præſcriptionis curſus poteſt impediri per iuramentum in pacto appoſitum.*

16 *Iuramento obligatus nunquam poteſt opponere præſcriptionem.*

17 *Iuramentum actionem perpetuat.*

18 *Donatio iurata reuocari non poteſt.*

19 *Iuramentum validat ſimplicem renun-*

tiationem factam de iure futuro parte abſente.

10 *Pacto iurato illud fieri poteſt, quod fieri poteſt per ſtatutum.*

11 *Præſcriptioni poteſt per ſtatutũ derogari.*

12 *Præſcriptio principaliter eſt introducta fauore priuatorum, & ſecundario fauore publico, ergo ei renuntiari poteſt.*

13 *Iuramentum facit valere actum, qui alias non valeret.*

14 *Iuramentum regulatur ſecundum naturam actus ſuper quo interponitur, & an aliquid ei addat?*

15 *Conſenſum in genere ſaltem adeſſe quando ſufficiat?*

16 *In integrum reſtitutio aduerſus præſcriptionem xxx. annorum an poßit peti, & infra quantum tempus?*

17 *In integrum reſtitutionis petendæ tempus nunquam currit niſi a tempore ſcientiæ, cum a principio ſit vtile.*

18 *Præſcriptio quando currat in pacto de retrouẽdendo, non obſtantibus verbis in inſtrumento, videlicet quandocunque vel non obſtante aliqua præſcriptione?*

19 *Cautela ad tollendam præſcriptionem pacti de retrouendendo.*

18 Nota diligẽter † quod ſi vendatur res cũ
1 pacto quod vendens, vel eius hęredes poſſint quandocunque oblato pretio redimere, certe non obſtãtibus talibus verbis pręſcribitur. xxx. annis, etiam ſi iſtud pactũ ſit iuratum, & etiam ſi ſit dictum, quantuncũque, & ſine aliqua præſcriptione. ita ſignãter conſuluit. Angel. conſi. lv. quod incipit Guil. & Franciſcus, imo plus tenet Pe. de Anch. conſi. cccxxxvij. incip. viſis diligenter actis quod pręſcribatur. x. annis, iſta refert & ſequitur ſimpliciter Iaſo. in l. ſi mater. ad fi. C. de inſti. & ſubſti. & in l. petens, ad fi. iiij. col. C. de pac. vbi aſſerit ſe pluries de facto reſpondiſſe, & conſuluiſſe ſecundũ d. conſi. Ang. quod tene menti, quia iſta quotidie contingere poſſent. Sed vt dem materiam cogitandi licet non audeat tyrunculus tantos patres reprehendere: ſed potius dico me non intelligere aut codicẽ eſſe corruptum vt inquit tex. in c. ego ſolis. ix. diſt. Videtur ꝙ deciſio. Ang. non procedat, quãdo talis contractus præſumeretur vſura-
2 rius, quia in cauſa † vſuraria non currit pręſcriptio ſecundum Alex. conſi. xlvj. incip. circa præſentis conſilij materiã &c. in iij. volu. in j. & ij. colũ. & ſic vbi eſſet paruitas precij, & pactum de retrouendẽdo nõ procederet dicta deciſio: quia tunc contractus præſumitur vſurarius, etiam ſi non conſtet emptorem ſolitum fœnerari. & hoc quando reſolutio contractus pendet a facultate venditoris, put in caſu noſtro. ita Alex. d. conſi. vbi dicit hanc eſſe communem opin. quæ opi. eſt amplectenda tanquã magis tuta, cum ſimus in materia peccati. c. iuuenis. de ſpon. Item tempore emptionis non potuit inchoari præſcriptio, quia ipſe erat in mala fide ratione dicti contractus, quæ fuit & eſſe fingitur ſimulatus. & ſic fuit contractus pignoris, ex quo nullum fuit translatũ dominium, nec poſſeſsio per venditorem. l. emptor. & ibi no. de aqua plu. ar. & patet in l. emptione. C. plus vale. quod agi. & ibi doc. & ſic videt ꝙ exceptione præſcriptionis venditor excludi non poſsit l. male agitur. C. de præſcri. xxx. anno. imo ſi præſcriberet, diceretur præſcribere ad commodũ pignorãtis l. ſi ſeruũ. ff. de vſuca. l. j. §. ſeruũ quæ pignoris, & l. pignoris. de acqui. poſ. cũ ſcientia rei alienæ ſemper impediat pręſcriptionem c. fi. de præſcrip & c. poſſeſſor. de reg. iur. in vj. & hoc de iure cano. quod attẽdendum eſt cum agitur de materia peccati iuribus ſupra allegatis. ita dicit Alex. in d. conſi. in pen. colum. & in conſi. lxix. incip. in cauſa & lite vertente. in iij. volu. in iiij. colum. dicit ꝙ exceptio præſcriptionis nõ obſtat cum ſit in mala fide quando per inſtrumẽtum ſe obligauerat, idem tenet Pau. de Ca. in l. j. ij. col. ff. de vſucap. vbi dicit ꝙ non præſcribitur per ſcientem ſe obligatũ, ergo dicamus quod in caſu Ang. nõ currat præſcriptio, cum ſciat ſe obligatum ad retrouendendam rem ſibi prius venditã oblato ſibi precio abſque aliqua præſcriptione. Et nota quod etiam dato quod diceretur, quod dictus emptor potuit ignorare dictũ contractum non eſſe licitum, & potuit affirmare, ꝙ contractus valuerit, reſpondeo ꝙ
3 error † iuris non cauſat bonam fidem, quo ad præſcrip. l. nunquam. in princi. l. ſi fur. §. j. de vſucap. quod procedit etiam in pręſcriptione longiſsimi temporis, vt probat per glo. iuncto tex. in c. ad apoſtolicę. de dona. Archi. x. q. iij. c. quia cognouimus, & doc. in clemen. j. de rebus eccle. non alie. Item in

4 dubio † præſumit ſcientia iuris niſi de igno
rantia probetur l. leges ſacratiſsimę.C. de
legi.l.ſi hæres ab eo.in fi.ff.ad Treb. quam
l.ad hoc inducit Bar.in l.nō fatetur.in viii.
col.de confeſ.ita dicit Alex.in d.cōſi.lxvj.
pen.colum. Nec obſtat etiam ſi diceretur
quod elapſo decennio potuit præſcribere,
& prǽſcriptionem inchoare,quia poſt illud
tempus inducitur obliuio,vt per glo.& ibi
doct.in l.j.C.de ſeruis fugi.quia reſpondeo
de mente doc.ibi vt procedat vbi tractare
5 tur de damno vitando,quia tunc † poteſt al-
legare poſt longum tempus obliuionem,ſe-
cus quando agit de lucro quærendo cū al-
terius iniuria,prout eſt in prǽſcriptione in-
ducenda,vt eſt in caſu noſtro, tunc non eſt
probabilis ignorantia,vel obliuio etiā poſt
longum tempus quod tene menti. & ſic in
iſto caſu d.deciſio.Ang.non procederet li-
cet non ſit caſus.An.Et plus non procede-
deret etiam ſi emptor eſſet ſolitus fœnera-
ri,vel alias vt habetur in locis ſupra alleg.
6 Limita † tamen quod ſupra dixi, ꝙ quādo
concurrit paruitas precij & pactum de re-
trouendendo præſumatur contractus vſu-
rarius non procedere in ruſtico,quia ruſti-
7 cus † excuſat a præſumptā fraude vſurarū
propter ignorantiam iuris glo.eſt in l. cum
allegas,& ibi Bald.in iij. oppo.C. de vſur.
per quam glo.infert ibi Fulg.quod ſi ruſti-
cus emat fundum cum pacto de retrouen-
dendo,nō cenſebitur cōtractus vſurarius.
quod nota pro limita.eorum quę habentur
in c.ad noſtram,de emptio.& vēdi. & in c.
illo vos.de pig.ſequitur Iaſ.in l.ſi qs id qđ.
in prin.x.col.ff.de iuriſdi.omn.iudi.& in l.
iuris.C.qui admitti,in quibus locis limitat
non habere locū in ruſtico ſagaci aut ſqua-
drato per glo.in l.athletę.§.de ruſticis.ff.de
excu.tuto.Adde etiā pro limitatione gloſ.
c.conqueſtus.de vſur.quod no.Abb.in c.in
aliquibus,in fi.j.colum.de deci. vbi omni-
no. vide quod etiam facit ad practicam &
ad intellectum l.ij.C.de reſcin.ven.imo vi-
detur quod in caſu Ang.nullo pacto poſsit
procedere,per id quod ſupradictū eſt quod
per ſcientem ſe obligatum cum ſit in mala
fide præſcribi non poſsit,imo plus etiam ſi
8 ſtatutum † ſpecialiter & expreſſe diceret,
ꝙ debitor malę fidei præſcriberet, tale ſta-
tutum non valeret:ita tenet Alex.in d.cōſi.
lxix.in iij.col.& Ioan.de Imo.conſi. xxvj.
incipi. in caſu præmiſſo viſis & conſidera-
tis &c.& in conſil.xlvj.incip. in caſu præ-
miſſo ante omnia &c.facit quod dixit Bal.
in l.j.in ij.colū.C.de anna.exce.vbi dicit ꝙ
ſi in aliqua noua lege inueniret hęc verba,
nulla præſcriptione obſtante, ꝙ præſcri-
9 ptio † centenaria curreret allegat glo. in §.
de cętero.in authen.vt de cętero non ſtante
conſti.ita ergo in caſu noſtro vbi ſunt illa
verba licet currat præſcriptio centum an-
norum,non curret præſcriptio xxx.anno-
rum. facit etiam contra Ang.id quod dicit
Bal.in l.j.ad fi.ff.ſolu.ma. & ibi doct. quod
licet promittens ſoluere ſemper intelliga-
10 tur niſi præſcribatur tamen ſecus eſt in pro-
mittente ſoluere quandocunque,ſed in ca-
ſu Ang.plus fuit dictum,quia non ſolū quā-
docunque,ſed etiā ſine aliqua præſcriptio-
ne cum iuramento,& ſic in caſu Ange.mi-
nus debet poſſe currere prǽſcrip.cum adſit
geminatio verborum vt aliquid operetur
l.Baliſta,ad tre.Nec obſtat ſi diceretur:in-
finitas eſt euitanda ne dominia rerum ſint
incerta.inſti.de vſuca.in princi.cū ſimi. Ad
hoc reſpondetur quod imo nullo vnquam
tempore potuit præſcribi facultas redimē-
di prædicta bona, & hoc tali ratione.Nam
11 † quando verba contrahentium ſunt apta
importare infinitatē prout ſunt in caſu no-
ſtro,& tunc infinitas toleratur, non autem
reijcitur l.in annalibus.C.de le.& l.ſi ita ſti-
pulatus a Seio fuero.cum ſimi.ff.de fideiuſ.
Et hoc eſt ꝓp vim illius verbi quandocū-
12 que † quod eſt verbum generale aptū im-
portare infinitatem:ita determinat Bar.tra
dens iſtam doctrinam in l. qui bona.in.§.fi.
ff.de dam.infec.contra Ange.facit etiā vna
alia ratio.nam hoc pactum de retrouendē-
do fuit collatum in liberam voluntatē di-
cti venditoris:quia fuit dictum,ꝙ quando-
cunque voluerit poſsit retro emere:tūc ſic,
13 facultatem † adimplendi conditionem pote
ſtatiuam nullo vnquam tempore præſcribi
poteſt:ita probat tex. in l.ſeruus quoq;.§.
fi.ff.de hære.inſtitu.& l.fi.ff.de condi. inſti.
vbi habet ꝙ ſi filius in poteſtate patris cō-
ſtitutus,ſub condi. poteſtatiua fuerit inſti-
tutus, nullo tempore dicitur præteritus:qa
per iſtam conditionem toto tempore vitæ
ſuæ poteſt adimplere. & tamen ſi facultati
adimplendi conditionem iſtam aliquo tem
pore præſcribi poſsit: contingere poſſet, ꝙ
filius inueniret ſe præteritum : vt quia fi-
lius infans teſtatoris ſub iſta conditione fue-
rit inſtitutus,quē poſsibile eſt viuere vſque
ad centum annos l.fi.C.de ſacroſan. eccle.
& hanc doctrinam per illos tex.tradit Bar.
in l.pignori rē.in vltimis verbis.ff. de vſu-
ca.Et ꝙ prædicta deciſio. Ang.non proce-
dat in pacto iurato,facit quod vult Alex.in

l.nemo poteſt,in prin.pen.colum.ff.de leg.
j.vbi dicit quod licet præſcriptio.xxx.an
norum ſit odioſa,cũ currat ex negligẽtia nõ
petentis,vt dicunt doct.in l.j.ff. de vſucap.
qui non poteſt renunciari per pactum,tamẽ
14 †cum iuramento renuntiari poteſt,cum iu
ramentum ſit ſeruandum cum poteſt ſerua
ri ſine interitu ſalutis æternę,prout eſt in ca
ſu noſtro c.cum contingat. de iureiur. ma
xime cum ſit contra naturalem ęquitatem,
ꝙ quis locupletetur cum aliena iactura l.
nam natura.ff.de condi.indebi.& ſimiliter
cum iuri introducto in odium alterius cum
iuramẽto renũciari nõ poſſit c.ſignificãte.
de pign.& declarat Bar.in l.ſi quis pro eo.
in tertio & quarto membro principali.ff.
15 de fideiu.quod ſaltem †per iuramentũ ap
poſitũ in pacto poſſit impediri curſus præ
ſcrip. vbi Alex.mandat iſtud ponderari qa
ſcriptum non reperit. Tamen vltra ipſum
16 facit,quia quando aliquis eſt †obligatus iu
ramento nunquam talis obligatus põt op
ponere præſcri.dictum eſt ſing.Roma.in re
petitio.l.ij.in tertia char.verſ.& adde duas
no.cautelas &c.ff.de vſuca. quia ſecundũ
17 eum †iuramentum perpetuat actionẽ, alle
gat tex.quem dicit ſing.in l. nam & poſtea.
§.ſi is qui temporali.ff.de iureiur.vbi Bar.
alij doct.dicunt ꝙ licet actio tua eſſet tem
poralis vel ex forma ſtatuti, vel ex forma
iuris communis,& poſſet ei præſcribi ſpa
tio x.vel xx.anno.tamen perpetuabit vſq;
ad xl. annos.quod eſt valde no. facit licet
18 non valeat pactũ quod donatio† non poſ
ſit reuocari reſpectu ingratitudinis cõmit
tendę,quia inuitaret ad delinquẽdum l. cõ
uenire.ff.de pac.dota.Bal.& alij in l.fin.C.
de pac. tamen valet cum iuramento Ioan.
And.in addi.Spec.in titu.de dona.§.j.ver.
quid ſi actum.per tex.in c.quemadmodum.
ad fi.de iureiu.Alex.in l.Stipulatio hoc mo
do concepta.de verb.obli.& in conſil.xl.
incip.ſuper prædicto dubio.in iiij.volu.cũ
19 ſimi. Item facit† ꝙ licet renuntiatio ſim
plex facta de iure futuro parte abſente nõ
valeat l.j.& ibi doc.C.de pac. tamen ſecus
eſt appoſito iuramento vt ibi per Papien.
20 ſes in vj.colũ.Item facit quia† illud poteſt
fieri per pactum iuratum quod poteſt fieri
per ſtatutum Bar.in l.ſi.C.de pac. Bal. in l.
cunctos populos x.colum.de ſum. trini. &
fide catho. Sed nulli dubium quod ſtatutũ
poſſet omnes exce.præſcriptionis tollere ſi
vult,ergo debet poſſe fieri per pactum iu
ratum.Non obſtat ſi diceres præſcri. xxx.
annorum eſt odioſa & bono publ.introdu
cta,ergo per pactum renuntiari non poteſt
l.j.& ibi doc.de vſucap.quia loquuntur in
ſimplici pacto,ſecus ſi eſſet iuramento fir
matum per ea quæ dicta ſunt ſupra. Itẽ cũ
21 per † ſtatutum poſſit derogari præſcrip.
Iaſon.in l.non eſt impoſsibile,in prin.ff. de
pac.ergo & per pactum iuratum. Nec ob
ſtat ꝙ præſcriptio eſt introducta fauore pu
blico d.l.j.de vſucap.ergo renuntiari non
poteſt l.pen.C.de pac.quia ad hoc reſpon
detur ex mente Alexã. in d.l.nemo poteſt,
22 ꝙ præſcriptio † eſt introducta principali
ter fauore priuatorum, & ſecundario fauo
re publico vt tenet ibi Alex. Ang. Imol.&
Anto.in c.non liceat.de præſcri.ergo renũ
ciari poteſt d.l.pen.C.de pact. & doct. in l.
paciſci. ff.de pac.facit etiam quod iuramẽ
23 tum† facit actum valere qui alias non va
leret l.cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.
ij.cum ſimi.Nec obſtat quod dicit Ang. in
d.conſi.ad fin.quod iuramentum regulatur
ſecundum naturam pacti ſuper quo inter
ponitur l.ſi.C.de non nu.pecu. in caſu no
ſtro pactum appoſitum non excludit præ
ſcrip.ergo nec iuramentum.Ad hoc reſpon
24 detur ꝙ immo †iuramentum ſemper ad
dit aliquid actui vt patet ex ſupradictis, &
per Papienſes in l.ſi cõuenerit,in iij.& iiij.
colum.vbi plene.ff.de iuridi.om. iudi. vbi
faciunt regulam in contrarium.& ad l. fin.
de non nume.pe.reſpondens ꝙ ibi in diſpo
ſitione illius l.deficit conſenſus, tunc iura
mentum non extenditur vltra conſenſum
nimirum ſi nihil operatur, ſed in caſu no
ſtro dico ꝙ adeſt conſenſus vt patet.ergo
iuramentum debet aliquid operari. nã ra
tio diuerſitatis inter caſum d.l.fin.& caſum
noſtrum patet, quia in confectione chiro
graphatia non adeſt conſenſus, niſi habeat
pecuniam actualiter numeratam,eodẽ mo
do quando interponit iuramentum,qa ſub
eadem ſpe futuræ numerationis iurauit:quod
25 ſecus eſt in caſu noſtro,quia ſemper †adeſt
conſenſus ſaltem in genere, & hoc ſufficit
Bal.in l.j.in ij.quæſtio.C.commo. cum con
tractus ſit perfectus ab vtraque parte, & ẽt
in reſtitu.rei oblato ſibi precio, ergo iura
mentum debet operari:& iſta pars videtur
eſſe verior in pacto iurato, & eſſet tenenda
tanquam magis æqua & tuta pro ſalute ani
marum. Sed ſi vellemus tenere opi. Angel.
26 nihilominus †negari nõ poteſt qu ex clau
ſula generali propter præſumptã ignoran
tiam reſtitutio in integrum cõcedi debeat,
prout firmat Bar.no.in l.j.§.ſi quis aũt pro
pter.ff.de ij.actuque priua, & Spe. in titu.

de præſcri.§.j.ver.pone colonus.Alexand. conſi.lxix.incip.in lite vertente &c. in iij. volu.ad fi.pe.colum.& Iaſo. in.§.fuerat.in prin.xxiij.col.inſti.de actio. cum ſimi. Sed nulli dubiū ꝙ iſte venditor vel hæres eius, eſt in præſumpta ignorantia cum credat ſibi non poſſe currere aliquam præſcriptionem per cōuentionem expreſſe factam,ergo &c.Sed infra quod tempus dicta reſtitutio proponi debeat?dic infra quadriennium l.fi.C.de temp.in integ.reſti.Sed vos perpe

27 tuo† diligentiſsime cordi teneatis, ꝙ licet quadriennium quod datur hodie loco vtilis anni ex d.l.fi.ſit continuum , non tamen currit probabiliter ignoranti, vnde ſi quis ſtaret per c.annos.& probabiliter ignoraret poſset ſemper petere reſti.in integ.quia reſtitutio in integ:non incipit curſum niſi a tempore ſcientię,cum tempus reſtitutionis ſit vtile quantum ad principium ita multū ſingulariter voluit Bal. in l. falſam.C.ſi ex fal.inſtru.& Pau.de Caſt.in l.fi.C. de dolo. & Alex.conſi.lxvj in vj.colum.incipien.in Chriſti Saluatoris nomine ſtantibus his.in iiij.volu.de quo vide etiam Iaſo. in.§.rurſus in prin.vj.colum.inſti.de actio. vbi relinquit cogitandum in iſto peregrino dicto quod no.quia in actu practico eſſet notabiliſsimum & multum faceret pro eo , quod ſupra dictum eſt.Et ſic patet deciſionē Angel.& ſequentium aliquo reſpectu proce-

28 dere non poſſe.Nā primo†caſu,quādo cōtractus præſumitur vſurarius,& hoc nō eſt dubium,quamuis Ang. in iſto caſu non loquatur. Aut in contractu licito de quo loquitur Ang.in quo ſint appoſita illa verba, quandocunque,non obſtante aliqua pręſcriptione,cum iuramento.& tunc etiā nō procedit,per ea quæ dicta ſunt ſupra de mala fide:& hoc de iure canonico cui ſtandū eſt in materia peccati . Aut ſunt appoſita illa verba quandocunque & non obſtante &c. abſque iuramento,& tunc idem dicendum eſt de iure canonico, propter malam fidē, Aut de iure ciuili,& tunc quādo non adeſt iuramentum procedit deciſio Ange.per ea quæ ſupra dicta ſunt ꝙ tali pręſcriptioni renunciari non poſsit. Aut cum iuramento & tunc non procederet etiā de iure ciuili hoc vt ſupra dixi virtute iuramenti,& hęc ſunt dicta ſaluo meliori iudicio & de liberatione cuiuſcūque alterius,cui me ſubijcio iuſta l.Claudius.in fin.ff.qui potio.in pig.ha. cogita tamen. Sed nihilominus ad tollendū omnia dubia adhiberem iſtam cautelā. quod

29 in tali†contractu emptor diceret, & quoties præſcriptum fuerit,toties promitto retrouendere, & in hoc caſu præſcriptio non patrocinaretur : nam ex deſinentia vnius alterius origo proficiſcitur.iſtam cautelam in ſimili tradit Bald. in l.ij.j. colum.C.vt in poſ.leg.nota omnia prędicta,quia alibi hoc modo declarata non reperies,quia Ang. in ſuo conſi. paucis verbis ſe expedit, & ſequaces vt ſupra relati ſimplr pertrāſeunt.

1 *Furtum committitur etiam in vno ouo, & in re minima,tamen dolus non committitur in re minima.*

2 *Actio de furto quare detur pro re minima, & non actio de dolo?*

3 *Modicum non differt a magno , quando illud non eſt fundatū ſuper quantitate rei, ſed ſuper iniuſtitia, & iniquitate.*

4 *Appellari quare poſsit a quolibet grauamine?*

5 *Actio de dolo nō datur per re minima,quia fundata eſt ſuper quantitate.*

19 Scis ꝙ furtum†cōmittitur etiam in vno

1 ouo, & ſic in re minima glo. & docto.in.§. Gallinarum.inſti.de re diui. & tamē dolus non committitur in re minima l. ſi oleum. in fin. cum l.ſequen.ff.de dolo.Sed quæ eſt

2 †ratio quod actio furti datur pro re minima,& non actio de dolo.glo.& doc. in d.ll. multum laborant,ſed vltra do.ibi puto iſtā eſſe rationem diuerſitatis videlicet,ꝙ quan

3 do†aliquid non eſt fundatum ſuper quantitate rei,ſed ſuper iniuſtitia & iniquitate, tunc non differt modicum a magno.l.de app.& ibi glo.de appel. quæ dicit quod pro

4 minima re:& ſic†per quolibet grauamine poteſt appellari & eſt ratio ſecundum illā glo.& Abb.ibi quia appellatio non eſt fundata ſuper quātitate grauaminis ſed ſuper iniuſtitia ſeu iniquitate iudicij, ideo poteſt appellari in minimis cauſis , quia iniuſtitia & iniqtas ita poſſunt accidere in minimis, ſicut in maioribus.Eodem modo dicamus in furto:quia furtum non eſt fundatū ſuper quantitate rei, ſed ſuper iniquitate ipſius furti, nimirum ſi datur actio furti etiā pro minima re.& hoc ſentit Abb. in furto allegando.d.§.Gallinarum.in d.c.cum ſemper ſit eadem ratio iniquitatis in minimis ſicut

5 in magnis,quod ſecus eſt in dolo†quia dolus fundatur ſuper quantitate,tex. eſt in d. l.ſi oleum.§.fi.cum l.ſeq. vbi actio de dolo

non dat pro modica ſumma puta pro duo-
bus aureis,& ſic lex fundat ſe ſuper quan-
titate,quod ſecus eſt in furto vt dixi, quod
ſigna & nota quia faciet tibi honorem.

1 *Reſcriptum contra tranſactionem, aut ſen-
tentiam non valet.*

2 *Supplicans principi vt retractetur ſentētia,
quæ tranſiuit in rem iudicatam,caret im-
petratis,& incurrit infamiam.*

3 *Sententia quæ fertur ex probationibus pri-
uilegiatis nunquam tranſit in rem iudi-
catam.*

4 *Sententia lata de conſilio ſapientis nunquã
tranſit in rem iudicatam.*

5 *Supplicans retractari ſententiam quæ non
tranſiuit in rem iudicatam, non incurrit
infamiam.*

20 Sicut non valet† reſcriptum contra tran
1 ſac.vt l.cauſas.C.de tranſac. ita nec contra
ſententiam l.ſi.C.ſen.reſcin. non poſ. vnde
Pau.de Caſt.in l.fin.C.vt li.pen. per illum
tex.valde no.dicit ꝙ ille ꝗ ſupplicat Prin-
2 cipi† vt retractetur ſententia quæ tranſiuit
in rem iudicatam non ſolum caret impetra
tis ſed etiam incurrit infamiam quem tex.
ſecundum Pan.ſemper teneas menti, quia
eſt mirabilis,& pauci aduertunt, & faciet
tibi honorem,ſi ſcias excipere:quia poſſet
eſſe magni effectus,quia ſi infamis ergo te-
ſtis eſſe non poteſt,& ſic incurrit præiudi-
cia de quibus in regula infamis de reg. iur.
in vj.quod nunquam obliuiſcaris, fuit ſe-
mel de facto obiectum impetranti de illo
3 tex.Putarem tamen† procedere quando ta
lis ſentētia fuiſſet lata ex veris & proprijs
probationibus, ſecus ſi eſſet lata ex proba
tionibus priuilegiatis: quia tunc non tran-
ſit in rem iudicatam,quin ſemper & quan-
docunque talis ſententia ſuperuenientibus
veris & proprijs probationibus contrarijs
retractari poſsit, vt in c.ij.de purg. vul. &
ibi Abb. & in l.admonēdi.& ibi plene per
Papienſes ad fin.xix.colum.& in xxj.ff.de
iuretur.vbi inter cętera dicunt,ꝙ ſententia
4 †lata ſecundum conſilium ſapientis puta
doctoris electi ad conſulendum ex forma
ſtatuti vel de voluntate partium ſemper &
quandocunque poterit retractari ſi appa-
reat conſilium alterius doc.magis periti.In
contrarium factum, cum talis ſententia nū-
quam tranſit in rem iudicatam,quod teneas
perpetuo cordi:quia eſt dictum ſingulariſ-
ſimum in ſuperlatiuo gradu ſecundū Alex.
in l.ſi ab hoſtibus. in iij. colum.ff.ſolu. ma.
quia tota die apud nos feruntur ſentētię ſe-
cundum conſilium ſapientis, & ſtatuta cō-
muniter diſponunt,quod ſi petatur conſiliū
ſapientis præſtari debeat.& ibi Papienſes
referunt alios caſus,in quibus ſententię ta-
5 ta retractari poſsit, & declarāt,Et ideo† vt
dixi putarem, quod in iſtis caſibus talis
hoc modo ſupplicans non careret impetra
tis nec incurreret infamiam, cum a iure ſit
permiſſum,ꝙ talis ſententia retractari poſ-
ſit,quia qui facit lege permittente pœnam
non meretur l.Gracchus.C.de adul.quod
no.quia iſta limitationē ab aliquo quem vi
derim non inuenio tactam.

1 *Matrimonium ſub conditione reſolutiua con
tractum non valet.*

2 *Cautela ad euadendum amicum deprehen-
ſum cum puella eius Amaſia, & ad eam
in matrimonium ducēdam coactum,quòd
matrimonium illud non valeat.*

21 Matrimonium† ſub conditione reſoluti
1 ua contractū non valet,quia eſt cōtra ſub-
ſtantiam matrimonij,quia de ſubſtantia ma
trimonij eſt,ꝙ nunquã diſſoluatur,vt quos
Deus coniunxit homo non ſeparet xxxiij.
q.ij.§.quos deus cap.ij.de transla.prę la.Et
2 propter hoc tene menti vnam† cautelam
ſing.ad euadendum amicum, ſi caſus acci-
deret,vt Bononiæ ſemel cōtigit ī vno ſcho
lari,& præceptor meus a quo didici hanc
cautelā fecit,ꝙ ſcholaris vſus fuit iſta cau-
tela, Nam cum ille ſcholaris eſſet captus
amore cuiuſdam mulieris,intrauit domum
ſuam,& ibi ab affinibus mulieris ſtudioſe
fuit detentus ad hoc vt ipſe ſcholaris eam
in vxorem caperet, alias interficerent eū:
ipſe ſcholaris volens euadere mortem di-
cit ꝙ erat contentus eam capere, & ꝙ duce
rent notariū & teſtes, & iſte interim miſit
ad præceptorem,quid eſſet agendū in hoc
caſu,& ſi aliquod remedium adhiberi poſ-
ſet, quod tale matrimonium non valeret,
præceptor meus dixit ꝙ faciat hoc modo,
quod dicatur notario corā teſtibus ibi præ
ſentibus,videte ego ſum contentus hanc ca
pere in vxorem hoc modo,ſi ipſa mihi fidē
ſeruet, alias volo quod matrimonium diſ-
ſoluatur, & hanc conditionem reſolutiuā
fac quod notarius ſcribat,vt poſsit oſtēdi,

quando opus erit, hoc facto matrimonium poſtea non valebit & per conſequẽs poteris capere aliã in vxorem, & euadere mortem pro tunc, pro qua cautela vide omnino Abb, in c, ſi, in j. no. de condi. appo, quod nunquã exeat mentem tuam, aliam cautelam vide per Cæpo. in cautelis ſuis cxliij.

1 *Venditio, in qua fuiſti deceptus etiã vltra dimidiam iuſti precij, qua cautela reſcindi poßis?*
2 *Marito in dote decepto ſuccurritur.*
3 *Emens rem ſcienter minori precio, quã valeat ſaltem ignorante venditore, nõ euitat peccatum, quia videtur decipere proximum.*
4 *Eccleſiaſticis perſonis in contractibus decipere non licet.*
5 *Decipere aliquem bono viro non conuenit.*
6 *Prælatus eccleſiæ non debet maiori precio vendere, quã res valeat, propter conſcientiam, & propter honeſtatem.*
7 *Conſcientia eſt idem, quod bonus vir.*
8 *Contrahentibus in foro conſcientię ſe inuicem decipere non licet.*
9 *Poſitioni deceptoriæ quis reſpondere non tenetur.*
10 *Ementi fundum carius aliqua rationabili cauſa ſubuenietur non ſolum de iure canonico, ſed etiam ciuili.*

22 Rogo vt nunquam obliuioni tradas cau-
1 telam ſing. per quã† poteris reſcindere vẽditionem, in qua fuiſti deceptus etiam citra dimidiam iuſti precij. Et licet contrahentibus licitum ſit ſe adinuicem decipere citra dimidiã iuſti precij l. idem ſi precio. §. quemadmodum, ff. loca, l, in cauſę. la ij. §. pe nulti. ff. de mino etiam de iure cano c. per, & ibi per omnes. extra de emp. & vendi, Tamen limita prædicta non procedere in dote, ſecundum quod videtur velle Paul.
2 de Ca. in l. Mœuia. ff. ſolu. ma. vbi vult† quod quomodocunque vir ſit deceptus in dote ſuę curratur ſibi per tex. ſing. in l. iure ſuccurſum, ff. de iure do. & in l. ſi res. §. j. eo. ti. vbi glo. dicit eſſe ſpeciale in dote: quod quicũque coniugum ſit deceptus, etiam maiori xxv. annis ſuccurretur ſibi: quod ſi eſt verum eſſet pulchra limitatio ad d. l. idem ſi precio, & d. l. in cauſæ vt non procedant in dote, Limita etiam quando re ipſa interuenit deceptio non ex propoſito ſecundũ Abb. poſt Cald. in c. nauiganti. in vlti. colũ.
3 de vſur. vbi notãter dicit quod ille q† ſciẽter emit rem minus quam valeat ſaltem ignorante venditore non euitat peccatum: quia videtur decipere proximum. Limita etiã non procedere in perſonis eccleſiaſticis, qa
4 †non licet in contractibus decipere, ita eſt glo. reputata ſingu. in c. hoc ius porrectum. x. q. ij. in ver. vt plus ſequuntur Papienſes in l. quotiẽs. in vj. colum. C. de rei ven. Ad-
5 de† tamen quod quem decipere bono viro nõ conuenit gloſ. in l. ſemper in contractibus. ff. de reg. iur. quam reputat ſing. Bar. in c. ſi proponente, de reſcrip, & in c. quãto, in iij. colum. de iureiura. & in authen. ad hæc. C. de vſur. Et propterea habebis etiam locũ in conſcientia ſecundum do. Anto, in d. c. pen. & in cap. plerique, vbi Abb. de immu. eccle, & propterea dicit quod apud confeſſorem debet fieri cõſcientia, allegat beatum Tho. de Aquino ita tenentem ſecunda ſecũdę. q. lxvij. ar. j, accedat glo. in c. hoc ius por
6 rectum. x. q. ij. quæ dixit quod prælatus† eccleſiæ non debet maiori precio vendere quã valeat res propter cõſcientiam & propter honeſtatem. Et propter hoc infert pulchre Bald. in c. cum cauſam. il ij. de teſti. nam ſi
7 †conſcientia idem eſt quod bonus vir, & bono viro non conueniat allegãdo illam glo.
8 ergo† non erit licitum in foro conſcientię contrahẽtibus ſe decipere. Adde quod per illã gl. Ioan. de Ana. in c. in ciuitate. de vſur, refert ſe retractaſſe quendam contractũ factum cum epiſcopo, quia fecit ſibi poſitionem deceptoriam, quod erat bonus vir. & epiſcopus reſpondit quod ſic, ergo ſumus in
9 caſu d. glo. d. l. ſemper. Sed tu caue† qa epiſcopus non tenebatur reſpondere huic poſitioni per id quod ď no. Bar. in l. qui iuraſſe, & ibi doc. ff. de iureiur. Et per prædicta habes pulchrã cautelam, facit quod ſignanter dicit Pe. de Ancha. in rep. regulę poſſeſſor, de reg. iur. in vj. in x. char. quod ſi aliquis emit
10 †fundum carius propter neceſſitatẽ, quia vicinus, cuius erat fundus, erat rixoſus & multum moleſtus, quod tunc cum iſte exceſſus fundetur ſuper cauſa rationabili, quod ſubuenitur ſibi nedum in foro conſcientię ſeu in foro canonico, ſed etiam in foro ciuili, cuius dictum nũquam obliuiſcaris, ſequitur Alex. in apo. ad Bar. in d. l. idem ſi precio. §. quemadmodum. loca, dicit etiam Bal. in l. j. in iij. col, C. de confeſ. quod forus cõſcien

eſt forus boni & ęqui cuniunctim, & eſt tri
bunal veritatis, & non fictionis, in quo fo-
ro conſcientiæ apices iuris non excuſant,
quod bene nota.

1 *Legitimatio plena perſone an in quocũque iudicio etiam ſummario requiratur ſi fuerit oppoſitũ, an vero ſummaria ſufficiat?*
2 *Articuli, & adminicula dependentia a cauſa principali, an eodem modo ſint tractanda, quo & cauſa principalis, an non?*
3 *Ante omnia inquirendum eſt de perſona.*
4 *Legitimatio perſone an ſit de depẽdentibus cauſe?*
5 *Intellectus eorum quae ſcribit Bar. in l. ſolent ff. de alim. & ciba. lega.*
6 *Intellectus l. cum hi, in prin. & §. ſi vir non minus, ff. de tranſactio.*
7 *Statutum quòd in cauſa damnorum datorum admittatur probatio per iuramentum quomodo intelligatur, & nu. 5.*
8 *Teſtes inhabiles quare admittantur in crimine leſæ maieſtatis?*
9 *Probatio damni per iuramentum quare a ſtatuto concedi poſſit?*

23 Notant Bar. & alij in l. ij. C. de edi. diui
1 Adria. tol. quod in † iudicio quantumcunq;
ſummario & executiuo requiritur plena
legitimatio perſonę ſi hoc opponatur. Pa-
pienſes vero tenent ibi contrarium, quod
immo ſufficiat ſummaria cognitio. & alle-
gant Bar. in quibuſdam locis tenere ꝙ eo
modo quo proceditur in cauſa principali,
illo proceditur in cauſis ſummarijs depen-
dẽtibus ab ea, ergo ſi cauſa principalis erat
ſummaria, & executiua & incidẽter emer
gat dubitatio de legitimatione perſonę, de-
bet ſufficere ſummaria cognitio. Sed tu in
primis dicas ꝙ iſtud ſimpliciter eſt falſum,
& iidem Papienſes tenent contrariũ in ru-
bri. in ij. col. C. qui admit. ad bo. poſ. vbi ſe-
cundum ipſos eſt bonus tex. in l. j. §. ſi ea. ff.
de ven. in poſ. mit. Sed ille tex. probat con
trarium niſi induceres hoc modo, quod ibi
eſt ſpeciale ne fieret præiudicium parti, vt
dicit tex. ergo in cõtrarium eſt ius commu-
ne, vide Bal. in l. nec quicquã. §. de plano. in
vlt. colum. vbi hoc notabiliter probat. ff. de
offi. Procon. & leg. Sed ad intelligentiã poſ
ſes ſic dicere aut ſummaria cauſa eſt gra-
uis præiudicij, aut leuis ſecundum Bart. in
l. j. §. quod ſi ſit aliqua. ff. de præto. ſtipu. &
per doc. in l. ille a quo. §. j. ff. ad Treb. & tũc
dico ꝙ in cauſa ſummaria grauis præiudi-
cij requiritur plena probatio & legitima-
tio perſonæ, Aut eſt cauſa leuis præiudicij,
& tunc ſufficit ſemiplena probatio, & hoc
modo intelligendo non obſtabunt allega-
ta contra Bar. Nec ob. quando cauſa prin-
2 cipalis eſt † ſummaria, ergo omnes articuli
ſeu adminicula ab ea dependentes debent
eſſe ſummarij, vt dicit Bar. in extrauag. ad
repri. in ver. ſummarie. in ij. colum. Quia in
hoc cõtrariũ poſſem tenere, ꝙ imo oẽs arti
culi ſeu adminicula pendẽtes a cauſa ſi ſint
tractandi ſicut cã principalis non ſint ſum-
marij Bar. & doct. i l. in qõnibus. ff. ad l. iul.
maie. & tex. in l. ſi. §. ſi. ff. de cõdi. inde. Sed
iſtud vltimum intelligerem quando tales
articuli ſeu adminicula non eſſent de ſub-
ſtantia cauſę principalis, alias idem eſſet di
cendum de adminiculis ꝙ de cauſa princi-
pali per id quod vult Ang. in d. l. in quęſtio
nibus. & ibi in addi. ad Bar. Sed iſta reſpõ
ſio non ſatisfacit, quia in d. l. in quæſtioni-
bus erat de ſubſtantia cauſæ principalis, &
tamen ſecus eſt, vnde melius dico. ꝙ quan-
do adminicula ſunt diuerſa & ſeparata a
cauſa principali vt eſt legitimatio perſonę
vt inferius dicam, & tunc non eſt iudican-
dum de adminiculis, ſicut de cauſa princi-
pali, ſecus quãdo adminicula eſſent partes
cauſæ principalis: & ita intelligunt Papien
ſes in d. l. ſi. §. ſi. de condi. inde. & ita poteſt
intelligi quod no. Bar. in d. l. in quæſtioni-
bus. Vnde puto opi. Bar. & doc. omnino fo
re veram per tex. in l. ſi res. C. de ordi. cog.
& per glo. in d. l. ij. de edic. diui. & per alia
iura ſupra allegata, quia fateor ꝙ in cęteris
adminiculis fiet ſummaria diſcuſsio, & ſic
non obſtabit quod not. Bar. in extrauag. ad
repri. vbi non loquiꝛ de legitimatione per-
ſonæ, prout nos loquimur, vnde in caſu no
ſtro vbi tractatur de legitimatione perſo-
næ plena debebit fieri probatio, licet prin
cipalis cauſa ſit ſummaria per iura prædi-
3 cta. & ratio poteſt † eſſe quia ante omnia
inquirendum eſt de perſona l. iij. ff. de teſta.
l. licet. C. de procu. & caſu quo perſona non
eſſet legitima repelleretur a iudicio, vnde
cum per iſtã diſcuſsionem perſonę fiat pręę-
iudicium cauſæ principali, quia ſi perſona
non eſſet legitima non procederetur am-
plius in cauſa principali, merito debet fie-
ri plena probatio, & ita probatur in d. l. ſi 8
res. de ordi. cogni. Poſſet fortaſſe attentare

vt ſupra dixi, & forte non male & ſubtili
conſideratione habita, ꝙ alia ratione argu-
menta in contrarium facta non concludunt
in propoſito, nã argumẽta ſunt talia ꝑ quæ
proceditur in cauſa ſummaria, eodem mo-
do proceditur in dependentibus ab ea iu-
ribus & authoritatibus allegatis per Papiẽ
ſes: & hoc fateor declarando vt ſupra, ſed
dum poſtea dicitur legitimatio perſonę de-
pendet a cauſa ſummaria, hoc nego, quia
antequã incipiatur cognoſci de cauſa ſum-
maria, perſona debet eſſe legitima, vnde qñ
committitur cauſa ſummaria non includi-
tur legitimatio perſonæ, quia committens
præſupponit pro conſtanti perſonam eſſe
legitimam, vt notabiliter dixit Bald. in d. §.
4 de plano, in viii. col. Et ꝙ legitimatio † per-
ſonę non ſit de dependentibus cauſæ vide-
tur etiam eſſe de mente glo. Archi. & domi-
nici. in c. ſi. in prin. de iudi. in vj. vbi decla-
rando quæ ſint de depẽdentibus cauſæ nõ
dicunt aliquid de legitimatione perſonæ,
quod bene no. Et quia Papienſes male in-
tellexerunt Bar. in l. ſolent. ff. de alimen. &
ciba. leg. ideo ego aliter declaro, Dicunt. n.
Papienſes quod Bar. ibi vult facere diffe-
rentiam in numero plurari vel ſingulari, vt
primo caſu admittatur probatio per iura-
mentum etiam incidentibus a cauſa princi
pali, ſecũdo caſu non, Dico tamen ſalua pa
5 ce ꝙ † Papienſes male dicunt. nec hoc vult
Bar. ſi recte conſideretur, ſed Bar. facit diffe
rentiam quomodo ſonent verba ſtatuti, nã
ſi dicit ſtatutum in cauſis damnorum dato-
rũ, ſiue in cauſa damnorum datorum admit
tatur probatio per iuramentnm, idem eſt
vtroque caſu quod poterit admitti talis ꝓ-
batio etiam in incidentibus, vtputa ſuper
dominio & ſuper poſſeſſione, nec refert
vtrum in plurali vel ſingulari numero lo-
quatur ſtatutum: & ratio eſt quia ſtatutum
dicit in cauſa damnorum admittatur pro-
batio per iuramentum, nec reſtringit ſe ad
certum ſcilicet ad probationem damni tan
tum, i. quantitatis damni, ſed ſimpliciter di-
cit in cauſa damni admittatur ꝓbatio &c.
vnde cum nõ reſtringat ſe ſtatutum, vt ma-
gis vnum quã aliud probetur in cauſa dam
ni, quicquid contingit quoquomodo dictã
cauſam, dicitur eſſe de cauſa damni, & per
conſequens admittetur probatio, Et ꝙ iſta
fuerit mens Bar. probatur ex lege quã alle
gat nam ipſe allegat l. cum hi. in prin. iun-
cto. §. ſi cui non minus. ff. de transfac. quę lex
6 † loquitur eo modo quo ſupra dixi, nam in
princ. illius. l. dicitur ꝙ tranſactio alimen-
torum non vz ſine prætore. in. §. ſi cui non
minus, dicitur ꝙ tranſactio alimentorũ non
valet ſiue fiat ſoluendo ſiue permutando
vnam ſpeciem cum alia. dicit ergo Bar. qa
prin. illius l. non reſtringebat ſe magis ad
ſolutionem, ꝗ̃ ad permutationẽ, ideo vtra-
que tranſactio comprehenditur in oratione
diui Marci, & iſte eſt verus intellectus pri
7 mi caſus Bar. Secundus † caſus eſt quando
ſtatutum dicit in cauſa damnorum datorũ
admittatur probatio damni per iuramentũ,
tunc dicit Bar. ꝙ non admittatur iſta pro-
batio in dependentibus ab ea, quę eſt ratio?
dicunt Papiẽſes: quia ſtatutum loquitur in
ſingulari numero, falſum dicunt, ſed ratio
eſt quia ſtatutum reſtringit ſe ad probatio-
nem damni, & ſic requirit aliud certũ pro
fundamẽto, dicit enim probatio damni ad-
mittatur per iuramentum, & ſic patet ꝙ ſta
tutum vult, ꝙ per iuramentum tantũ pro-
betur quantitas damni dati, vnde cũ iſtum
caſum tantum includat cæteros videt ex-
cludere l. cum prætor. de iudi. c. nonne, de
præſump. Et iſtam credo fuiſſe mentem ve
ram Bar. quicquid dixerint Papienſes, &
ita intelligi Bald. in l. j. in j. colum. C. de re-
bus credi. quem omnino videas; Et qa Bar.
videtur contrariari his quæ dixit in d. l. in
quæſtionibus, potes concordare ꝙ id quod
dixit in d. l. in quæſtionibus, procedit in his
quæ ſunt grauis ꝑiudicij vt illo caſu. Sed
id quod dixit in dicta l. ſolent. ꝓcedere in
alijs quæ non ſunt tanti præiudicij, Vel ali
ter vt ſupra dixi, in d. l. in quæſtionibus, ad
minicula ſunt diuerſa & ſeparata a cauſa
principali. Sed in d. l. ſolent. ſunt partes cau
ſę principalis, quia ad illa ſe extendit ſtatu
8 tum. Vel aliter & forte melius, ꝙ ratio † qua
re in quæſtionibus læſæ maieſtatis admittũ
tur inhabiles eſt propter magnam difficul-
tatem probandi, tale crimen, cum commu-
niter tales conſpirationes fiant ſecrete: quę
ratio ceſſat in adminiculis, nimirum ſi ceſ-
ſat diſpoſitio, nam vt patet in exemplo po-
ſito ibi per Bar. illa adminicula bene poſ-
ſunt probari aliter ſine difficultate, ita in
9 propoſito, probatio † in cauſa damni dati
per iuramentum ideo eſt permiſſa a ſtatu-
to, quia difficile eſſet probare damnum &
quantitatem damni per alias probationes
ſecundum gloſ. in l. ſi quando, C. vnde vi.
Vnde dicerẽ ꝙ ſi in adminiculis adeſſet di
cta difficultas probandi admitteretur etiã
in eis probatio per iuramentum, & ita in-
telligatur Bar. in d. l. ſolẽt. alias ſecus, quod
nota bene prædicta, quia alibi hoc modo

diſcuſſa & declarata non reperi, & ſuper eis cogita.

1 *Ciuis vtrum ſit idoneus teſtis pro ſua ciuitate, & ille qui eſt de vniuerſitate, pro vniuerſitate maxime quando alias factũ probari per alios non poßit?*

2 *Inhabilitas vnius teſtis ſuppletur ex magna habilitate, ſeu integritate alterius teſtis.*

3 *Virtus incredibilis alterius fratris, qui dominum tutatus eſt, facit, vt alter frater qui dominum dereliquit feudo non priuetur.*

4 *Ciues, vel illi de vniuerſitate, quando non ſentiũt commodum in particulari, an ſint idonei teſtes, etiam ſi factum poßit per alios probari?*

5 *Procurator, aduocatus, & proxeneta in cauſa principali an poßint eſſe teſtes in cauſa appellationis?*

6 *Affectionem maiorem habere quis ad patriam, quam ad patrem præſumitur.*

7 *Pater occidens filium rebellem patriæ præmio eſt afficiendus.*

8 *Teſtes idonei non ſunt, quibus imperari poteſt.*

9 *Affectionis par cauſa omnem in teſte ſuſpitionem tollit.*

24 Vtrum ciuis† ſit idoneus teſtis pro ſua ciuitate, vel aliquis de vniuerſitate pro ſua vniuerſitate? Ex dictis ſcribẽtiũ elicio tres concluſiones pro declaratione huius dubij. Prima concluſio ſit iſta. Illi de vniuerſitate vel ciues pro ſua ciuitate ſunt idonei teſtes quando alias factum probari nõ poteſt per alios quam per ipſos tex. eſt in l. conſenſu circa medium. C. de repu. & bonus tex. in c. cũ Chriſtus. in fi. de iureiu. ita dicũt Bar. & doc. in l. in tantum. §. vniuerſitatis. de rerum diui. & in l. ſed ſi hic. §. qui manumittitur. de in ius voc. Quod limitarem vltra do. ibi procedere & eſſe verum, quãdo ex natura negocij vel facti habitu & actu alij interuenire non poſſunt, ſed quando negotium eſt tale, quod habitu & potentia potuiſſent interuenire plures teſtes, dato quod actu non interuenerint, tunc ciues pro ſua ciuitate, vel illi de vniuerſitate non admitterẽtur in ſubſidium, prout in ſimili dicunt & declarant Papienſes in l. cunctos populos. ad fi. xvj. col. & clarius vbi ponunt exemplum in ſecunda lec. illius l. in prin. xiij. colum. C. de ſum. tri. & fide catho. quod ſingu-

2 lariter no. Vnum ſubdo † quod eſt notandũ quod ſi ſunt duo teſtes, quorum vnus eſt ſubditus vniuerſitati, & ſic inhabilis reſpectu vniuerſitatis, alter vero non eſt ſubditus vniuerſitati, & ſit perſona multum digna, quia tunc erit idoneum teſtimonium non obſtante inhabilitate vnius, quia inhabilitas vnius teſtis ſuppletur ex magna habilitate ſeu integritate alterius tex. eſt multum no. & ibi Bal. ſingulariter in l. ſi quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. vbi de hoc plene per Moder. facit mirabile dictum Bald. in c. j. §. j. in

3 iiij. col. qui. mo. feu. amit. vbi dixit † quod ſi duo fratres vaſalli accipiunt feudum commune & vnus derelinquit dominum præliantem, alter vero defendit ipſum tunc dixit Bald. quod virtus incredibilis fratris facit quod frater feudo non priuetur, ſequitur Iaſo. in l. j. prima colum. C. de tranſact. & in l. emancipati. circa me. iij. col. C. de colla. vbi plene, quod quis conſequitur ex perſona alterius illud quod ex perſona ſua conſequi non poſſet.

4 Secunda concluſio ſit iſta quando illi † de vniuerſitate non ſentiunt commodum in particulari ſed in publico & vtilitas principaliter ſpectat ad ciuitatem, tunc ipſi ſunt idonei teſtes, etiam ſi factũ poſſit per alios probari, ita tenent Bar. & doc. in d. l. in tantum. de rerum diui. Sed Angel. Are. inſti. de re. diui. in prin. in fi. ij. colum. videtur ſentire cõtrarium & videtur mihi verior opi. per tex. in d. l. conſenſu de repu. a contrario ſenſu, quia ex quo alij teſtes idonei poſſent haberi, ideo non eſt credendum iſtis, quia negari non poteſt quod non habeãt affectionem ad ciuitatem vel vniuerſitatem ſuam, ergo non debent admitti, ſicut in ſimili dicitur

5 de procuratore † de aduocato, vel de proxeneta, qui fuerunt procuratores in vna cauſa, quod non poſſent eſſe teſtes in cauſa app. licet in ea non ſit procurator licet fuerit in cauſa principali, & hoc propter præſumptam affectionem quod fortius eſt etiã in proxeneta: licet nullum commodum vel nullum ſalarium eſſet habiturus adhuc nõ poteſt eſſe teſtis: vt plene per Papienſes in l. dictantibus. in vlti. colum. C. de teſt. ſi ergo iſti præcipue proxeneta qui nullũ commodum particulare vel publice habiturus eſt propter ſolam affectionem quam in con

ſequentiam habet repellitur ne poſsit eſſe
teſtis, quantomagis illi de vniuerſitate, qui
bus ſpectat cõmodum publicum, & veroſi-
milem affectionem habent. Comprobo me
6 liori ratione: nam iuris præſumptione† ma
iorem affectionem debet quis habere ad pa
triam, quam ad patrem vt patet ex no. per
Bar. & alios in l. veluti, de iuſti. & iur. dici-
tur enim prius naſci patriæ quam patri. l. j.
§. & generaliter. in glo. in ver. reipu. de vẽ.
7 in poſ. mit. & ideo pater† occidens filiũ re-
bellem patriæ præmio eſt afficiendus, tex.
eſt not. in l. minime. ff. de relig. de quo per
Bar. in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. fin. de
adul. cum ergo filius habeat iuris præſum-
ptionem æqualem dilectionem vel maiorẽ
patriæ & patri, & non poſsit filius eſſe ido
neus teſtis pro patre, vel contra l. parentes
cum vulg. C. de teſti. ergo nec ciuis pro pa-
tria. Secũdo probo alio argumẽto, cui Bar.
in d. §. vniuerſitatis non reſpondet: nã ido-
8 nei† teſtes non ſunt quibus imperari poteſt
l. idonei. ff. de teſtib. ſed ciuitas põt ciui ſuo
imperare l. veluti, de iuſti. & iur. cum ſi. er-
go non ſunt idonei. Confirmo hoc quia ma
ior vel ſaltẽ æqualis eſt poteſtas patriæ in
ſciuem, ſicut patris in filium: iſta ſunt for-
malia verba Bar. in l. j. §. ꝙ ſeruus. de vi &
vi arma. eſt tex. & multum no. in l. poſtli-
minium. §. filius. de capti. & poſtli. reuer.
Ex quo poſſet inferri ꝙ gloſ. in d. l. idonei
non videtur bene dixiſſe, cogitabitis. Sed
9 quia ſupra dixi† ꝙ æqualis eſt dilectio pa-
tris & patriæ infero vnum ſatis pulchrum,
ꝙ ſi eſſet contentio inter patriam & patrẽ
meum, ꝙ tunc ego filius poſſem eſſe teſtis
inter ipſos vel pro republica, vel pro pa-
tre, moueor iſta ratione quia par affectionis
cauſa omnem ſuſpicionem tollit l. non ſolũ
§. de vno. ff. de ritu nupt. faciunt no. p Bal.
in l. parentes. C. de teſti. & Bar. in l. repeti.
§. pen. ff. de quæſtio. relinquo tamen cogi-
tandum. Tertia concluſio ſit iſta. Ciues nõ
ſunt idonei teſtes quando ſentiunt commo
dum particulare ar. l. omnibus. C. de teſtib.
ſed iſta ratio non obſtat iudicio meo, q̃a nõ
ſequitur ſentiunt commodum particulare,
ergo non poſſunt eſſe teſtes, nam eſt contra
tex. expreſſum in §. legatarius. inſti. de te-
ſta. Sed Bald. in rub. in vj. col. de rerum di.
reſpõdet ad §. legatarius, quod illud eſt q̃a
principaliter non agitur de validitate lega
ti. Et ideo putarem hic diſtinguendum, aut
non litigatur principaliter de vtilitate ſpe-
ctante ad ciues: & tunc ſunt idonei teſtes,
tex. eſt in d. §. legatarius. Aut quæſtio prin-
cipalis ſpectat principaliter ad ciuiũ com-
modum vel incommodum & tunc nõ ſunt
idonei dicta l. omnibus. C. de teſtamen. no.
prædicta quia facient tibi honorem maxi-
me legenti.

1 *Mandatum ſi tibi fiat, quòd emas rem, quã*
habes communem cum alio certo precio,
partibus aliorum emptis, an tuam pro re-
ſiduo precio dare tenearis?
2 *Via media eligitur inter diſcrepantia ex-*
trema.

25 Tene menti ꝙ ſi mando† ꝙ emas rẽ, quã
1 habes communem cum alio certo precio,
partibus aliorum emptis, tuã pro reſiduo
precio dare teneris: ſed ſi precium determi
natum non fuerit boni viri arbitrio æſtima
bitur, tex. eſt ſing. & menti tenendus in l. ſi
fundum, cum l. ſeq. ff. manda. & ibi Bar. di-
cit finem illius legis alibi neſcire Bal. in l. j.
pen. colum. C. ſi ſer. exte. gl. in l. cum in eo.
ff. de pact. Bal. in addi. in d. l. ſi fundum. vbi
dicit procedere quando ſine commemora-
tione partis mandẽ fundum emi, quod tunc
valet mandatũ ad totum, & eo precio quo
eſt empta pars ſocij, debet mandatarius eſ-
ſe contentus de parte ſua, Sed ſi mandat ꝙ
emat partem alterius, tunc in illa parte tan
tum valet mãdatum. Et ſi a pluribus ſocijs
eſt mandatum emi, & ſit emptum diſpari
precio, non inſpicitur quod plus nec mi-
2 nus, ſed† media via eligitur inter diſcrepã
tia extrema d. l. ita vt omnes quæ ſequitur
poſt l. ſi fundũ. Saly. allegat illum tex. ſing.
in l. hac edictali. §. in illud. C. de ſecun. nup.
ꝙ ſi ex tribus æſtimatoribus aſſumptis vnus
æſtimet in xx. alius in xxx. alius in xxxv.
debẽt omnes ſummæ coaceruari & per iu-
dicem æſtimari in tertia parte totius ſum-
mæ per illum tex. qđ eſt valde mirabile, ſi
eſt verum. cogita, quia dictum ſuum vide-
tur dubitabile per l. diem proferre. §. ſi plu
res. ff. de arbi. & l. inter pares in fin. & ibi
no. ff. de re iudi. bene no. prædicta q̃a pote-
ris colligere cautelam ad habendum ali-
quem fundum.

1 *Limitatio l. qui ſic. ff. de ſolutio.*
2 *Cautelis vti licet, tranſeundo per iuris ſub-*
tilitates.
3 *Iura interdum permittũt procedi per viam*
ſimulatam.

4 *Cautela, qua uti poſſit contra ſtatutum di-*
ſponens quòd res non poſſit alienari niſi cō-
ſorti, ſeu vicino habenti domum ſeu ter-
ram contiguam, vt res magno precio ven-
di poſſit.

26 Tu habes† tex. in l. ſeruus dotalis. ff. ſo-
1 lu. ma. per quem tex. ſingulariter limitatur
l. qui ſic. ff. de ſolu. vt non procedat quando
traditio ſit ad finem retradendi ad aliquam
cautelam: vt ſic in illo momēto aliquis cau-
ſetur effectus, facit quod habetur in l. cum
non ſolum. §. ſi. C. de bonis quæ libe. & in l.
cum filio, de leg. j. Et hoc niſi principaliter
fiat in fraudem alterius. arg. l. quæ ſequitur
poſt d. l. ſeruus dotalis, & ſic. d. l. ſeruus, pro
2 bat quod aliquando licet† vti cautelis tran-
ſeundo per iuris ſubtilitates: & ſic per obli-
quum fiat quod per directum fieri non po-
teſt, Ad hoc etiam facit tex. qui procedit d.
l. ſeruus. imo videtur quod ſemper hoc lex
permittat quando ſit ad obuiādum damno
3 veroſimiliter contingenti imo interdū† iu-
ra permittunt procedi per viam ſimulatā,
l. iiij. §. ſi ab ignoto, & §. tamen quæritur. ff.
de manu. & per Bar. in ſuo conſi. qđ incipit
Petrus Nicolę. ad hoc etiam l. quidam cum
filium. ff. de hære. inſti. l. filium. §. ſed cū ex-
hæredatio. ver. erit igitur. de contratab. &
quod per illum tex. dixit Bal. in l. Gallus,
§. & quid ſi tantum. de lib. & poſthu. Et ſic
prædicta faciunt ad quæſtionem ſuper qua
conſultum fuit in ſtatuto Florentino, quod
res non poſsit alienari niſi conſorti ſeu vici-
no habenti domum ſeu terram contiguam,
de quo ſtatuto per Bal. in l. iij. ad ſi. C. com-
mu. diui. & in l. j. C. de ſer. commu. manu. nā
4 fuit de facto quidam habens † vnum cau-
ſamentum in angulo cuiuſdam ſtratę volēs
vendere vni vicino adhibuit hanc cautelā,
primo vēdidit vnam particulam illius cau-
ſamenti verſus angulum, & ſic faciendo de
vna domo duas, quod quidem potuit cum
illa non haberet vicinum, ſic facta & diui-
ſa per ipſum venditorem, poſtea ex inter-
uallo illam ſibi remanentem vendidit illi
priori emptori vicino, aliter non requiſito
alio vicino. nam dicebatur talem cautelam
non prodeſſe contra mentem dicti ſtatuti,
& fuerunt conſilia pro & contra, tamē pro
alia opin. fuit conſultum, cum talis cautela
proceſſerit per iuris tramites, & maxime
ad euitandum damnum & exorbitantiā di-
cti ſtatuti, cum non potuiſſet vendere tanto
precio tali vicino contra l. nec emere. C. de
iure delibe. & quod habetur in l. dudum. C.
de contrahen. emp. & quia principaliter fe-
cit hanc cautelam in re ſua & non in iniu-
riam vicini, ſed pro commodo ſuo burſali.
arg. eius quod habetur in l. ij. §. denique. ff.
de aqua plu. arcē. & in l. Proculus. de dam.
infec. no. dictam cautelam quia non inue-
nies in ſcartafacijs.

1 *Libero arbitrio non præſcribitur.*
2 *Iuri declarandi voluntatem non præſcribi-*
tur etiam mille annis.
3 *Terminus ad opponēdum, vel ad articulan-*
dum ſi cui datus ſit, quòd dicatur ſatisfe-
ciſſe termino ſi feciſſet poſitionem genera-
lem, ſiue in ſpetie dialectica, & poterit po-
ſtea de cauſa declarare.
4 *Promittens ſoluere omne id, quod declaratū*
fuerit illius eſſe debitorē, intelligitur, dū-
modo declaratio fiat eo viuo, adeo quòd ni-
hil operatur contra eius hæredes.
5 *Voluntas declarandi in vltima voluntate*
durat anno tantum.

27 Libero arbitrio† non præſcribitur ſecū-
1 dum Bald. in l. j. col. ij. C. de anna. excep. &
in l. cum notiſsimi, iij. colum. in princi. C. de
præſcri. xxx. anno. & Ang. conſi. lv. incip.
Guil. & Franc. & ideo Bal. in l. petens. ij. co-
lum. C. de pac. quem ſequuntur alij dicit, qđ
2 iuri declarandi voluntatem † etiam mille
annis non præſcribitur, facit qđ dixit Bal.
in l. j. §. huius ſtudij. in prin. ij. col. ff. de iuſt.
3 & iur. quod ſi alicui† eſt datus terminus ad
opponendum & articulandum quod dica-
tur ſatisfeciſſe termino ſi feciſſet poſitionē
generalem ſiue in ſpecie dialectica, & po-
terit poſtea de cauſa declarare. argu. l. ma-
numiſsiones. de iuſti. & iur. & l. hæredes. §.
ſed ſi nota. ff. de teſta. Adde etiā ꝙ ſi promit-
4 to ſoluere† omne id quod declaratum fue-
rit me eſſe debitorem, intelligitur duntamē
declaratio fiat me viuo, adeo ꝙ nihil opera-
tur contra hæredes meos. tex. eſt ſing. in l.
qui Romæ. §. Augerius. ff. de verbo. oblig.
quod doct. dicunt eſſe notandum pro mer-
catoribus Florentinis. nā Florentiæ in cu-
ria mercantię quotidie capiunt mercato-
rer, comparent amici & extrahunt eum de
carceribus, & promittuntur ſoluere & ſta-
re pro omni eo, quod apparebit ipſum de-
bere facto calculo, nam ſit cautus ille, qui

ſecit, vt faciat hoc declarari ipſo capto viuente, quia ſi poſt mortem illi promiſſores non tenerentur, quod perpetuo tene menti, ſequitur Iaſo. in d l. petens. in vj. colum.
5 Limita † prædicta non procedere in vltima voluntate, quia tunc poteſtas declarãdi durat anno tantum tex. eſt no. in l. fin. §. ſed & ſi quis. C. commu. de lega. & ibi Iaſ. in fin. j. col. declarat quod no.

1 *Ius authenticorum iuri Codicis derogat iuũ quando ſit ſeruandum, & quando ius Codicis?*
2 *Legi Codicis canonizatæ ſtatur in foro canonico.*
3 *Lex quando dicatur eſſe canonizata?*

28 Nota ꝙ vbicunque aliquid diſponiť de
1 iure Codicis † & ius canonicum approbat illud referens & faciens mentionem de illa l. Codicis, quamuis poſtea de iure ciuili, de iure nouiſsimo, & ſic de iure authenti. corrigatur illa lex Codicis, nihilominus de iure cano. attenditur ius Codicis, & nõ ius nouiſsimum authenticorum, gloſ. eſt multũ no. & menti tenenda in c. in primis. in ver. capitali. ij. q. j. vbi habetur, ꝙ ſi aliquis clerico infert iniuriam puta, quod violenter eum de eccleſia traheret capitali pœna pleɑ̃tatur allegat l. Codicis ita decidentem l. ſi hoc genus. C. de epiſ. & cle. tamen auth. ſed nouo iure quæ immediate ſequitur eod. ti. dicit ꝙ hodie debet verberari & in monaſteriũ detrudi, & ſic corrigit l. Codicis glo.
2 in d. c. dicit † ꝙ ſtatur legi Codicis, cum ſit canonizata, quod bene no. & quia illa glo. dicit quod eſt canonizata qualiter intelli-
3 gatur canonizata † ſcire debes quod nõ omnis lex ciuilis poſita inter canones vel libros decretalium ac decreti eſt canonizata, ſed ſecus quando eſſet inſerta in canone, prout eſt in d. c. ita declarat Iaſ. in l. cunctos populos, circa prin. x. col. in j. lectura. C. de ſumma trini. & fide catho. quod tene menti, vt ſcias quando ſit canonizata, & quando non.

1 *Actio vtilis & directa an inter ſe differãt?*
2 *Actio dotis vtilis, an habeat ea priuilegia quæ actio dotis directa?*

29 Tu habes text. in l. actio. nego. geſt. ff.
1 de nego. geſt. quod nulla eſt † differentia inter actionem utilem & directam, quia tantũ qs conſequitur per vnam quantũ per aliã: inuenio tamen Bald. qui nihil in iure ignorauit. in l. j. in. v. col. C. de priuil. dot. tradit vnam ſingularem differentiam, ꝙ actio vtilis non habet ea priuilegia quæ habet dire-
2 cta, puta, actio † de dote habet multa priuilegia, quę enumerantur in l. j. & per totum. ff. ſol. ma. & ibi doct. præcipue habet tacitã hypothecam, vt præferatur alijs creditoribus, certe ſi intentaretur actio de dote vtilis, puta, ceſſa a muliere, nõ haberet illa priuilegia, quæ habuiſſet ſi intentaretur directa per ipſam mulierem, quod tene menti. Aliam differentiam poſuit alibi Bal. in l. ij. quando fiſ. vel priua. & Bar. in l. nomen. C. quæ res pig. obli. poſ. ſi bene inſpexeris.

1 *Præſumitur pro nobilitate.*
2 *Nobilem magnum, & notæ fidei eſſe fugiturum non eſt præſumendum.*
3 *Nobilem eſſe arcem ſibi commiſſam prodi turum non creditur.*
4 *Nobili pt aſsignari tota ciuitas pro carcere.*
5 *Legalitas hominis facit recedi a regulis iuris communis.*

30 Pro nobilibus † multum præſumitur. gl.
1 eſt in c. illud. xl. diſtin. facit quod ſing. decidit Ange. in l. ſi a bonæ fidei. per illum tex. no. ff. de rei vendic. de poteſtate Bononieñ. cui mandato antianorum fuit traditus qui-
2 dam nobilis & magnus † miles, quæ dum curialiter tractaret eo quod eſſet magnus nobilis, & notæ fidei ſi aufugit, quod nõ teneatur, licet dicat, ꝙ viderit illum poteſtatem in magno periculo conſtitutum, facit etiam quod voluit Ioan. And. in addi. Specu. in ti. de loca. ſuper rubri. in fin. vbi dicit
3 fuiſſe † excuſatum quendam Caſtellanũ qui ex cauſa conſtituit loco ſui quendam nobilem, quæ poſtea tradidit arcem inimicis, nõ fuit excuſatus, quia non erat præſumendũ, quod nobilis proditionem faceret, facit ad quod ſignanter dicit Ange. in l. qui in carce-
4 re. ff. quod met. cau. quod † poteſtas poteſt aſsignare vni nobili totũ palatium pro carcere, imo totam ciuitatem, & quod ſingularius eſt, quod ſatisfacit ſtatuto diſponenti, quod accuſatus pro delicto debeat poni in carceribus, quod diligenter no. & ad prædicta bene faciunt ea quæ plene tradunť per Papien. in l. iubemus. iij. colũ. per totum. C.
5 de iudi. quod propter † legalitatem homi-

nis licitum eſt recedere, a regulis iuris.

1 *Emens fundum nomine meo, ſed de pecunia ſua, ſi ille percepit fructus, debet fructus in ſortem computare.*

31 Si mãdaui alicui ꝙ emeret vnum fundũ,
1 & ille † emit nomine meo, & de pecunia ſua ſoluit pretium, tunc ſi ſteti lõgo tempore quod nihil dixi, & ille percepit fructus, debet fructus computare in ſortem, & ſic aliud pro alio habere, ita notabiliter vult Bald. in rub. C. de contrahen. emp. in xv. q. & hoc modo acquiram fundum abſque aliqua ſolutione pretij, qđ valde teneas cordi.

1 *Filius expreſſe conſentiens venditioni certarum rerum paternarũ per patrem factæ, licet videatur renuntiare iuri hypothecæ, ſibi in illis bonis venditis debitæ, non tamẽ videtur renũtiare doti vel hypothecæ quo ad alia bona patris non vendita.*

32 Tene menti vnum quod pulchre decidit Pau. de Caſt. in conſi. cxvij. quod incip. breuiter in caſu præſenti dicendum eſt, ꝙ ſi fi-
1 lius † expreſſe conſenſit venditioni certarum rerum paternarum factæ per patrem, licet videatur renuntiaſſe iuri hypothecæ, quod habebat in illis bonis venditis occaſione dotis maternæ l. ſicut. §. ſi voluntate. ff. qui. mod. pigno. vel hypo. ſol, non tamen per hoc intelligitur renuntiaſſe doti vel hypothecæ, quo ad alia bona paterna nõ vendita, & de hoc dicit eſſe caſum i l. iubemus. C. ad Velle. quod nota perpetuo, ſequitur Iaſ. in l. ſi unus. §. ante omnia. ad fi. ff. de pac. aſſerens ſe ſæpe de hoc fuiſſe interrogatũ.

1 *Nobiles prehonorantur.*
2 *Nobilis tribus modis dicitur.*
3 *Nobilitate vel dignitate inferior poteſt a iudice cogi cedere maiori locum in ſedendo, & in aliis reuerentialibus, & an propter hoc actione iniuriarum agi poteſt?*
4 *Honor & vita æquiparatur, & pro defenſione honoris licitum eſt occidere.*
5 *Duellum poteſt iniri pro defenſione honoris, quia crudelis eſt, qui negligit famã ſuam.*
6 *Inferior locum maioris temere occupans, debet inde expelli & perdere locum conſuetum, & vltimum habere.*
7 *Virtuoſus dicitur nobilis.*

33 Nobiles † præhonorantur, vt plene per
1 Bar. in l. j. C. de digni. li. xij. & de nobilibus vide etiam tex. in l. nobiliores. vbi Bal. de-
2 clarat † ꝙ tribus modis, dicitur nobilis. C. de commer. & merca. & tex. in l. prouiden-
3 dum. vbi Cy. de poſtu. Et ideo nota † quod inferior dignitate vel nobilitate poteſt per officium iudicis cogi vt cedat maiori in ſedẽdo, et in alijs reuerẽtialibus ſecundũ Ioã. Fab. in. §. aliam. inſti. de bono. poſ. vbi dicit hoc ſæpe venire de facto in vxoribus nobilium, quarum vna vult prima ſedere in eccleſia, & prima offerre. Dicit tamen quod propter hoc non poſſet agi actione iniuriarum per tex. not. in l. iniuriarum actio. §. ſi quis de honoribus. ff. de iniur. Tamẽ in hoc vlti. contrarium tenet expreſſe Bal. in l. obſeruare. §. antequam. in ſi. ff. de offi. procon. & lega. quod imo poteſt agere actione iniuriarum, & armata manu reſiſtere, vt ibi per
4 eum, comprobo iſtud, nam honor † & vita æquiparentur. l. iuſta cauſa. ff. de manu. vindi. ſed pro defenſione vitæ licitum eſt aliquem occidere. l. vt vim. ff. de iuſti. & iure, & ibi no. ergo pro defenſione honoris, facit quod dicit Bal. in c. j. circa princi. v. colum.
5 de pace tenen. ꝙ pro defenſione † honoris tui licet inire duellum, quia crudelis eſt qui negligit famam ſuam. c. nolo. xij. q. j. Facit etiam tex. no. in c. præcipimus. xciij. diſtin.
6 quod ſi inferior † vadit temere ad locum maioris debet inde expelli, & perdere locũ conſuetum, & vltimum habere, quod bene
7 no. cõtra iſtos temerarios inſolennitate † reſpectu virtutum, vide pulchrum tex. & gl. in c. nunquam. lvj. diſt. & glo. in c. quoniam vetus. xxiiij. q. j. & Abb. in c. ſuper eo. in ij. col. de teſt. & atteſta. vbi prædicta iura allega. & eundem Abb. in c. venerabilis. in ij. colũ. de præben. vbi omnino videas quod no. quia poteris occidere, quando oritur altercatio inter nobiles, & alias perſonas in ſedendo, & in alijs reuerentialibus.

1 *Teſtator ſi fratribus reliquit xv. ſalmas vini quolibet anno, põt hæres ex bonis teſtatoris eis dare vnam vineam, ex qua percipiant dictum vinum.*

34 Manda memoriæ, quod ſi † teſtator relil

3 quit fratribus xv. ſalmas vini quolibet an-
no, vt ſæpe fit, & hæres velit ex bonis teſta
toris dare vnam vineam dictis fratribus,
ex qua percipiant dictum vinum, & eis re-
linquere curam dictæ vineæ, poteſt inuitis
dictis fratribus, & hoc fauore exercẽtis mu
nificentiam: ita notabiliter Bald. in l. ſi quis
argentum. in fi. prin. per illum tex. C. de do
na. ſequũtur doc. in l. ij. §. j. ff. ſi cer. pe. quod
no. quia quotidianum, & honorabile.

1 Obligatio generalis nõ trahitur ad ea, quæ quis in ſpecie non eſſet obligaturus. limitatur, vt ibi.

2 Ceſſio iurium non debet eſſe inutilis.

3 Hæres tenetur ſoluere pro vſufructuario expenſas pro tributis, & oneribus reipubli. quando alias legatum eſſet inane.

4 Diſpoſitio vt valeat receditur a regulis iuris communis.

35 Dictum eſt vulgatiſſimum, quod in obli
1 gatione † generali non veniunt ea, quæ in
ſpecie veroſimiliter non eſſet obligaturus,
tex. eſt in l. obligatione generali. ff. de pign.
cum ſimil. Limita tamen ſingulariter quan
do nõ haberet niſi vnam rem tantum, quia
tunc obligãs omnia ſua intelligitur illa obli
gata, licet in ſpecie non eſſet obligaturus,
& ratio eſt ne obligatio reddatur inutilis
& fruſtratoria, ſicut in ſimili dicit Bal. in l.
liberti. circa med. pen. colũ. C. de ope. liber.
2 quod ſi filia † cedit omnia iura, quæ habet
ſuper bonis patris, quod tunc ſi nullum ius
habebat, niſi dotis, quod illud dicitur cede
re, ne inutilis ſit ceſſio, allegabat bo. tex. in
l. fundus qui locatus. ff. de fund. inſtru. facit
tex. i l. Quintus. §. j. & ibi Bar. ff. de auro &
argen. lega. & Bal. in l. j. circa princ. ff. de ſta
tu homi. & tex. no. in l. qui concubinam. §.
qui hortos. cum gl. fi. ff. de leg. iij. vbi hæres
3 † tenetur ſoluere pro vſufructuario expen
ſas pro tributis & oneribus reipub. quan-
do alias tale legatum eſſet inane, & nullam
vtilitatem afferret, & ſic receditur a regu-
4 lis iuris, vt diſpoſitio † valeat, & illum tex.
ad hoc reputat ſingularẽ Are. in l. huiuſmo
di. de verbo. obli. & Bar. in l. his verbis. §. j.
ff. de lega. iij. & multas alias fallentias. vide
per Ioan. And. & Card. in c. in generali con
ceſſione, de reg. iur. in vj.

1 Taciturnitas partis præſentis in iudicialibus habetur pro conſenſu, & tacenti præiudicat.

2 Teſtium publicationi ſi pars conſentiat, talis conſenſus ei non præiudicat ſi teſtes nõ fuerunt rite & recte recepti.

3 Actus ſuper quo adhibetur conſenſus ſi non tenet, nunquam conſenſus nocet.

36 In iudicialibus taciturnitas † partis præ-
1 ſentis habetur pro conſenſu, & ſibi præiu-
dicat, vt eſt tex. not. in c. ij de accuſa. in vj.
facit l. cum oſtendimus. §. fi. de fideiuſſ. tut.
de cuius intellectu plene ſcribitur in l. j. in
prin. de verbo. obliga. & quod pulchre no.
Barto. in l. j. in vlt. no. in C. de dila. vbi dicit
quod ſi iudex facit aliquem actum præiudi
cialem parti præſenti, pars tacẽdo ſibi præ
iudicat, et ideo debet expreſſe cõtradicere,
& ita conſuetudo obſeruat, & facere id ſcri
bi in actis expreſſe. Et hoc parte præſente
& non conſentiente imo expreſſe contradi
cente & opponẽte prout tota die fit, Dixit
tamen Bald. in authen. ſi quis in aliquo. in j.
2 col. C. de eden. quod licet † pars conſentiat
publicationi teſtium, ſi tamen teſtes nõ fue-
runt rite & recte recepti, talis conſenſus nõ
præiudicat. ratio, quia ex quo deficit ordo
iuris talis conſenſus priuatorum nil debet
operari, tene perpetuo cordi prędicta, ſequi
tur Iaſ. in repe. l. admonendi. ad fi. xij. col.
de iureiurã. & in l. patre furioſo. in v. & vj
col. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Vltra ip-
ſos pro iſto vltimo dicto facit, quia ſi actus
3 † ſuper quo adhibetur conſenſus non tenet
nunquam nocet conſenſus Bar. in l. ſi debi-
tor. §. ſi in venditione. ff. qui. mo. pig. vel
hypo. ſoluitur. quod tene menti.

1 Cuſtodes caſtri, qui ſibi cuſtodiam noctis diuiſerunt, vt vna pars poſſet vſque ad mediam noctem dormire, & alia inde vſque ad diem, an ſi caſtrum occupetur, illi qui ex conuentione dormiebant, teneantur?

2 Carceris cuſtos æquiparatur cuſtodi caſtri.

3 Dominus tenetur ad expenſas factas tempore pacis, & belli pro cuſtodia fortilicij.

37 No. quod ſignanter determinat Albe. de
Roſa. in ij. parte ſtatutorum q. clix. quæ in-
cipit ſi ex forma ſtatuti eligantur cuſto-
1 des &c. quod ſi aliqui † deputati ad cuſto-
diam caſtri, vel arcis diuiſerunt inter ſe cu-

ſtodiā nocturnā, hoc modo, quod medietas dormiret vſq; ad dimidiā noctem, & poſt, modum alia medietas, ſi interim occuparetur illi non tenentur, & hoc dicit de facto contigiſſe in cuſtodibus communis Bononiæ, q ſic cuſtodiebant Imolam, & propter eorum malam cuſtodiam noctis tempore Marchio Aſtenſis eam inuaſit, refert quod iſta quæſtio fuit multum ruminata Bononiæ, & finaliter fuit determinatum, quod illi qui ſecū dum diuiſionē noctis poterant dormire non tenerētur, vt ibi plenius per eum, quod no.

2 ſi caſus accideret. Amplia dictam †deciſionem vltra ipſum procedere in cuſtodibus carceris, cum a pari procedant cuſtos carceris, & cuſtos arcis, ita æquiparat Bal. in l. ex diui. C. loca. ſequitur Iaſo. in l. in actionibus. circa med. vlti. col. ff. de in lit. iur. Item

3 vnum † diligenter no. ꝗ ad cuſtodiam fortilicij vel ſeratij exiſtentis in ciuitate, vel comitatu tenetur dominus ad tales expēſas tempore pacis, & guerrę, non autem homines, ita ſingu. no. Ang. in l. tutores. per illum tex. C. de ope. pub. ſequitur Iaſo. in l. diuortio. §. impendia. ſ. col. ff. ſolu. mat. afferens ſe alibi illud dictum Ang. non legiſſe, & cōſuluiſſe de facto in quæſtione ſibi tranſmiſſa ex Pedemontibus, quod bene no.

1 *Ciuitas aliqua ſi ab aliquo principe cogatur ſibi iurare fidelitatem, & confiteri ſuā eſſe, cum non ſit, confeſsio, & iuramentum nihil valent.*

38 No. ꝗ ſing. dixit Bal. in l. nec ſi volēs. per illum tex. C. de libe. cau. quod ſi Rex Fran

1 corum † facit aliquam ciuitatem confiteri ſuam eſſe, et ſibi fidelitatem iurare, cum ſua non ſit, quod talis confeſsio et iuramentum nihil valent. idem dicit in Papa, & in Imperatore, quia tunc rediguntur ad inſtar tyrāni, vnde ſi ciuitas Peruſina non eſſet eccleſiæ Romanæ, omnia inſtrumenta in contrarium facta eſſent caſſa & irrita totaliter, & dicit Bal. hoc pro deo. no. perpetuo.

1 *Præſumitur pro inſtrumento, quòd ſit verū & ſolenne, & inſtrumentum dicitur probatio probata.*

2 *Verba enunciatiua in inſtrumento contenta non probant, niſi eſſent de ſubſtantia & neceſsitate.*

3 *Aſſertiue in inſtrumento dictum, ſed incidēter, non probat.*

4 *Notarius ſi dicat in inſtrumento, Titius procurator talis, vt conſtat inſtrumento procuræ manu talis notarij a me viſo & lecto, non dicitur probatum de mandato.*

39 Nota, regula eſt vulgata † quod pro in-

1 ſtrumēto præſumitur l. cum precibus. C. de proba. nam pro inſtrumento duæ ſunt præſumptiones quod ſit verum & ſolenne ſecundum Bald. in c. j. §. inſtrumentum, de natu. feu. Item inſtrumentum eſt probatio ꝓbata & non probanda, & veritas apparens dicit Bald. in l. imperator. la j. ff. de ſtatu homi. et in l. ij. C. quando fiſcus vel priua. & in l. quoties. C. de iudi. cum ſi. No. tamen eſſe verum quod præſumatur pro inſtrumento

2 niſi in inſtrumento † aliquid enunciatiue cōtineretur puta, Titius filius Sempronij: nā illa verba non probant filiationem niſi talia verba enunciatiua eſſent de ſubſtantia vel neceſsitate. tex. eſt, in l. optimā. C. de cōtrahen. ſtip. & illum tex. ad hoc reputat ſingularem Bal. in c. ſeries. de teſtib. Adde for-

3 tius † quod imo ſi in inſtrumento aliquid cōtineatur aſſertiue, ſed incidēter, puta, quod in eo dicatur, Sempronius qui eſt procurator Gaij adhuc illa verba aſſertiua nō probant eum eſſe procuratorem, ita dicit nota Bal. in rub. C. de fide inſtr. quem ſimpliciter ſequitur Pe. de Anch. in cle. j. de proba. & Roma. in conſi. lxij. quod incip. ſolum eſt videre. facit bene tex. in l. nec ſatiſdatio. & ibi Ange. ff. rem ra. habe. facit quod notabilius tenet Cardi. Florentinus, nec forte alibi inuenies. in c. ſi. de fide inſtr. vlti. col. in verſi. vlti. pone ꝗ tabellio &c. vbi refert ſe alias

4 dixiſſe in facto, quod etiam † ſi notarius diceret inſtrumento. Titius procurator talis, vt conſtat tali inſtrumento manu talis notarij a me viſo & lecto, quod adhuc per iſta verba non dicitur probatum de mandato illius procuratoris, quia eſſet teſtimonium reddere, non autem mādatum authēticare, vt ibi plenius per eū, vbi dicit hoc eſſe bene no. quia ſæpe de facto occurrit.

1 *Libellus ſolennis ſi in cauſa requiratur, iſq; fiat, & addatur clauſula, non in modum ſolennis libelli, ſuper eo non poteſt procedi, & ſi procedatur iudicium eſſet nullum, niſi addātur ea verba, niſi quatenus ſolennis libellus a iure requiratur.*

40 Tene menti in practica quod pulchre
1 conſuluit Pe.de Ancha. conſi.xxxij.quod incipit ſtatutum in cauſa in qua agitur &c. ꝙ ſi in cauſa requirente libellũ aliquis porrexerit petitionem ſolennem continentem omnia, quæ ſunt de ſubſtãtia libelli, & adiecerit clauſulam, quæ ſemper apponitur libellis, videlicet, non in forma ſolennis libelli, ſed qualis petitionis, & ſimplicis facti narrationis, quod propter illam clauſulam ſuper tali petitione tanquam inepta procedi non debet, & ſi procederetur iudicium eſſet nullum, quia cum libellus ſit fundamẽtum & ſubſtantia iudicij, vt no.c.j.de libelli obla.& in authen.offeratur.C.de lit.conte. certe per talem proteſtationem manifeſte apparuit, quod noluit iſtam petitionem ꝓducere per modum ſolennis libelli, ergo dato ꝙ alias talis petitio fuiſſet apta & ſolennis poſtquam eius intentio expreſſe refragatur, non poteſt ſuper ea procedi per regulã.l.multum.C.ſi quis alteri vel ſibi.c.cũ ſuper abbatia.de offi.deleg.Item quia continet expreſſam repugnantiam expreſſe reſultatem ex verbis, igitur actus vitiatur l. vbi repugnantia.ff.de reg.iur. Vnde cautela eſt quod prædictis verbis nõ in formam ſolennis libelli, ſed qualis qualis petitionis addas, niſi vbi et quatenus ſolennis libellus a iure requireretur, quod ſigna in practica, quia in facto obtineretur.

1 *Notarij imbreuiatura recipit ſuppletionem ab eodem notario renũtiationum, & aliarum clauſularum a iure, & a conſuetudine, ſecus ſi alius notarius ſit, niſi intercedat mandatum iudicis.*

2 *Notarius an virtute clauſulæ & cætera, poſſit extendere cauſas in appellatione ab interlocutoria, quæ non ſunt expreſſæ, & quæ debent inſeri.*

41 Vult no.Bal.in rub.C.de fide inſtr.in x. col.ver.quæro de tertio, quod imbreuiatu-
1 ra † notarij recipiat ſuppletionem renũtiationum, & aliarum clauſularum a iure & a conſuetudine, de quo etiam per Bal.in l.in contractibus.C.de fide inſtr. Sed vide eundem Bal. in d.rub. in xj.colum.verſi.quo. quæro.vbi ſingulariter ſentit, quod imbreuiatura recipiat ſuppletionem eſſe verum in eodem tabellione, ſed alius qui non fuit rogatus, ſupplere non poteſt, quod nũquam exeat mentẽ tuam, quia eſt valde no. Adde quod idem Bald. videtur hoc tenere in c.cum in iure peritus. in ix.col.de offic. delega. Tamen Iaſo.in l.argentarius.ad fi.ſ. col.tenet contrarium.ff.de eden.quantũ ad conſuetudinem notariorum nulla mentione facta Bal.in d.rubr.de fide inſtru.& hoc mihi placet, quo ad alia bene tenet, qđ non poſſit niſi ex commiſſione, & ex mandato iudicis, videas ipſum, qui hoc declarat, vbi
2 plus ibi in ij.col ſubdit, quod ẽt virtute † illius dictionis &c.non poterit etiam idẽ notarius extendere cauſas in appellatione ab interlocutoria, quæ non ſunt expreſſę, & quæ debent inſeri iuxta cle.appellanti. de appella.& ſic imbreuiatura non ſufficit vbi aliquid expreſſe requiritur, qđ bene nota.

1 *Concurrentibus duabus cauſis, quarum altera prodeſt, alia nocet, & materia ſit indiuidua, an ſemper attendatur cauſa quæ nocet, & non illa quæ prodeſt?*

2 *Statutum quod inducit ad ius commune debet attendi.*

3 *Cauſa quæ prodeſt ſi ſit potentior, perimit cauſam quæ nocet.*

42 Nota, quando duæ cauſæ concurrũt qua-
1 rum vna prodeſt alia nocet, & materia eſt indiuidua & inſeparabilis, ſemper attenditur cauſa quæ nocet, & non illa quæ prodeſt.l.iij.§.ſi.& ibi glo.& Bar.ff.ad Silla.l. ij.§.ſi a pupillo.ff.de vſucap. pro empto.l. cum pater.§.Mæuio.in fi.de leg.ij.Sed poſſes dicere.ꝙ imo debet attendi cauſa, quæ prodeſt, per tex.in l.vir vxori.ff.de vſuca. pro dona.& l.non intelligitur.§.ſi quis palam.ff.de iure fiſ.Sed quia eſt materia brocardica, videte Bar.in d.l.iij.§.fin.& in d.l. vir vxori, tamen præſuppoſito, quod vera ſit regula, ꝙ attendi debeat cauſa quæ nocet, & quę nõ prodeſt, dicas eſſe verum niſi cauſa quæ prodeſt reducat nos ad ius commune: quia tunc debet attendi cauſa q̃ prodeſt, probatur ex eo, quod ſingulariter dicit Bald.in l.ſi quis decurio.ad fin.C.de fal.
2 vbi quærit, pone, extat † ſtatutum quod cõtra doctores non poteſt inquiri, deinde eſt aliud ſtatutum, quod contra militem poteſt inquiri, pone quis exiſtens doctor & miles commiſit delictum, an poterit contra eum inquiri? Et concludit quod in cauſa indifferenti debet attendi ſtatutum, quod reducit ad ius commune, & illam deciſionem ſequẽ

fuit Pe.de Ancha.in commento c.canonum ſtatuta.de conſti.in verſi. ecce alia quæſtio de ſtatuto &c.quod bene no. Limita etiam
3 † niſi cum cauſa quæ prodeſt concurrat fauor validitatis teſtamenti, quia illa tũc præfertur, quia quando cauſa quæ prodeſt eſt potentior tunc perimit illam,quę nocet,ita voluit gl. in l.ſi mater.& ibi doc.in vii.col. de inoffi.teſta.

1 *Pater ſi promiſit dotem filiæ, deinde moriatur, filio, & filia hæredibus inſtitutis, onus dandi illam dotem promiſſam non pertinet ad filium pro dimidia, pro qua eſt hæres, ſed tantum eſt in parte filiæ.*

43 Si pater promiſit † dotem filiæ, deinde
1 moriatur filio, & filia hæredibus inſtitutis, onus dandi illam dotem promiſſam nõ pertinet ad filium pro dimidia,pro qua eſt hæres,ſed tantum eſt in parte filiæ.tex.eſt vnicus in iure in l.j.§.pen.ff.de colla. dot.quæ tex.eſt ad hoc mirabilis & ſing. ſecundum Ludo.Roma.& Alex.in l.poſt dotem.in x. col.ff.ſo.ma.quod tene menti.

1 *Legatum relictum a teſtatore de bonis cum alio cõmunibus debetur ab hærede de parte teſtatoris.*

44 Si teſtator habebat bona cõmunia pro
1 indiuiſo cum fratre,& relinquat vxori alimenta de bonis communibus ſibi & fratri, totum relictũ debebitur ab hærede de parte teſtatoris,ex quo ſimul & coniunctim reliquit alimenta in bonis ſuis & fratris, ita notanter conſuluit Bar.conſi.quod incipit, quædam ſibi filios hæredes per text. in l.ſi duobus res.§.hæres,de lega.j.quod eſt perpetuo menti tenendum ſecundum Paulum de Caſt.ibi dicentem , ꝙ qui neſciret illum tex.& illam deciſionem Bar.de facili reſpõderet contrarium,ſequuntur ſimpliciter cæteri doctores ibi.

1 *Syndicus ſi creetur in cauſis arduis , in inſtrumento ſyndicatus neceſſario debent poni omnia nomina creantiũ illum ſyndicũ.*

45 No.vnum quod ſignandum inquit Spec. in ti.de ſyndico.§.j.& Bal.in l.j ff.de magi.
1 conue,quod quando creatur ſyndicus † ab aliqua vniuerſitate,ſi ſit creatus ĩ cauſis arduis debent in inſtrumento ſyndicatus neceſſario poni omnia nomina creantium iſtũ ſyndicum, & nõ ſufficeret dicere,quod maior pars cõſtituit iſtum ſyndicum,vel nominare duos vel tres , & poſtea ſubijcere, & omnes alij qui faciunt maiorem partem & cætera, quia eſſet ipſo iure nullus , quia in cauſis arduis oportet magis deliberate procedere, quod bene no,quia alias vidi iſtud practicari.

1 *Dictio Niſi, quid ſignificet.*
2 *Poſitioni reſpondens, nego niſi probetur, dicitur confiteri, & ſi per teſtes probetur dicitur geminata probatio.*

46 De dictione † niſi vide per Bar.& alios
1 in l.ſi tamen.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cautio et in l.cautione.C.de tranſa.vbi Papienſes dicunt,quod dictio niſi cum ſit exceptiua neceſſario ſignificat oppoſitum antecedẽtis,cui immediate aduerſatur,vnde ſi pręcedit oratio affirmatiua dictio niſi negat & priuat. Vnde dicunt eſſe vnum ad actũ practicum ſumme notandũ,ex quo poteris magnum honorem reportare, quod ſing.ponit Bal.in c.cum acceſsiſſent.in v.col.de cõſti. quod ſi ego actor facio tibi poſitionẽ, quod debeas mihi centum ex cauſa mutui, & tu reus reſpondendo poſitioni dicas,nego, vel
2 non confiteor,niſi probetur, tunc illa † dictio niſi ponit , & ideo ſi probo per teſtes aderit geminata probatio ſcilicet , ꝑ teſtes, et per confeſsionem tuam. Ex hoc ſequitur magnus effectus , quod ſi feratur ſententia contra te non poteris appellare, quia cõfeſſus in iudicio non appellat l.ij.& l.abſtinendum.C.quomo.appel.nõ reci.& dicit Bal. quod aduocati imperiti neſciunt aduertere, quid ſit hoc dictum nego niſi probetur, quod nunquam obliuioni tradas.

1 *Notarius ſi iuret ſe eſſe notarium, & oſtendat ſe plura inſtrumenta confeciſſe ei credendum eſt, & inſtrumentum ab eo confectum dicetur publicum.*

47 No.quod ſingul. vult Ang.in.§.hinc nobis.in ij.col.in authen.de hæredi.& fal.per
1 glo.ibi,quod quando inſtrumentum † negatur publicum , & ſic negatur quem eſſe tabellionem,quod probatur per iuramentum ipſius tabellionis iurantis ſe eſſe tabellionẽ

cum comparatione literarum, per quam appareat ipſum plura inſtrumenta feciſſe, qđ nunquam exeat mentem tuam, quia forte alibi non reperitur: ſequitur Iaſ. in l. Barbarius. ff. de offi. præto. vbi poſt alios materiā notariorum annectit, quem videas.

1 *Vxor committens adulterium viuente marito perdit dotem, donationem propter nuptias & bona paraphernalia. Idē ſi mortuo marito committat ſtuprum*

2 *Vidua ſtuprum committens perdit dotem, nec eam ab hæredibus mariti repetere pōt.*

48 Scias, quod ſi mulier † committit adulte
1 rium perdit dotem, & donationem propter nuptias, tex. eſt in l cōſenſu, C. de repu. imo fortius perdit etiam bona paraphernalia, glo. eſt reputata ſing in c. plerunq;. de donatio. inter vir. Amplia & teneas perpetuo cordi, ꝙ quemadmodum viuo marito propter adulterium, vxor perdit dotem, ſimiliter mortuo marito ſi vidua committat ſtuprum perdit dotem, ita ſingu. cōſuluit Pau. de Ca. conſ. cxxj. incip. reuocatur in dubiū, vbi plene arguit ad partes, inter cætera allegat bonum tex. cum gl. in l. pen. & ibi Bar. ff. de adulte. quod qui offenditur ex adulterio cōſtante matrimonio ille offenditur ex ſtupro viduitate durāte, No. perpetuo iſtā deciſionem, quia plerunq; cōtingit viduas
2 ſtuprari, quia nō poſſent † petere dotem ab hæredibus, iſtud idem tenet Pau. in l. ſororem, C. de his quib. vt indig. & in l. fideicō. C. de fideicom. Iſtam deciſio. reprehendit Alex in d. l. ſororem. mouetur, quia iura loquentia de priuatione dotis loquuntur in adulterio, & ſic viuente marito, ergo cum ſint pœnalia nō debent extendi, Sed Alex. non viderat prædictum conſilium Pau. nec facit mentionem de ipſo, vbi Pau. format iſtud argumen.

1 *Illud quod nemini nocet, & mihi prodeſt de facili concedendum eſt.*

2 *Teſtis vnius dictum facit plenam probationem, quando nulli principaliter præiudicium infertur, et eſt commodum alicuius.*

3 *Clericatus poteſt probari per vnum teſtem.*

4 *Teſti vni quando plene fides ſit adhibenda, vel remiſſiue?*

49 No. regulam, quod illud † quod nemini
1 nocet & mihi prodeſt de facili concedendū eſt, tex. eſt in l. j. §. idem aūt aqua. ff. de aqua plu. arcen. & tex. not. in l. ij. §. idem Varus. ī ſi. eo. tit. de quo dic per doc. in l. ij. in verſic. nec cogitur. ff. ſolu. ma. & per Bar. in l. i. C. de meta. lib. xj. & quod tenet Bart. in l. non modus, C. de ſerui. & aqua. & in l. quominus. in q ſi. prin. ad ſi. ff. de flumi. Pro iſta re
2 gula facit, quod quando nulli † principaliter præiudicium infertur, & eſt commodū alicuius, tunc dictum vnius teſtis tantum facit plenam probationē, puta quod aliquis ſit baptizatus, vel eccleſia conſecrata. c. cū itaq;. & c. paruulos. de conſe. diſt. iiij. glo. in c. licet vniuerſis. in gl. ſi. de teſt. glo. no. in c. nuper. in ver numerus. eo. ti. Spe. in ti. de teſte. §. reſtat. in ix. & xvj. fallen. Et per illas glo. in ſpecie infert Bald. in d. c. licet vniuer
3 ſis. & in d. c. nuper. quod clericatus † poteſt probari per vnum teſtem ſolum, quia actus iſte de ſe & ſui natura inſpecta non principaliter præiudicat, quod valde no. quia multum limitat reg. quod vni teſti non debeat plene credi etiam ſi ſit magnæ dignitatis. l.
4 iuriſiurandi. C. de teſt. cum ſim. Adde † etiā quamplures caſus in quibus vni teſti plene creditur quos refert Iaſ. in lectu. l. admonendi, in ſi. xxvj. col. & in repet. circa ſin. xcvj. de iureiurando.

1 *Reus conuentus coram iudice incompetenti, nō debet opponere de incompetentia, ſed ſinere proceſſum formari, & illum poſtea dicet nullum.*

2 *Libellus ſi ſit obſcurus reus non debet id opponere, ſed ſufficit quòd dicat illum non procedere.*

50 No. pulchram cautelam quando eris ad-
1 uocatus rei, quem actor † fecit cōueniri coram iudice incompetenti, credens quod eſſet iudex competens rei, nam cum compares pro reo non debes opponere excep. iudicis incompetentis, prout faciunt procuratores non cauti, quia hoc modo inſtrueres actorem, vt conueniat te coram iudice competenti, vnde nihil opponas ſuper incompetentia iudicis, ſed patiaris quod fiat proceſſus, vnde quandocunq; potes opponere, quod proceſſus eſt nullus, ita dicunt doc. in l. ſi per errorem, per illum tex. in verbo nihil valebit quod actum eſt. ff. de iuriſd. om. iudi. & hoc modo ſecūdum eos poteris trahere actorem ad concordiam, Dicunt tamē

quod licet iſta cautela ſit honorabilis, tamē in foro pœnitentię eſt abſtinendum, ita Cy. in l. vnica. C. vt quæ deſunt aduoc. Addunt doct. pro iſta cautela facere quod in ſimili
3 dicitur, quando actor producit † libellum obſcurum, vel incertum, vel alternatiuum non debet reus petere, vt libellus declaret, ſed debet ſimpliciter opponere, quo libellus non procedit, quia male conceptus eſt, ita magiſtraliter ſpe. in tt. de libel. concep. §. ſi. verſi. cautus ſis tamen. quod nota, quia procuratores noſtri cōiter errant.

1 *Delinquens ſi formata inquiſitione, vel ſecuta condemnatione poſtea fiat religioſus, iudex laycus poteſt eum punire, facta tamē prius degradatione a iudice eccleſiaſtico, fallit vt ibi.*
2 *Votum retrotrahitur.*
3 *Iuramento ſtatur in his quæ depēdent a voluntate, vel conſcientia noſtra.*

51 Tene menti quod ſi laycus † commiſerit
1 delictum, & formata in eum inquiſitione, vel ſecuta condemnatione efficiatur clericus, vel religioſus per talem mutationē fori non impeditur iudex ſecularis eum punire, vt per Bart. & alios in l. cum quidam. ff. de iuriſdi. omni. iudi. & in l. j. ff. de pœ. facta tamen prius degradatione a iudice eccleſiaſtico. Limita tamen ſingulariter niſi feciſſet votum clericatus, vel intrandi religionem antequam delictum committeret, tunc nullo modo poteſt puniri per iudicem ſecularem, quaſi votum † trahatur retro, ita ſingu-
2 lariter tenet Bald. in l. j. C. an ſeruus ex ſuo facto, quod valde no. quia poſſes quem euadere ī practica a pœna mortis. prę maxime, quia hic ſtaretur iuramento ſuo, an votum emiſerit ante commiſſum delictum, ſicut ſta-
3 ri † debet iuramento de alijs quæ dependēt a voluntate vel conſcientia noſtra gl. & doct. in §. alię. inſti. de actio. & gl. in c. ſignificaſti. ij. de homi. Bal. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. vbi notabiliter limitat.

1 *Fideiubere rogatus, ſi proteſtetur ei, apud quem fideiuſſurus eſt, quòd non intendit ſe velle obligare, ſi poſtea fideiubeat, non tenebitur.*

52 Not. quod perpulchre decidit Ang. in l. mora. in princi. ff. de vſur. vbi refert fuiſſe determinatum in cōtingentia facti per quendam egregium doctorem in caſu quotidia-
1 no. Aliquis erat † accuſatus pro quodā delicto, pro quo veniebat imponenda magna pœna pecuniaria, ita quod oportebat eum dare fideiuſſorē, alias fuiſſet incarceratus, iſte rogauit amicum, vt pro ſe fideiuberet, qui promiſit verbo, & non animo ſe facturum. vnde talis amicus incontinenti fuit ad iudicem, apud quem debebat fideiubere, et dixit ei, domine iudex talis rogauit, me vt pro eo fideiuberē coram vobis, ego nō ſum auſus denegare, & ei promiſi, pro tanto ſalua reuerentia, proteſtor quod ſi me receperitis in fideiuſſorem, non volo teneri. Fuit determinatum quod propter talem proteſtationem factam iudici, expreſſe contradicens ſi poſtea fideiubeat, quod non teneatur, quod no. quia quotidianum eſt, ſequuntur Papienſes l. non ſolum. §. morte, ad fin. xiij. col. ff. de ne. ope. nun.

1 *Pupillaris ſubſtitutio facta per patrem mēdicum filio valde diuiti, valet.*

53 No. quod ſingulariter decidit Bald. in l. j.
1 C. de iure fiſ. lib. x. quod ſubſtitutio † pupillaris facta per patrem pœnitus egentem & mendicum filio valde diuiti valet & tenet, quod perpetuo tene cordi, quia neſcio alibi illam deciſionem.

1 *Libri filio ſtudenti a patre empti, eius non efficiuntur proprij, niſi doctoretur, vel niſi efficiatur clericus ſaltem primæ tonſuræ.*

54 Tene menti vtilem cautelam ad faciendum, quod filiusfa. ſtudens tempore diuiſionis cum fratribus habeat libros pręcipuos, & quaſcunque res ſibi a patre donatas. Tu
1 ſcis † quod quando pater pro filio ſtudente emit libros, ip non efficiuntur ſui proprij, niſi efficiatur doctor, quia tunc lucrabitur, vt per Bar. & alios in l. j. §. nec caſtrenſe. ff. de colla. bon. Papienſes vero in l. filiæ licet in ij. col. C. de colla. dicunt quod filiusfami. clericus ſtudens lucrabitur libros, & ſtatim donatio facta per patrem valet irreuocabiliter, ac ſi eſſet filiusfa. doctor. vbi probant dicentes eſſe nouam quæſtionem & vtilē, & plus putant iſtud non ſolum procedere in clericis beneficiatis, ſed etiam in clericis primæ tonſuræ, & ibi hoc probant, quod nunquam exeat mentem tuam, quia pote-

ris vti dicta cautela ad lucrandum libros,
et alias res filij a patre donatas,cũ erit ſcho
laris accipias primam tonſuram,& dicunt
ibi Papienſes,quod iſta ſimplicibus legiſtis
videbuntur noua.

1 *Vulnerati dicto non ſtatur , etiam ſi ſit in*
articulo mortis conſtitutus,nec facit indi-
tium ad torturam , ſed tantum præſum-
ptionem.
2 *Exculpatio vulnerati, an imputatum excu*
ſet,vt non poßit torqueri, etiam ſi habeat
contra ſe indicia ad torturam vrgentia?
3 *Iudex ſi inquirat contra aliquem de furto,*
& compareat dominus rei furatæ, & di-
cat furtum fuiſſe factum ſua voluntate,
nõ impeditur a procedẽdo in inquiſitione.

55 No. bene quod ſi vulneratus etiam exi-
1 ſtens in articulo † mortis inculpauerit ali-
quem quod eum vulnerauerit, non ſtatur
eius imputationi l.ſi quis in graui.§.j.ff.ad
Silla.& ibi Ang.Adde etiam quod talis aſ-
ſertio vulnerati contra inculpatum non fa-
cit indicium ſufficiens ad torturam,ſed ſo-
lũ præſumptionem,quæ eſt minor indicio,
ita dicit glo.pen.in l.manifeſter.C.de calum.&
ibi Ang.ſequitur Alex.conſi.xiiij.in iij.vo-
lu.inc.p.põderatis narratis &c.Tamen econ
2 tra ſi aliquis † ſit accuſatus de vulnere,ca-
ptus & vulneratus excuſauerit eum ſtatur
exculpationi vulnerati quantum ad iſtum
effectum,quod licet ſint indicia contra ac-
cuſatum,quæ alias eſſent ſufficientia ad tor
turam. Tamen iſto caſu ex talibus indicijs
torqueri non poterit, quia habet teſtimo-
nium innocentiæ pro ſe l. Paulus.§.j.ff.de
bo.lib.ita ſingulariter tenet Bal.in l.j.vlti.
col.C.commu.de leg.dicit tamen quod ſi cõ
ſtaret de crimine debet puniri per l.ſecun-
dam.ad Silla.ſequitur Iaſ.in l.j.ij.colum.ff.
de eo per quem fac.erit.Tu adde vltra ip-
3 ſos ibi,quod ſi iudex inquirit † contra ali-
quem de furto, & compareat dominus rei
furatæ, qui dicat furtum fuiſſe factum ſua
voluntate,quod non impeditur iudex a pro-
cedendo in inquiſitione, ita tenet Bar.in l.
inter omnes.§.recte,ff.de fur. Salyce.in l.ſi
non conuicij.C.de iniur. & iſtud dicerem
procedere quando eſſent tantum indicia
etiam ſufficientia ad torturã,quia tunc non
poſſet torqueri,nec puniri per id quod ſu-
pra dictum eſt,quod no.

1 *Donans alicui de rebus obligatis in dubio*
præſumitur donare animo compenſandi,
& extinguendi debitum, ſi ſub nomine
quotæ donatio fiat:Et quid ſi ſub nomine
quantitatis fuerit concepta?
2 *Fatuitas magis præſumitur , quã donatio.*

56 Perpetuo ſignabis vnum dictum Bar. in
l.frater a fratre.de cõdi.inde. dum ſuſtinet
1 glo.iſta ratione,quando quis donat† alicui
de rebus obligatis in dubio præſumitur do-
nare animo compenſandi, & extinguendi
debitum,quod tene menti,nam ex eo pul-
chre infert ibi Paul.de Caſt.in pen.colum.
ad fi.quod ſi de certa pecunia vel de certis
fruc.debet tibi fieri ſolutio alicuius debiti,
& debitor donet tibi de illa pecunia , vel
de illis fructibus,iſta donatio non remanet
in vim propriæ donationis,ſed compenſa-
tur & extingui debitum . Et ex hoc infert
quod ſi debeo tibi x. ſaccos frumẽti quod
naſcetur ex tali fundo,& natum eſt frumẽ-
tum centum ſaccorum,& ego tibi creditor
dono ſimpliciter quinque ſaccos frumenti
volunt Bar.& Pau.de Caſt.quod iſti quin-
que ſacci expreſſe donati non cedunt in do
nationem,ſed in ſolutionem debiti & de-
bitum extinguant in quinque, & ita per-
tranſeunt docto.Limitat tamen ibi Fulgo.
vt iſtud procedat quãdo donatio fit ſub no
mine quotæ per tex. in l. hæreditatem. de
dona.ſed ſi ſub nomine quantitatis tũc non
caderet in compenſationem,alleg.l.ſi debi-
tor.C.de fen. paſ.& l. ſi legatis.§.nullũ in-
tereſſe.ad Treb.Iaſ. tamẽ in d.l.frater a fra
tre in ij.lect.in xxv.colum.ad fi.dicit opin.
Bar. & communem, videri ſibi duram , &
cõtra omnem ſenſum naturalem, Vnde pu
tat ſic dicendum , quod ſi debeo tibi decẽ,
quæ debent ſolui ex certa pecunia, vel ex
fructibus alicuius fundi, & do ſimpliciter
quinque ex illis ſaccis frumenti nati in d.
fundo,bene credit illam dationem fuiſſe fa
ctam animo compenſandi, & tũc procedit
opi.Bar.ſed quando quis expreſſe donaret,
in claris non eſt opus coniecturis,nec præ-
ſumptio cadit,ſ.quod donatio intelligatur fa-
cta animo compenſandi, non credit quod
ſit verum,aliter ſequeretur euidens abſur-
dum,quia ſi debeo tibi x. ex fructibus iſtius
fundi,quod non poſſem donare tibi quin-
que vltra debitum ſi vellem,ſed tamẽ poſ-
ſes dicere quod diſtinctio Iaſo. non habe-
ret dubium,quãdo ſimpliciter darem, cum
nemo præſumatur velle iactare ſuum l. cũ

de indebito.ff.de proba.& magis præſuma
5 tur† ſatuitas ꝙ donatio l.generaliter. vbi
Bal.C.de non nu.pecu.& procedat cõmu-
nis concluſio abſq; iſta diſtinctione aliqua
l.non probata, & ideo cautela eſſet, quod
creditor expreſſe diceret, quod non fieret
animo compenſandi, & appareret per te-
ſtes, vel alio modo, quod no.

1 *Tutores vel curatores non tenentur ex ali-
quo actu, ſi inde male ſuccedat, quãdo il-
li mater pupilli, vel attinentes conſen-
ſerunt.*

2 *Tutor poteſt pro pupillo quoſcunque contra
ctus celebrare, dummodo palam, & bona
fide faciat. Et quando dicatur palam
facere?*

3 *Tutor quo caſu poßit pro ſe emere rem pu-
pilli?*

4 *Contractus pupilli quando dicatur bona
fide fieri?*

5 *Iudicis præſentia ſi in actu interueniat, di-
citur bona fide fieri, & omnis dolus, &
metus ceſſare præſumitur, quod de maiori
bus tantum iudicibus intelligitur, non de
minoribus & pedaneis.*

57 Qualiter tutores vel curatores teneant
habetur.in l.j.C.de tranſac.no.tamen ſing.
cautelam ad excuſationem tutorũ vel cu-
1 ratorum, vt ſint cauti† quando faciunt ali-
quem actum, & eſt dubium an poſſit noce
re pupillo, quod faciant cum conſenſu ma-
tris pupilli, & attinentium, tunc licet male
ſuccedat pupillo, ipſi non tenebuntur glo.
eſt no.in glo.magna.in l.ij.in ver. pupillo.
circa me.C.de his qui.vt indig. & ibi Pau.
de Caſt.dicit illam glo.ad hoc eſſe ſingu.&
ibi Bald. in iij.oppo.& in rub.C. de pe.tu.
qui male.tu. Saly.in l.ſi.eo.ti. cum ſimi.fa-
2 cit quia tutor † poteſt celebrare mutuũ &
quoſcunque contractus dummodo palam
& bonafide l.non æſtimo.ff.de admi.tu.no.
glo.in l.quoties.§.non tantum eo.ti.glo. in
l.cũ tempore.C.de contrahen.emp.do.in l.
ſingularia.ff.ſi cer.pe.& ibi.Iaſ. refert vnũ
3 caſum ſingu.in quo ſolus† tutor poteſt indi
ſtincte emere rem pupilli, quando pupillus
vendidit rem ſuam vni tertio cum autho-
ritate tutoris & decreto iudicis, & ſic res
pupilli fuit ſolenniter alienatã, tunc ſi ille
tertius non ſoluit pretium, poteſt ſolus tu-
tor talem rem emere, ex quo ſemel facta eſt
alienabilis.tex.eſt valde ſingu.in l.tutor re
rum.ff.de admi.tu.quem Ro. in d.l.ſingula
ria.reputat ſingu.& Bar. in d.l. tutor rerũ.
Sed quando dicatur palam fieri & quando
non declarat Bar.in l.frater a fratre.in xv.
col.ver. extra quero quid in cõtractu em-
ptionis.de condi.indebi.vbi ſingulariter di
4 cit, quod contractus† dicitur bona fide fie-
ri, quando fit interuenientibus conſangui-
neis & amicis pupilli l. tranſactione.C.de
tranſactionibus, Vel quando fit in præſen
tia ſolius iudicis l.fin.in princi.ff.quod me-
tu cauſa, teneas perpetuo cordi iſtud vlti-
mum dictum de iudice, ſequitur Imo.in l.j.
§.fuit quæſitum.ff.ad Trebel.in iij.colum.
Alexã. in l.tranſactione.C.de tranſac.facit
qđ no.doc.in l.pacta nouiſsima.C. de pact.
5 quod† omnis metus & omnis dolus præſu-
mitur ceſſare quando interuenit præſentia
iudicis, quæ omnia valde nota. Limita ta-
men ſingulariter vltra docto.in locis ſupra
allegatis ſecundum Bald.in l. tutores.ff.de
confir.tut. vt procedant in maioribus iudi-
cibus, vt in Præſide, Prætore, & ſimilibus
quia lex præſumit, quod maioris iudicis fa
ctum ſit rite factum, quod ſecus eſt in mino-
ribus magiſtratibus, prout magiſtratus mu
nicipales vel pedanei, quia non tantum præ
ſumitur pro eorum decreto, & iſta ſunt ver
ba Azo.in ſumma.C.de tu.& cur. qui non
ſatis, &. quod ita intelligitur.§.nos autem.
inſti.de aut.tu. Quod no.perpetuo quia ma
gna & ſingularis limitatio eſt ad prædicta,
ſequitur Iaſo.in c.j.circa mediũ iiij.qui feu.
dare poſ.

1 *Iudex ſecularis de cauſa ſpirituali cognoſce
re non poteſt. Et in quibus caſibus ſe-
cus ſit?*

2 *Iudex ſecularis, coram quo exceptiones ad
eccleſiaſticum remittendæ opponuntur po
teſt opponenti terminum ſtatuere ad pro-
ducendum coram eo capitula, quæ vult
probare in curia eccleſiaſtica, vt videat,
an ſint releuantia. Et ſi non fuerint rele-
uantia, ad vlteriora procedet.*

58 Licet iudex† ſecularis de cauſa ſpiritua
1 li cognoſcere non poſsit vt per Alexã. in l.
Titia.ff.ſolu.ma. tamen vltra limitatio, da-
tas ibi per Alex.per Papien.in l.quoties.in
iij.colum.C.de iudic. vbi inter alia dicunt

vnum valde notandum, ꝙ quando per ſta‑
tutum ciuitatis inſtrumentum præſumere‑
tur vſurarium, & pars fundaret ſe in dicto
ſtatuto, cum ſit quæſtio iuris municipalis &
non canonicalis, poteſt iudex laicus cogno
ſcere: ita referunt Pau. de Caſt. conſuluiſſe.
conſi. lxxj. inci. viſis & ponderatis &c. in j.
2 colū. quod no. Vnum tamen † perpetuo no.
in practica ſecundum Alex. in d. l. Titia. in
iiij. col. ad fin. quod iudex ſecularis coram
quo tales exceptiones opponuntur remit‑
tendæ ad forum eccleſiaſticum debet oppo
nenti ſtatuere terminum ad producendum
coram eo capitula, quæ vult probare in cu‑
ria eccleſiaſtica, vt videat an capitula rele‑
uent, & ſi non releuent, ad vlteriora proce‑
dat, quod nunquam exeat mentem meam.

1 *Mercatores non poſſunt expelli de ciuita‑ tibus, niſi ex cauſis, ex quibus banniri poſſent.*

2 *Ciuitatis alienæ ingreſſus venturis poteſt interdici.*

3 *Iudæi ex ciuitate expelli a principe ſine iuſta cauſa non poſſunt.*

59 Domini terrarum ſine cauſa mercatores
forenſes expellere non poſſent, & non re‑
cedentibus bona auferre, quia mundus eſt
1 omnibus communis patria, & ideo niſi † ex
cauſa expelli non poſſunt ex qua banniri
poſſent: nam expellere & interdicere eſt
pœna, quæ ſine cauſa imponi non debet l.
relegatorum. de inter. & releg. venturis aūt
2 † ad patriam alienam bene ingreſſus inter‑
dici poteſt, argu. ff. de ſerui. ruſti. prædio. l.
diuus. ff. de vſufru. le. l. hæres. ff. ſi ſerui. vē.
l. ſicut. §. Ariſto. poſtquam autem venerunt
& ingreſſi ſunt ſicut reliquus populus ſunt
& tam contra naturalem æquitatem, quam
cōtra bonum publicum eſt, ſi expellantur,
ita notanter tenet Bald. in c. j. §. j. de forma.
fide. in vſi. feud. facit quod fortius voluit
Old. conſi. lxxxvij. incip. quæritur an prin‑
3 ceps &c. ꝙ princeps † non poteſt expellere
Iudæos ex ſuis ciuitatibus, niſi ex iuſta cau
ſa, & ſequitur Iaſo. in l. cum ſeruus. §. con‑
ſtat. in vij. col. poſt prin. de lega. j. adde Imo.
in c. quod ſuper. de voto. facit quod habet
in l. ſpadonem. §. iam autem. ff. de excu. tu.
vbi Bal. dicit quod appellatione habitato‑
rum veniunt Iudæi.

1 *Pater eius teſtamento filium naturalem, nominando ſimpliciter filium, dicitur eum legitimare, ſi is ſit natus ex tali muliere, cum qua pater potuiſſet honeſte contrahere matrimonium.*

2 *Filius naturalis ſuſceptus ex fœmina, cum qua pater poteſt honeſte contrahere matrimonium an poſſit aliter legitimari, quam per ſubſequens matrimonium?*

60 Legitimatio non pendet a ſola volunta
te patris, quia requiritur ꝙ legitimet per re
ſcriptum, vel per ſubſequens matrimoniū,
vel per dationem curiæ, vt habetur in au‑
1 then. qui. mo. na. effi. leg. Tamē ex ſola † no‑
minatione quā pater facit de filio naturali
in teſtamento appellando eum ſimpliciter
filium, dicitur eum legitimare, vt eſt tex. in
authen. item ſi quis. C. de natu. lib. Quod eſt
verum, quando filius naturalis fuiſſet natus
ex tali muliere, cum qua pater potuiſſet ho
neſte contrahere matrimonium, ſecus ſi ex
muliere, cum qua pater non potuiſſet ho‑
neſte contrahere matrimonium, puta quia
meretrix, & pater honeſtus, ita ſingu. Bar.
cōſi. inci. Naructus coraducij &c. ſequitur
Ang. in §. j. in authen. qui. mo. nat. effi. legi.
& in §. ad hæc. in authen. vt liceat matri &
auie. Secundo limita per Bal. in c. illud. de
2 præſum. vbi no. dicit ꝙ ſi quis † ſuſcepit fi‑
lium naturalem ex fœmina, cū qua poteſt
honeſte nubere, certe non poteſt filium na‑
turalem legitimare, niſi contrahendo ma‑
trimonium, ideo aliter tunc legitimare nō
poſſet: ergo nec per nominationē filij, ego
tenerē opi. Bar. quod imo poſſet aliter quā
per matrimonium legitimare quia tex. eſt
expreſſus in d. authen. item ſi quis la ij. de
natu. lib.

1 *Teſtator ſi inſtituat filium hæredem, & ſi deceſſerit ſine liberis, ſubſtituat Gaium, ſi habebat filios ſuperſtites, tacite non intelliguntur ex teſtamento ſubſtituti, ſed ab inteſtato, quod procedit in hæreditate, ſecus in legato, & ibi ratio diuerſitatis aſſignatur.*

61 Habes glo. communiter approbatam in
l. Lucius Titius, & ibi Bar. ff. de hære. in‑
1 ſti. ꝙ ſi teſtator † inſtituit filium hæredem,
& ſi deceſſerit ſine liberis ſubſtituit Gaiū,
quod ſi habebat filios ſuperſtites, tacite nō
intelliguntur

intelliguntur ex teſtamento ſubſtituti, ſed ab inteſtato, quam glo. ſigna & tene menti quia effectus eſt magnus ſecũdum Bar. ibi. Limita tamen ſing. Ang. quem ibi Papienſes ſequuntur in l. legatis. C. de lega. procedere in hæreditatibus, ſecus in legatis: nam pone teſtator legat rem alicui, & ſi deceſſerit ſine filijs ſubſtituit in iſta re Gaiũ, iuxta l. ſi legata. eo. titu. de leg. pone ꝙ moriatur cum filijs, certe filij intelligũtur tacite ſubſtituti ex diſpoſitione teſtatoris. Et ratio diuerſitatis eſt inter hæreditatem & legatum ſecundum Ang quia hæreditas non poteſt relinqui nutu. Sed legatum ſic, ideo in legatis ſufficit nominatio filiorum conditionalis, in qua bene ſummeret arg. a contrario ſenſu, ergo ſi habebit filios filij admittẽtur ſubſtituto excluſo, & dicit Ang. ſe ita conſuluiſſe, quod valde no. quia pulchra & vtilis limitatio ad cõmunem concluſionẽ.

1 *Scholares tenentur defendere opinionẽ præceptoris ſui.*

2 *Iudex qui iudicauit ſecundum opinionẽ magiſtri ſui ſolennis doctoris, et opiniones inſolitas tenere non conſueti, quamuis ſit cõtra communem opinionem excuſatur in ſyndicatu a condemnatione expenſarum.*

3 *Scholaris non poteſt vocare in ius magiſtrũ ſuum ſine venia.*

62 Scholares † tenentur defendere opi. præ-
1 ceptoris ſui l. dicere. §. ſi arbiter. & ibi Bar.
ff. de arbi. in tantum qđ egregie dicit Abb.
2 in c. j. in vj. col. de poſt. præla. ꝙ iudex † q
iudicauit ſecundum opi. magiſtri ſui, quãuis ſit contra communem opi. excuſatur in
ſyndicatu a condemnatione expenſarum,
quia vt diſcipulus probabiliter ſecutus eſt
opi. doctoris ſui, quod tamen intellige, quãdo ille eſt ſolennis doctor, per id quod habetur in c. cum beatiſsimus. xxiiij. q. j. Intellige etiam dummodo ille doctor non ſit ſolitus tenere opi. inſolitas. ita dicit Bal. in l. fi.
in ij. colum. in fi. ver. quæro nunquid peritia iudicis præſumatẽ &c. C. de pœna iudi.
qui ma. iudi. Et ad hoc adde Pe. de Ancha.
in conſil. cccviij. incip. ad hoc ꝙ ſcholaris
3 † non poteſt vocare in ius magiſtrum ſuum
ſine venia. Bar. & doc. in l. generaliter. de
in ius vo. Subdit tamẽ Abb. in d. c. ꝙ imo
diſcipulus debet ſeruata tamen veritate, ſequi doctorem ſuum in practica, vnde refert Ariſtotelem reprobantem quandam opin. Platonis magiſtri ſui dixiſſe, amicus Plato ſed magis amica veritas.

1 *Procurator in criminalibus nõ admittitur, licet ſi in eo duæ qualitates concurrant videlicet, quòd ſit procurator, & coniuncta perſona.*

2 *Procurator an interuenire poſſit in cauſa, in qua qui non poteſt ſoluere in ære, luit in corpore?*

3 *Bannitus a centum libris ſupra, ſi poſſit impune occidi, pœna an cenſeatur capitalis, & in ea admitti poſſit procurator?*

4 *Cautela quòd in cauſa criminali exceptiones rei accipiantur, etiam ſi perſonaliter non compareat.*

93 Fere per totam Italiam eſt ſtatutum, ꝙ
1 in cauſis criminalibus nullus † audiatur ad
aliquam exceptionem, niſi inculpatus perſonaliter compareat, & ponat ſe in carceribus, & hoc habetur etiam de iure communi l. penul. §. ad crimen. & ibi doc. ff. de
publi. iud. Amplia etiam. d. §. ad crimen. in
eo qui haberet duas qualitates, puta quia
procurator, item & cõiuncta perſona, quia
etiam non admittetur, ita no. Iaſo. in l. cum
rem. per illũ tex. C. de procur quod eſt valde no. pro ampliatione. d. §. ad crimen. Ad-
2 de tamen † quod in cauſa, in qua qui non poteſt ſoluere pecuniam luit in corpus l. fi. de
in ius voc. poteſt interuenire procurator,
qui alias in cauſa criminali non admitteretur d. §. ad crimen. Iaſo. in l. ſi quis nec cauſam. in fi. iij. colum. ff. ſi cert. pe. & in l. cum
rem. C. de procu. Sed in contrarium facit
quod no. Bal. in l. j. in ij. col. ff. de cuſto. reo.
vbi dicit ꝙ ſi venit imponenda pœna pecuniaria, & in defectum venit imponenda
pœna corporalis, quod debet perſonaliter
retineri, etiam ſi velit dare fideiuſſores idoneos, vel facere depoſitum de illa pecunia,
de qua venit condẽnandus, & ſic non attendit pœna pecuniaria, ſed cã principalis, quę
eſt ſcđm. Iaſ. criminalis & ſic cum ſit criminalis procurator non admittitur. Pro. Iaſo.
tamen facit quod vult Bald. in l. ij. in verſi.
quæro vtrum excommunicatus. de pub. iu-
3 di. quod ſi per † ſtatutum bannitus a centũ
libris ſupra poteſt impune occidi, pœna nõ
cẽſetur capitalis, & ſic poteſt admitti pro-

curator, ex quo bannum,& illa pœna non eſt perpetua, ex quo poteſt quandocunque euadi ſoluendo pecuniam. Tamen contrarium tenent Ang.Imo.ibi & Iaſo. in d.l.cũ rem.Bal.in l.reos.in iiij. colum.C.de accu. diſtinguit aut pœna perſonalis imponitur ob defectum pœnæ pecuniariæ,& imponitur per eandem legem, & dicitur crimen capitale,nec admittit procurator. Aut pœna corporalis non imponitur per eandem l.ſed venit ex l.quicũque.C.de ſeruis fugi. & tunc non dicitur crimen capitale,& admittitur procurator, & ſic potes colligere cōcordiam,ꝙ in primo caſu procedat opi. Bald.in d.l.j,cum ſit impoſita pœna per idē ſtatutum,ſecundo caſu procedat opi.Bald. & Iaſo. Vide tamen Bar. in ſua quæſtione quotidiana plenius diſtinguētem in l. item liberatur.§.j.ff. qui.mo.pi. vel hyp. ſo. vbi diſtinguit,aut ſtatutum dicit ꝙ condemnetur in certa quantitate,quam ſi ſoluere nō poterit amputetur ſibi pes,& tunc datis fideiuſſoribus idoneis debet relaxari, & ſic in iſto caſu non procedit quod dicitur in d. l.j.Aut ſtatutum dicit, ꝙ condemnetur in certa quantitate,quam ſi non ſoluerit amputetur ſibi pes,& tunc non debet relaxari datis fideiuſſoribus,& ſic iſta ſua diſtinctio videtur aliquantulum obſtare diſtinctioni Bal.quia Bal.vult in primo caſu ſuæ diſtinctionis,ꝙ procurator admitti poſsit cum poſsit relaxari,& tamen ibi pœna corporalis imponitur per idem ſtatutum,& in

4 diſpoſitione, cogita. Adde quod † licet in cauſa criminali ex forma ſtatuti, vel iuris cōmunis nullus debet audiri ad exceptiones opponendas,niſi inculpatus perſonaliter compareat, in cautela eſt ꝙ non opponantur exceptiones,ſed compareat aliquis & imploret officium iudicis, quod ex officio recipiat informationes ſuper innocentia inculpati,ſecundum quod in iſta ſchedula continetur,licet enim ſtatutum excludat exceptiones,non per hoc excludit officium iudicis,ita tenent plures doc,quos refert & ſequitur,Iaſ.in l.vbi pactum. in iiij. colum,cum ſeq.C.de tranſact. vbi hæc mul tifariam confirmat.Subdit tamē ꝙ iſta cautela non valeret,quando ſtatutum diceret non admitti exceptiones vel defenſiones: nam propter verbũ, defenſiones, excluderetur etiam officium iudicis ſecundũ Bar. in l.j.§.& parui.ff.qđ vi aut clã.et in ſpecie Ang.in l.plane.ff.de pe. hære. qđ bene no.

1 *Statuto prohibente ne quis cum bannito contrahat,an cum ſeruo, vel filio bāniti impune contrahi poſsit?*

64 Nota quod mirabiliter decidit Bar.in l. iij.per illum tex.in prin.ff.de leg.i.præſtan.

1 quod ſi ſtatutum † prohibeat,ne quis contrahat cum bannito ſub certa pœna, ſi aliquis contraheret cum filio vel ſeruo banniti, quamuis acquirat bannito, non incidit in pœnam per illum tex.iſtam mirabilem deciſionem videt ſequi Iaſ.in l.ſi is qui. circa medium iij.col.ff.de vulg.& pup.vbi videtur comprobare:tamen idem Iaſo.in l.Gallus.§.quid ſi is.in vj.col.per totum.ff. de libe.& poſthu.tenet contra Bar. in l. ſi mihi & tibi.§.regula.de leg.j.quod nota quia poteris addere ad Bar.

1 *Vxor non eſt marito reſtituenda, ſi non poteſt ſecure cum eo morari abſque periculo perſonæ,nec remedio cautionis poteſt ſufficienter prouideri,& econtra.*

2 *Marito licet vxorem dimittere, cum qua ſecure viuere non poteſt.*

65 Nota illud quod ſingulariter dicit Abb. in c.literas.in viii.no.de reſti. ſpo.qđ vxor

1 non † eſt marito reſtituenda,ſi non poteſt ſecure cum eo morari abſque periculo perſonæ,nec remedio cautionis poteſt ſufficienter prouideri, imo hoc eſt ſufficiens cauſa remouendi eam ab eo,& ſeparandi matrimonium quo ad torum, & idem dicit eſſe

2 † in marito reſpectu vxoris, vt ſi inſidiatur vitæ mariti, & eum veneno interficere tentauit,neque veroſimiliter refrenari poteſt, eijci poteſt:& petenti reſtitutionem obſtabit exceptio:idem tenet Abb.in c.j. de diuer.& in c.quemadmodum.§.illud.in fi.de iureiu.quod tene menti,quia habes caſum in quo præter adulterium licitum eſt coniugi dimittere coniugem.

1 *Minor ſi compareat in iudicio ſine curatore, quo caſu iudicium cum eo factum valeat?*

66 Tene menti mirabilem cautelam quam refert & ſequitur Iaſo.in authen.ſacramenta puberum,C.ſi aduer.ven.ꝙ quando mi-

1 nor † compareat in iudicio ſine curatore, facias eum iurare de non veniendo contra proceſſum,& ſententiam,nam ſi minor iu-

rat, valebit iudicium ſententia & proceſſus, & ita limitatur totus titulus. C. qui legi. perſo. non hab. refert tamen Bar. limi. in conſil. quod incipit Berardus de Tuderto &c. vt procedat quando verba iuramenti ſunt concepta in futurum, puta, quia minor iurauit non conuenire iudicio, & tunc procedat quod dictum eſt. Sed ſi minor aliquid confeſſus eſt in iudicio, quod ſit de p̄ſenti, vel de præterito: & iurauit, puta confeſſus eſt poſitionē cum iuramento eſſe veram, tunc non habet locum d. authen. ſacramenta, & mouetur quia d. auth. tantum loquitur, quando iuramentum concipitur in futurum, ſecus autem quando concipitur de præſenti, vel de præterito, quod valde not.

1 *Confeſſio facta coram ſolo notario maleficiorum abſente iudice, vel coram iudice non in forma iudicij facit indicium ſufficiens ad torturam, niſi fuerit reuocata.*

2 *Minor xxv. annis confeſſus in iudicio delictum, de quo aliter non erat probatũ, debet in integrum reſtitui aduerſus illam confeſſionem abſque alia probatione erroris.*

67 Scire debes, ꝙ confeſſio† facta corā ſo-
1 lo notario maleficiorum abſente iudice, vel corā iudice ſolo non in forma iudicij, quāuis non plene probet, tamen facit indicium ſufficiens ad torturam, ſecundum Bald. in l. iubemus. C. de libe. cauſa. & in l. pen. C. de fideiuſ. & in addi. Specu. in ti. de confeſſis. in ver. confeſſio iſta. Limita tamen ſingulariter per Bal. in l. j. in pen. col. C. de confeſ. niſi talis confeſſio fuerit reuocata. Vnde ſecundum eum cautus ſit aduocatus, quod faciat illum reuocare talem confeſſionem, quam poteſt reuocare etiam non aliter de errore docto. cum ſit confeſſio nudi facti iuxta l. error cum materia. C. de iur. & fact. igno. quod nota perpetuo quia in practica poſſes euadere amicũ a tortura. Alias limitationes vide per docto. in l. magiſtratibus.
2 ff. de iuriſdi. om. iudi. Adde etiam† quod ſi minor. xxv. anno. confeſſus eſt in iudicio delictum, de quo aliter non erat probatum debet reſtitui in integrum aduerſus talem confeſſionem abſq; aliqua probatione alicuius erroris, quia ex hoc apparet eum eſſe læſum, ita ſing. dicit Ange. in l. certum. §. in pupillo. de confeſ. allegat tex. cum gloſ. ij. in c. ij. de in integ. reſti. in vj. ſequitur Alexand. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. in pen. col. ff. de iureiu. & in conſi. cxxvj. in ij. volu. inci. cauſa inquiſitionis formatę.

1 *Socius vnus ſi plus ſe exercuit in mercãtia, quam alius, in diuiſione ſocietatis debet plus habere, quam alius.*

68 Nota ꝙ ſingulariter decidit Ro. conſil. clxviij. inci. circa primum quo quærit &c. in vltimo dubio. vbi quæritur, ſi ſunt duo
1 ſocij vnius† mercãtiæ qui poſuerunt pecuniam communiter ad mercandum, vnus ex iſtis exercebat mercantiam vel ſtabat ad fundicum ad vendendum, alius nõ impediebat ſe, iſte petit ante omnia tantũ ſalarii, quantum daretur vni inſtitori, dicit Ro. quod de tali ſalario iure cautum non reperitur, Sed tamen putat ꝙ ratione operę & induſtriæ perſonæ illius ſocij in diuiſione ſocietatis plus illi attribueretur, ꝗ̄ alijs per l. ſi non fuerit. ff. pro ſocio. cum alijs per eũ allegatis. quod bene no. ſequuntur Papienſes in l. illud in pen. colum. ad ſi. C. de colla. vbi in ſimili ponunt nonnullas quęſtiones.

1 *Teſtes ſi ſint ad perpetuam rei memoriam examinandi quis ſit iudex competens ad eos examinandos?*

2 *Neceſſitas legi non ſubiacet.*

69 Pone reus vult facere examinari teſtes
1 †ad perpetuam rei memoriam iuxta c. q̄m frequenter, vt lite non conteſt. quis erit iudex competens? Anto. de Bu. in ca. ſi clericus laycum. extra de foro compe. tenet q̄d eſt iudex ille qui in cauſa cognoſcere haberet, & ita ſingu. tenet Bar. in l. cum hi. §. tranſactiones, & ibi docto. ſequuntur. ff. de tranſact. Limitat tamen Ang. & Fulgo. ibi niſi neceſſitas requiratur ad examinandũ
2 teſtes in alio loco, quia neceſſitas† non ſubiacet legi l. j. ff. de offic. proconſu. & dicit Ang. ꝙ alias Paduæ obſeruauit, alleg. tex. notabi. in l. quoties. C. de naufra. lib. xj. Secundo limitat doctrina Bar. ex eo quod dicit Bar. in l. ſi quis nauicularius per illum tex. C. de naufra. lib. xj ꝙ ſi mercator habebat merces communi periculo, & in locis multum remotis ſi caſu pereant poterit ibi facere examinari teſtes ad perpetuam rei memoriam, & illam deciſionem exclamat

Lud. Ro. vſque ad cœlum in rep. l. ſi vero. §. de viro. in l. iiij. fallen. ff. ſolu. matri. ſequitur Alex. in addi. ad Bar. in d. §. tranſac. Sed iſta limitatio, videtur eadem cum prima propter neceſſitatem.

1 *Teſtibus ſi quis opponat quòd non ſunt, nec fuerunt omni exceptione maiores an talis exceptio valeat?*

2 *Exceptio obſcura, vel generalis non releuat.*

70 Tene menti in practica quod egregie cõſuluit Ang. in conſi. j. quod incipit porrecta fuit petitio in ij. colum. quod ſi reus faciat
1 †oppoſitiones contra teſtes, ꝙ non ſunt omni exceptione maiores, iſta eſt inepta exceptio, & nihil valet, cum ſit obſcura, quia dicendo non ſunt, denotat pręſens tempus, & ſic ſtat ſimul ꝙ nunc non ſunt omni exceptione maiores, & tamen fuerunt tempore eorum depoſitionis, Imo fortius dicit Ang. in conſil. cccviij. quod incipit, factum tale eſt &c. quod etiam ſi reus excipiens dicat, ꝙ non ſunt nec fuerunt omni excep. maiores, adhuc non ob. talis excep. quod illud verbum, fuerunt, quamuis ſit præteriti temporis, tamen poteſt intelligi poſt depoſitũ teſtificatum vt ibi ſing. per eum qđ nunꝗ exeat mentem tuam, & quando exceptio
2 †obſcura vel generalis non releuet, vide plene per Papienſes in l. Titiæ textores in ij. col. vbi limitant. ff. de leg. j.

1 *Pater diues intelligitur dare dotem filiæ de ſuis bonis proprijs, licet dixerit, cõputato eo quod filia poſſet habere de bonis patris, & matris.*

71 Tene menti iſtum caſum rogo, pone, pa
1 ter habet filiam, cuius †mater eſt mortua, & ſic hæreditas ſpectat ad filiam, & pater promittit filię mille ducatos, computato eo quod filia poſſet habere de bonis patris vel matris, vel aliter. Egregię conſuluerũt doc. Peruſini, ꝙ non obſtãtibus talibus verbis, filia habebit mille ducat. & poteſt petere, & etiam conſequi hæreditatem matris, & de hoc dicunt eſſe tex. ſingu. in l. fina. C. de do. promiſ. vbi dicitur ꝙ licet pater dicat ſe dare dotem de bonis paternis & maternis, tamen ſi pater eſt diues intelligit' dare de bonis ſuis proprijs, & poterit petere bona materna, quod eſt ſingulare, quia patres illaqueantur, ita refert & ſequit' Bal. Nouel. in tracta. de dote in vj. parte. in vj. priuilegio, Tamẽ Iaſo. in l. j. cir. me. vij. colum. ff. ſolu. ma. dubitat de iſta deciſione & allegat in contrarium conſuluiſſe Maria. Soci. Tamen idem Iaſo. poſt Ang. Are. in §. fuerat. in prin. xxviij. colũ. inſti. de actio. duobus optimis fundamentis tenet primã partem vbi videas.

1 *Frater diuidens hæreditatem paternam cum alijs fratribus, ſi poſtea ad aliquem alium effectum iuret ſe non fuiſſe filium illius, cuius hæreditatem diuiſerat, an alij fratres ob id poſſint ab eo partem hæreditatis repetere?*

2 *Frater vnus ſi ſororem maritat, & illa faciat ei pactum de nõ petendo hæreditatem paternam, an hoc pactum cæteris fratribus proſit?*

72 Nota quod perpulchre determinat Ioã. And. in addi. Specu. in ti. de obli. & ſo. §. ti. in addi. quæ incipit ordine quo ſupra, ꝙ ſi
1 aliquis † diuiſit hæreditatem paternã cum fratribus tanquam eorum frater, poſtea vt poſſet matrimonium contrahere cum certa puella, iurauit ſe non eſſe filium illius, cuius putabatur, & cuius hæreditatem diuiſerat, certe per hoc fratres non poterunt aliquid repetere per condictionem indebiti, vel condictionem ſine cauſa, quod diligenter no. & ratio eſt qꝛ conuentio inter alios acta alijs prodeſſe nec nocere poteſt per totum ti. C. res inter alios acta. Sicut in ſimili dicunt doct. in l. ſi actionem, per illum tex.
2 C. de pac. quod ſi ſunt duo † fratres, vel plures, & vnus eorum maritat ſororem, & illa ei facit pactum de non petendo hæreditatem paternam, ꝙ iſtud pactum non proderit alijs fratribus, quin aduerſus eos poſſit ſoror pro eorum rata experiri, & ſecundũ Pau. de Caſt. in l. planc. §. ſi duabus. de leg. j. iſtud eſt perpetuo menti tenendum, quia quotidianum, idem tenet Ioan. And. in addi. quæ incipit quidem de præcedenti ad finẽ, & ad prædicta & de iſta materia vide plene per Modernos in l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de pac.

1 *Pauperes qui ſibi uictum induſtria ſua quærunt, non debent conferre ad onus impoſi-*

tæ collectæ. Idem in his, qui ſunt lapſi facultatibus ſuis.

2 *Egeſtate ſordentibus vita ſupplicium eſt, mors vero ſolatium.*

3 *Notarius pro inſtrumento furioſi non debet accipere ſalarium, idem eſt in pauperibus.*

4 *Aduocatus in foro conſcientiæ peccat ſi aliquid pro patrocinio capit a paupere.*

5 *Pecuniæ ſunt ſecundus ſanguis hominis, & pecunia eſt fideiuſſor futuræ neceßitatis.*

6 *Iudex debet eſſe fauorabilis, & protector pauperum, ne iniuſte moleſtentur.*

7 *Procuratores, notarij et aduocati, dicuntur canes curiarum & deuoratores ciuium.*

8 *Iudices in cauſis miſerabilium perſonarum, de iure non debent habere ſalarium, idē in cauſis ſummarijs.*

9 *Mendicantes hoſtiatim de ciuitate expelli poſſunt. Et an gaudeant priuilegijs pauperum, qui ſibi induſtria victum quærunt.*

10 *Paupertas excuſat a proſecutione appellationis.*

73 Pauperes † quorum induſtria eſt neceſſa
1 ria ad alimenta & eorum victum, non debent concurrere ad onus impoſitæ collectę per principem vel communitatem Bald. in authen. defuncto. C. ad Tertul. allegat glo. in l. omnes C. de anno. & trib. li. x. adde qđ no. Bar. in d. l. omnes. per illam glo. quē ſequitur Abb. in c. peruenit. in pen. col. ad fi. de immu. eccle. Bal. in l. etiam. in vlti. colū. C. de execu. rei iudi. vbi dicit idem eſſe in his, qui ſunt lapſi facultatibus, quod not. ſed male obſeruatur maxime in partibus meis, quia vt inquit Bal. in l. ex hoc iure. in fine. ff. de iuſtitia. & iure. hodie principes (prohdolor) vitam populorum excoriant: & vix precario dimittūt ſpiritum, Qđ pauperes non teneantur facit quia non debet addi afflictio afflicto l. tam dementis. C. de epiſ. & cle. l. diuus. ff. de offi. præſi. Egeſtate
2 † etenim ſordentibus vita ſupplicium eſt, mors vero ſolatium l. quiſquis. C. ad l. iul.
3 ma. & ibi doc. dicūt ꝙ notarius † pro inſtrumento furioſi non debet accipere ſalariū, quam legem ex identitate rationis cum ſit in l. ſcripta extendit Roma. in l. ſi vero. §. de viro xlvj. falliē, ff. ſolu. ma. ad pauperes, inferens ꝙ notarius non licite capit ſalariū pro inſtrumento, quod pro eo conficit, Cōfirmatur per id quod no. dicit Alber. in l. j. C. de ſuffra. & in l. ne quicquam. § fi. de of-
4 fi. procon. vbi dicit ꝙ aduocatus † in foro conſcientiæ peccat ſi aliquid capit a paupere, Tamē extenſio. Roma. fit ab afflictione animi quam patiuntur demētes, ad afflictionem facultatum, quam patiuntur pauperes
5 niſi dicas † ꝙ pecuniæ ſunt ſecūdus ſanguis hominis glo. iuncto tex. in l. aduocati. C. de aduo. diuer. iu. Alibi Soci. in l. j. in fin. xj. colum. ff. ſolu. ma. dicit ꝙ pecunia eſt fideiuſſor futuræ neceſsitatis alleg. Philo. v. ethicorum. & Iuuenalem. Vos eſtis fratres, facit ad prædicta, quod voluit glo. in l. illicitas. §. ve potentiores. ff. de offic. præſi. vbi Bal. dicit ꝙ maxima & capitalis iniuria eſt auferre illud modicum quod habent ac ſi eis extraheretur oculus, & ibi gloſ. ponit exemplum in porcello, & ibi Bald. colligit
6 notabile, ꝙ iudex † ſemper debet eſſe fauorabilis & protector pauperum, ne iniuſte moleſtentur, & erit ſibi magna eleęmoſyna coram deo. Sed vt dixi hodie potius volūt ꝙ eis fiat eleęmoſyna, & ſic eis detur pecunia, quam ipſi velint eleęmoſynam alijs facere. O quam bonum eſſet ꝙ obſeruarent
7 prædicta iſti impij procuratores † notarij & aduocati, qui ſunt excoriatores pauperū quos Bar. & bene in rep. l. omnes populi. in v. q. principali. ff. de iuſti. & iur. appellat cōgruētiſsimo vocabulo Canes Curiarum & deuoratores ciuiū, facit ad prædicta quod no. Bar. in l. ſi furioſi. C. de nuptijs. argu. illius tex. in verbo, gratis, & idem Bal. in authen. generaliter in j. colum. C. de epiſco. &
8 cle. vbi dicit ꝙ in cauſis † miſerabiliū perſonarum iudices de iure non debent habere ſalarium. §. ne autem. in authen. de iudi. & idem dicit eſſe in cauſis ſummarijs, quia ſunt magis fauorabile, & celerius expediūtur: & pro iſtis duobus dictis habes caſum expreſſum in. §. ſit tibi quoque tertium ſtudium in authen. de man. prin. & ibi glo. in
9 ver. gratis. Sed dic † quod forte non procederēt prædicta in eis, qui vadunt hoſtiatim quærendo cum de ſuo viuere poſsint & hoc modo faciūt ſe pauperes cum ſit eis ꝓhibitum, quia tales ita mendicando de ciuitate expelli poſſunt l. j. C. de mendi. vali. li. xj. Alex. in l. ſi conſtante. in viij. colum. poſt prin. ff. ſolu. ma. Adde vnū quod ponit Ab. in c. ex tenore. in ij. colum. ad fin. de appel.
10 ꝙ paupertas † excuſat a proſecutione appellationis, quod bene notabis pro his, quę.

appellant ad Romanã curiam, & propter
inopiam non poſſunt eam proſequi infra
annum: & ſic eſt iuſta cauſa habendi bien-
nium, ſequitur Bal. in l. acceptam. in penul.
col. in xxxiij. q. C. de vſur. & ſic non currũt
ſibi fatalia. Cõtrarium tamen tenet Bal. in
l. ſi. C. de condi. inſer.

1 *Sententia diffinitiua debet ferri in ſcriptis, alias non valet. fallit in caſibus, de quibus ibi.*

2 *Sententia diffinitiua in cauſa matrimoniali ſine ſcriptis lata valet.*

3 *Conſilium ſapientis ſi ſit coram ordinario petitum, & commiſſa fuerit cauſa, & facilum conſilium, ſi iudex ordinarius illud diſſigillet & dicat, pronuncio prout in conſilio ipſo continetur, ſi in eius fine notarius ſcribat, qualiter iudex pronuntiauit, prout in d. conſilio cõtinetur, ſententia, eſt ipſo iure nulla.*

74 Scis ꝙ ſententia † diffinitiua debet ferri
1 in ſcriptis, alias non valet l. j. & per totum
C. de ſenten. ex peri. reci. fallit in caſibus de
quibus per glo. in c. fin. ver. illuſtrium de re
iudi. in vj. & plures caſus ponit Abb. in c. j.
2 de libel. obl. Inter alios illum no. ꝙ † in cau-
ſa matrimoniali valet ſententia diffinitiua
licet non in ſcriptis ita glo. in c. Albericus.
vbi Imo. & alij. de teſtib. Item quando pro-
fertur in præſentia principis ſecundũ Spe.
in titu. de ſen. prola. §. iuſto. ver. non valet
etiam &c. de quo per Ioan. And. & alios in
c. in cauſis. de re iudi. Nota tamen quod ſin
gulariter dixit Ang. conſi. ccxlij. incip. do-
mina Libertina &c. ꝙ ſi de cauſa vertente
3 † coram ordinario ſit petitum conſilium ſa
pientis, & cauſa ſit commiſſa conſilio vnius
confidentis partium, pone portatur conſi-
lium ordinario, iudex ordinarius diſsigil-
lat conſilium, & dicit, pronuntio prout in
conſilio iſto continetur, poſtea traditur con
ſilium notario banchi, & notarius in fine
ſcribit, qualiter iudex pronuntiauit prout
in conſilio continetur, conſuluit ſing. Ang.
quod iſta ſententia eſt ipſo iure nulla, quia
ſententia diffinitiua debet ferri in ſcriptis,
ergo debuit primo ſcribere iſta verba pro-
nuncio prout in iſto cõſilio continetur, de-
inde proferre: alias ſententia eſt nulla, quod
valde no, quia poteris multum lucrari ſi ca

ſus accideret ſequitur do. Ang. & Alex. in
l. j. circa finem. C. ſi aduer. libe. vide Abb. in
cap. cum venerabilis. in fin. xiij. colum. de
excep.

1 *Nomen laudabile habere eſt pulchrum & magnum.*

2 *Poſthumus ex eo quòd habet nomen patris, præſumitur eius, qui mortuus eſt, filius.*

3 *Nomina honeſta ſunt filijs imponenda.*

4 *Nomina pulchra, ſi venderentur, deberent emi, & filijs imponi.*

5 *Nomina turpia habentibus non eſt confidendum, nec cum eis cõtrahendum, nam ſi ab eis deciparis, tibi imputatur.*

6 *Nomina turpia progenitorum non ſunt filijs repetenda.*

7 *Tortura in dubio eſt incipienda ab eo qui habet turpe nomen.*

8 *Nomẽ quare in coronatione Papæ mutetur.*

75 Magnum eſt † pulchrum & laudabile no
1 men habere ſecundum Cy. in l. cunctos po-
pulos. in ij. no. C. de ſum. trini. & fide catho.
Et ideo reſultant effectus, ꝙ ſi mortuo pa-
tre naſcatur poſthumus, qui vocatur nomi-
2 ne patris, nam illud † nomen probat illum
eſſe filium eius, qui mortuus eſt. tex. eſt ſing.
in l. vxorem. ff. de manu. teſta, quem tex. di-
cit ſingularem Bal. in c. tuam. in pen. col. de
ordi. cogni. ſed Iaſ. in rub. ff. ſo. ma. in iiij. co
lum. dicit ꝙ ille text. nunquam ſibi placuit,
quia alia concurrunt ultra nomen propriũ,
ſed mihi ſatis probat. Et ideo Salyc. in d. l.
3 cunctos populos, dicit ꝙ parentes † debent
filijs imponere nomina honeſta, & authori
tatis, nõ autem nomina turpia & quodam-
modo infamiam importantia. Et refert Ioã.
Andræ. in c. grauis, de depo, quod vxor ſua
4 Inſtantia dicebat, quod etiam † ſi pulchra
nomina venderentur deberẽt emi. Et pro-
pterea Accur. in l. facta. §. ſi in danda. ad tre
bel. multum de nomine ſuo gloriatur dicẽs
ego ſum Accurſius quaſi accurrens cõtra te
nebras iuris ciuilis. Et dicunt Ioan. And. &
Cardin. Floren. & idem Imo. in d. c. grauis,
5 quod præcauere debet † quis ne in aliquo
confidat, qui habeat turpe nomen, quia ſi
cognito nomine depoſuerit res ſuas & eas
perdiderit ſibi imputet, quia fuit in neglige
tia, quod bene no. ne cõtrahas cum talibus
habentibus turpia nomina, & ideo Cardi.

Flo.in c.cum ſecundum apoſtolum.de præ
6 ben.in ij.no.inuehit contra illos † qui turpia nomina progenitorū ſuorum filijs ſuis repetunt. Adde etiam quod ſi plures eſſent inquiſiti & capti pro aliquo maleficio & eſſet dubium a quo eſſet prius inchoanda
7 tortura,quod tunc † ceſſantibus alijs indicijs,ab illo,qui habet turpe nomen eſſet inchoandum,& ita in voce audiui ab vno doctore eſſe expertū,ſed non recordor in quo loco habetur, tamen poteſt colligi per ſupradicta,& per id quod vult Barto.in l.j.in prin.ff.de quæſtio. & per Cano.in d.c.grauis.& per Abb.in c.cum ſecūdum,cir.prin. ij.col. vbi videas, de præbend.& ibi refert
8 quod hæc eſt vna de cauſis,quare † in coronatione Papæ mutatur nomen,vt no.in proœmio vj.et ita iudicarem ſi caſus accideret.

1 *Emancipatio an & quando in fraudem facta præſumeretur, & donatio facta filio emancipato a patre, quādo a creditoribus reuocari poſsit?*

2 *Pater emancipans filium,licet poſsit ſibi retinere dimidiam uſusfructus in bonis filij, iſtud verum eſt in quæſitis, ſecus in quærendis?*

76 Emancipatio † an & quando præſuma-
1 tur facta in fraudē, vide tex.in l.j.§.is quoque.& ibi Bar.in ff.de colla.bo. Bal.in l.cū oportet.§.cum autem.C.de bo quæ libe.& in l.ij.C.plus va.quod agi.cum ſimil. Adde quod pulchre dixit Bal.in rub.C.de reuoc. his quæ in frau.cred.in ij.col.quod quidam propoſuit facere mercātias per mare, & dubitans ne merces periclitarētur ex ſubmerſione nauis,& ſic deuenire ad egeſtatē, emācipauit filium,& donauit ſibi meliorē partem bonorum ſuorum, & incepit mercari, & accepit pecuniam & merces ſub credito,tandem ſiniſtre ſucceſsit ſibi. creditores volunt habere regreſſum aduerſus bona ſua,filius defendit,quod fuit ante mercatus emancipatus,& bona ſibi donata ante eos, quid iuris ſit? Bal.finaliter determinat qd emancipatio non valet,& nihil nocet creditoribus,quia cenſetur facta in fraudem, idē tenet Bal.in ti.de dona.verſi.ſi pater emancipauerit.& verſic.item de emancip. quod
2 bene no. Adde etiam vnum no.dictum † incidenter in materia emancipationis, nam licet pater emancipans filium poſsit accipere & retinere illud quod lex permittit ſcilicet dimidiū vſusfructus in bonis filij emācipati l.cum oportet.§.cū autem.& ibi Barto.C.de bon.quæ libe.§.hoc quoq;. inſtitu. per quas perſo.no.acqui.Saly.in l.pactum. C.de colla.Limita hoc ſingulariter eſſe verum in bonis quæſitis,ſed in quærendis nō quia etiam expreſſe de vſufructu conuenire non poteſt, ita ſingul.limitat Ioan.Andr. in addi.Spe.in ti.de filijs natu.ex legi.ſuper rub.ſequuntur Papien.in l.de quæſtione.in ix.col.ad fi.C.de tranſactio.

1 *Clauſulæ inſolitæ arguunt actum eſſe ſuſpectum, & factum in fraudem.*

2 *Citatus excuſatur ſi non compareat, quando citatio habet verba non conſueta.*

3 *Præceptum iudicis iniuſtum poteſt impune ſperni.*

4 *Clauſulas inſolitas apponens poteſt puniri de falſo.*

5 *Priuilegium, vel reſcriptum in modo narrandi habens ſtilum inconſuetum præſumitur falſum.*

6 *Contractus præſumitur vſurarius ex pactis inſolitis.*

77 Clauſulæ inſolitæ arguunt † actum eſſe
1 ſuſpectum & factum in fraudem gl. eſt in l. ſi quis ſub conditione.ff. de condi.inſtit. Iaſ. plene in l.teſtamētum.C.de teſta. vbi inter cætera refert vnum dictum ſing.Ange.in l. ſi.C.de cano.largi.lib.x.quod excuſat non
2 comparens,quando citatio † habebat verba non conſueta,& propterea nec pōt mulctari,puta cum de ſtilo illius loci ſolitū erat dici in præcepto,quod compareat ſub pœna decem florenorum, & in præcepto diceretur ſub pœna æris & perſonæ,tunc excuſaretur non comparens, quod nunq̃ exeat mētem tuam,quia forte alibi non inuenies, & Iaſ.ibi etiam declarat quando abundans cautela non nocet, facit vltra ipſum quod
3 ſi euidenter præceptum † eſſet iniuſtum poteſt impune ſperni,nec per hoc poteſt quis mulctari l.ij. & iij.ne quis eum qui in ius voc.eſt vi.exi.Bar.in l.j.§.is videtur.in vlt. col.ff.ſi quis ius dicen.non obtem.vbi dicit ꝙ pro contumacia poteſt quis mulctari,qñ eſt inexcuſabilis, alias ſecus,& tex.in c.cauſam.il ij.& ibi Abb.in vlti.no.de teſt.& an-
4 te,imo poſſet † puniri de falſo qui inſeruit clauſulas inſolitas,tex.eſt ſingu.in c.porre-

cta.de confir.vti.vel inuti.facit etiam text.
in c.ex parte. de capel.mona. & c.cũ adeo.
cum ibi no.de reſcrip.c.memoriale.x.diſt.
Abb.in c.ex parte.il ij.in fi.de offi.delega.
5 Item ſi priuilegium † vel reſcriptum in mo
do narrandi habet ſtilum inconſuetum præ
ſumitur falſum,c.q̃ graui.de cri.fal.& dicit
Bald.in l.cum conſuetu.ff.de leg.ꝓ ſi nota-
rius rogatur,vt conficiat inſtrumentum in-
telligitur licito & conſueto modo, quia in-
6 ſolita ſunt ſuſpecta. Adde ꝙ † alteratio cõ-
tractus & pacta inſolita faciunt præſumi cõ
tra ipſum,quod ſit vſurarius,& idẽ de alijs
pactis ſimilibus inſolitis, quæ videntur con
tra naturam merę venditionis,facit l.qui te
ſtamentum ff.de probat.vbi propter legis
interdictum præſumitur fraudis ſimulatio,
eo.ti.l.cum tacitum.& l.j.C.de natu.li.Bal.
in c.j.ij.colum.in fi.de feu. dato inui.le.cõ.
quod no.prædicta,quia forte alibi ita late
non inuenies.

1 *Expenſis cuius id fieri debeat , quod fieri*
petitur.
2 *Offendi timens ab inimico,ſi petat a poteſta*
te familiam,quæ eum aſſocietur,cuius ex-
penſis id fieri debeat?

78 Quando quis petit † aliquid fieri , cuius
1 expẽſis debet fieri puta,ſi iudex mittat no-
tarium ad aliquem locum pro examinãdis
teſtibus, Vel ſi iudex mittat cauſam ad con
ſilium ſapientis , vel ſi debet mitti nuntius
abſenti ad iurandum de calumnia,uel quan
do apoſtoli ſeu literæ dimiſſoriæ debẽt da-
ri,vide poſt alios Papien.in l.prætor ait.§.
etiam.in xj.col.ff.de eden.vbi inter cætera
dicunt vnum perpetuo eſſe notandum, pu-
2 ta, ſi quis timet offendi † ab inimico petit
cautionem ab eo,quod eum nõ offendet,&
non vult præſtare ille qui timet , ſi petat a
poteſtate familiam ſuam,quæ eum aſſociet
tenetur dare,ſed cuius expenſis , dicunt ꝙ
expenſis timentis,rationibus & iuribus de
quibus ibi per eos,quod nota.

1 *Vtilitas publica priuatæ præfertur.*
2 *Creditor differens recipere debitum a repu-*
blica cadit a iure exigendi.
3 *Corruptas merces emere quis compellitur*
ratione publicæ vtilitatis.

79 Communis vtilitas † præfertur priuatæ
1 Bar.& doc.in l.j.ff.ſolu.ma.vbi limitant, fa
cit vltra ipſos l.actione.§.Labeo,in verſic.
ſemper enim.ff.pro ſoc.& tex.in l.nulli.C.
2 de eroga.mi.anno.li.xij.vbi creditor † dif-
ferens recipere debitum a repub.cadit a iu
re exigendi,quod no.pro limitatione gl.&
doct.in l.quod te.ff.ſi cer.peta.& facit tex.
ſing.in l.j.C.de condi.in hor.pub.lib.x.vbi
3 fauore † publi.vtilitatis compellitur quis
emere merces corruptas,& tex.in l.nullus
pœnitus.C.de cur.pub.lib.xij.vbi propter
publicam vtilitatem grauãtur perſonę pri-
uilegiatæ.facit c.non minus.de immu.eccle
ſi.l.in prouinciali.§.ſi.cum l.ſeq.de ope.no.
nuncia.l.ſeruum quoq;.§.publi.intereſt.ſde
procur.& quod voluit Bald.in rubri.C.qui
accuſa.non poſ.& tex.in l.ſi pendentis.§.ſi
quis cloacarijs.ff.de vſufruc.& tex.melior
de iure in l.ſi quis in graui.§.hi quoque.ad
Silla.vbi datur libertas ſeruo fauore publi
cæ vtilitatis in caſu prohibito dari, & tex.
in l.j.C. vt nemi.lice.in em.ſe.excu.li.x.vbi
compellitur quis emere frumentum a repu
bli.facit vnum ſing.dictum But.in c.ex par
te.de reſcri.per illũ tex.quod ſi quis aſtrin-
xit ſe ad duo iuxta notata in l.diuus.ff.de
re iudi.& in c.licet cauſam.de probatio.&
per Bal.in l.j.ad fi.ij.col.ff.de condi.indeb.
& non probauit niſi vnum,quod ad petitio
nem partis nõ poteſt iudex ſententiam fer
re,ſed iudex ex officio poteſt bene ferre ſi
illud probatum tendat ad publicam vtilita
tem,quod valde no.pro limita.d.l.diuus.&
d.c.licet cauſam.cum ſi.facit etiam l.patro-
ni.C.de offic.rect.prouin.vbi minor iudex
punitur fauore reipub.

1 *Scire dicimur,quod vehementer opinamur.*
2 *Opinio vehemens habetur pro certitudine.*
3 *Hæres debet eſſe certus, ſi hæreditatem adi-*
re velit,& quomodo id limitetur?

80 Scire dicimur † quod vehementer opina
1 mur glo.in l.ij.§.penulti.verſicu.ſciat.ff.de
aqua plu.arcen.glo.in l.ſi duo.§.pen.ff.vti
poſsi.quod no.ad ſaluandum teſtes deponẽ
tes de veritate,& dixerunt ſe ſcire cum re
vera nõ ſcirent,ſed audiuerint ab homine
bonæ famæ & conditionis , & iſti non de-
bent puniri de falſo,ita ſingul.tenet Pet.de
Anchar.conſi.xxiij.inci.in cauſa inquiſitio-
nis &c.ſequitur Iaſo.in l.de pupillo.§.ſi quis
ipſi prætori.ix col.ad fi. de no.ope.nuntia.
& in l.certum.vbi plene,ij.& iij.col. ſi cer-
tum peta.vbi inter alios refert quod mira-

biliter conſuluit Pe.de Anch.cõſ.cccxlix. viſo diligenter puncto,& conſ.cccclxxxv.
3 viſis diligenter &c. quod teſtator † carens filijs habebat vxorem prægnantem, & in teſtamento ordinauit, ꝙ ſi ex vxore prægnante naſceretur poſthumus maſculus, qđ eſſet hæres vniuerſalis, ſi filia fœmina haberet tantum dotem, & tunc inſtituebat hæredem Titium, nunquid ante partum poſſit haberi illa conditio pro impleta? Mirabiliter conſuluit ꝙ ſic, ſi ex vehementi opinione & coniectura ſciri poſſit, ꝙ ſit in ventro fœmineus ſexus, & hoc poſtea apparet ex partu nato, nam ſecundum eum præcedens opinio veroſimilis concurrẽtibus multis de quibus ibi iuncta cum veritate, quæ poſtea apparuit, facit illam vehementẽ opinionem haberi pro certitudine, nam ſecundum eum iſte Titius potuit adire hæreditatem, & eam tranſmittit tãquam aditam per glo.& doc.in l.ſi quis extraneus.§.ſciendũ. de acqui.hære. Et ſi eſt vera iſta deciſio li-
3 mitantur infinitæ ll.dicentes, ꝙ hæres † debet eſſe certus, ſi velit adire l.ſed & ſi de ſua.& l.ꝙ ſi dubitet.& l.vẽtre.ff.de acquir. hæredi.tamen Iaſ.ibi hanc deciſionem non firmat, & dicit quod fuit mirabilis, & iudicat Pe.de Ancha. habuiſſe aliquid vltra hominem in iſto conſilio.

1 *Proteſtatio clandeſtina vnius valet, quando propter iuſtum metum non audet proteſtari parti præſenti, imo & ſi clam proteſtari timet, tamen probato metu poteſt venire contra actum.*

81 Proteſtatio clandeſtina † vnius valet qñ
1 propter iuſtum metum non audet proteſtari parti præſenti c.ſi iuſtus metus.de appel. & c.j.quod metus cau.Bald.cum aliquali limita.in l.clari.C.de fideicom.bene facit qđ volunt domi.Anto.& Abb.in c.tua nos.de ſponſa.ꝙ ſi aliquis non intendit contrahere propter metũ principis, aut propter metum patris, ſi proteſtatur in abſentia coram teſtibus, talis proteſtatio iuuat, niſi poſtea ſequatur copula, quod bene no.imo plus tenet glo.in c.j.in glo.j.& ibi Abb.quod metus cauſa, ꝙ ſi aliquis propter iuſtum metũ non ſolum audet contradicere, ſed nec etiã proteſtari coram alijs, eo quia timet, ꝙ illa proteſtatio clandeſtina non reueletur parti, certe ſufficit poſtea probare de tali metu, & poterit venire contra talem actum, ut in c.ij.& in ca.ad aures, ꝙ metus cauſa, & quod no.in c.cum matrimonij.de offi.delega.de muliere quæ in abſentia mariti clandeſtine proteſtatur, ꝙ non vult conſentire alienationi talis fundi dotalis, nunquid talis clandeſtina proteſtatio, quam vxor non audet facere marito propter iuſtum metũ mariti releuet mulierem, tenet ꝙ ſic, dũmodo probetur de iuſto metu. facit etiã quod no.Bar.& doc.in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori de ope.no.nun.quando quis nõ audet proteſtari ipſi prætori ſufficit proteſtari coram vicinis, dato quod ad notitiam ipſius prætoris non veniat, cum ipſe ſit in culpa, quod ſerua memoriæ prędicta, quia multoties interrogaberis.

1 *Poſſe non dicimur ea quæ ſunt contra honeſtatem, vel lædunt famam.*
2 *Impoſſibile reputatur id, quod non decet.*
3 *Nobilis qui ſtat in domo, quia eſt male veſtitus, & verecundatur, reſtituitur aduerſus lapſum temporis.*
4 *Honeſtas per diuitias conſeruatur, quæ per inopiam perit.*
5 *Nobilis inſultatus a ruſtico fugere non debet, & ideo cum poſſet fugere ſi tamen nõ aufugit, ſed eum occidit, non punitur de occiſo.*
6 *Duellum inire licet pro defenſione honoris.*
7 *Honor & vita æquiparatur, & ita licet defendere famam, ſicut vitam.*
8 *Fama cauſa dicitur ardua.*

82 Quæ ſunt contra † honeſtatem, vel læ-
1 dunt famam æſtimationem, & opinionem, vel ſunt contra bonos mores non dicimur poſſe l.filius et l.conditione.ff.de conditio. inſti.& ibi Bal & quod habetur l. l.Nepos Proculo.de verbo. ſig.& xxij.q.iſ.c.faciat homo.& ideo Cardi.in c.perpendimus. de
2 ſenten.excommu.dixit quod † omne indecens reputatur impoſſibile apud Theologos, facit gl.ſing.in l.ſemper in cõtractibus. de reg iur.& tex.cum glo.in l.in eadem.ff. ex qui.cau.maio.vbi glo.dicit ꝙ ſi quis eſt nudus vel male veſtitus excuſatur. Nic.de
3 Neap.dicit, ꝙ ſi nobilis ſtat in domo † & verecundatur, quia eſt male indutus, reſtituitur aduerſus lapſum temporis, quod no.vñ
4 propter † diuitias conſeruatur honeſtas ꝙ per inopiam perit.in authen.de teſti.§.ſancimus, C.de ſuſpe.tu.l.pietas, cum ſim.facit

quod dixit Bart.in l.vt vim.de iuſt.& iur.
5 ꝙ non decet † ꝙ nobilis fugiat ſi eſt inſultatus etiam a ruſtico, & ideo ſi eum occidit cum poſſet fugere, non punitur de occiſo, idem tenet Bald.in d. l.filius.de condi.inſti. & idem Bal.in c.j.circa prin.v.col.de pace
6 tenen.in vſi.feu.dixit quod † pro defenſione honoris ſui, licet inire duellum: quia crudelis eſt, qui negligit famã ſuam, c.nolo.xij. q j.facit l.ſemper in contractibus.ff.de ritu nup.& c.ſi iuſta.de offi.ord, quod no.extra. de conſan.& affi.c.non debet.& xxxj.diſt. c.Nicena.facit quia honor commodo præferendus eſt.l.Iulianus.ff.ſi quis omiſſ.cau.
7 teſta.nam honor † & vita æquiparantur.l. iuſta cauſa.de manu.vindi.& ita licet defendere famam ſicut vitam.facit gl.in.§.ſuſpectus autem.in verſi.ob culpam, inſti.de ſuſpe.tut.& quod egregie vult Bal.in l.ex ra-
8 tione.ij.col.de appell.quod omnis † cauſa famæ dicitur ardua, & tex.in ratione ſui.l. ſi inimicitiæ.ff.de his quib.vt indig.

1 *Blaſphæmus carceratus quibus cautelis poſſit a carcere liberari?*

2 *Luſor ſemper blaſphæmat.*

3 *Blaſphæmans ad deſpectum* Dei *ex conſuetudine loquendi loci, an teneatur pœna blaſphæmiæ.*

4 *Conſuetudo iniqua excuſat a pœna temporali, non a diuina.*

5 *Conſuetudo excuſat notarium a falſitate.*

6 *Conſuetudo excuſat a pœna in his, quæ non ſunt de ſe mala.*

83 Tene menti duos modos ad liberandum eum, qui eſt in carceribus propter blaſphæ-
1 miam. primus & † mirabilis eſt, qñ adeſſet ſtatutum in loco, ꝙ ſi quis fecerit pacem cũ offenſo debeat de carceribus relaxari, certe incarceratus propter blaſphæmiam ſi ſit confeſſus peccata ſacerdoti, & ab eo abſolutionem obtinuerit, cum dicatur habuiſſe pacem ab offenſo, debet relaxari, ita ſingulariter Bar.conſi.incip.miniſter fratrum. de pœnitentia &c. Papienſes dubitant de iſta deciſione in l.iij.§.j.in v.col.in princi.ff.de iureiuran.& in cõtrarium allegant aliqua, quę vide ibi per eos, Vltra ipſos cõtra Bar. facit, quia ſtatuta non recipiunt fictionem. l.iij.cum vulgaribus, de nego.geſt.ſed confiteri peccata ſua ſacerdoti ficte dicitur habere pacem cum offenſo, ſed ſtatutum dicit

Dec. 95. 137 col. 2.

ſi quis fecerit pacem directe cum offenſo, ergo &c. Cogita tamẽ, quia etiam alia poſſent contra eum allegari, præmaxime cum eſſet deluſorium tale ſtatutũ puniens blaſphæmantem, cum ſemper poſſet confiteri, & hoc caſu cõmitti fraus, quod nõ eſſet dicẽdũ, quia nunquam abſtineretur à blaſphęmia, niſi puniretur, quod eſſet irrationabile. Vnde diceremus quod forte antequam eſſet incarceratus cõfiteretur peccata ſua, ꝙ deberet relaxari, et hoc faceret bono zelo. Sed quando eſt in carceribus præſumitur feciſſe in fraudem timore pœnæ non ꝙ velit ſe a blaſphæmia abſtinere, præcipue in luſo
2 re † cum ſemper blaſphæmet. Secundus modus eſt, quando adeſſet generalis conſuetu-
3 do † patriæ ſic materno ſermone dicendi, ad deſpectum Dei, vel ſimilia verba, vt eſt hodie in omni loco talis deteſtabilis cõſuetudo, tunc non diceretur blaſphæmia, ſed maledictio.l.quoties.§.ſi quis nomen. iũcta glo.ſecundum intellectum Rog. de hæredi. inſti.& ſic non haberet locum, tunc pœna blaſphæmiæ, ita ſingul.Bald.conſi.incip.in Chriſti nomine, an dicatur maledicere, vel blaſphæmare &c.& idem tenet Ang.in l. his verbis.§.j.de hære.inſti.Sed imo.ibi reprobat Angel.cum iſte dicatur prauus vſus loquendi & deteſtabilis.§.ad hoc.iuncta gl. in authẽ.vt nulli iudi.Tamen pro opi. Bal. & Ang.facit ſecundum Papienſes, quia con
4 ſuetudo quamuis † praua iniqua & irrationabilis excuſat a pœna temporali gl.no.& ibi Abb.in c.cum venerabilis.in j.gl.de cõſue.quamuis nõ excuſet a pœna diuina gl. in c.deniq;.iiij.diſt. per quas glo.conſuluit Roma.conſi.cccclxxvj.incip.videtur prima fronte &c. ꝙ conſuetudo patriæ de nõ obſeruando iuramento, licet ſit praua & irrationabilis, tamen excuſat a pœna temporali, non autem a pœna diuina, & iſtud eſt melius, quod poſſet allegari ad pręſens propoſitum ſecundum Papienſes. Eodem modo
5 conſuetudo † excuſat notarium a falſitate Bal.in c.j.de feu.cogni.& in l.j.C.de cõfeſſ. Cano.in c.iij.de fide inſtr.bene facit quod conſuluit Pe.de Ancha.conſi.ccclxxxij.incipi.iure ſcripto &c.Caue tamen in prędictis quod alibi no.Inno.in c.ſane.de offi.deleg. quem ſequitur Bald.in repe.l.de quibus.ff.
6 de legi.quod conſuetudo † excuſat a pœna in his quæ non ſunt de ſe mala, quod nõ eſt in propoſito noſtro blaſphæmia, quæ tendit ad contemptum Dei, & eſt contra ius gentium, & cõtra ius diuinum, & hoc mihi plus placet, & ita iudicarem contra iſtos

blaſphæmatores, quæ omnia bene no.

1 *Executor vltimæ voluntatis tenetur reddere rationem adminiſtrationis. Et idem eſt in omni adminiſtratore.*

2 *Frater qui poſt mortem patris adminiſtrauit bona fratris minoris tenetur ei reddere rationem adminiſtrationis.*

3 *Filiusfamil. qui viuo patre adminiſtrauit, tenetur poſt mortem patris reddere rationem fratribus de adminiſtratione.*

4 *Frater maior, qui omnia bona adminiſtrauit, an in diuiſione bonorum poſsit petere illud ſalarium, quod pater negotiorum geſtori dediſſet?*

84 Executor vltimæ voluntatis tenet. red-
1 dere rationem adminiſtrationis l. ſi hæres.
vbi doc. ff. de condi. ob cau. adde idem eſſe
in omni adminiſtratore, l. j. §. officio. ff. de
tute. & ratio. diſtra. quem tex. ita extẽdit ibi
Bar. In tantum quod Ro. conſi. cccc.xiiij. in-
cip. quod ad primum &c. in primo dubio
2 conſuluit, quod frater † maior natu q poſt
mortem patris adminiſtrauit bona fratris
minoris tenetur ei reddere rationem admi-
niſtrationis. Adde fortius quod filiusfamil.
3 † qui viuo patre adminiſtrauit tenetur poſt
mortem patris reddere rationem fratribus
de adminiſtratione, ita ſing. tenet Abb. con
ſil. xij. incip. caſus talis, alias vt clare mate-
ria thematis liqueat in vj. dubio. in j. volu.
ſequuntur Papienſes in d. l. ſi hæres. vbi di-
cunt ſecus eſſe in patre adminiſtrante bona
aduẽtitia filij, cum ſit legitimus adminiſtra-
tor, & ad eum ſpectet vſusfructus, non tene
tur reddere rationem, Limitant tamẽ quan
do pater adminiſtraſſet, vt tutor puta filij
emancipati, quod no. Adde quod ſolus Ful
go. in l. illud ſine. C. de colla. dicit, pone pa-
ter vnius ſenio confectus habet multas poſ
ſesiones, & filius maior natu omnia guber-
nat, tam domeſtica negotia, quam curã poſ
ſeſsionum, alius filius forte infans, aut pau-
lo maior nihil facit in domo, & ita frater
4 † maior natu ſe exercuit multis annis, pa-
tre mortuo, iſti fratres veniunt ad diuiſio-
nem bonorum paternorum, iſte frater ma-
ior natu dicit quod longo tempore admini
ſtrauit, & propterea ante partem petit tan-
tum ſalarij, quãtum pater vni negotiorum
geſtori dediſſet, dicit Fulgo. quod debet ha
bere tale ſalarium, dicit tamen q alias non
vidit obtentum, cum hoc eſſet petitum. Pa
pienſes autem tenent contrarium vbi vi-
deas, quod no. prædicta quia quotidiana.

1 *Executoris officium ad hæredem non trãſit.*

2 *Hæres grauatus a teſtatore vt fideiubeat, an poſsit ad ſoluendum cogi, & an ſi ſoluat, nihil repetat?*

85 Tene menti quod egregie conſuluit An-
ge. cõſi. ccxxvij. inci. pũctus quæſtionis &c.
per tex. no. in l. ſi hæres. in prin. ff. de lega. j.
quod ſi teſtator in ſuo teſtamento inſtituto
filio, & filiæ facto legato, relictoq; eis fratre
executore teſtamenti, decedat, & cõtingat
etiam decedere fratrem executorem, qui ſi-
militer inſtitutis ſuis filijs dicat, item lego,
iubeo, & mando, q prædicti hæredes mei
executioni mandent teſtamentum fratris
1 mei, quod per hæc verba, q officium † exe-
cutoris ad hæredem non tranſit, videtur te
ſtator mandaſſe, vt ſoluant legatum factum
filiæ alterius teſtatoris, cuius ipſe erat exe-
2 cutor, quod no. Adde etiam quod † hæres
grauatus a teſtatore vt fideiubeat poteſt co
gi ad ſoluendum, & ſi ſoluit nihil repetere
poteſt, tex. eſt ſing. in l. tribus. ff. de vſufruc.
ea. re. quæ vſu conſu. in verſi. pe. vbi Bal. di
cit quod ſemel interrogauit vnum ſchola-
rem in examine, & de directo contra illum
text. reſpondit. ſequuntur Papienſes in l. ſi
fideiuſſor. in prin. ij. col. de leg. j. vbi referũt
alibi Bal. & alios illum tex. reputare mira-
bilem. Vide tamen omnino Bal. in l. j. §. nec
autem. penul. col. ad fin. C. de cadu. toll. vbi
ſingulariter limitat illum text. procedere,
quando fideiuſsio affert modicum prædudi
cium, alias ſecus, vel dicit eſſe recurrendũ
ad coniecturas ſecundum Pe. & Cyn. illum
tex. ſequitur etiã Roma. in ſing. dcccxxiiij.
in vlti. chat. vbi etiam refert Bal. Pe. & Cy.
in d. §. ne autẽ Limitate quando talis quan
titas ſoluta ex fideiuſsione eſſet multo ma-
ior lucro quod percepit a teſtatore tũc po-
teſt repetere a principali debitore, ſed dic
q non, ita limitant prædicti doc. ſed dic vt
ſupra dixi, quia iſto caſu non eſſet coniectu
ra, quod hæres non poſsit repetere, ideo vo
lui hæc referre, quod bene no.

1 *Iuramentum non eſt proprie probatio.*

2 *Iudex ſi me condemnet, niſi probauero, tunc nunquam deferretur iuramentum.*

3 *Teſtium numerus ſi pro forma actus, vel*

probationis ſit ſtatutus vtrum ſuppleri poſſit per iuramentum, vel per extraneas coniecturas?

86 Iuramentum † non eſt proprie probatio
1 doc.& ibi Iaſ.in l.ait prætor.§.vitari.circa med.iij.col.ff.de iureiuran.facit quod ſi iudex condemnat me ſi non probauero, tunc
2 nunquam † deferetur iuramentum, & ſic nunquam probatio fiet per iuramentũ.tex. eſt ſingu.in l.Lucius.de condi.& demon.ſecundum Barba.in addi.ad Bal.in c.j.§.item ſi vaſallus.ſuper verſi.iuramentum.de contro.inue.& ibi Bal.ad fi.quærit ſi numerus
3 † teſtium eſt ſtatutus pro forma actus vel probationis eius, vtrum poſſit ſuppleri per iuramentum vel per extraneas cõiecturas, & dicit quod non alle.gl.in l.cum proponebatur.de lega.i .quæ omnia bene not.

1 *Petens aliquid alterius nomine, obtinere nõ debet, niſi de mandato conſtet, licet ille alter dixiſſet, quòd darẽtur omnia cuicunq; eius nomine petenti.*

87 No.quod ſi quis dixerit vni, quod cuicunq; † nomine eius petenti aliquid, puta
1 decem daret, & vnus petat nomine eiuſdẽ, non debet ei dare niſi expreſſe conſtet de mandato illius, cuius nomine fuit petitum, alias imputabitur dãti, ſi poſtea aliquid mali accidat.tex.eſt ſing.& digito ligandus in l.ſi quis vxori.§.apud Labeonẽ.ff.de furt. Adde no.deci.quam ponũt Pe.& Cy.in l.ad probationem.la j.in fin.C.de proba.vbi quærũt, pone, depono pecuniam pœnes te, & ſtipulor illam reddi cuicunque portanti literas manu mea, vnus apportat literas meas, nõ eſt dubium quod depoſitarius poteſt illi reſtituere, tamen illi non quæritur actio contra depoſitarium, vt poſſit agere contra ipſum, ſi nollet reſtituere pecuniam, ita determinant præfati doc.tenementi.ſequuntur Papien.in l.certi condictio.§.quoniam.in ij.col.ff.ſi cer.peta.

1 *Iudex cauſæ præparantis eſt iudex cauſæ præparatæ.*
2 *Iudex eccleſiaſticus in cauſa matrimonij, cognoſcit etiam de dote.*
3 *Abſolutio facti a iuramento non extendit iuriſdictionem.*

88 Qui eſt iudex † cauſæ præparantis eſt &
1 iudex cauſæ præparatæ l.ordinarij.C.de rei vendi.per quam l.infert ibi ſing.Bal.in ij.no.quod ſi aliquis dicturus inſtrumẽtum ſimulatum vel vſurarium vadat ad epiſcopum pro abſolutione iuramenti contenti in inſtrumento, quod epiſcopus debet poſtea etiam in cauſa principali ſimulationis, vel vſurariæ prauitatis adiri: quod eſt ſumme notãdum, ſecundum eum, facit tex.in c.plerunq;.de donatio.inter virum. vbi ratione
2 † matrimonij, quod eſt ſpirituale iudex eccleſiaſticus cognoſcit etiam de dote. iſtud dictum Bald.ſequitur Alex.conſi.cxcvij.ij.vol.quod incipit circa primum quæſitũ ad fi.& conſi.lxiij.iij.vol.quod incipit in cauſa & lite vertente inter Thomã, & in l.quoties.C.de iudi.& ibi Papienſes, & in l.nam & poſtea.§.ſi minor.circa med.v.col.ff.de iureiuran.quod teneas fixum cordi. Limitat tamen ſingulariter Pau.de Ca.in d.l.ordinarij.dicẽs quod ſemel habuit de facto in
3 Brixia, & actor qui petebat † executionem inſtrumenti ne occaſione iuramenti traheretur ad curiam eccleſiaſticam, vbi cauſæ nunquam finiuntur, & ne appellaretur poſtea ad curiam Romanam, remiſit iuramentum, quod facere potuit, cum eſſet præſtitũ ad eius vtilitatem, vt per Bar.i l.j.§.& poſt operis, de oper.no.nun.& in l.Labeo.ff.de iureiuran.Sed pars non obſtante remiſſione a iuramẽto petijt abſolutionem iuramẽti ab epiſcopo, & poſtea volebat trahere cauſam principalem ibi, certe non potuit, quia ex quo iuramentũ iam erat remiſſum non potuit abſolutio fieri, niſi de facto, ſed abſolutio facti non poteſt extendere iuriſdictionem argu.no.per gl.in l.ſi pater.C.ne de ſta.defun.& in c.cum in plures.de offic.deleg.in vj.quod nunquam exeat mentem tuam, quia fuit valde pulchra limitatio, & cautela ad dictum Bal. & ita cõſuluit idem Pau.in conſi.lxviij.quod incip.viſis & põderatis omnibus &c. alias eſt ſeptuageſimum primum.

1 *Filij inæqualiter a patre inſtituti, vel hæreditatẽ etiam iuramento repudiantes æqualiter ſuccedunt in emphyteuſi, vel feudo patri conceſſo pro ſe & filijs, & nepotibus, et quid ſi repudiauerint bona?*
2 *Filius qua cautela poſſit vti, vt bona poſſideat, & ad debita paterna non teneatur?*
3 *Bonorũ appellatione cõtinetur emphyteuſis.*

89 No. quotidianam deciſionem ſecundum Bart. & doct. in l. ſi non ſortem. §. libertus.
1 ff. de condi. indeb. quod ſi aliquis † acquiſiuit emphyteuſim, vel feudum pro ſe filijs, & nepotibus, quod filij æqualiter ſuccedēt in tali emphyteuſi, vel feudo mortuo patre, quamuis pater in teſtamento tales filios inæqualiter inſtituerit, vel etiam dato, quod filij repudient hæreditatem patris, ratione de qua ibi per eum. Quod extendit ſingulariter Bald. in c. j. iij. colū. an agna. vel filij in vſi. feud. etiam ſi talis renuntiatio hæreditatis paternæ fieret cum iuramento. Ex quo
2 † ſecundum eum poteſt adhiberi noua cautela nō cogitata per alium, vt ipſe dicit, per quam filius nō tenebitur ad debita patris, quod repudiet hæreditatem patris, & poſtea accipiet emphyteuſim vel feudum, qđ ſerua memoriæ. Limita tamen ſingulariter ſecundum Papienſes in d. §. libertus. vt prędicta procedant quando filius renuntians promiſit nihil plus petere de hæreditate paterna, ſecus autē ſi filius repudiet bona paterna per dictionem bona, quia appellatio-
3 ne † bonorum bene continetur emphyteuſis l. rem nobis. de acquir. rer. domi. & l. bonorum. de verb. ſigni. ita ſingulariter tenet Spec. quem nemo nunquam ad hoc allegauit ſecundum prędictos doc. in ti. de loca. §. nunc aliqua. verſi. clviij. ad fin. Et alias limitationes & ampliationes ad prædicta, vide plene per dictos Papienſes in d. §. libertus. quæ omnia bene nota.

1 *Error in nomine proprio, vel pronomine, vel cognomine non viciat, ſi de corpore cōſtet, limitatur vt ibi.*

2 *Baptizans ſi intendit baptizare maſculum, & ei imponat nomen maſculinum, cum ſit puella, non eſt baptizata ipſa puella. Secus ſi ſimpliciter baptizabat.*

90 Regula eſt, quod error in † nomine pro-
1 prio, vel pronomine, vel cognomine nō viciat, ſi de corpore conſtat l. ſi in nomine. C. de teſta. & per doct. in l. ſi quis in fundi vocabulo. de lega. j. vbi ad illam regulam tradunt quamplures limitationes, quarum hęc
2 eſt vna no. quod ſi baptizans † intendit baptizare maſculum, & ei imponit nomen Petrus, cum ſit puella, non eſt baptizata ipſa puella, quādo baptizans intendebat maſculum, et nō fœminam baptizare. Ratio, quia oportet quod intentio baptizātis fundetur ſuper vero. de conſec. diſt. iiij. c. quamuis. & c. ſolent. ſecus ſi de hoc non cogitabat, ſed ſimpliciter baptizabat, ita determinat Hoſtien. in ſumma de baptiſmo. §. quæ ſit eius forma. verſi. quid ergo ſi quis putet, qđ no.

1 *Teſtes poſſunt examinari ad inſtantiā rei ad perpetuam rei memoriam, etiam ſuper exceptione ſibi competenti. Et quo remedio vti poſſit ſi ſua exceptio per teſtes non ſit probanda?*

2 *Debito alterius grauatus, vel qui grauari timet, poteſt officium iudicis implorare, vt inhibeat ante factum, ne hoc fiat.*

3 *Iudex poteſt condemnare actorem ad abſoluendum reum.*

4 *Ius in re non habens ſi timeat ab alio moleſtari, an poſſit petere declarari illi alij nullum ius in ea re competere?*

91 Tu ſcis quod † reus poteſt facere exami-
1 nari teſtes ad perpetuā rei memoriā iuxta c. quoniam frequenter. vt lite non conteſta. quod extende etiam vbicunq; teſtes reperirentur ſuper aliqua exceptione, quod tunc tutus exceptione poterit facere examinari tales teſtes, ne probatio ſua pereat, vt voluit no. Abb. in c. ſignificauit. in fi. de teſtib. Sed pone, quod talis exceptio non ſit probanda per teſtes, ſed alio modo, quo remedio ſibi conſulitur, ne probatio ſibi pereat, cum hoc caſu non poteſt actorem compellere agere, vt l. j. C. vt nemo inuitus &c. dic quod remedium erit, vt iudicem adeat, & ſuum officium imploret, petens ſibi declarari exceptionem competere, et ſic viſa ſua legitima exceptione perpetuum ſilentium imponat actori, iſtam cautelam & remediū tradidit glo. not. in l. Aurelius. §. centum. in verſi. conſequi poſſe. ff. de libe. lega. & gl. in l. ſi contendat. ff. de fideiuſ. & tex. in l. iij. C. qui bo. ced. poſ. & ibi Bald. dicit illum tex.
2 eſſe menti tenēdum, quod ille qui pro † debito alterius grauat, vel grauari timet poteſt officiū iudicis implorare quatenus inhibeat ante factū ne hoc fiat. Facit quod vult Bal. in c. paſtoralis. §. quia vero. in vlt. col.
3 de off. deleg. quod iudex † poteſt condemnare actorem ad abſoluendum reum alleg. gl. in l. Labeo. in gl. ij. ad ff. de arbi. quam dicit eſſe vtilem pro tutoribus, qui petūt abſolutionem adminiſtrationis, ne ſint in per-

petua vexatione. Et ſic licet ex tali exce-
ptione nõ oriatur ius agendi,l.ſi intra,ff.de
pact.poteſt tamen implorari officium iudi-
cis per iura allegata,ſequitur Roma.conſil.
ccccccxij.& Paul.de Ca.in d.l.ſi contendat.
de fideiuſſ. vbi prædicta limitat procedere
4 quando prætendo me † ius habere, vt illud
declaretur.ſecus ſi nõ haberem ius in re,pu
ta,ſi eſſem i poſſeſsione alicuius rei, in qua
non haberem ius,& dubitarem in ea moleſtari a te,quem etiam ſcio nullum ius habe
re in eadem,quia tunc non poſſem agere ad
declarandum te nullum ius in illa re habe-
re iuribus,de quibus ibi per eum, quod eſt
ſingulariter notandum ſecundum eum,quæ
omnia nota.& de his plene per Bar.& Ale
xan.in l.ſi finita.§.eleganter.de dam.infe.

1 *Oblatio verbalis ad euitandam pœnam,an & quando ſufficiat?*

2 *Oblatio verbalis, vt debitorem non iuuet, qua cautela fieri poſsit?*

92 An & quando ſola † oblatio verbalis ad
1 euitationem pœnæ ſufficiat Bald in l. acce-
ptam.C.de vſur.Ang.& Imo.in l.ſi mora.in
fi.ſol.ma.& Bar.& doc.in l.ſi inſulam.ff.de
verb.obliga.Vnum tamen diligenter no.in
2 practica,vt verbalis oblatio † nihil opere-
tur,ꝙ quando debitor dicit, ego ſum para-
tus ſoluere,quod creditor dicat.ego ſum pa
ratus recipere,quia tunc illo actualiter non
ſoluente, talis oblatio nihil operatur, &
ſic talis debitor offerens pro verbis verba
reportat,vt ait tex.in c.eccleſias.§.ad hæc.
xiij.q.j.ita dicit ſingulariter Bar.in l.ſi ff.de
diſtra.pig.& Imo.in d.l.ſi mora.in princ.&
in l.ſi ſeruus communis.de vulga.& pupil.
facit quod no.Bart.in l.de pupillo.§.ſi quis
paratus ad ff.de no.ope.nun.quod bene no.

1 *Statuto prohibente vltra certam quantitatem alicui relinqui, an per teſtatorem illi ſoli poſsit dari facultas diſtribuendi pecuniam pro anima teſtatoris?*

93 No.perpetuo quod ſi ſtatutum prohibet
1 ne † maritus poſsit relinquere vxori vltra
certam quantitatem,vel vt nõ poſsit ſibi re
linquere quo ad vſumfructum,prout eſt ſta
tutum in ciuitate Papiæ,an per maritũ poſ
ſit dari facultas ſoli vxori diſtribuendi pe-
cuniam pro anima teſtatoris? Dic ꝙ non,
ne fiat fraus ſtatuto, ita expreſſe determi-
nat Ioan.And.in addi.Spec.in tit.de inſtru.
edi.§.nũc vero aliqua.poſt medium. Alex.
conſi.lvij.ij.vol.iij.colum. incip.proſpectis
Alexã.in l.cogi.§.hi qui ſolidum.ad Treb.
& Iaſ.in l.non dubium.in prin.xj.col.de le
gi. no.iſtam q.quia quotidiana.

1 *Vſusfructuarius an cenſeatur ille,qui emit a cõmmuni fructus Lacus, vel emptor, an vero conductor?*

2 *Daciarij an fiat remiſsio propter guerram, vel peſtem?*

94 No.quod qui † emit a communi fructus
1 Lacus cẽſetur vſusfructuarius, ideo ſi com
munitas habebat naues piſcatorias in tal
Lacu, licet ſimpliciter vendiderit fructus
Lacus debet habere commoditatem nauiũ
ſicut haberet vſusfructuarius, ita not.dicit
Bal.& alibi non reperitur in l.j.in fin.C.de
verb.ſig.quem ſequuntur ibi doc.alle.l.ſed
addes.§.illud.ff.loca.& l.item ſi fundi.ff.de
vſufruct. not. iſtam æquiparationem mul-
tum conferentem ad no.per Bar.in l.cotem
ferro.§.qui maximos.ff.de pub.in quæſtio-
ne quæ incipit publicanus,vbi plene diſpu
tat de eo,qui emit fructus Lacus a commu
ni,an cenſeatur vere emptor,an conductor,
vtilitas eſt ſcire,quia ſi conductor cenſetur
fieret remiſsio propter ſterilitatem & dam
num propter guerras nõ ſpectaret ad eum.
ſecus ſi eſſet emptor,quod facit ad datarios
ſeu publicanos, qui emerunt pedagia, vel
2 datia,an eis † fiat remiſsio,propter guerrã
vel peſtem,ad illam materiam multum con
fert æquiparatio Bar. ibi. ſequitur Cæpola
de ſerui.de lacu.in fi.quod no.

1 *Pecunia in muro domus recõdita an veniat vendita domo.Et quid de theſauro?*

95 Tene menti quod ſi recondis † pecuniã
1 in muro,poſtea vẽdis domum, illa pecunia
in muro recondita,non eſt emptoris,ſed re
conditoris, & poſtea vendentis domũ,quia
vendita domo non intelligitur alienata di-
cta pecunia,caſus eſt de hoc ſingularis ſecũ
dum Bar.& Bal. in l.a tutore.ff de rei ven.
refert & ſequitur Are. in.§.theſauros.in
fi.inſti.de re.diui.vbi dicit ſe habuiſſe de fa
cto.Intellige de pecunia, ſecus de theſauro
vt dicit ille tex.quod no.

1 *Spiritualis cauſa,vel incidens licet corã iu-*

*dice ſeculari cognoſci non poßit, tamen fal
lit quando cauſa incidens eſt ſuper facto.
Quod tamen non procedit, quando mota
tali quæſtione pars ſtatim iudicem eccle-
ſiaſticum adit, & petit ſuper ea pronuntia
ri, coram eo partem citando. Et ſic an-
tequam Iudex ſecularis cognoſcere in-
cipiat.*

96 Notant Bar. & doc. in l. Ticia. ff. ſolu. ma
tri. & Abb. & alij in c. cum ſit generale. de
fo. compe. & in c. tuam. de ordi. cogn. quod
licet cauſa ſpiritualis vel incidens ab ea, &
ſic quæſtio ſuper iure coram iudice ſecula-
ri cognoſci non poſsit, tamen quando cauſa
incidens eſt ſuper facto, bene poteſt & ita
aſſerunt doc. practicari, idem Ang. tenet in
ſua diſpu. quę incipit. Aſtenſis miles. Et ſub
dit quod ſi vſuræ peterentur tanquam in-
tereſſe, tunc etiam principaliter iudex ſecu
laris cognoſcere poſſet, quod intellige etiã
ſi reuocaretur in dubium per aliam partẽ,
quod illud non eſſet intereſſe, ſed vſura, quia
attendenda eſt diſtinctio Bar. & doct. ſupra:
alias perraro poſſet agitari & terminari ali
qua quæſtio coram ſeculari, præmaxime ſu
per ſucceſsionibus, quia ſemper conuictus
volens declinare & dilatare negotium po-
terit opponere de matrimonio non legiti-
mo. Poſſet tamẽ dici non procedere quan-
do mota tali incidenti quæſtione pars im-
mediate iudicem eccleſiaſticum adiret, &
peteret ſuper ea pronunciari, citando alterã
partem, vt compareat coram eo ſuper exa-
minatione, & cognitione talis quęſtionis, &
ſic antequam iudex ſecularis cognoſcere
incipiat, & iſta eſſet bona practica & pul-
chra cautela, quia tunc haberet obſtare ipſi
ſeculari non ſolum defectus iuriſdictionis,
ſed etiam pendentia quæſtionis præiudicia
lis coram ſuo proprio iudice, & maxime hoc
procederet ſi eſſet facta inhibitio per ipſum
eccleſiaſticũ prout facere poteſt per id quod
no. in d. c. tuam, & ita ſemel fuit ſeruatum
in quadam cauſa, vbi quidam recurrebat
contra laudum arbitratoris, & pars aduer-
ſa comparuit coram iudice ſeculari dicen-
do illum audiri non debere, ex quo venit
contra iuramentum in compromiſſo appo-
ſitum, recurrens vero replicabat quod ar-
bitrator fuit in dolo, qui dolus futurus vi-
detur excluſus a dicto iuramento, vnde ſtã-
te tali diſcrepatione pars contra quam re-
currebatur, vicarium epiſcopi adiuit, & pe
tijt pronuntiari recurrentem eſſe periurũ,
& veniſſe contra iuramentũ, & ſibi præci-
pi & cogi ad obſeruantiam iuramenti, fa-
ciendo illum citari & inhiberi vt ſupradi-
ctum eſt, quod valde no. prædicta.

1 *Verba in contractibus interpretantur cõtra
ſtipulatorem, limitatur, vt ibi.*
2 *Mandatum interpretatur ſecundum mẽtem
mandantis.*
3 *Dominus ſtipulans a ruſtico, quòd teneatur
vineam plantare, & quartam partẽ fru-
ctuum ei dare, ſi ruſticus alias arbores plã
tauerit, de illis etiam quartam partẽ fru-
ctuum dominus habere debet.*
4 *Frequentioris vſus gratia dictum alios ſi-
miles caſus non excludit.*
5 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius. Et quo-
modo id limitetur?*

97 In contractibus † verba interpretantur con
1 tra ſtipulatorem l. veteribus. ff. de pac. l. ſti-
pulatio iſta habere licere. §. ſtipulationibus
ff de verbo. obli. & ibi Papienſes poſt alios
limitant, & inter cætera limitant non pro-
2 cedere in mandatis: quia † tunc ſecundum
mentem mandatis interpretatio fiet, allegãt
glo. no in c. petitio. in gl. ſi. in procura. cum
ſimili. Limitant etiam ex eo quod ſingula-
riter decidit Io. And. in addi. Specu. in ti. de
loca. §. j. ver. quod ſi colonus. quod ſi domi-
3 nus ſtipulatus † eſt a ruſtico, vel colono quod
plantaret vineam, & quartam partem fru-
ctuum ei daret, ſi iſte ruſticus plantauit etiã
alias arbores, quam vites, nihilominus tenetur
dare quartam partem domino etiã de alijs
arboribus, quia de illis non cogitabat tẽpo
re contractus arg. l. tale pactum. §. fi. de pac.
quamuis videbatur dicendum contrarium
per prædicta, cum nulla mentio de arbo-
ribus fuerit facta, quod no. quia eſt ma-
gna authoritas Ioannis Andreæ in actu pra
ctico, quamuis ſecundum Papienſes in d. §.
ſtipulationibus, dicta deciſio lege nec ratio
ne probetur. Sed videt quod poſsit proba-
ri ratione & authoritate, Ratione, quia quod
4 dictum eſt ratione frequentioris † vſus non
intelligitur excluſus caſus ſimilis glo. eſt in
cle. j. ad ſi. in ver. præſidentis, de reſcri. quã
multum notant domi. Anto. & Imol. ibi ad
5 limitationem regulæ, quod vnius † incluſio
eſt alterius excluſio l. cum prætor. de iudi.
c. nonne, de præſumptioni. Sed ratione fre-

quentioris vſus fuit dictum de vineis, ergo eſt dicẽdum, quod etiam de alijs arboribus partem fructus dare teneat, cum ſit caſus ſimilis, quod facit pro limitatione l. cũ quid. ff. ſi cer. pet. ita alibi Papienſes in l. j. circa prin. x. col. ff. ſolu. ma. dicunt dictam deciſionem Io. And. nec illam regulam decidi. Sed vltra ipſos probo authoritate, nam videtur in terminis Bar. hoc dicere in l. certo generi. ff. de ſerui. ruſti. prædio. vbi videas, quãuis ibi glo. non determinet, vbi formas hãc quæſtionem, quod no.

1 *Promittens vendere rem alicui, & iurans, ſi eam deinde alij vendat & tradat, ſecundus præfertur, & primus ſolum agere poteſt ad intereſſe, ſi ſua interſit iuramentũ fuiſſe ſeruatum. Et qua cautela primus ſibi conſulere poſſit, vt res ſibi promiſſa in alium alienari nequeat? & nu 6.*

2 *Promiſſio de vendendo aliud eſt, & aliud venditio.*

3 *Iuramentum quod ſine ſalutis æternæ interitu ſeruari poteſt, eſt obſeruandum.*

4 *Iuramentum in obligationibus facti, obligat præciſe ad factum, nec ſoluendo intereſſe liberatur.*

5 *Pœnitentia conceditur in contractibus innominatis re integra, niſi iuramentum interueniat.*

6 *Appellatio a venditione futura poteſt interponi ab eo, cui primum fuit facta promiſſio de vendendo rem, quam nunc alij vendere vult.*

98 Nota quod ſingulariter tenet Ioann. de Imo. in c. cum contingat, de iureiuran. col.
1 clxxxv. quod ſi aliquis † promiſit vendere rem alicui, & ita iurauit, deinde vendidit illam rem alteri, & ei tradidit, quod præferretur ſecundus, & quod in ſecundum dicitur tranſlatum dominium, & non in primũ per l. quoties. C. de rei vendi. iuncto eo quod habetur in c. ſicut ex literis, de ſpõſal. eo quia ex prima promiſſione de vendendo facta etiam cum iuramento ſolum agi poteſt ad intereſſe, ſi interſit ſtipulatoris iuramentum fuiſſe ſeruatum, per ea quæ habentur in l. ſtipulationes non diuiduntur. ver. Celſus. de verbo. obli. iunctis no. per Ioan. And. in c. cum veniſſent. de inſti. Et hæc comprobo per ea quæ habentur per doct. in l. bonæ fi-
2 dei. ff. de eo quod certo loc. quia aliud † eſt promiſſio de vendendo, & aliud eſt venditio, quod bene no. Imo plus ibi etiam dicit, quod ſi ſecundo emptori ſolum vendidiſſet licet nondum tradidiſſet, ſecundus præferri debet, quia potentius ius videtur habere. Sed videtur quod præcipue in iſto ſecundo caſu imo non procedat, nam iuramẽ
3 tum † quod poteſt ſeruari ſine ſalutis æternæ interitu ſeruandum eſt d. c. cum contingat. Secundo quia licet alias in obligationibus facti quis non teneatur præciſe facere, ſed ſoluendo intereſſe liberetur d. l. ſtipulationes &c. tamen vbi interuenit iuramentum
4 tale iuramentum † obligat præciſe ad factũ c. ſi. & ibi Cano. ne præla. vices ſuas glo. eſt ſingu. in l. ſi pecuniam, in prin. in gl. paruula. in verſi. neceſſe habeas. ff. de condi. ob
5 cau. & ibi docto. vbi dicunt, quod licet † in contractibus innominatis re integra licita ſit pœnitentia, ſecus eſt quando interuenit iuramentum & ibi reſpõdent ad reg. quod iuramentum regulatur ſecundum naturam cõtractus ſuper quo interponitur & plene Papienſes in l. ſi conuenerit, in prin. iiij. colum. ff. de iuriſ. om. iudi. ita dicendum eſt in caſu Ioan. de Imol. quod virtute iuramenti præciſe primo teneatur vendere. & ne incurrat periurium, pro quo bene facit quod dicit Matth. in no. l v. inci. no. quod iuramẽtum. Tamen cautela eſſet, quod primus
6 † emptor ſtatim quod ſentiret venditorem alteri velle vendere, appellet a venditione fienda ad iudicem eccleſiaſticum, & petat præcipi, & cogi ad obſeruantiam iuramenti, & in appellatione inferat cauſam talem, quæ neceſſario concludat venditorem alteri vendere non poſſe, nam non poterit poſtea alteri vendere & tradere, & ſi cõtrafecerit, reuocabitur tanquam attentatum pẽdente appellatione, ita in ſimili Inno. in c. bonæ. de appella. tradit iſta notabilem cautelam quam ſequitur Iaſo. in l. quoties. de rei vendi. non tamen in caſu noſtro. Cogita tamen, quia nemo, quẽ viderim, tangit hoc.

1 *Societas poteſt contrahi inter virũ, & vxorem, tam omnium bonorum, quam lucri, vel quæſtus. Et quando ab eis in vna arte communiter inter illos explicata videatur tacite contracta ſocietas?*

2 *Fratres ſimul cohabitantes, & lucra eorum hinc inde inter ſe, & in communi conferẽtes, videntur inter ſe iniuiſſe ſocietatem.*

Vxor

3 *Vxor quicquid quærit an indiſtincte quærat viro?*

4 *Vxorum lucra quæ & quando earum propria ſint, nec viris quærantur?*

5 *Vxores nutrices quicquid quærunt, an totũ ſibi non viris quærant?*

6 *Vxor ad quæ ſeruitia viro teneatur, & an ei operari, & lucrari debeat?*

99 Inter virum† & vxorem poteſt contra-
1 hi ſocietas.tex.eſt in l.rei iudicatę.§.ſi mu-
lier ibi in ver.ſocia.ſolu.ma.quem tex. be-
ne no, Intellige ſiue omnium bonorum vt
l.alimenta.§.fin. de adimen.lega.ſiue lucri
& quæſtus l.cũ hic ſtatus.§.ſi inter. de do.
inter vir.& vxo. Hoc quotidie contingere
poteſt quando vir facit hoſpitium vel ta-
bernam, in quo exercitio videmus quod
vxores plus operantur, & ſe exercent, quã
ipſi viri, vt ſic lucrum ſit commune viri &
vxoris per dictã l.rei iudicatæ, & alia iura
ſupra allegata, Quod procedere poteſt nõ
ſolum quando expreſſe inter eos eſſet con-
tracta ſocietas, ſed etiam ſi tacite, nam taci-
te videatur ſtare inter eos contracta ſocie-
tas lucri, & quæſtus ex tali arte ſic cõmu-
niter explicata duobus concurrentibus vi
delicet, ſi lucra dictę artis hincinde & pro-
miſcue ſint collata in communi. Item con-
currente ſimultanea habitatione, ſicut ſo-
2 let†etiam concludi inter fratres ſimul co-
habitantes & lucra eorum hincinde inter
ſe & in communi conferentes, vt per Bar.
in l.Titium & Mæuium.§.altero. de ad-
mi.tuto.& l.cum duobus.§.ſi inter fratres.
ff. pro ſocio. & plene per docto. in l. ſi pa-
truus.C.commu.vtriuſ.iudi. & in l.j.C.qui
teſt.fa.poſſ. Et ſic per prædicta patet nõ eſ-
ſe verum indiſtincte illud vulgare, qđ quic-
3 quid†quærit mulier quærat viro p l.Quin-
tus.de dona.inter vir.& l.etiam.C.eo. titu.
nam illa iura procedunt in caſu dubio, &
ſic cum eſſet ſuſpicio turpis quæſtus, alias
quando appareret expreſſe vnde quæſiue-
rit puta pro ſua induſtria & opera omni-
bus nota, tunc ſibi quærit, & non viro per
præallegata iura, alias ſocietas non valeret
tanquam leonina l.Mutius.ff.pro ſoci. Vn-
4 de†ſæpius fuit reſponſum de facto in ipſis
mulieribus, quæ ſe exercent in arte texen-
di, ſeu in arte aracamiæ, vt propria lucra
ſint vxoris, & non viri, tamen habebitur
conſideratio temporis ſubtracti, quo debe-
bat facere ſeruitia ipſa mulier in domo, vt
habetur in l.ſicut.ff.de oper.lib.& in l.aſsi
duis.C.qui potio.in pig.habe. Eodem mo-
do fuit reſponſum de facto in iſtis nutrici-
5 bus† lactantibus pueros alienos, nam cum
earum operæ verſentur non ſolum in die,
ſed in nocte, quo tempore noctis nihil poſ-
ſunt ſubtrahere viro de operis, vt d.l. ſicut
ideo maior pars dicti lucri attribuenda eſt
mulieri, Et circa prædicta, vide Bald. in l.
vxorem.C.de condi.inſer. & per doc.in c.
officij.de teſta.& ibi per Imo.& not.in c.j.
de dona.inter vir.& pulchre per Abb.in c.
literas.ad finem pen.col.cum ſe. de reſtitu.
6 ſpo.vbi declarat†ad quæ ſeruitia vxor ma
rito teneatur, & an ei operari, & lucrari te
neatur, quod no.

1 *Neceßitas non habet legem.*

2 *Piſcari die feſto licet pro victu.*

3 *Confiteri layco etiam iudæo licet in caſu neceßitatis, & is poteſt abſoluere a peccatis, ſicut ſacerdos.*

4 *Neceßitas facit aliquid probabile, quod alias non eſſet.*

5 *Clericus non poteſt pro layco fideiubere, niſi in caſu neceßitatis.*

6 *Teſtis qui alias eſſe non poſſet, admittitur ob neceßitatem, & eadem ratione vnius dicto ſtatur.*

7 *Actus ſi in certo loco celebrari omnino debeat, alias non valeat, ſi tamen illius loci aliquo reſpectu haberi copia nequit, alibi ex neceßitate celebratus valebit.*

8 *Doctores an poßint facere conſilia diebus feriatis in caſu neceſsitatis?*

9 *Operæ incertæ ex cauſa maxima neceßitatis tranſeunt ad extraneos.*

10 *Delicta committi ob neceſsitatem non permittitur.*

11 *Furari an liceat propter neceſsitatem?*

12 *Neceſsitatis tempore omnia ſunt communia.*

13 *Milites an licite in bello deprędari poßint pro victu?*

14 *Pauperes, quorum induſtria eſt neceſſaria ad victum quærendum, nõ debent concurrere ad onus impoſitæ collectæ.*

15 *Exemptionis priuilegium non prodeſt tem-*

pore neceſsitatis magnæ.

16 *Pater propter neceſsitatem poteſt filium vẽdere, fallit in filio presbytero.*

17 *Dominus tẽpore neceſsitatis rẽ ſubditi ſui vendere non poteſt, nec vaſallus compelli ad præſtandam collectas.*

18 *Neceſsitas triplex eſt.*

19 *Neceſsitate coactus ſi quid aliquis faciat, præmium non meretur.*

20 *Poteſtas qui tenetur capere bannitos, non debet habere præmium propoſitum capientibus bannitos, niſi aliud ſtatutum diſponat.*

21 *Debitor fugitiuus diebus feſtiuis capi põt.*

22 *Neceſsitas excuſat a ieiunio.*

23 *Iudex poteſt ferre ſententiam ſuper equo, vel turri, quando periculum imminet, ſi veni res ad banchum iuris.*

24 *Teſtamentum ſcriptum manu notarij non matriculati valet tempore peſtis vel neceſſitatis, licet alias ſecus eſſet ex diſpoſitione ſtatuti.*

25 *Notarius ſine cõmiſsione iudicis poteſt examinare teſtem exiſtentem in partibus remotis, aut conſtitutum in diſcrimine vitæ quando periculum eſt in mora.*

26 *Officialis licet durante officio aliquos cõtractus facere non poſsit, tamen ex neceſſitate poterit, vt quando emit victualia.*

27 *Alienari ꝓhibita, ex cauſa neceſsitatis alienari poſſunt.*

28 *Frumentũ extrahere ex vrbe prohibitus, poteſt ex neceſsitate extrahere.*

29 *Eccleſiæ res ex neceſsitate inconſulto Papa alienantur.*

30 *Subditi an ex neceſsitate compelli poſsint ad vendendum vili precio?*


100 Neceſsitas † non habet legem l.j.ff. de
1 offi.procon.c.ij.de deſpon.impub.cap.j.de pig.c.licet.de fer.& in c.cum Apoſtolus.de cenſi.cũ ſi.vbi in c.licet.eſt tex, nunquid li-
2 ceat † die feſto piſcari pro victu, & regula, quod quis in vj.& propterea dixit glo.no, quæ reputatur ſing.in ver.mortis. in capitulo paſtoralis, de officio ordi, quod in caſu
3 neceſsitatis † licitum eſt laico confiteri, & abſoluere ſicut ſi eſſet ſacerdos, ſed habes glo.conſociam.xxiij, quæſtio.j.in c. cœpit. ſuper ver.præciperet, imo dubitant doctores quid ſi confeſſor eſſet Iudæus, & dicunt idem propter neceſsitatẽ. Et ideo dicimus
4 † quod neceſsitas facit aliquid probabile, quod alias non eſſent l.qui potuerunt.ff.de manu.teſta.& capit. quod non eſt. de verborũ ſignificatione, Facit licet clericus pro
5 † laico fideiubere non poſsit, tamen in caſu neceſsitatis poteſt, capi.j.& ibi Abb. de fideiuſ.& in cap.quod quibuſdam.eo.ti.vbi
6 Abb.in vlti.col. Hinc eſt † quod ex neceſſitate quis admittitur in teſtẽ, qui alias non admitteretur, c.j.cum ibi no.de teſti.cogen. l.conſenſu.C.de repud.& per Saly. in l. ea quidem in materia famæ in v. q.C.qui accu.non poſ. Videmus etiam, quod ſtatur dicto vnius teſtis, quando in ciuitate non poteſt reperiri niſi vnus, quia neceſsitas facit licitum, quod alias non erat. tex. eſt no. in §.quod autem.in authen. de non alienan. & ibi Ang.& doc.in l.j.de verb.obli. Hinc
7 etiam eſt quod vbicunque actus † debet celebrari ex forma ſtatuti in certo loco, alias alibi celebratus non valet, tamen vbi non poteſt haberi copia illius loci propter iuſtum metum partium, tunc ſi celebratur in alio loco valet & tenet contractus, ita per ſeptem principalia fundamenta conſuluit Roma.conſi.ccccxxxiij.incip.quo ad primum quod ſufficiat publicatio &c. Iſta fa-
8 ciunt † an ſit licitum doctoribus facere conſilia diebus feriatis in caſu neceſsitatis, puta pro forenſi, qui habet neceſſe recedere? communis concluſio eſt quod non, niſi in caſu magnæ neceſsitatis: & tunc debet doctor pecuniam, quam habet pro cõſilio dare pauperibus, vt per Ioan.And.& alios in c.j.de ferijs.& per Iaſ.in l.diuus Traianus. ff.de ferijs. Adde etiam glo.no. in l.pro hærede, in ver.maxime futurarũ.ff.de acqui.
9 hære.quam ibidem no.Bar. quod ex † cauſa maximæ neceſsitatis operæ incertę tranſeunt ad extraneos, quæ alias nõ tranſirẽt. Et generaliter quæ permittantur ex cauſa neceſsitatis vide gloſ.plenam. xxxij.q.iiij. c.ſicut in ver.famę & glo.& doc.in c. que-
10 relam.de iureiu. Non tamen propter † neceſsitatem delicta committere permittuntur l. palam §.non eſt ignoſcendum.ff. de
11 ritu nup. Quod facit, an ꝓpter † neceſsitatem licitum ſit furari? de quo in c.iij.de fur. & tex.cum glo.in cap.diſcipulos.de conſe. diſt.v.& c.ſicut.xlvij.diſt.per gloſ.& doct.

in l. ij.§.cum in ea.ff.ad l.R ho.de iactu.vbi
12 eſt glo.quod tempore † neceſsitatis omnia
ſunt communia.& vide etiam per glo.in c.
paſce.lxxxvj.diſt.& in d.l.ij.§.cum in ea.
13 Vide no.Ang.ponentem † an ſit licitum ar
migeris quando ſunt in bello depredari ꝓ
victu per Cano.in c.j.de emp.& vendi. Et
prædicta faciunt ad id quod no.Bal. in au-
then.defuncto.C.ad tertul. quod pauperes
14 † quorum induſtria ſit neceſſaria ad eorũ
alimenta & victum non debent concurre-
re ad onus impoſitæ collectæ, Dixit tamen
alibi Bal.in l.iubemus nullam.C. de ſacro-
15 ſan.eccle.in prin.quod priuilegium † exem
ptionis non prodeſt tempore neceſsitatis
16 magnæ.Item pater † propter neceſsitatem
filium vendere poteſt l.ij.C.de patri. qui fi
lios diſtra.Limita tamen illud non habere
locũ in filio presbytero, quem pater etiam
propter neceſsitatem famis, vendere non
poteſt, ita ſing.dixit Hoſt.in c. Iudæorũ. de
ætate & qualitate, quem ibi ſequuntur ſcri
1 *Procurator in cauſa criminali principali nõ admittitur, ſecus in appellatione.*

200 Not. ꝙ licet in cauſa † criminali nõ ad
1 mittatur procurator. vt in l. penul. §. ad crimen. ff. de pu. iudi. Tamen ſi ſit cauſa appellationis optime poteſt admitti vt no. in decre. ij. q. vj. c. ſi quoniam.

1 *Iudex coram quo præſtita fuit cautio de iudicio ſiſti, non poteſt amplius recuſari.*

201 Nota, ꝙ ſi fuerit † coram aliquo iudice
1 cautio præſtita de ſiſtendo in iudicio ꝙ nõ poterit recuſari, vt not. in authen. de exhi. & introdu. §. illud. ſuper verbo cautionis. collatio. v.

1 *Iudex ante litem conteſtatam debet recuſari, alias non poteſt, niſi ex noua cauſa ſuperueniente.*

202 Nota † ꝙ licet ante li. cõteſtationẽ quis
1 debeat recuſare iudicem, vt C. de iudi. l. apertiſsimi, tamen ex noua cauſa ſuperuenienti ipſum optime poſt poterit recuſare vt no. C. de confor. eiuſdem. li. l. ij.

1 *Proximior qui in cauſa criminali interuenire non debet, ſi interuenerit, & cauſam duxerit, proceſſus tenet.*

203 No. ꝙ licet † proximior non debeat in-
1 teruenire in cauſa criminali, tamen ſi interuenit & cauſam duxerit, bene tenet proceſſus vt no. C. de adul. l. quamuis. in prin.

1 *In integrum reſtitutio poteſt opponi per viã exceptionis*

204 No. ꝙ reſtitutio † in integrum pot op-
1 poni per modum exceptionis vt no. ff. de iureiu. l. nã & poſtea. §. ſi minor. ff. qui cau. malo. l. necnon. §. exemplo, contra quas gl. videtur tex. ff. de excep. l. exceptiones.

1 *Maritus ſi iuret mulierem non eſſe eius vxorem, an hoc præiudicet veritati, vel ſi monachus iuret ſe non eſſe monachum?*

205 Not. ꝙ ſi mulier † detulit iuſiurandũ vi
1 ro, & ipſe iurauit, ꝙ non erat eius vxor, poſtmodum ſi poſsit apparere de cõtrario non præiudicat. Et hoc quod dixi in matrimonio nõ habet locum in cauſa monachationis ſi monachus iuret ſe non eſſe monachum, & hęc omnia no. ff. de iureiuran. do. l. iij. §. j. ſuper verbo. agatur.

1 *Donatio quæ fit benemerito nõ requirit inſinuationem licet quingentos aureos excedat.*

206 No. ꝙ licet in † donatione, quæ exce
1 dit ſummam quingentorum aureorum requiratur inſinuatio. vt C. de dona. l. ſancimus, tamen in donatione quæ fit benemerito non requirit, vt no. ff. de donatio. l. Aquilius Regulus, & ibi gl. dicit quod licet iudici non poſsit dari quicquam tamen ſi ſit bene meritus optime dari poſsit.

1 *Emãcipatio neceſſario iudi. decretũ requirit.*

207 Not. ꝙ in emancipatione † requirit de
1 cretum de neceſsitate vt tex. C. de offi. præſi. l. j. inſti. qui. mo. ius pa. po. ſolui. §. præterea. C. de eman. liber. l. iij.

1 *Minor non poteſt conſtituere procuratorem ad negotia ſine authoritate curatoris.*

208 No. ꝙ minor † non poteſt facere procu
1 ratorem ad negotia ſine authoritate curatoris vt ff. rem ra. ha. l. cum minor. in prin.

1 *Minoris conducentis domũ bona, quæ in eam infert an ſint tacite obligata pro penſione?*

209 No.ꝙ ſi minor conduxit †aliquam do-
1 mum & inferat aliqua bona ibi, ꝙ illa taci
te non ſunt obligata,& ſi eſſet maior bene
eſſet obligata tacite vt no.ff. de pac. l. item
conuentiones.

1 *Filius an poßit petere in quacunque parte minima legitimam ſuam, vel partem ſibi debitam?*

210 No. ꝙ ſi filius† petat quartam partem
1 in quacunque parte minima non debet au-
diri, vt C.quã. & quib.quar.pars in bo. de-
cu.debe.l.iuncta circa prin.& C.ad l. fal.l.
ij.Licet contrarium videatur notari.in l.ſi,
eo.ti.circa prin.

1 *Sponſus tenens ſponſam in domo ſua fructus dotis lucratur.*

211 No.ꝙ ſi ſponſus†teneat ſponſam in do
1 mo ſua,ꝙ lucratur fructus dotis, quod no.
C.de do.promiſ.l.j.licet contrariũ notetur.
ff.de iure do.l.dotis fructus.

1 *Pater poteſt filiam exhæredare, quæ non vult nubere digno, quem pater elegit.*

212 No.ꝙ ſi filia†nolit contrahere cum il-
1 lo,quẽ ſibi pater elegit, dum tamen ſit di-
gnus ea,pater poteſt iuſte eam exhæreda-
re,vt no.ff.de ſponſa,l.ſed hęc quod patris.

1 *Statutum quòd ſi quis intrauerit alterius vineam,certum quid ſoluat,poteſt a municipibus fieri.*

213 No.quod†municipes poſſunt facere ſta
1 tutum,vt quicunque intrauerit vineam,vel
aliquid fecerit ſimile ſoluat decem,vt inſti.
de iure na, gen. & ciui. ver.ius autẽ ſuper
verbo.vſu.& ff.de capit.dimi. l. tutelas.C.
de noxa.l.ij.ff.de priuile.cre.Antiochenſiũ.
ff.de regu.iur.l.nec ex prætorio.

1 *Iudex poteſt dare ex officio curatorem bonis illius,quem videt bona dilapidare.*

214 Not.ꝙ iudex†ex officio ſuo poteſt da
1 re curatorẽ bonis alicui,ſi videat eum bo-
na diſſipare,poſito ꝙ ab aliquo non peta-
tur vt no.ff.de cura.bo.dan.l.ij.circa prin.

1 *Debitor cedens bonis non liberatur, quando doloſe factus eſt non ſoluendo.*

215 No.ꝙ debitor†qui doloſe bona aliena
1 uit,& ſic factus eſt non ſoluendo,non libe-
ratur cedendo bonis,vt ff.quæ in frau.cre.
l.ſi.& in auth.de fideiuſſo.§.res. ſuper ver
bo creditur.colla.j.

1 *Actiones duæ in libello ſimul ꝑponi nõ poſſunt,niſi actor ſit incertus ex facto rei.*

216 No.ꝙ in libello non poſſunt duæ actio-
1 nes ſimul poni.vt no.ff.de tribu.l. quod in
hæredem §.eligere.tamẽ ſi actor ſit incer-
tus ex facto rei poteſt duas ſimul propone-
re,proteſtando ꝙ ex vna illarũ duarũ vult
ius ſuum conſequi, vt ff.quorum leg.l.j.§.
qua actione.

1 *Negatiua qualiter probetur?*

217 No.optimã glo.qualiter†negatiua pro
1 betur.ff.de iure priua.l. & hæc interdictio
in ſi.magnę glo.in auth.de hære. & fal.§.ſi
vero abſunt.ſuper verbo hærede. & C. de
teſta.l.non codicillum,& melius in c.bene.
in magna.extra de elec.in glo.

1 *Filius non legitimatur ꝑ ſubſequẽs matrimonium contractum cum ea, quam viuẽte vxore,carnaliter quis cognouit.*

218 No.glo.ꝙ ſi aliquis dum haberet vxo-
1 rem habuit rem cũ aliqua muliere , ex qua
filium procreauit poſtmodum vxore ſua
mortua contrahat cum matre iſtius filij,nõ
propter hoc iſte filius eſt legitimus per ma
trimonium ſubſequens, vt no.inſti. de nup.
.§. ſi.ſuper verbo interdictum.

1 *Filius præteritus poteſt teſtamentum patris nullum dicere, alias non.*

219 No.ꝙ ſi filius†ſit præteritus poteſt te-
1 ſtamentum patris dicere nullum, alias nõ,
vt no.C.de inoffi.teſta.l.ſi filius.

1 *Pater rogatus hæreditatem filio reſtituere poteſt quartam retinere,ſicut quilibet extraneus.*

220 No.ꝙ ſi†pater eſt rogatus reſtituere hę
1 reditatem filio, quod pater poteſt retinere
quartã ſicut quilibet extraneus, vt eſt tex.
C.ad Trebel.l.iubemus.in iij.dicto.

1 *Iudex vel arbiter non poſſunt eſſe teſtes de his, quæ acta ſunt coram eis.*

221 Not. ꝙ iudex † vel arbiter non poſſunt
1 eſſe teſtes de his, quæ acta ſunt coram eis vt no. C. de arbi. l. ij. §. ſin autem ſcriptura.

1 *Aduocatus nõ eſt dandus in crimine notorio.*

222 Not. quod in crimine † notorio non eſt
1 dandus aduocatus accuſato vt eſt tex. C. de defen. ciui. l. per omnia.

1 *Fideiuſſor põt primo conueniri ſi principalis ſoluendo non ſit.*

223 No. quod fideiuſ. † non debet conueniri
1 antequam principalis, ſi tamen principalis ſit non ſoluendo poteſt primo fideiuſſor conueniri vt no. ff. de verbo. obli. l. in dotẽ. ff. ſi cer. peta. l. fi. C. de fideiuſ. auth. præſente, & ibi per Bar.

1 *Emptor promittens in fundo empto domum non facere, ſub pœna, ſi eũ alienet, & emptor ſecundus in eo domum faciat, an primus emptor teneatur?*

224 No. ꝙ ſi ego emi rem † vtputa, fundũ &
1 promiſi quod non facerem ibi domum ſub pœna, quod ſi poſtmodum fundum vendo, & emptor domum faciat, ego non teneor, nec etiam emptor, vt no. ff. de alie. iudi. mutan. cau. fac. in l. iij. §. opus.

1 *Donatio propter nuptias, quæ excedit ſummam quingentorũ aureorum inſinuationem requirit.*

225 Not. ꝙ in donatione † propter nuptias
1 quæ excedit ſummam quingentorũ aureorũ requiritur inſinuatio, vt eſt tex. C. de dona. ante nup. l. fi. circa fi.

1 *Debitum certa die ſi quis ante diem petat, duplicantur debitori induciæ, & ſi debitum ſub conditione petatur.*

226 No. ꝙ ſicut † quãdo debebam tibi cer-
1 ta die pecuniam, & ante petã, duplicantur inducię ita & ſi debeam ſub conditione duplicant inducię, ſi ante petam, vt no. ff. ſi certũ petatur in l. ſi pecuniã. in fi. & ff. de pig. l. grege. §. ſub conditione.

1 *Fideiuſſor ex pluribus conuentus a creditore poteſt opponere, quòd agatur primo contra alium fideiuſſorem, qui a debitore habuit pecuniam.*

227 No. ꝙ ſi duo † fideiuſſerunt pro aliquo
1 recipienti pecunias mutuo, ſi poſtmodum iſte principalis mittat pecuniam vni fideiuſſori, ſi creditor agat contra illum, qui pecuniam non habuit, quia forte principalis debitor non erat præſens, poteſt opponere quod agat cõtra illum, qui habuit pecuniã, vt no. ff. commo. l. quęritur. ſuper verbo abſolui. Et eſt glo. additionalis.

1 *Fiſcus an habeat tacitas hypothecas in bonis delinquentis?*

228 No. ꝙ fiſcus † habet tacitas hypothecas
1 in bonis delinquentis vt videtur notabilis glo. ff. de pac. l. reſcriptiõ circa princi. ſuper verbo hypothecas, licet contrarium notet glo. quæ communiter reprobatur. C. pe. fiſ. cre. l. vna.

1 *Proceſſus factus cum non vero procuratore, quem iudex pronuntiauerit eſſe procuratorem, non valet.*

229 No. ꝙ ſi † ego agam contra aliquem, &
1 quidam qui nõ erat procurator cõpareat pro ipſo, & ego excipiam quod ipſe nõ habeat mandatum, ſi iudex pronũtiet ipſum fore procuratorem, quũ reuera non erat: proceſſus factus cum eo non valet, vt videtur tex. ff. quod cum falſo tutore autore ſit l. j. §. idem Pomponius, alias eſt per ſe.

1 *Pater ſi permittat filio donare cauſa mortis tamen ſi donet patri, vel ſeruo patris, non valet.*

230 Not. ꝙ ſi pater † permittat filio donare
1 cauſa mortis, tamẽ ſi donet patri vel ſeruo ipſius patris, non valet vt no. ff. de ac. tu. l. j.

1 *Impedimentum eius, qui citatus in iudiciũ, non venit, probatur iuramento.*

231 No. ꝙ ſi ſum citatus † coram aliquo iudi-
1 ce, & forte ſum impeditus vi fluminis vel tempeſtatis, vel aliqua iuſta cauſa, & non poſſum hæc probare, debet credi ſuo pro-

prio iuramento,vt eſt tex.de excuſ. tuto.l. ſcire oportet.§.cum quis.

1 *Delinquens non eſt ab eccleſia extrahendus, niſi pro certis criminibus.*

232 Not.ꝙ delinquens†pro quocunq; deli-
1 cto non debet extrahi ab eccleſia, niſi pro certis criminibus,vt no.C.de his qui ad eccle. confu.l.iij. licet contrarium not. quod imo pro quocunque vt in authen. de man. prin.§.neque autem homicidas.

1 *Teſtamentum ſecundum faciens nulla facta de primo mentione,tamen legata in primo facta videtur reuocata.*

233 No. ꝙ ſi aliquis†facit ſecundum teſta-
1 mentum , in quo nullam mentionem fecit de primo,ꝙ nihilominus legata facta in primo videntur reuocata vt.ff.ſi cui plus quã per l.falci.l.i ij.§.ſi legatus.

1 *Executor non habet neceſſe tenere computũ de bonis diſtributis.*

234 No.ꝙ executor non habet neceſſe te-
1 nere de rationem diſtributis bonis , vt eſt tex.ſi cui pluſquam per le.fal.l.diuus.

1 *Cõſuetudo ciuitatis debet ſeruari in caſtris, & locis circumuicinis.*

235 No. ꝙ conſuetudo†ciuitatis debet ſer-
1 uari in caſtris , & locis circumuicinis vt ff. de poſthu.l.ex ea.& eſt tex.cum glo.in authen.qui.mo.na.effi.ſui.§.ſi quis igit' co.vij.

1 *Ius reuocandi domum an cõpetat patri , qui Pariſios iuit viſum filium ſtudentem?*

236 No.ꝙ ſi aliquis†habet filium ſtudentẽ
1 Pariſijs,& iuerit cauſa viſitandi filium, & aliquis ibi conueniat eum , quia patria eſt communis,ſicut Roma, habet ius reuocandi domum vt no.ff.de iudi.l.j.in ſi. glo.

1 *Citatus ad locum ſibi periculoſum,comparere non tenetur.*

237 No.ꝙ ſi†aliquis fecit me citari coram
1 delegato pricipis,& locus vbi debeo cõparere eſt periculoſus mihi,quia forte in illo loco tute venire non audeo,propter inimicos meos,coram eo non debeo comparere vt no.ff.ex qui.cau.l.iij.i ſi.ff.ad Tur.l. de ętate vbi eſt ſimilis glo.pro quo facit.ff. de lega.l.ſciendum.§.ſi excuſatio.& extra de reſcri.c.ſtatutis li.vj.& extra vt lis. cõteſt. c.ad ſedem.

1 *Decima bladi & agnorum debetur ſacerdoti , eam tamen infra decem dies accipere non tenetur.*

238 Not. ꝙ de iure†ciuili decima bladi &
1 agnorum debetur,nec ſacerdos tenetur recipere agnum pro decima infra decẽ dies vt no.ff.de verbo. oblig.l. ſtipulatio iſta.§. inter certam.

1 *Filius de bonis patris vltra legitimam aliquando alia bona habet.*

239 Not. glo. in.§.quamobrẽ,alias eſt ver. in auth.de teſt.& ea q̃ parit.colũ.iiij.Quod
1 filius†habet de bonis paternis vltra legitimam & vltra velle patris,Sed illa ſequitur in caſu ſpeciali. Et ſic eſt idem totum in cõtrarium in authẽ.de defen. ciuita.§.iudiciorum colla.iij.

1 *Victor litis quando victo condemnetur in expenſis?*

240 Victor litis†cõdemnatur victo in ex-
1 penſis.Sed regulare eſt contra in l.properãdum.§.ſinautem.C.de iudi.Sed quãdo quilibet actor eſt uel reus in culpa litis eſt neuter condemnandus in expenſis.

1 *Falſi crimen eſt crimen capitale.*

241 Tex.eſt quod†crimen falſi eſt crimen
1 capitale l.j.ff.de publi. iudic.

1 *Pupillus ſi ſine hærede decedat,tutor,non fiſcus ſuccedit.*

242 No.ꝙ ſi pupillus†decedat ſine hærede
1 ꝙ tutor ſuccedit tanquam proximior, & non fiſcus,vt no.ff.de regul.iur.l.quo tute. circa fin.

1 *Totum peti poteſt,quãdo obligatus ad rem, partem tantum ſoluit.*

243 Caſus eſt,ꝙ licet ſis†mihi obligatus ad
1 rem & partem mihi ſoluis , ꝙ adhuc in libello poſſem totum petere,ff. de ſolu. l.ſi pu,in fin.

1 *Furem capere quis propria authoritate pōt.*

244 Glo.eſt,ꝙ quis†authoritate propria fu-
1 rem capere poteſt.ff. de fur.l. interdictū.§.
qui furem.

1 *Clericus in enormibus poteſt a ſeculari iudi ce puniri in bonis,ſecus in perſona.*

245 Glo.eſt,ꝙ clericus† in enormi delicto
1 poteſt puniri per iudicem ſecularē, & hoc
in bonis,in perſona autem ſua ab epiſcopo
puniendus eſt,C.de epi.audi.l. addictos.

1 *Filius patrem ad iram prouocans eſt exhæredandus.*

246 Gloſ.eſt,ꝙ filius†prouocat patrem ad
1 iram eſt exhæredandus.inſti.de adop.§.na
turaliter,quod eſt notandum.

1 *Accuſans ſibi proximum agnatum, ei ab inteſtato poteſt ſuccedere.*

247 Caſus eſt,ꝙ ſi accuſo†aliquem de gene
1 re meo cui ſum ꝓximior,ab inteſtato poſ
ſum ſuccedere.ff.vnde cogna.l.cognatis.

1 *Eleemoſina a robuſtis non eſt mendicanda.*

248 Glo.eſt ꝙ homines robuſti non debent
1 petere eleemoſynam ne debilibus panem
auferāt.C.de men.vali.l.j.lib.x.Bal.in rub,
lib.vj.glo.alleg.cum concordan.C.de quę
ſtio.circa prin.& v.q.v.c.non omnes.lxxx.
diſt.cap.j.Vnde dicit ipſa glo. ſuper Mat
theo.iuſtius feceris ſi iniuſte petentē corre
xeris,quam ſi ei dederis.

1 *Infirmitas a mendicantibus non eſt ſimulanda.*

249 Not. contra illos,qui ponunt herbam
1 in pedibus,& tybijs, vt appareāt†infirmi,
C.de meta.lib.xij.l.j.in glo.

1 *Electionem alij dans, videtur ipſe eligere.*

250 Glo.eſt ꝙ ſi do†electionem vt ipſe eli
1 gat,perinde eſt ac ſi ego elegiſſem.C.de iu
di.l.apertiſsimi.in ſi.

1 *Seruientis ſimplici aſſertioni de citatione facta ſtatur.*

251 Not.caſum c.parati.extra de ap.ꝙ ſim
1 plici†aſſertioni ſeruientis ſtatur, ſi dicat ꝙ
ipſe citauit talem.quod eſt ſpeciale.

1 *Dos data in praua pecunia debet reddi in bona.*

252 Caſus eſt,ꝙ dos†data in praua pecunia
1 non debet reddi per maritum ſoluto matri
monio in praua,imo in bona, vt no.ff.de in
diem l.res.& extra de ſen.c.olim.in glo.Et
eſt caſus in glo.

1 *Aduocatus cui a parte nō ſatisfit de ſalario ſuo,poteſt eam dimittere, & eſſe cum aduerſario ſuo.*

253 Glo.eſt ꝙ ſi aduocatus† vnius partis nō
1 ſit ſatisfactus de ſalario ſuo, quod poſsit di
mittere partem,& eſſe cum aduerſario ſuo,
C.de aduo.fiſ.l.ſi.circa ſi.

1 *Seruientes, & proxenetæ, antequam officiū ingrediantur tenentur ſatiſdare rem publicam ſaluam fore.*

254 Caſus eſt, ꝙ ſeruientes†& proxenetæ
1 antequam ad tale officium accedāt,tenean
tur dare fideiuſſores,& ſatiſdare rem publi
cam ſaluam fore,vt C.de proxeneti l.pro
xenetę.lib.xj.

1 *Ciuitatis res debent diuidi æqualiter inter pauperes & diuites.*

255 Glo.eſt,ꝙ res†ciuitatis debent diuidi,
1 & tātum debet habere pauper ſicut diues,
& econtra.ff.finium regun.l.de meo.in pri
ma gloſſa.

1 *Seruienti arma auferre alicui volenti reſiſtens capitaliter punitur.*

256 No.ꝙ ſi aliquis†ſeruiens vult auferre
1 armā,ſibi reſiſtens debet puniri capitaliter
vt C.de his qui ad eccle.confu.l.iij.circa ſi.
ar.C.vt lice.ſine iudi.l. opprimendorum.

1 *Agere & conueniri quando vnus tātum de conſulibus poſsit?*

257 Gloſ.eſt ꝙ vnus †de conſulibus poſsit
1 agere & conueniri,C.ſi vnus ex pluri.in l.

§.§.ff. glo. tamen illa contraria.C.de decurio,l.procurator,li.x.Sed dic ꝙ alijs abſentibus vnus poteſt agere,alijs autem præſentibus nõ.Pro concor.eſt glo. in ſimili.C.de conſer.eiuſdem.li.l.fin.ſuper verbo poteſt.

1 *Filius ſi ab aliquo hæres inſtituatur teſtator poteſt prohibere,quòd eius pater in eis bonis nullam habeat legitimam.*

258 Alleg.glo.ꝙ ſi filius†inſtituatur per ali
1 quem,quod ille poteſt prohibere, & patrẽ omnino priuare,quod ex illis bonis nõ habeat legitimam ſuam, quod notandum, vt in authẽ.vt lice.ma.& aui.col.viij.in prin. ſuper verbo præcipiunt.in ſi.magnę glo.

1 *Officialis regius non debet hoſpitari in domo priuati,ſed regis.*

259 Tex.cũ glo.ꝙ†officiarius regius vel
1 principis non debet venire ſeu hoſpitare in domo alicuius priuati,ſed vbi eſt domus regis.C.de officio recto,prouincię l. fin. & eſt ratio vt melius edificia regia faciant reparare,vt ibi dicit tex.

1 *Minor in cauſa criminali teſtificari poteſt, quando aliter delictum probari nõ poteſt, licet de calumnia iurare non poſſit.*


260 Tex.allegatur cum glo. ꝙ minor†poſ-
1 ſit ferre teſtimonium in cauſa criminali ſi aliter probari non poſsit, licet de calumnia iurare nõ poſsit.C.de hęredi,inſti.l.quoniã, in fin.& ita no. gl.C.de eden.l.ij.ſuper verbo exhiberi.

1 *Procurator primus qua cautela per conſtitutionem ſecundi reuocari poſsit, vt acta cũ eo non valeant?*

261 Nota bonam cautelam cõſtituẽdo†pro
1 curatorem in iudicio ſi conſtituas aliũ non faciẽdo mentionẽ de primo, primus erit tacite reuocatus,ita ꝙ iſte ſecundus ſi cõpareat ſemel in illa cauſa tantũ,& poſtea cõpareat primus vſque ad ſententiam nõ valebunt acta per ipſum facta,vt eſt tex.ff.de procura.l.ſi quis cum procuratorem.

Caſus ſpeciales domini Amanelli de claris aquis legum excellentiſſimi doctoris expliciunt.

SINGVLARIA EXCELLENTISSIMI V. I. MONARCHAE DO. PAVLI DE CASTRO.



SVMMARIVM.

1 *Expenſa facta in cauſa principali in qua reus obtinuit, compenſatur cum expenſa facta in cauſa appellationis in qua ſuccubuit.*

1 EXPENSA † facta in cauſa principali, in qua reus obtinuit, compẽſatur cum expenſa facta in cauſa appellationis, in qua ſuccubuit glo. eſt i l. gñaliter. C. de iureiur.

1 *Pax facta a litigantibus ſuper debito, intelligitur etiam facta ſuper expenſis.*

2 Si fiat † per partes litigantes pax ſuper
1 debito, intelligitur etiam facta pax ſuper expenſis, ſi aliud non fuerit dictum arg. in l. ij. ff. ſi quis cautio. Ioan. Andreæ. in nouella de eo qui mittitur in poſſeſ. cau. rei ſeruan. c. j. lib. vj. tenet contrarium, vt ibi vide.

1 *Actus iudicialis eſt fiendus expenſis eius, qui poſtulat, vt fiat.*

3 Actus † iudicialis eſt fiendus expẽſis eius,
1 qui poſtulat, vt fiat l. ij. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. & in glo.

1 *Aeſtimatio rerum debet fieri pro eo pretio, quo vendũtur in foro.*

4 Aeſtimatio † rerum ſemper debet fieri
1 pro eo pretio, quo vendũtur in foro. glo. eſt in l. ſcriptum. C. de erogatio. militaris annonę. lib. xij.

1 *Frater tenetur alere fratrẽ, & ſoror ſororẽ.*

5 Frater † tenetur alere fratrem, & ſoror
1 ſororem, glo. eſt in l. ſi quis a liberis. ff. de liberis agnoſ.

1 *Filius licet habeat domicilium, poteſt conueniri in loco originis patris.*

6 Filius † vel nepos licet habeant alibi do
1 micilium, tamen poſſunt conueniri in loco originis patris. no. Bart. in l. ij. C. de iuriſdi. omni. iudicum.

1 *Frater non poteſt petere, vt communibus expenſis fiat expenſa doctoratus poſt mortem patris, licet pater viuens pro alio fratre fecerit ſimiles expenſas.*

7 Frater † non poteſt petere, vt communi
1 bus expenſis fiat expenſa doctoratus poſt mortem patris, licet pater viuens pro alio fratre fecerit ſimiles expenſas, gloſ. eſt in l. qui originem. §. ſi. ff. de mune. & hono.

1 *Frater minor præfertur in eligendo in diuiſione rerum omnium.*

8 Frater † iunior, vel alius habens rem cõ

1 munem cum alio præfertur in diuiſione in eligendo, vt l.iij.in princ.C.de his qui veniam ęta.impetra.& l.fin.ff.famil.erciſcun, & cap.j.de paro.

1 *Furtiua res poteſt tolli per dominum, licet ſit pœnes furem.*

9 Furtiua res † poteſt tolli per dominum
1 licet ſit pœnes furem, vide Imol.in c.cum olim.de reſtitu.ſpolia.

1 *Verbum ſæpe quomodo accipiatur.*

10 Sæpe accipitur † pro duabus vel tribus
1 vicibus, vt eſt glo.in authen.de teſtibus.in §.quia vero ſæpe.

1 *Notarij ſimplicitas partibus non nocet.*

11 Simplicitas † tabellionis non nocet parti
1 bus in l.fi.C.de fideicommiſſ. alias de fideiuſſo.in glo.penul.

1 *Solennitas ommiſſa circa præparatoria iudicij proceſſum viciat.*

12 Solennitas † omiſſa circa præparatoria
1 iudicij habet vitiare proceſſum, iſtud eſt dictum Petri in authen.generaliter.C.de epiſco.& cleri.

1 *Solutio facta minori iuſſu iudicis facit, vt aduerſus ſolutionem minor non poſſit petere in integrum reſtitutionem.*

13 Solutio facta † minori iuſſu iudicis facit
1 & operatur, q aduerſus ſolutionem nõ poterit minor petere in integrum reſtitutionem.tex.eſt ſingul.in l.ait prętor.§.permittitur.ff.de mino.

1 *Hæredis appellatione ſuus, non extraneus continetur.*

14 Hæredis appellatione † ſolum contine
1 tur ſuus, non extraneus l.ex facto.§.fi.ff.ad Trebel.& in glo.

1 *Homicidium debet teſti in ſpecie opponi, non in genere ad eum repellendum.*

15 Homicidium † debet teſti obijci in ſpe-
1 cie ad ipſum repellendum a teſtimonio, & non in genere.c.ſi homicidium.de teſti.

1 *Teſtis ſi non fuerit ſententialiter excommunicatus, a teſtimonio non repellitur. Idem in notario ſententialiter non priuato.*

16 Teſtis ſi non fuerit † ſententialiter excõ
1 municatus non repellitur a teſtimonio. no. Inno.in c.piam.de excep. Idem dicit in notario, vt valeat inſtrumentum ſi non fuerit ſententialiter priuatus.

1 *Probatio non admittitur contra inuentariũ.*

17 Contra † inuentarium non admittitur pro
1 batio.tex.eſt in l.veteris iuris.in princi.C.arbi.tute.& non alibi.

1 *Inſcriptio licet non ſit appoſita in libello, nihilominus ſemper intelligitur.*

18 Inſcriptio † licet non ſit appoſita in libel
1 lo, nihilominus ſemper intelligitur, gloſ.eſt in l.iij.C.qui accu.non poſſ.& C.de fideiuſſ.l.iij.quæ non eſt alibi.

1 *Iudex poteſt abbreuiare, & in totum tollere dilationẽ datã reo, ſi timeatur de fuga.*

19 Iudex † poteſt abbreuiare, & in totũ tol
1 lere dilationem datam reo, ſi timeatur de fuga.no.tex.in l.ſiue.C.de dilatio.

1 *Hæredem extraneum inſtituendo alienare videor.*

20 Hæredem † inſtituendo extraneum vi
1 deor alienare in l.peto.§.fratre.de leg.ij.

1 *Nuntij relatio nõ poteſt fieri die feriata inducta in honorem Dei.*

21 Relatio nuntij † nõ poteſt fieri die feria
1 ta inducta in honorem Dei, iſtud eſt dictum Butrigarij in l.fi.C.de ferijs.

1 *Rationes partis aduerſæ ſubtrahens cadit a iure ſuo.*

22 Subtrahens † rationes partis aduerſę ca
1 dit a iure ſuo, vt l.pe.C.de poſtulan.

1 *Notarius poteſt recipere pretium vt oſtendat prothocollum.*

23 Tabellio † poteſt recipere pretium ad
1 hoc, vt oſtendat prothocollū. glo. in l. argentarij. ff. de eden.

1 *Mandatum probatur per traditionem inſtrumenti debiti principalis.*

24 Mandatum † probatur per traditionem
1 inſtrumenti debiti principalis. glo. eſt. C. de pact. conuen. l. fin. in glo. ſecunda, facit l. j. C. de donatio.

1 *Incontinenti illud fieri dicitur, quod fit infra triduum.*

25 Illud dicitur † incontinenti fieri quod in-
1 fra triduum fit. tex. in l. fi. C. de erro. aduoc.

1 *Teſtes non bene, & ſolenniter examinati, poſſunt de nouo citari, & examinari.*

26 Teſtes qui male † vel non bene ſolenni-
1 ter citati fuerunt, vel examinati poſſunt de nouo citari, & examinari per l. qui per ſalutem. ff. de iureiuran.

1 *Sententia lata ſine partium citatione non valet, idē in ſententia principis, vel Papæ.*

27 Sentētia lata † ſine partium citatione nō
1 valet in c. omnis. de conſtitu. in glo. alias niſi ſint in actis. Idem in ſententia principis vel papæ. C. de legi. l. fi.

1 *Sententia non valet ſi iudex tulit ſententiā antequam nuntius miſſus ad citandum referat ſe citaſſe.*

28 Sententia non † valet ſi iudex tulit ſen-
1 tentiam antequam nuntius miſſus ad citandum refert ſe citaſſe. glo. in c. ſæpe. de iudi.

1 *Sententia eſt edenda parti.*

29 Sententia eſt † edenda parti. hoc tenet
1 Inno. in c. perpetuis. de fide inſtru.

1 *Sententia lata præcipue in criminali contra abſenten, valet.*

30 Sententia lata † præcipue in criminali cō-
1 tra abſentem valet caſus eſt in c. paſtoralis. de re iudica.

1 *Sententia lata ſuper expenſis, non citata parte valet.*

31 Sententia lata † ſuper expenſis non cita-
1 ta parte valet, hoc tenet Inno. in c. querelā. de procu. ꝙ non, ſi ſit citatus ad ſentētiam, extra de accuſa. in c. calumnia.

1 *Sententia lata ſuper iuriſdictione non præiudicat iudici alterius territorij.*

32 Sententia lata † ſuper iuriſdictione non
1 præiudicat iudici alterius territorij glo. in c. ſuper literis. de offi. delega.

1 *Sententia debet formari contra defenſorem defenſorio nomine.*

33 Sententia debet † formari contra defen-
1 ſorem defenſorio nomine, ita no. Inno. in c. cauſam. qui filij ſint legi. quod no.

1 *Sententia debet mādari executioni, non obſtante, quòd aliquis dicat ſe habere ius in re, dummodo ille, pro quo eſt lata ſententia, caueat.*

34 Sententia debet † mandari executioni
1 non obſtante ꝙ aliquis dicat ſe habere ius in re, dummodo ille pro quo eſt lata ſententia caueat, vide gloſ. in c. veniens. extra de teſtibus.

1 *Sententia in notorio crimine fertur etiam parte non citata.*

35 Sententia in notorio † crimine fertur etiā
1 parte non citata, hoc tenet Inno. in c. quanto. extra de accuſatio.

1 *Sententia lata contra vnum poteſt mandari executioni in rebus apud eū exiſtētibus.*

36 Sententia lata † contra vnum poteſt mā-
1 dari executioni in rebus apud eum exiſtentibus. C. de cōi agro deſerto. l. vnum. lib. xj.

1 *Sententia lata contra legem, quæ diuerſos*

intellectus patitur non infirmatur, licet ſuperueniat lex confirmans vnum.

37 Sententia lata contra † legem quę diuer
1 ſos intellectus doctorum patitur non infirmatur, licet poſtea veniat lex confirmans vnum dictum, iſtud eſt dictum Ioan. And. in c. j. de conſtitutio. libr. vj.

1 *Sententia lata, hoc modo, pronuntio nō fuiſſe probatum, eſt interlocutoria.*

38 Sententia lata † hoc modo, pronuntio nō
1 fuiſſe probatum eſt interlocutoria, non diffinitiua. gl. in l. fi. C. de ſenten. quæ ſine certa quanti. proferuntur, & non eſt alibi.

1 *Sententia in cauſa matrimoniali poteſt ferri ſine ſcriptis.*

39 Sententia in cauſa matrimoniali poteſt
1 fieri ſine ſcriptis, hoc dicit glo. in c. Albericus. de teſtibus.

1 *Sententia, quæ facit ius inter omnes, non facit ius inter abſentes.*

40 Sententia quæ facit † ius inter omnes
1 non facit ius inter abſentes l. qui repudiantis. §. fi. ff. de inoffi. teſta.

1 *Sententia diffinitiua poteſt ferri etiam lite non conteſtata, quando actori non poteſt bene ſuccurri per miſsionem in poſſeſsioné.*

41 Sententia diffinitiua † poteſt ferri etiam
1 lite non conteſtata, quando actori non poteſt bene ſuccurri per miſsionem in poſſeſſionem, glo. eſt in l. ſancimus. §. fi. C. ad Trebel. & non eſt alibi.

1 *Sententia lata ex cauſa falſa, ſi fuerit confirmata per iudicem appellationis ex vera cauſa, tunc agitur ex ſententia ſecūda.*

42 Sententia lata † ex cauſa falſa ſi fuerit
1 confirmata per iudicem appellationis ex vera cauſa, tunc agitur ex ſententia ſecunda. no. in l. ſi is ad quem. ff. de acqui. hære.

1 *Sententia lata inter alios prodeſt alijs, etiā ad quos non ſpectat, ſi non per modū actionis fuerit petitum per actorem aliquid annullari.*

43 Sententia lata † inter alios prodeſt alijs
1 etiam ad quos non ſpectat ſi non per modū actionis fuerit petitum per actorem aliquid annullari, vt ſententiam, vel contractum, ita dicit tex. i l. poſthumus. §. ſi quis ex his. ff. de inoffi. teſta.

1 *Sententia lata ſecundum diuerſum intellectum legis, ſi tamen intellectus varietur per doctores, tenet.*

44 Sententia lata † ſecundum diuerſum in-
1 tellectum legis, ſi tamen intellectus varietur per doctores, tenet, iſtud eſt dictum Barto. i prima cōſtitutione Codicis, in. §. qbus.

1 *Sententia lata hoc modo. impono tibi ſilentium, eſt diffinitiua.*

45 Sententia lata † hoc modo, impono tibi
1 ſilentium, eſt diffinitiua ſententia, caſus eſt in l. Aurelius. §. centum. ff. de libe. lega.

1 *Denuntiatio facta ab eo, qui non habet ius denuntiandi, non valet.*

46 Non valet † denuntiatio facta ab eo qui
1 non habet ius denuntiandi, tex. cum glo. in l. ſi maior. C. de reſcinden. ven.

1 *Aeſtimatio eſt fienda ſecundum redditus rei.*


47 Aeſtimatio eſt † fienda ſecundum reddi
1 tus rei, tex. cum glo. in l. dolus. C. de reſcinden. venditio.

1 *Cognitionem cauſæ requirentia, debent fieri partibus præſentibus.*

48 Ea quæ † requirunt cauſæ cognitionem
1 debent fieri partibus præſentibus, no. gloſ. in l. ij. C. ſi propter publi. penſita.

FINIS.

SINGVLARIA DO. IOANNIS DE ARNONO IN VTROQVE IVRE MEMORATV DIGNA, ET IN REGNO SATIS ACCOMMODATA.



D. IOAN. DE ARNO.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio erronea reuocatur etiam ex interuallo, ſi de errore doceatur, niſi in iudicio temere fiat, quia ſine erroris probatione reuocatur.*

1 CONFESSIO erronea † reuocatur etiam ex interuallo dum tamen doceatur de errore. Sed hoc non habet locum quando illa confeſsio fuit facta i iudicio ex abrupto, & abſque deliberatione, quia poteſt reuocari, etiam aliter non docto de errore ſingu. eſt dictum Domi, de ſancto Geminia. in c. ſciendum. xxix diſtin, refert & ſequitur d. Fely. in procem. Decre. ſuper gl. j. in prin. quod dicit eſſe notandum ad materiam l. non fatetur. ff. de confeſ. & c. ſi. extra co. ti. & ne tradas hoc obliuioni, quia tibi poterit quotidie inſeruire in actu practico, maxime in iſtis perſonis verboſis & loquacibus atque leuibus, qui nulla præmiſſa deliberatione confitentur multa ex errore, nam poſtea etiam ex interuallo abſq; probatione erroris poterunt illam confeſsionem reuocare.

1 *Poſitionem negans, vel ita ei obſcure reſpondens, vt inde veritas haberi non poſſit, an parificetur quo ad pœnam incurrendam?*

2 *Teſtis obſcurus æquiparatur tacenti verũ.*

3 *Poſitioni obſcure reſpondens excuſatur a pœna.*

2 Tu habes in Regno regiam nouellam pragmaticam octauã in ordine incipit quinta die, per quam principales tenent reſpondere poſitionibus, & negantes illas, de quibus veriſimiliter notitiam habere poſſunt, vt in exemplis ibi poſitis, tenentur ad pœ-
1 nam de qua ibi. Pone q † ipſi principales non negauerunt, tamen obſcure adeo depoſuerunt, vt ex eorum reſponſione non poſſit veritas ipſa haberi. Quæritur nunquid per talem reſponſionẽ obſcuram incurrant adhuc pœnam de qua ibi, ac ſi poſitionem ipſam negaſſent? Dicas q ſic, propter dictum Bart. in l. ea. ff. de contrahen. emp. vbi
2 teſtem † obſcurum æquiparat tacenti verum, Nam reſponderi obſcure, & nihil reſponderi ſunt paria, vt eſt tex. in l. de ætate,

§.nihil intereſt.& ibi Bar.ff.de interogat. actio. Et Specu.de te.§.iij.verſicu.quid ergo. Hoc intellige quando † poſitio fuiſſet clara, ſed ſi obſcura tunc excuſaretur reſpondens obſcure, adeo q hoc probato poteſt etiam ex interuallo reſponſionem reuocare, ita Domi.de ſancto Gemin.in.§.alias, xxv.diſt. quod nota ad dictam pragmaticā.

1 *Caſte viuere an dicatur mulier, quæ ſecundo nubit, quo ad conſequendum legatum ſibi a primo viro factum, ſi caſte vixerit?*

3 Conſueuerunt mariti morientes facere nonnulla legata ſuis vxoribus, ſi caſte vixerint viris mortuis, & vix eccleſiaſticæ traditis ſepulturæ, ſtatim vxores ipſæ cum d cto Apoſtoli nubunt in domino, quæ ſic nuptę petunt legata ab hærede, hæres obijcit, q ipſæ non ſeruarunt voluntatem teſtatoris, videlicet, ſi caſte vixerint, replicant mulieres dicentes ſe caſte viuere cum nupſerint, vt per Bart.in l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Trebelli.dicentem q mulier non deſinit caſte viuere, ſi ſecundo nubat per c.Nicena.xxxj.diſt. Dic q hæres
1 † debet obtinere & non mulieres, ita Petr. de Ancha.& Ioan.de Imo.mordentes Bart. in c.quod a te.de cleri.coniug. quia ſecundum eos repugnat communis vſus loquendi, per quem non videntur caſte viuere, ſi nubant. Et ideo infero ex his non eſſe neceſſaria illa verba, quæ quotidie ſolent apponi in teſtamēto, ſi caſte vixerit & vidualem lectum ſeruauerit. Sed ſufficerent ad excludendam illam legato, ſi nubit ſola illa verba, ſi caſte vixerint, per ſupradicta, qd no. in practica.

1 *Blaſphæmi pœna quæ ſit?*
2 *Blaſphæmans, maledictus ſit Deus, vel al diſpetto di Dio, an debeat puniri pœna blaſphæmiæ?*
3 *Blaſphæmia non eſt omnis conſumelia, ſed maledictio.*

4 Non intendo per id, quod dicam nunc inuitare te nephandiſsimum ſceleſtum, & blaſphæmum ad Deum, & beatam Virginem, & Sanctos blaſphęmandum, cum optē mille tibi linguas, ſi haberes potius maliloquas mutilari, q̄ te ad illorum blaſphęmias inuitare, ſed proteſtor me hoc dicturum cō tra nonnullos miſeros iudices, qui ſitientes potius ſanguinem humanum, & affectātes videri iuſti, cum non ſint, vltra modum ſæuiūt in ſubditos, & multos vidi huiuſmodi diebus meis. Tu habes pœnam mutilationis linguæ propter blaſphæmiam Dei, & Beatæ Virginis per conſtitutionē, blaſphæmantes ſub rubrica de blaſphæmantibus Deum, & Virginem Mariam, quæ pœna extenditur etiam ad blaſphæmātes Sanctos, per alias modernıores pragmaticas in
1 Regno, ommittamus † pœnam vltimi ſupplicij de iure authenticorum, vt in authentico, vt non luxurien.contra natu.& aliam inductam de iure canonico, vt ſic.ſtatuimus
2 extra de maledi. Pone † q tu ſceleſtus maliloqua lingua in hoc prorupiſti, Maledictus ſit Deus, vel al diſpetto de Dio, nunquid propter hoc debeat tibi lingua mutilari? Quilibet diceret q ſic, per c.j.extra de maledi. In contrarium eſt veritas, Nam ex cōmuni vſu loquendi iſta ſunt verba potius iniurioſa, q̄ maledictio per l.quoties.§.ſi quis nomen.ff.de hæred.inſti.ſecundum intellectum glo.& ita in dicta conſtitutione, & pragmaticis, quæ ſunt ſtatuta, non omnis
3 † conſumelia eſt blaſphæmia, ſed maledictio, iſtud eſt elegans conſilium Bal.incip. in nomine Domini. An dicatur maledicere, refert & ſequitur Fely.in procem. decreta.in iij.col.in ſi. Et ſic poteris euadere amicum tuum, ne ſibi lingua mutiletur, ſed poterit aliter extra ordinem puniri.

1 *Præſens non dicitur, qui non intelligit, nec ex præſentia præſumitur intelligentia, niſi probetur.*

5 Volo tibi tradere vnam doctrinam elegantem & ſingularem, per quam magnum tibi poteris honorem, & commodum comparare. Tu ſcis, q in Regno, vt plurimum viuitur iure Longobardo, & mulieres ſic viuentes non poterunt contrahere abſque præſentia mundualdorum. Pone q contrahunt, & dicitur in inſtrumento, talis mulier iure Longobardo viuens, promiſit hoc & hoc Sempronio, præſente tali mundualdo, quæro abs te, nunquid per hæc verba, præſente tali mundualdo, importetur, q ipſe mundualdus intellexerit, quod promiſerit mulier, nam alias non valeret, quod fecit? Tu diceres q ſic, nam verbum præſens includit ſenſum & intellectum, per legem diem proferre.§.coram.ff. de arbitr. vbi

idem

idem tenet Bart. & idem Bart. in l. hæredes palam. ff. de teſtamen. & Bal. in l. j. de erro. aduo. propter glo. ibi, in verſi. præſentibus. & Bal. in l. ſi non ſpeciali. poſt prin. C. de teſta. & Bu. & Imo. in c. ſuper eo. de teſti. cog. per illum tex. in verſi. qui interfuerunt. Tamen in contrarium eſt veritas, dictum eſt Gemi. in c. in patris. ij. q. j. vbi dixit, quod ſi
2 ſtatutum † requirit præſentiam oportet probari quod præſens intellexerit. Et ideo dixit Bal. in l. ij. §. voluntate ff. ſol. ma. & in l. ſi tine. in ij. q. C. ad Velle. & in l. ſi. §. neceſſitate. C. de bon. quæ liber. ꝙ vbi quis vult probare aliquem conſenſiſſe actui, non ſufficit ꝙ probet eum interfuiſſe, quia potuiſſe eſſe præſens, & tamen non intellexerit, quid ageretur, & lex Longobarda & conſtitutiones de mundualdis loquentes ſunt ſtricti iuris, & poſſunt adaptari ad ſtatutũ, vide in repertorio And. de Iſer. in conſtitutionibus Regni, in verſi. villani. in fin. ergo de eis iudicatur, vt de ſtatutis. Et ideo facias apponi in inſtrumento præſente tali Mundualdo & intelligente, & prædictis cõſenſum, & authoritatem præſtante. qđ no.

1 *Poſitiones & articuli poſt lapſum terminũ ad probandum ſtatutum de nouo emergentes, an debeant admitti?*

6 Supra in ſecũdo ſingulari in ordine fuit allegata ad alium effectum reſponſoria nouella pragmatica incip. Quinta die, per quã tu habes, ꝙ infra certum terminum, de quo ibi debent fieri poſitiones hincinde per vtranq; partem, Ego quæro abs te, nunqđ
1 † poteſt lapſum dicti termini, ſi emergant nouæ poſitiones & articuli debeant adhuc admitti? Tu diceres quod nõ per tex. dictæ pragmaticæ, in contrarium eſt veritas, dictum eſt Domi. de ſancto Gemi. in proœm. Decret. quem ibi refert & ſequitur d. Fely. in ſi. vlti. colum. quod no. ad intellectum dictæ pragmaticæ,

1 *Poſitiones quæ dicantur ſimplices, & non captioſæ?*

7 Volo tibi commentare adhuc ſupradictam reſpõſoriam pragmaticã Quinta die, in qua dicitur, ꝙ poſitiones debent eſſe ſimplices, & non captioſæ, ego quæro abs te,
1 de illo verbo, ſimplices. Reſpõdeo, ideſt ſine ambiguitate, vel obſcuritate, dictum eſt Ludo. Roman. in l. j. §. ſi quis ſimpliciter. in j. col. ff. de verbo. obli. vbi alleg. tex. in c. j. in verſi. ſimpliciter. extra de ſumma trini. & fide catho. reputans iſtam inueſtigationẽ eſſe vtilem propter ſtatuta quæ dicunt, vt poſitionibus reſpõdeatur ſimpliciter, & in loco ſtatuti, no. ad dictam pragmaticam.

1 *Iudex ſtatuta loci ſeruare iurans, an ſit periurus, ſi dicta ſtatuta ex aliqua cauſa tranſgrediatur & ſuperior adiri nõ poſſit, & periculum ſit in mora?*

2 *Minores magiſtratus, et poteſtates terrarum non poſſunt tranſgredi leges vel ſtatuta propter emergentiam caſuum, quando iurauerunt præciſe ſeruare ſtatuta.*

8 Tu habes conſtitutionem regni puritatẽ ſub rubrica de ſacramento præſtan. a baiulis. & camerarijs. ꝙ camerarij et baiuli, quorum loco ſunt iſti domini, & barones, & eorum officiales noſtri temporis, debent iurare ſe iudicaturos in Regno, ſecundum conſtitutiones Regni, & earum defectu ſecundum conſuetudines approbatas, ac demum ſecundum iura communia Longobarda, vi
1 delicet, & communia. Modo † dicti iudices tranſgreſſi ſunt dicta iura ex aliqua cauſa, quæro abs te, nunquid propterea ſint periuri? Tu diceres ꝙ ſic, per illum tex. In contrarium eſt veritas dictum eſt Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. infa. propter originale & ſing. dictũ Inno. in c. j. de conſtitu. quod no. tu quia vis eſſe iudex, vel aſſeſſor. Et intellige hoc procedere qñ ſuperior non poſſet adiri, & periculũ eſſet in mora, per id quod dixit ſing. Innoc. in c. venerabilem. de elec. vbi dixit, quod etiam iuramento licito poteſt quis contrauenire propria authoritate imminente neceſſitate ineuitabili, & ſequuntur doc. ibi, & Bal. in l. non dubium. C. de leg. Secũdo ꝙ illa cauſa propter quam tranſgrediuntur dicta iura exprimatur ſecundum Ludo. de Roma in conſil. cccclxxxiij. incip. dubitatur primo, in pen. col. alleg. Oldra. in conſi. cclxxxvij. ſecundum eum. Nam iſtis concurrentibus poſſent iura prædicta tranſgredi, alias non, propter dictum Bal. in authen. hodie. C. de
2 iudi. dicentis minores † magiſtratus & poteſtates terrarum non poſſe tranſgredi leges vel ſtatuta propter emergẽtiam caſuũ, cum iurent præciſe ſtatuta, ideo debent ea tenaciter obſeruare, nec ab eorum forma

receder̄e, quod not. ad excuſationem iudicum & aſſeſſorum in ſyndicatu.

1 *Bannitum notorium ignoranter receptans ratione ſua ignorantiæ non excuſatur a pœna.*

9 Multæ ſunt prouiſiones pœnales in Regno contra receptatores bannitorum, modo tu receptaſti aliquem notorie bānitum. Et vocatus ad pœnam ſoluendam excipis
1 † de ignorantia dicti banni. Et petis deferri tibi iuramentum ad tuam innocentiam probandam, aſſerens ignorantiam poſſe ꝓprio iuramento probari. Quæro abs te nunquid ſis audiendus? Tu diceres ꝙ ſic, propter glo. ordinariam. in regu. præſumitur, de regul. iur. in vj. & tex. cum ibi alleg. in c. ſi. qui matr. accuſ. poſ. In contrarium eſt veritas, dictum eſt no. Bart. in l. omnes. il ij. C. de agrico. & cenſi. lib. xj. vbi dicit ꝙ receptans ignoranter illum qui notorie eſt bannitus non excuſatur ratione ſuæ ignorantiæ quod no. quia nunc habeo de facto.

1 *Bannitum in ciuitate toleratum an impune occidere liceat?*

10 Præcedentibus non incongrue, & illud annectendum duximus, in Regno fuit bannitus, & demum foriudicatus, quidam iuuenis, quapropter impune poterat interfici ſtante ſua foriudicatione, cū fuerit effectus hoſtis patriæ iuxta conſtitutionem Regni pœnam horum de forbannitis, & foriudi-
1 ca. Modo iſte iuuenis † ſic bannitus, & foriudicatus toleratur in ciuitate. Et antequam ſit de banno, et foriudicatione cancellatus, fuit interfectus, quęro abs te, an impune potuerit interfici? Quilibet prima facie diceret, ꝙ ſic, per conſtitutionem prædictā. pœnam horum. In contrarium eſt veritas, nam talis tolerantia in ciuitate præſtabat ei ſecuritatem, tam & ſi de banno nondū fuiſſet cancellatus, dictū eſt ſingu. Saly. in l. nullus. C. de iudic. & ſequitur Ioan. de Ana. in c. ſicut. in v. col. extra de iudic. dicens hoc eſſe ſingulare dictum, & ſe vidiſſe ſeruari Bononiæ. Et no. hoc quia ſæpe occurrit de facto.

1 *Homicida qui ſemel habuit gratiā de vno homicidio a ſe commiſſo, ſi obtineat ſecundam gratiam pro ſecundo homicidio, gratia non valet, quando tacuit de prima.*

11 Sæpe occurrit de facto, ꝙ aliquis qui cōmiſit homicidium, obtinet de eo indulgentiam a principe. Et poſito ꝙ talis indulgentia altas de iure potuerit fieri, quia ex parte concedentis & indulgentis concurrant requiſita, tamen homicida nō expreſsit indulgentiam ſibi factam de alio homicidio,
1 ego quæro † nunquid indulgentia ſecundi ſibi opituletur in aliquo? Tu diceres ꝙ ſic, nam præſuppoſita dicta indulgentia iuſta, & ex iuſtis cauſis facta, videtur, ꝙ ſibi debet opitulari. In contrarium eſt veritas in caſu noſtro, dictum eſt Guliel. de Cu. in l. iij. per illum tex. C. de epiſco. audi. vbi dixit, ꝙ qui ſemel habuit gratiam de uno homicidio quod cōmiſerat deinde obtinuit ſecundam gratiam pro ſecundo homicidio non valuit ſecūda, quia tacuit de prima. Et per hoc dicit Andræ. Sicu. in c. ſuper literis. in xxxiiij. col. de reſcrip. ſe vidiſſe Bononiæ decapitari quendam, non obſtante gratia, quam obtinuerat tacito de primo homicidio. Et ideo ſis cautus, vt ſemper in ſecūda indulgentia facias mentionem de alijs habitis, & obtentis, aliter nihil te obtinuiſſe exiſtimes.

1 *Priuilegium per cōtrouentionem perditur, niſi conceſſum ſit eccleſiæ vel pio loco, nam per controuentionem non perditur, niſi decurrat ſpatium xl. annorum.*

12 Communis eſt concluſio & vulgaris do-
1 cto. ꝙ priuilegium † per contrauentionem perditur, quia videtur quis illi renuntiare, hoc non habet locum quando tale priuilegium eſſet conceſſum eccleſię, vel pio loco, nam per contrauentionem non perdit. Niſi decurrat ſpatium xl. annorum, dictum eſt ſing. Inno. in c. accedentibus. de priui. quod dictum pro ſingul. exclamat & ſequitur Panor. in c. pro illorum, extra de præben.

1 *A lapam dans officiali debet decapitari, & quid ſi officialis ſit in ſyndicatu, qua pœna eum percutiens puniatur?*

13 Quidā prætor qui male ſe geſſerat in prętura, & multos offenderat cum ſtaret in ſindicatu, habuit vnam alapam in facie a quodam ciue: ego quæro qua pœna iſte percuſſor venit puniendus? Tu diceres ꝙ pœna capitis propter dictum Bald. in c. j. de pace
1 iuramen. firman. in vſib. feud. vbi dixit † ꝙ

dans alapam officiali debet decapitari, pro quo facit, nam poteſtas qui eſt in ſindicatu, ita debet honorari ſicut ſi eſſet in officio, ita inquit Bal. l. nec quicquam. §. proficiſci. in vij. q. principali. ff. de offic. proconſul. In contrarium eſt veritas, nam debet puniri pœna arbitraria, quæ non extendatur ad mortem, per id quod dicit Bald. in l. T ribunus. in princ. in ij. no. per illum tex. ff. de teſta. mili. vbi dicit, quod ſi ſtatutum dicit, qđ quicunq; offenderit poteſtatem puniat pœna capitis, debet intelligi, de eo qui eſt in officio, nō de eo, cuius officium eſt finitum, licet ſit in ciuitate, & hoc manda memoriæ, vt ſcias adiuuare amicum tuum, quod intellige in officiali qui non habuit manus mundas, vt per Paridem in ſindicatu ſub rubri. de offic. ſindicatorum in x. colū. ſecus ſi mūdas, quia tunc capite punitur offendens, vt ibidem per eum.

1 *Mulieres non poſſunt aliquo modo contrahere de iure Longobardo ſine Mundualdis, et de quibus contractibus intelligatur?*

14 Scis ꝙ dixi tibi ſupra in quinto ſingulari, ꝙ in Regno vt plurimum viuitur iure Longobardo per mulieres, quæ ſine mundualdis non poſſunt modo aliquo contrahere, quæro abs te de quibus contractibus in-
1 telligatur? Reſpondeo † de contractibus damnoſis, non de vtilibus per tex. in l. neque. C. de contrahen. & committ. ſtip. quem reputat tenendum menti Bald. ibi ad ſtatuta, quæ diſponunt, ꝙ contractus mulierum non valeant ſine pręſentia propinquorum, nam talia ſtatuta intelliguntur de contractibus damnoſis, non de vtilibus, quod not. ad actum practicum.

1 *Mulier contrahere prohibita an poſſit hæreditatem ſibi delatam adire?*

15 Stante ſupradicti iuris Longobardi diſpoſitione, vt mulier ſine mundualdis ne-
1 queat contrahere. Nunquid poſſit † adire hæreditatem ſibi delatam ſi eſt ſine onere abſque interuentu mundualdorum? Tu diceres ꝙ non, cum poſſit eſſe damnoſa: ſicut dicimus de pupillo, qui non poteſt adire hęreditatem ſibi delatam abſque tutoris authoritate, vt in. §. neque. inſtitu. de authori. tuto. In contrarium eſt veritas, & ꝙ poſſit adire ſine mundualdis, ita Ang. Imo. & Moder. in l. mutum. ff. de acqui. hære. & Raph. Cu. in l. more. eod. titu. Dicit tamen Pau. de Caſt. in d. l. mutum. ꝙ alias habuit iſtum caſum de facto Florentiæ, & ꝙ ita conſuluit, ſed non potuit tantum clamare, ꝙ iudex voluerit pro eo ferre ſententiam, quia neſciuit tunc allegare deciſionem Ang. Vnde manda memoriæ, & adde ad præcedens.

1 *Mulier ſi contrahere prohibeatur ſine conſenſu mundualdi, an ipſe mundualdus poſſit per procuratorem cōparere? & an iſte conſenſus poſſit per nuntium, vel per epiſtolam præſtari?*

16 Etiam præcedentibus duobus ſingularibus, & illud conuenire videtur. Citatus eſt mundualdus ad præſtandum conſenſum requiſitum de iure Longobardo in contracti-
1 bus mulierum, nunquid poſſit comparere per procuratorem? Tu diceres ꝙ ſic per regulam l. in pecuniarijs. C. de procura. vbi habetur ꝙ regulariter quilibet citatus in re ciuili poteſt per ſe, vel per procuratorem comparere. In contrarium eſt veritas Bal. in l. j. in vlti. col. C. qui admi. & Angel. in l. Titius. ff. quib. mod. pig. vel hypo. ſol. But. & Imo. in c. cum conſuetudinis. de conſue. Panormi. in c. cum parati. de appell. Ludo. de Roma in d. l. j. C. qui admitti. Poſſet tamen iſte conſenſus præſtari per nuntium, vel per epiſtolam ſecundum Bar. in l. filius familias. ad fin. ff. de dona. & plenius in l. ſi. §. neceſſitatem. in vlti. q. & ibi Cy. in iij. colum. C. de bon. quæ lib. Bart. in l. j. C. de decur. li. x. & in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de acquir. hæredi. Cy. & Bal. in authenti. cauſa, quæ ſit cum monacho. C. de epiſco. & cleri. Specu. & Ioan. Andr. in ti. de acto. §. j. verſi. ſed nunquid pater per epiſtolam, & eſt glo. in l. ſi cum dotem. §. ſi patri, & ibi Moder. ff. ſolu. ma. quod no.

1 *Pœnitentia in querela a ſtatuto admiſſa an habeat locum in querelis per conſanguineos productis?*

17 Generaliter in Regno ſolent municipia habere priuilegium, ꝙ in denuntijs, & querelis habeat locum pœnitentia etiam poſt litis conteſta. infra triduum, vel ſaltem ante litis conteſtationem infra triduum poſt ex-
1 poſitas querelas, quæro † abs te ſi conſanguineus querelauit conſanguineum, & elapſum eſt triduum, nunquid adhuc admitta

tur pœnitentia? Tu diceres ꝙ non, nam vi gore dicti priuilegij taxatus eſt terminus, intra quem admittatur pœnitentia, ergo ab eo non eſt recedendum. In contrarium eſt veritas, & ꝙ ipſe conſanguineus poteſt nō obſtante dicto triduo elapſo quandocunq; facere pœnitentiam, quouſq; iudici non ſit probatum, dictum eſt ſing. Cy. in l. j. alias ij. C. de aboli. quod not. quia millies practicaui, & obtinui.

1 *Doctores omnes ciuitatis, in qua cauſa eſt delegata, an poſſunt allegari ſuſpecti.*

2 *Suſpitio minor quare iudicem tanquam ſuſpectum repellat, quam teſtem.*

18 Sæpe accidit de facto, ꝙ cum eſt delegata cauſa in aliqua ciuitate, pars altera ſolet allegare omnes doctores de ciuitate ſuſpe-
1 ctos, ego quæro † abs te nūquid poſſit? Tu diceres ꝙ non, quia videtur hoc facere in fraudem per id quod no. Bald. in l. hoc modo. per illum tex. ff. de condi. & demon. cōtrarium ſingulariter tenuit Albe. de Roſa, magnus practicus in ſecunda parte ſtatutorum. q. centeſima, incip. an autem quis poſſit dicere omnes iudices &c. Vbi dicit, ꝙ vidit ſeruari in practica oēs ſapientes vnius ciuitatis poſſe vt ſuſpectos recuſari, & hoc tene in practica propter authoritatem Alb. quod dictum corroboro tali fundamento. Nam de facili poterunt inueniri alij iudi-
2 ces, & illa eſt ratio, quare minor † ſuſpitio eſt ſufficiens ad repellendum iudicem tanquam ſuſpectum, q̄ ad repellēdum teſtem, glo. eſt in c. cum R. canonicus. in ij. gl. de offi. deleg. & glo. & Innocen. in c. inſinuante. in glo. j. de offi. delega. & Bal. in c. de cauſis. in ix. col. eod. titu.

1 *Teſtium infamium dicto an poſſit reus condemnari?*

2 *Teſtes infames in cauſa criminali, vel ciuili ardua non faciunt plenam probationem etiam ſi eſſent plures.*

19 Volo tibi dicere vnum de pane, & honore lucrando, in cauſa criminali fuerūt producti plures & plures teſtes infames, & nō integri, vel in cauſa ciuili ardua, quæ crimi-
1 nali comparatur, quæro † an ex dictis teſtibus ſic infamibus poſſit reus condemnari? Tu diceres ꝙ ſic, nam numerus videtur ſupplere, propter glo. not. in l. iij. §. j. in ver ſi. numerus, & ibi magis in ſpecie Iaco. Butri. ff. de teſti. Tene contrarium. Nam teſtes
2 † infames in cauſa criminali, vel ciuili ardua non faciunt plenam probationem etiā ſi eſſent plures ſecundum Bald. in c. ad noſtram. de proba. per tex. quem ad hoc reputat ſingu. in c. licet cauſam. §. quidam vero. in verſi. plurimi. de proba. Et ſic obtinebis victoriam cum ingenti honore, & gloria, ac lucro.

1 *Nuntio credendum eſt de actu citationis.*

2 *Nuntio de citatione non creditur ſine iuramento.*

20 Citatus fuit Nuntiolus quidam ſic vocatus, per quendam nuntium literatorię deſtinatum, retulit ipſe nuntius ſe citaſſe etiā in præſentia duorum teſtium. Nuntiolus non comparuit, qua propter fuit effectus contumax, & vigore dictæ eius contumaciæ fuit proceſſum ad multos actus contra eum, tanquam contra contumacem, comparet tandem ipſe Nuntiolus, & petit reuocari omnia contra eū geſta, dicens ſe nunquā fuiſſe citatum. Nuntius qui citauit, vel eſt mortuus, vel eſt functus officio ſuo. Iudex dicit ego habeo relationem nuntij per quam ap-
1 paret citatio facta, & nuntio credendū† eſt de actu citationis per id quod habetur in c. cum parati. de appel. & in conſti. Regni citationis literæ de aſsigna. lite. citato. Replicat nuntiolus hoc eſſe verum, quando nuntius ipſe retuliſſet cum iuramento ſe citaſ-
2 ſe, quæritur quid iuris? Dicas ꝙ non † creditur ipſi nuntio ſine iuramento dictum eſt elegans Ang. in repe. l. ſi vacantia. in v. col. C. de bo. vacan. lib. x. vbi dicit, ꝙ ſi ex forma ſtatuti debet ſtari ſimplici verbo accuſatoris, vel nuntij, aut denuntiatoris, licet ſtatutum dicat ſimplici dicto, tamen intelligitur ꝙ debeat iurare per l. Theopompus. ff. de do. preleg. quam ad hoc reputat ſing. ſequitur d. Alex. in conſi. cccxxxvj. incip. clariſsime domine Vicarie in iij. col. quod no. quia ſic poteris deſtruere quicquid factum eſt per iudicem, & ideo facias apponi in relatione iuramentum per prædicta, hoc verum niſi Nuntius a principio iuraſſet per no. per gl. in d. c. cum parati. qa tūc ſufficit.

1 *Conſanguinei ſi in conſentiendo contractui mulieris diſcordant, quid fiet?*

21 Sunt vocati duo mundualdi, vt conſen-

1 ſtant contractui mulieris, diſcordant † in cō ſentiendo contractui: quid fiet. Reſpondeo iudex ſe interponet & ſupplet ita Bart. & Moder. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolu. matr. Panor. in c. tuæ. de cleri. non reſiden. quod no.

1 *Beneficia clerici aſſiſſinium committentis, an ipſo iure vacent, & ab alijs impetrari poſſint?*

22 Volo tibi narrare vnum, quod alias in cōtingentia facti fecit mihi magnum honorem apud dominos de Rota in curia Romana, imo eos adduxit in admirationem. Qui
1 dam † presbyter de ſancto Seuerino commiſit aſſaſsinium, qua propter alius presbyter de cōſilio meo impetrauit ſibi illius beneficia in vrbe Roma. domini nolebant ei expedire prouiſionem, dicebant enim beneficia non vacāt ipſo facto, ſed requiritur, ꝙ priuetur per ſententiam, Qua propter clientulus meus reſcripſit ad me legentem tunc Salerni ex vrbe, ego dixi verum eſt, ꝙ non eſt priuatus ipſo facto per homicidium ſimplex iuxta originalem doctrinam Inno. in c. cum noſtris. de conceſsio. præbē. Ex quo doctores dant cautelā, vt ante priuationem renuntiet alicui amico ſuo, ſed in caſu noſtro eramus in aſſaſsinio, quod eſt delictum qualificatū. Qua propter erat priuatus ipſo facto per tex. no. in c. j. ad fin. de homici. lib. vj. in verſi. ipſo facto, & allegabam ad hoc do. Fely. in c. inquiſitionis. in j. col. in fi. de accuſa. & domini ſtatim viſo d. Fely. in dicto loco expedierunt clientulū, & hoc multum placuit excellentiſsimo domino meo domino Iancolæ de Vicarijs, & patri meo obſeruandiſsimo.

1 *Iudices & aduocati vtentes legibus prout debēt, meliorem vitam ducunt, quam fratres Prædicatores, & alij religioſi.*

23 Sæpe audiui iſtos fratres Prædicatores, & alios religioſos damnare quodammodo vitam doctorum, aduocatorum, & iudicū, & dicunt, & prædicant eorum vitam eſſe
1 periculoſam & damnatam. Sed tu † reſponde eis, & dic cum Hoſtiēſe ꝙ recti iudices, & aduocati vtentes legibus prout, debent, meliorem vitam ducunt quam fratres prædicatores, & alij religioſi dictum eſt Hoſti. in procæ. Summæ, in iiij. colum. refert & ſequitur Alber. de Roſa. in l. per diuerſas, C, manda, quod dictum commenda memoriæ, vt ſcias reſpondere iſtis Cucullatis.

1 *Teſtes examinati ſuper capitulis rei inquiſiti de homicidio, vel de alio delicto deponētes per verbum credo, plene probant.*

24 Fui inquiſitus de homicidio, vel de quouis alio delicto, non curo, facio defenſiones meas & articulos, ſuper quibus teſtes mei examinati deponūt per verbū Credo, quæro abs te an plene probent? Tu diceres ꝙ non, per l. teſtium. c. de teſt. gloſ. & Barto. in l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen.
1 In contrarium † eſt veritas, nam plene probant, ita ſingu. Bar. in conſi. ſuo incip. Raynutius, quem ſequitur Alex. in conſi. lxxvj. incip. viſa inquiſitione formata cōtra Fortunatum. ad fi. in conſi. cix. incip. viſis & vt oportet conſideratis omnibus in ix. colum. Vnde ego memor huiuſmodi, ſemper aduerti in actu practico, & obtinui, quare no. etiam tu in practica.

1 *Teſtes domeſtici ad defenſionem rei examinari poſſunt, & plene probant.*

25 Etiam præcedentibus, & illud conueni re videtur, ſi ad meam defenſionem in cau
1 ſa criminali produco teſtes domeſticos, nūquid plene probent? Tu diceres ꝙ non, ſed iudex arbitrabitur quanta ſit eis fides adhibenda arg. l. iij. verſi. tu magis ſcire potes. ff. de teſti. Tene ꝙ plene probāt in mei fauorem, dictum eſt ſing. Spe. in ti. de inquiſitio. §. j. verſi. ſed nunquid, & ſequitur Ioā. de Ana. in conſi. lix. incip. viſa inquiſitione formata, & ideo ſis cautus, vt ſemper producas teſtes domeſticos ſi potes, qui promptiores erunt cum veritate tamen ad deponendum pro te, & de hoc nūquam, ſi ſapis, obliuiſcaris.

1 *Parentela, ſeu certa familia an poſſit inducere cōſuetudinem, quòd extantibus agnatis etiam vlterioris gradus filiæ fœminæ quantuncunque proximiores excludātur?*
2 *Conſuetudo contra conſtitutionem in regno Neapolitano induci non poteſt.*
3 *Conſuetudo tanti temporis, cuius initiū memoria hominum non eſt in contrarium, habet vim legis & priuilegij.*

26 Nos habemus conſtitutionem Regni in
aliquibus ſub rubrica de ſucceſsio.filio.co-
mitu vel baronum, ꝙ extantibus maſculis
filia fœmina non ſuccedit, ſed debet mari-
tari de paragio; ergo a contrario ſenſu ma-
ſculis nō extantibus bene ſuccedit filia fœ-
mina, & hoc eſt conforme cum diſpoſitio-
ne iuris communis. l. maximum vitium. C.
de libe. præte. vt excluſis alijs agnatis vlte
2 rioris gradus ipſa ſuccedat. Nunquid † cer-
ta parētela, ſiue familia poſsit inducere cō-
ſuetudinem quod extātibus agnatis etiam
vlterioris gradus filiæ fœminæ quantum-
cunq; proximiores excludantur? Dicas ꝙ
ſic inſpecto iure communi ſingu. eſt deciſio
Ioan. And. poteſt. Vbertum de Bob. in addi.
Specul. in tit. de inſtru. edi. §. compendioſe.
verſic. ſed nunquid dicemus. in addi. parua
incip. interpoſuit Vbertus hoc verbū pro-
geniei. referunt & ſequuntur Ange. & Imo.
in l. iij. ff. de teſta. Et dicunt quod alibi non
reperitur, idem tenet ibi Comen. in vna le-
ctura dicens, quod eſt ſingulariſsimum ver
bum, et ita ſeruatur in domo Sanſeuerinia,
vt dixit mihi ſemel Illuſtriſs. quondā Prin
ceps Bernardinus, & ita etiam ſeruatur in
domo Columna, vt retulit mihi ſemel etiā
Illuſtriſsimus & Reuerēdiſsimus dominus
Epiſcopus Columna. Nā mortuo Illuſtriſsi
mo quodam domino Marcoantonio Colū-
na ſuperſtite ſibi vnica duntaxat filia, ſuc-
ceſsit ei Illuſtriſsimus Proſper Columna in
toto eius ſtatu cum onere tradendi nuptui
illius filiam. Et talis conſuetudo non repro
batur, ex quo per eam melius conſeruātur
agnationes, & iſta fuit ratio & mens dictæ
conſtitutionis Regni in aliquibus l. j. §. pe.
ff. de ventre inſpe. Et no. hanc deciſionem
ſingu. vt ſcias reſpondere & conſulere iſtis
magnatibus, præcipue de hoc te conſulenti
bus. Sed hoc ego putarem procedere inſpe
cto iure communi, ut dixi, non autem in ter
minis dictæ conſtitutionis in aliquibus, mo
ueor ad ſic dicendum, nam non poterit in-
duci conſuetudo contra dictam conſtitutio
nem in aliquibus, quæ non extantibus ma-
ſculis, vocat filias fœminas ad ſucceſsionē
3 excluſis agnatis, cum in Regno † non poſ-
ſit induci conſuetudo contra cōſtitutiones
Regni, vbi caſus eſſet deciſus per conſtitu-
tiones, vt eſt tex. in procem. conſti. in fin. &
patet etiam in conſtitutione Regni purita-
tem ſub rubrica de ſacramento præſtando
a baiulis & camerarius, vbi iudex iudicat
primo ſecundum conſtitutiones Regni, ſe-
cundo ſecundum conſuetudines, tertio ſe-
cundum iura longobarda, quarto & vltimo
ſecundum ius Romanum. Et patet expreſ-
ſe videlicet non poſſe induci conſuetudinē
contra conſtitutiones Regni, per no. per gl.
magnam in verſi. & conſuetudinibus in di-
cto procem. conſtitutionum Regni. Saluarē
tamē in vno caſu ſupradictam deciſionem
3 ſing etiam in regno, quando talis † conſue-
tudo fuiſſet tanti temporis, cuius initij me-
moria hominum in contrarium non exiſta
ret, quare illa haberet uim conſtituti. titu. le
gis & priuilegij, vt habetur in d. l. hoc iure.
§. ductus aquę. ff. de aqua plu. arcen. & per
text. & ibi plenius per doct. in c. ſuper qui-
buſdam. §. præterea. de verb. ſig. ꝙ no.

1 *Bannitus poteſt impune offendi & occidi, et
an dicta offenſio vel occiſio poſsit fieri ex-
tra territorium bannientis?*
2 *Bannum æquiparatur excommunicationi.*

27 Allegauimus ſupra in x. ſing. conſtitutio
nem Regni pœnam horum de forbannitis
& foriudicatis, ꝙ cum bannitus & foriudi-
catus ſit effectus hoſtis patriæ poteſt impu-
1 ne offendi. Ego quæro † abs te nunquid iſta
offenſio, & occiſio fieri poſsit extra territo
rium bannientis, & foriudicantis? Tu dice
res ꝙ ſic, nam ſicut excommunicatio affi-
cit excommunicatum exiſtentem in alieno
territorio, vt plene per Moder. Papien. in
l. ſi. in ij. col. in xj. fallen. ff. de iuriſdi. om. iu
di. ita bannum afficit bannitum extra terri
torium bannientis & foriudicantis, æquipe
2 rando † bannum excommunicationi, vt
ęquiperat Panormi. in c. cum voluntate. de
ſenten. excommu. Tamen tene contrarium
ꝙ non poſsit impune offendi extra territo
rium bannientis & foriudicantis, ita Pe. de
Anch. in commento c. canonum ſtatuta. de
conſtit. in xvij. char. verſi. iij. principaliter.
Imo. in clemen. paſtoralis. in iiij. colū. de re
iudi. & Bal. in repertorio Innō. in verſi. ex-
communicatio. in xij. q. Nō obſtat illud de
excommunicatione. Quia illud ideo eſt, nā
excōmunicatio non fit circa corpus vt ban
num. Sed circa animam, quæ non circūſcri
bitur loco glo. eſt in c. epiſcopum. x. q. ij. In-
no. & alij in c. fin. de foro compe. Sed hodie
in regno forte non procederet ſupradicta
deciſio. cum per Moderniores pragmati-
cas proſpectum ſit, vt bannitus ab vno iu-
dice & foriudicatus ſit bannitus & foriudi
catus ab omnibus. Et attenta iſta ratione
poſſet dici hunc foriudicatum debere per-

timeſcere mortem vbiq;.vnde no.& manda memoriæ.

1 *Archidiaconus eccleſiæ cathedralis an præferri debeat generali vicario epiſcopi?*

28 Nolo propalare quendam Archidiaconum cuiuſdam cathedralis eccleſiæ, ſed dicam factum tantum, ipſe venerat in tantam audaciam & præſumptionem, vt vellet pręferri Generali Vicario Epiſcopi, Cui ego
2 reſpondi, & ſi conſuetudo † etiam extaret vt proferretur Vicario Epiſcopi, illa non valeret ſecundum Panor.in conſi.xxj.incipi. viſo dubio de quo quæritur, quo viſo inſonte ſtatim obmutuit. Quare no.tu qui vis eſſe Vicarius Generalis Epiſcopi, vt ſcias tuam dignitatem defendere contra aliquos Archidiaconos temerarios & arrogantes.

1 *Delinquens ſi poſt delictum efficiatur clericus, forum ſeculare non euitat, niſi ante delictum religionem vouiſſet.*

29 Volo tibi in medium adducere quandã cautelam, quam ſi tu ſcìueris practicare cõſequeris ingentem honorem & gloriam cũ lucro. Quidam inquiſitus de cauſa criminali pendente inquiſitione quia erat laicus, effectus eſt clericus, vel ſequuta condemnatione, nõ curo, volebat declinare forum ſeculare, & ſe remitti ad iudicem eccleſiaſticum iuxta c.ſi iudex laicus.de ſenten.excõmu.lib.vj.clarum eſt, ꝙ non debebat audiri, vt per Barto.& alios in l.cum quædam puella.ff de iuriſdi.omni.iudi.& in l.j.ff.de pœn. vnde iſte inquiſitus quia fecerat votũ clericatus, & intrandi religionem antequã delictum committeret declinabat forum ſe
2 culare. Ego quæro † nunquid debeat audiri? Dico ꝙ ſic, quaſi votum illud trahatur retro, ita ſingul.tenet Bal.in l.j.C.an ſer.ex ſuo fami.quod eſt valde not.maxime quia de hoc ſtaretur iuramento ſuo, an votũ emiſerit ante commiſſum delictum, ſicut ſtari debet iuramento de aliis quæ dependent a voluntate vel conſcientia noſtra glo.in.§.aliæ.vbi plene per Iaſonem inſtit.de actio.& glo.in capitulo ſignificaſti.il ij.de homicid.referunt & ſequuntur Moder. Papien. in d.l.cum quædam,in ij.col.in ſi.quod no.in practica vt dixi.

1 *Offendi timens poteſt implorare officium iudicis, vt aduerſarius cogatur ſibi præſtare an ſecuritatem de non offendendo, etiã ſi is fuerit primus offenſor. Item poteſt petere ſibi præſtari familiam, quæ eum aſſocietur.*

30 Vulgata concluſio eſt,& trita † ꝙ ſi quis
1 timet offendi, in perſona poteſt implorare officium iudicis,& eo mediante cogere aduerſarium, vt ſibi pręſtet ſecuritatem de eo non offendendo l.denuntiamus.ubi Bar.C.de his qui ad eu.confug.no.Bart. per illum tex.C.in quib.cau.colo.lib.xj.idem Bar.in l.capitalium.§.ad ſtatuas.ff.de pœ. Sed q̃ro abs te, quid ſi pręceſsiſſet culpa mea, puta quia ego offendi te,vel vulneraui? Reſpondeo ꝙ adhuc poſſum hoc petere,ita ſingul. Bar.in l.qui bona.§.ſi quis iuxta.ff.de dam.infec.Item qui timet offendi ab aliquo poteſt petere a iudice, vt ſibi præſtet familiã, quæ eum aſſociet per glo.ſing.in l.fin.C.de eroga.milit.anno.lib.xij. Bar.in l.ſanctum.ff.de rer.diui.quod no.quia vidi quandoq; practicare.

1 *Animalia mea cuſtodire obligatus, ſi ad me pelles deferat, an ſufficienter ex eis probet animalia fuiſſe mortua, an vero, & ea caſu fortuito mortua probare debeat?*

31 Dedi tibi animalia mea cuſtodienda, ve
2 nis ad me, & defers † pelles eorum, aſſerẽs ea fuiſſe mortua, quęro abs te nunquid hoc ſufficiat? Tu diceres ꝙ ſic, & ꝙ per delationem pellium probetur de interitu eorũ. In contrarium eſt ueritas. Nam non ſufficit probare interitum, niſi etiam probet caſum fortuitum, dictum eſt Bal.in l.cum ita.§.ſpecies.ad fin.ff.de lega.ij. Et iſte caſus fortuitus conſideratur quando forte eſſet mortalitas, vel ſimilis, ſequitur do. Alex in conſil.ccxcix.incip.in cauſa & lite vertente inter Ludo.no.quia vidi millies de hoc litigari.

1 *Conſenſus mundualdorum, qui in contractibus mulierum requiritur, an ex poſt facto interuenire poſſit, & an incontinenti?*

32 Sæpenumero in ſuperioribus meminimus, ꝙ mulieres iure longobardo venientes non contrahunt abſq; mundualdis, quę
2 ro abs te † nunquid ſi ex poſt facto interueniret conſenſus validetur ille contractus,

Dic ꝙ non, quia tales contractus fuerunt ipſo iure nulli a principio, ita in terminis decidit Bal. in l. ſ. in antepenul. col. per totam. C. qui admi. vbi cõcludit ꝙ ſtante præ dicto ſtatuto non ſufficeret, ꝙ poſtea prædicti cõſanguinei & mundualdi ratificarent, niſi fieret incontinenti, quia quæ incontinẽ ti fiunt videntur ineſſe. l. lecta. verſi. dicebã. ff. ſi cer. peta. & illam doctri. Bal. ſequuntur Pau. de Caſ. & d. Alex. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff ſol. ma. & do. Alex. in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad Treb. Ant. de But. & Imo. in c. cum conſuetudinis. de conſuet. & Cardi. Zaba. in c. fi. de malo. & obe. ideo no. in practica.

1 *Expenſæ ab appellante a ſententia ex ſtatuto, debitæ tunc demum dicuntur ſi petatur, & non aliter.*

33 Dictat regia nouella pragmatica incipi. qui in cauſi principali, ſub rub. de expenſis ſoluendis, ꝙ non admittitur appellans ad appellandum a ſententia, quãdo in cauſa nihil poſuit, vel probauit, quia videtur hoc facere magis ad differendum, quam ꝙ credat iuſtam cauſam proſequi, niſi prius expenſis cum effectu ſolutis, in quibus ſuccubuit, vt ibi latius habetur. Quæro modo
1 abs te, Pone † ꝙ expenſæ non fuerunt petitę per partem nunquid talis appellatio admittat? Tu diceres ꝙ non, quia illa pragmatica vr̃ tradere formam, a qua non eſt recedendum. c. cũ dilecta. de reſcrip. l. diligẽter. ff. mand. Tene ꝙ valeat per tex. no. in l. peto. §. fi. ver. ꝙ ſi cautio nõ fuit deſiderata. ff. de lega. ij per quem tex. no. Pau. de Ca. ibi. ad fi. ad ſtatutum, ꝙ qui appellat a ſnia, vel petijt reſtitutio. in integ. debet cauere cum fideiuſſore de reſtituendis expẽſis, & aliter proceſſus factus nõ teneat, certe ſi talis cautio non fuit petita per aduerſarium, & ſic nec oblata, valet proceſſus, q̃a tale ſtatutũ intelligit, ſi cautio fuit petita, & non pſtita, & dicit Pau. de Ca. qđ eſt tenendũ mẽti, q̃a pluries vidi de facto, ſequit d. Alex. in con. ſi. cccclxxix. inci. viſis narratis in themate, debent ergo expenſæ peti, qđ no. ad intellectũ dictę regię pragmaticæ, q̃a quotidianũ.

1 *Prothomiſeos iure ſi agnatus, vel vicinus, rem petat, & precium non offerat emptori, an ius ſuum proſequi poſſit?*

34 Non incongrue annectendum, & illud duximus præcedenti ſingulari: Nos habemus l. ſancimus de iure cõgrui, ſiue prothomiſeos, per quam vicinus cu illud ius competit ratione viciniatis debet infra illũ terminum, de quo ibi ſoluere iuſtũ preciũ &c.
1 Pone ꝙ pars † quæ emit non petit illud pretium, ſed ſtat ſemper in finibus nõ reſtituẽdi fundum, quæro nũquid vicinus, vel etiã conſanguineus admittatur ad ius illud proſequendum, quod ſibi competit ratione viciniatis, vel conſanguinitatis, abſque eo ꝙ ſoluat, vel offerat pretiũ? Quilibet diceret quod non, ſed quod tenetur ſoluere, vel ſaltem offerre, & ita communiter ſolet obſeruari. In contrarium eſt veritas, & quod niſi petatur pretium per emptorem ſemper vicinus admittatur ad ius ſuum proſequẽdũ, vel conſanguineus, ad hoc adduco l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. emp. tex. enim ibi dicit offerri debet pretium ab emptore: intelligitur ſi petatur a parte, & ſic verbũ pciſum a lege debet intelligi, ſi petatur, ſecũ dum Bal. in l. ij. C. de his quæ ſub mo. & in l. ſ. C. ne licet. ter. pro. & in l. ſi traditio in ij. q. C. de actio. emp. & in l. ſ. in vlti. col. C. de vſufru. leg. quod no. quare ſic poteris adiuuare amicum tuum, cui cõpetit ius prothomiſeos, abſq; eo quod offerat pretium. Nã poterit proſequi ius ſuum ſi pretium nõ petatur ab emptore, & iſtum paſſum forte nõ inuenies poſitum ab afflicto in ſuo tractatu iuris prothomiſeos, & eſt quotidianus.

1 *Filiæ fœminæ ſi ex ſtatuto ab inteſtato patri non ſuccedant, ſed debeant maritari, debet ſaltem legitimam habere.*

35 Supra in xxvj. ſing. fuit allegata conſtitutio regni in aliquibus, de ſucceſ. filio comi. vel baro. per quam tu habes ꝙ extantibus
1 maſculis † filię fœminæ non ſuccedant, ſed quod debeãt maritari de paragio, ergo quęro abs te, quantum erit iſtud paragiũ? Dicas quod non erit minus quam ſit legitima, quæ cõpetebat ipſis filiabus fœminis per tex. no. in authen res quæ. C. commu. de lega. per qđem tex. Saly. ibi in ij. no. & fulgo. no. quod ſtante ſtatuto quod exiſtẽtibus maſculis filiæ fœminæ non ſuccedant patri ab inteſtato ſed debeant maritari arbitrio propinquorum. Certe propinqui non poſſunt arbitrari minorem dotem, quam ſit legitima, quod no. perpetuo ad intellectum dictæ conſtitutionis: quia ſæpius vidi dubitari, quantum erit iſtud paragium.

1 *Iudex ex officio etiam poſt cõcluſum in cauſa, & in cauſa ſummaria poteſt interrogare partem ad veritatem indagandam: & an iſta interrogatio poßit fieri ad fundandam nouam intentionem partis, an vero vt declarentur iam deducta?*

36 Tu habes tex. in c. cum Ioannes. de fide inſtru. vbi dicitur, ꝙ iudex poteſt quandocunque interrogare ad veritatem ipſam indagandam ex officio, etiam poteſt concluſum in cauſa, & in cauſa ſummaria, vt eſt hodie in regno per c. deteſtantes, & per regiam nouellam pragmaticam primã in ordine incip. diſpendia litium, etiam ad inſtãtiam partis, vt eſt glo. reputata ſing. in ver. interrogabit in cle. ſępe de verb. ſigni. Ego
1 quæro † abſte, nũquid iſta interrogatio poſſit fieri ad finem fundandi nouam intentionem partis, an vt declarentur iam deducta? Tu diceres quod ſic, per id quod dicit Bal. in l. j. C. vt quæ deſunt aduoca. vbi dicit ꝙ concluſio fit partibus & nõ iudici, ſed ante poterat interrogari, ergo & poſt, & videtur tex. in c. paſtoralis in fi. de cau. poſ. & pro. In contrarium eſt veritas, dictum eſt Inno. & eſt additio in d. c. cum Ioannes, vbi dicit, ꝙ ad declarationem iam actorum, nõ autem nouarum rerum interrogare poteſt, & ibi Cardi. Zaba. dicit in ij. colũ. no. hoc dictum Inno. quia vidi multos reputatiſſimos doctores errare in hoc. pro quo dicto conſuluit idem Cardi. in cõſi. ſuo. lxxij. incip. ſigillatim ad ſingula. tene menti, quia multoties contigit de hoc dubitari.

1 *Interlocutoria ſententia bis confirmata eſt irreuocabilis.*

37 Tritum eſt illud dictum, ꝙ interlocutoria poteſt contrario imperio reuocari iuxta l. quod iuſſit. ff. de re iudica. & in c. cum
1 ceſſante. extra de appella. ſed hoc † non habet locum quando illa interlocutoria fuiſſet bis confirmata, quia per binam confirmationem effecta eſt irreuocabilis ſecundũ glo. in ver. ſuper ea. in fi. clemẽ. fi. de appella. quam no. contra illos, qui habentes interlocutorias contrarias: tametſi fuerint confirmatæ, ſemper petunt illas reuocari, & millies vidi in facto.

1 *Compromiſſum ſi a ſtatuto fieri de lite iubeatur inter conſanguineos, an clericus actor in foro ſeculari & conſanguineus poßit compellere reum ad compromiſſum, vel econtra?*

38 Dictat alia Regia nouella pragmatica incip. odia litium, ſub rubrica de compromiſſis inter coniunctas perſonas, ꝙ inter cõſanguineos & affines vſque ad quartũ gradum, ſecundum ius ciuile computandũ debeant cauſæ cõpromitti, nunc quęro abs te
1 an clericus † actor in foro ſeculari poſsit cõpellere ipſum reum ad compromiſſum, & an reus ipſe poſsit compellere ipſum clericũ actorem ad cõpromiſſum? Quilibet prima facie diceret ꝙ ſic. Nam ibi dicit ꝙ iſta exceptio compromiſsi poterit allegari per alterum ex litigantibus: ſiue ſit actor, ſiue reus, & illud quod habet in dicta pragmatica videtur reſpicere ordinem iudicij, cui ordini videtur aſtrictus ipſe clericus litigãs in illo iudicio, per ea quæ habentur in c. qđ clericis. de foro compe. In contrarium eſt veritas. Nã nec clericus poteſt vt actor cogere conſanguineum ad compromittendũ: nec reus poterit per viam exceptionis conſtringere clericum ad compromittendum: no. verbum fuit Bal. in conſi. cvij. incip. dictat ſtatutum, in vj. col. in fi. refert & ſequitur Hypo. de Marſi. in l. ſi quis viduam in x. col. in prin. ff de quæſtio. in libello meo paruæ impreſsionis quod no. ad intellectũ dictæ pragmaticæ, quia millies occurret de facto.

1 *Tortura reo inferri non debet niſi prius pronuntietur a iudice eum eſſe torquendum, a qua pronuntia poterit appellari.*

39 Multi ſunt iudices ſitientes ſanguinẽ humanum, potius quam iuſtitiam, qui cupientes haberi iuſti, cum non ſint, nolunt pronũciare aliquem eſſe torquendum, quia ſciunt ab iſta pronunciatione, cum per eam inferatur præiudicium irreparabile in obiectu a diffinitiua poſſe appellari, & appellationem debere admitti, ſed vt euitent dictam appellationem procedunt ad torturam nulla præcedente pronunciatione, putãtes huiuſmodi proceſſum ad torturã habere vim tacitæ pronunciationis. Sed ego dico tibi
1 ꝙ malefaciunt, nam debent † pronunciare expreſſe aliquem eſſe torquendum: ita eleganter Bar. in conſi. ſuo incip. punctus quę-

ſtionis &c.vbi dicit,ꝙ data etiam copia in-
dictorum non poteſt procedi ad dationem
torturæ,niſi primo pronuncietur per iudi-
cem deueniendum eſſe ad torturam , quod
dictum refert & ſequitur domi. Fran. Bru.
in ſuo tractatu de indi.& tortu.in ix. char.
iiij.colū.vbi etiam ſubdit:ꝙ ſi fiat pronun-
ciatio indicis:ꝙ deueniendum ſit ad tortu-
ram,ꝙ a tali pronunciatione,licet ſit inter
locutoria poterit appellari per ipſum reū:
cum contineat vt dixi grauamen irrepara
bile alleg.Bar.& alios in l.ij.ff. de appella.
recip.& Bal.in l.ij.C.de epi.aud.de quo ēt
per Gandi.in tractatu ſuo maleficiorū ſub
rubrica de quæſtio.& torm. in iiij. colum.
ver.ſed quid de quęſtionē de facto. Et ꝙ de
beat admitti appellatio: ego allego tibi c.
regni incip.ſi iuſte quis appellauerit,ſub ru
brica,ꝙ receptatur appellatio a tormentis,
quod c.omnes iudices regni deberent præ
oculis habere:dictat enim appellationem a
tormentis interpoſitam debere admitti, &
iudicem non admittentem accerrime inſe-
quitur, vide ibi, & nota. in actu practico
ne erres .

1 *Frater an poßit examinari ad probandū fra*
trē homicidium commiſiſſe ad neceſſariā
ſui defenſionem, & an plene probabit.

40 Quod nunc dicam & illi conuenire vi-
detur quod ſupra.in xxv.ſingu.in medium
adduximus, ibi enim tenuimus ſingulari-
ter, domeſticos in cauſa criminali ad meā
defenſionem productos plenam fidem face
re:nunc & illud non incongrue ſubijcien-
dum arbitramur.Fui inquiſitus de homici-
dio:faſſus ſum me illud commiſiſſe : ſed ad
meam neceſſariam defenſionem:datur mi-
hi ad id probandum terminus competens,
produco duos fratres meos: qui deponunt
de dicta mea neceſſaria defenſione : quæro
1 abs te† nunquid plene probēt? videtur ꝙ
non propter dictum Specu.in titu. de teſte.
.§.j.ver.ſed nunquid frater & Bar.in l. qui
teſtamento.ff.de teſtamen.vbi dicit,ꝙ licet
frater ſit idoneus teſtis pro fratre , tamen
minor fides ei adhibetur, quam alteri teſti
idoneo per l.iij.j.reſpon.ff.de teſti. In con-
trarium eſt veritas dictum eſt Bal. valde ſo
lenne in l parentes.in princi.C.de teſti.vbi
dicit,ꝙ ſi dictum fratris prodeſt fratri, &
minime nocet alicui,vt cum purgat fratrē
de hæreſi,tenet eius teſtimonium , ita dicit
eiſe tex,no,in c,literas,de prçſump,per quē
infert, ꝙ frater poteſt producere fratrē in
teſtimonium contra fiſcum ad probandum
ꝙ fecit homicidium ad ſui defenſionē, nec
per hoc dicitur nocere fiſco, qui tractat de
pœnali & odioſo lucro cum alterius iactu-
ra:refert & ſequitur domi. Fely.in d.c. lite
ras.in pen.col.in princi. ibi quintus caſus:
quod nota quia millies poterit tibi inſerui-
re in facto .

1 *Pœna ſi pro vna cauſa veniat partim appli-*
canda fiſco , & partim accuſatori , an ea
cauſa dicatur criminalis, vel mixta?

41 Multum intereſt an cauſa ſit criminalis,
vel ciuilis,quia primo caſu non interuenit
procurator regulariter.l.penul.§.ad crimē,
ff.de publi.iudi.in ſecundo ſic l.j.§.vſus cō
vulga.ff.de procu.nos habemus cōſtitutio-
nem regni varietates pœnarum, ſub rubri-
ca de conſideratione iniuriæ temporis , &
perſonas,per quam agens iniuriarum cōſe
quitur vnam partem:fiſcus vero duas, ego
1 quæro abs te†nunquid iſta cauſa reſpectu
duarum partium applicandarum fiſco : ſit
criminalis?quilibet diceret ꝙ ſic vt colligi
tur ex verbis Bal.in l.j.in iiij.col.C. de iu-
di.Sed ego dico tibi quod inſpecto iure cō
muni eſt mixta ſecundum Anto.de But. in
rubri.extra de iudi.vt eſt tex. & ibi no. in
c.tuæ.extra de procura.maxime per Imo.
ſi mixta,ergo interuenit procurator , vt in
d.c.tuæ.ſed in regno inſpecta dicta conſtitu
tione eſt ciuilis glo.eſt vnica.& ſingu.in d.
conſtitutione in glo.j.in fi.ibi ſequens cōſti
tutio loquitur,quam glo. ego alias allegaui
in contingentia facti in cauſa in qua fuerāt
factę multæ allegationes pro,& contra: an
in terminis dictæ conſtitutionis eſſet cauſa
criminalis, vel ciuilis: vnde no. & manda
memoriæ perpetuo.

1 *Mulier, quæ non poteſt contrahere ſine con-*
ſenſu mundualdi ,an poßit facere donatio-
nem cauſa mortis?

42 Multotiens in præcedentibus ſingulari
bus meminimus,ꝙ in regno mulieres iure
longobardo viuentes non poſſunt contra-
here abſque præſentia mundualdorū,quæ-
1 ro abs te†nunquid abſq; illis poſſunt face-
re donationem cauſa mortis. Tu diceres ꝙ
ſic,nam videtur accedere teſtamento:& te
ſtamentum non debet dependere ab alieno

arbitrio. Tene contrarium: nam non poterunt donare cauſa mortis ſine mundualdis, ita in contingentia facti pulchre conſuluit Petr. de Ancha. in conſi. ſuo ccclxvj. incip. in Chriſti nomine dubium in hac quæſtione facit ruptura, & ratio deciſionis eſt: quia magis accidit contractui, quam vltimæ voluntati vt eſt glo. no. & ibi Bartol. in l. ij. in prin. in verſi. legatum. ff. de dote prælega. quod no.

1 *Statutum requirens aliquam ſolennitatem in contractu mulierum an comprehendat hermaphroditam?*

43 Stantibus prædictis, ꝙ mulieres iure longobardo viuentes non poſſint ſine mundual
1 dis contrahere: quæro abs te † nunquid her
maphroditę poſſint? Tu diceres ꝙ ſic, propter deciſionem Bald. in l. omnes populi, in xj. colum. ff. de iuſti. & iur. vbi dicit ꝙ ſtatutum requirens aliquid in contractu mulierum, nõ comprehendit perſonam mixtam ſcilicet hermaphroditũ. Sed tu diſtingue, aut hermaphroditus nõ magis pręualet in ſexu maſculino, quã fœminino, & procedit deciſio. Bald. ſed ſi magis præualet in ſexu muliebri, & tunc requiritur id, quod dicit ſtatutum, ita limitauit dictam deciſionem Bald. & Pe. de Ancha. in conſi. ſuo. ccclxvj. per l. quæritur. ff. de ſtatu. ho. quod eſt no. quia poſſet contingere de facto.

1 *Homicida dicens ſe occidiſſe animo vulnerãdi non occidẽdi, auditur, & eiuſmodi animus eius iuramento probatur.*

44 Vulneraſti Titium, & ex vulneribus mortuus eſt, inquireris de homicidio, excipis ꝙ non animo interficiendi, ſed vulnerãdi tantum hoc feciſti, an ſis audiendus? di-
1 cas † ꝙ ſic: & ꝙ plus eſt animus, ꝙ vulnera-
ſti animo non occidendi ſed vulnerandi, probatur per tuum iuramentum gl. eſt no. in l. j. in ver. non occidendi animo. C. ad l. Corne. de ſicca. quam valde ſingu. reputat Ludo. Roma. in l. in illa, in pen. colũ. ff. de verbo. oliga. refert & ſequitur do. Iaſo. in . §. ſed iſtæ. in xxiiij. colum. inſtitu. de actio. quod no. quia ſic poteris euadere pœnam mortis: & ſubire pœnam mutilationis manus per cõſtitutionem regni: ſi quis aliquẽ ſub rubrica de percuſſione illicita cum armis, quæ non obſtat, dum dicit, ita ꝙ percuſſus ex percuſſione ipſa minime moriatur, ergo ſecus ſi moriatur, vt in caſu propoſito, quia ad illam conſtitutionẽ reſpondetur, niſi animum ſuum proprio iuramento probauerit, vt ſupra, teneas fixum cordi: & maxime ad intellectum dictæ conſtitutionis: ſi quis aliquem.

1 *Iuramentum damnum paßi ſtandum eſſe ſi ſtatutum dicat, an ſemper & indiſtinctè ei ſtandum ſit?*

2 *Mercatoris infamis libro non creditur, licet extet ſtatutum quod libris mercatorum credatur.*

45 Per omnia fere municipia ſunt ſtatuta: ꝙ credatur iuramento damnum paſſi, quę-
1 ro abs te † nunquid indiſtincte ſtabitur tali
iuramento, dicas ꝙ non, ſed ita demum, ſi ſit alias bonæ famæ. Si autem eſſet infamis infamia facti, non haberet fidem, ita Ang. in l. ſi iudicio. ff. de accuſa. vbi dicit ita fuiſſe iudicatũ, & determinatum: dũ hęc quæſtio occurriſſet de facto pro quo facit quod pulchre voluit Bal. in repe. l. cunctos populos, C. de ſum. tri. & fide catho. in xlj. colũ. ver. quintum exemplum, ſtatutum permit-
2 tebat &c. vbi voluit no. ꝙ ſtatutum † diſpo
nens: ꝙ credatur libro mercatoris: intelligitur niſi talis mercator ſit infamis, quo caſu etiam non obſtante iuramento: non tamen creditur libro ſuo: & hoc no. quia quotidie accidit de facto.

1 *Vſurarius contractus ſi a muliere ſine ſolennitate in eius contractu a ſtatuto requiſita, celebretur & de vſura cõuincatur, an de vſura teneatur?*

46 Quædam mulier iure viuens longobardo fecit nonnullos contractus vſurarios abſque interuentu mundualdorum: vocatur ad iudicium: conuincitur de vſura: opponit, ꝙ non teneatur: ex quo in dictis contractibus vſurarijs non interuenerunt mun
1 dualdi, quæritur † quid iuris? tu diceres, ꝙ
non teneatur de vſura: quia dicti cõtractus fuerunt facti cõtra formam legis, ergo nulli. l. non dubium. C. de leg. & in regula: quæ contra ius. de reg. iur. lib. vj. In contrarium eſt veritas, nam ipſa mulier tenetur de vſura commiſſa in contractibus, nam potuit cõtrahere abſque mundualdis, quatenus alte-

ri obligata fuiſſet:non autem quatenus alter ſibi obligatus fuit, vt probatur in l. Iulianus.§.pen.ff.de actio.emptio.facit l. non eo minus.C.de procu. ita in ſpecie conſuluit Panor.in conſi.ſuo.xxij.incip.in nomine Saluatoris eiuſdem Matris Amen. in ij. col.in j.volu.& hoc no.

1 *Depoſitũ in regno Neapolitano vltra librã auri non poteſt probari niſi per publicum inſtrumentum.*

47 Tu ſcis quod cauſæ per ſummum Pontificem non committuntur niſi habentibus dignitatem c.ſtatutũ §.ſancimus de reſcri. lib.vj. Modo ſummus Pont.commiſit cauſam archiepiſcopo Salernitano ſub iſtis verbis : venerabili fratri noſtro archiepiſcopo Salernitano Capuæ commorãti &c.
1 Ego quæro abſte† nunquid poſsit cognoſcere extra diœceſim Salernitanã, & ſic Capuę de huiuſmodi cauſa? Tu diceres quod non:quia in dubio non videtur deputatus extra locum ſuę diœceſis:vel dignitatis: vt in d.c. ſtatutum.§.in nullo:in contrariũ eſt veritas:quia illud non habet locum, quando in literis eſt facta mentio de reſidentia: vt in caſu noſtro : poterit ergo Capuæ cognoſcere:caſus eſt quem Abb.in j.no. dicit eſſe perpetuo no.& ſe neſcire alibi in c.fin. de re.permu.& adde Oldra. in conſil. 281. vbi etiam dicit : quod Papa committendo cauſam monacho,videtur ſecum diſpenſaſſe:quod no.ad materiam.d.c.ſtatutum.§.in nullo. Et manda hoc memoriæ:quia quotidie fiunt commiſsiones Epiſcopis alibi reſidẽtibus quam in diœceſibus proprijs. Nã ſi eſt facta mentio de reſidentiæ loco , poterunt ibi cognoſcere,ſecus ſi non, quia tunc ſolum in diœceſi per d.§.in nullo.

1 *Commiſsio ſi fiat a Papa epiſcopis extra proprias diœceſes commorantibus,an ij poſſint extra ſuas dioceſes iudicare?*

48 Depoſui pœnes te Regnicolam ducẽtos aureos, negas mihi depoſitum , volo illud probare per teſtes:nunquid poſsim? Quili-
1 bet diceret† quod ſic per id quod no.domi. Anto.de Alex.in l.j.C.de eden. adeo ꝙ dubitatur:an valeat pactum:quod non poſsit probari niſi per ſcripturam , de quo in authen. iubemus.C.de iudi. & in authen.vt ſi prohi.cre.ma.§.quia vero, & per cano. in c.ij.de proba.Sed caue tu regnicola : quia hodie in regno depoſitum vltram auri nõ poteſt probari niſi per publicum inſtrumẽtum, vt in conſti. regni,quæ incip. In cauſa depoſiti ſub rubrica de cauſa depoſiti refert & ſequitur idem Anto.de Alex. in d.l. j.in iij.col.in prin.ꝙ no.tu Regnicola in regno,quando caſus occurret.

1 *Inſtrumentum publicũ ſi requiratur ad probationem depoſiti, poterit tamen quinque teſtibus probari.*

49 Retento ſupradicto themate , ꝙ inſtrumento publico debeat probari depoſitum vltra libram auri:ego quæro abſte,nũquid ſit dare cautelam, quod poſsit probari per teſtes? Dicas quod ſic:nam loco inſtrumẽti
1 publici poterit fieri probatio per quinque teſtes, & erit plena:& valida ꝓbatio, iſtud fuit ſing dictum Cyn.in l.optimã.C.de contrahen & commit.ſtipu.quod no.ad dictam conſtitutionem regni in cauſa depoſiti , & adde ad hæc Hippo.de Marſi.in ſingu. ſuo clvj.incip.volo te docere ſing.verbum.

1 *Exemplatio inſtrumenti fieri debet parte citata,alias exemplum non probat, fallit in regno Neapolitano .*

50 Tu Regnicola feciſti per notarium exẽplari inſtrumentum alterius notarij : ſi in huiuſmodi exemplatione non feciſti par-
1 tẽ citari:quæro abſte† nunquid hoc exemplum probet? Communis eſt concluſio omnium fere docto. quod non , in auth. ſi quis in aliquo documento.C.de eden. Sed contrarium eſt verum in regno:dictũ eſt ſingu. do.Anto.de Alex.in d,authen.ſi quis in aliquo in iiij.col.in fin.vbi dicit,no.tu Regnicola , quia hæc eſt conſuetudo antiqua in magna curia Vicarię ꝙ inſtrumenta exemplantur & authenticantur abſque partis citatione & faciunt fide quod no. & tene menti quia alias fuit dubitatum de hoc.

1 *Vxor an poſsit eſſe procuratrix pro marito abſente?*

51 Quæro abs te de eo† quod præteritis an-
1 te diebus fuit dubitatum in contingentia facti:nunquid vxor poſsit eſſe procuratrix pro marito abſente? Tu diceres quod ſic,

nam in ſimili habemus: ꝙ poteſt eſſe procu ratrix iſto caſu abſentiæ pro parte: vt eſt tex. no. in l. fœminæ. ff. de procu. In contrarium eſt veritas, tex. eſt quem ibi do. Anto. de Alex. in fi. dicit eſſe perpetuo menti tenendum in l. qui abſente. C. de procura.

1 *Archiepiſcopus poteſt cogi tenere vicarium.*

52 Semel accidit iſte caſus de facto. Reuerendiſsimus Archiepiſcopus Amalfitanus, nolebat ſibi ponere vicariũ, dicebat enim, ego volo per me cauſas audire. diœceſani vero dicebant contrarium, fuit ſuper hoc conſultus magnificus & excellens do. Iancola de Vicarijs, vir quidem in vtroq; iure conſumatiſsimus: qui pro ſua ſolita benignitate: & ſingulari amore, quo me proſequebatur: contulit mecum de iſto caſu. cui ego ſtatim allegaui dictum vnicum Abba.
1 in c. quoniam. de offi. ordi. vbi dixit † ꝙ cogi poteſt epiſcopus tenere vicarium, refert & ſequitur ibi do. Fely. dicens ibi in ij. col. ſe neſcire alibi: & licet multa adducat ad impugnandum hoc dictum, tamen in fi. dicit, cogitabis propter authoritatem Abb. quod: no. quia ſepe occurit de facto.

1 *Cautio fideiuſſoria de non aliquem offendẽdo non eſt praſtanda niſi ſubſit legitima cauſa.*

53 Quotidie occurrit de facto iſte caſus, quẽ nunc ſubijciam: Officiales noſtri temporis tametſi nulla ſubſit iuſta cauſa, vt lucrentur illas minimas ſportulas cum actuarijs: cogunt ſubditos ad præſtandam fideiuſſoriam cautionem de non offendendo. Et dũ eis obijcitur, quod non ſubeſt iuſta cauſa: reſpondent ſe facere hoc ex officio: quo caſu dicunt non requiri aliquam cauſam, ſed tunc demum cum hoc faciunt ad inſtan
1 tiam partis: Sed ego dico † ꝙ non bene faciunt: nam ſiue moueantur ad inſtantiã partis, ſiue ex officio: debet ſubeſſe iuſta cauſa: quia grauare quem ad ſatiſdandum, ſæpe laborioſum eſt l. ij. §. ſi dubitetur. ff. de iudi. dictum eſt elegans Ioan. de Imo. in l. ij. §. ſi dubitetur. ff. de iudi. dictum eſt elegãs Ioan. de Imol. in l. ij. §. j. in fin. ff. ſolu. matri. reprobando Dyn. qui dixit, non eſſe opus cauſæ cognitione; quando iudex mouetur ex officio, refert & ſequitur do. Fely. in rubrica de treuga & pace. in viij. col. in prin. verſu qui timet ibi prima declaratio quod no. quia ſæpe huiuſmodi de facto, & iudices paſsim in hoc errant, vt dixi.

1 *Compromiſſum ſi ex ſtatuto debeat inter cõſanguineos litigantes fieri, an ſi ex primo compromiſſo facto lis non ſit ſopita, ſed lapſum ſit tempus, an iterum ſit compromittendum?*

54 Stante regia nouella pragmatica incip. odia litium, ſub rubrica de compromiſsis inter coniunctas perſonas, de qua meminimus etiam ſupra in xxxviij. ſing. ꝙ cauſæ debeant compromitti vſque ad quartũ gradum conſanguinitatis, vel affinitatis incluſiue ſecundum ius ciuile computandum, ſi fuit cauſa compromiſſa & infra terminum non fuit expedita, ego quæro abs te, nun-
1 quid ſit † iterum compromittenda vigore pragmaticæ? Tu diceres ꝙ non, & ꝙ verificatur dicta pragmatica in prima vice, per l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbo. ſigni. Tene contrarium, nam debet adhuc iterũ compromitti, quia per primum compromiſſum non eſt ſatiſfactũ menti dictæ pragmaticæ, dictum eſt Bald. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. ff. de lega. iij. inferens ad ſtatutum de compromiſsis propinquorum, vt non ſit ſatis factum ſtatuto per primum compromiſſum: quod exp:rauit, ſed debet iterum compromitti, cum adhuc vendicet ſibi locum ratio dicti ſtatuti, quæ eſt, vt lites finiantur, & ſic reſpondet ad. §. hoc ſermone, refert & ſequitur do. Fely. in c. fin. in pen. col. circa medium ibi fallit quinto de treuga & pace: quod no. ad intellectum dictæ pragmaticæ, quia quotidie euenit.

1 *Clauſula, caſſans, irritãs, & annullans omne aliud teſtamentum &c. poſita in ſecundo teſtamento nullo, an reuocet primum teſtamentum validum?*

55 Quidam fecit ſibi teſtamentũ de iure validum, tractu temporis fecit ſibi aliud teſtamentum, & in eo notarius appoſuit illam clauſulam, quæ ſolet communiter apponi, videlicet, caſſans, irritans, & annullãs omne aliud teſtamentum &c. euenit caſus, ꝙ ex aliqua iuſta cauſa iſtud vltimũ nõ ſubſi-
1 ſtebat de iure. quæro abſte: nũquid † primũ teſtamentum remaneat in ſuo robore? Tu diceres, ꝙ non, nam illud fuit annullatum per dictam clauſulam, caſſans irritans &c.

Tene contrarium: dictum eſt Pau. de Caſt.
in l. ſancimus. in fin. C. de teſta. vbi dicit: ꝙ
iſta clauſula irritans &c. habet tacitam cō
ditionem, videlicet ſi illud aliud teſtamen-
tum, in quo eſt iſta clauſula: eſt validū per
illum tex. quem dicit ſing. no. māda memo
riæ: quia poſſet tibi inſeruire de facto in
re ardua.

1 *Prothomiſim ſi quis habeat in fundo vendi-
to, an tunc etiam admittatur, quando ven
ditio fuit nulla?*

56 Per l. ſancimus. de iure congrui: ſiue pro
thomiſeos, de qua meminimus ſupra in
xxxiiij. ſing. vicinus admittitur ad fundum
venditum habendum ſoluto pretio: quæro
1 abs te† ſi illa vēditio non fuit valida, puta
quia facta a muliere viuente iure longobar
do ſine interuentu mundualdorū: nunquid
vicinus admittatur: vel conſanguineus vi-
gore d. l. ſancimus? dicas quod non: dictum
eſt Pau. de Caſt. in cōſi. cccxxvj. vbi dixit,
quod ſtatutum fauens vicino ſuper vendi-
tione facta a vicino, eo irrequiſito, intelli-
gitur de venditione alias valida, pro quo
facit quod dicit Bal. in l. ij. in ij. col. C. de iu
re emphi. ꝙ pœna appoſita a iure emphy-
teutæ alienanti irrequiſito domino, intelli-
gitur de alienatione alias valida, puta habē
te conſenſum propinquorum requiſitum a
ſtatuto, de quo exclamat Fran. de Cre. no.
cxij. incip. ſtatuto cauetur, quod mulier, &
pulchre Iaſo. in repe. l. fi. C. de iure emphy.
no. ad intellectum dicta l. ſancimus. in actu
practico.

1 *Tumultuātes in publicis concionibus, vel cō
ſilijs, ſunt expellendi.*

57 Scio in patria mea eſſe nonnullos: qui
1 ſemper† in publicis concionibus, & parla-
mentis ſolent ſuſcitare tumultum, contra
quos ſæpius dixi, expellantur hi de publi-
cis concionibus, parlamentis & conſilijs:
dictum eſt Bald. in c. vt iuxta de offi. ordi.
vbi no. arg. ex illo tex. p ciuitatibus Thu-
ſciæ, quæ de eorum parlamentis & cōſilijs
publicis expellunt magnates, quia expellē
di ſunt hi, qui poſſunt generare tumultum,
quod ipſe ibi dicit eſſe valde no.

1 *Iudex ſi ex officio in aliquibus caſibus pro-
cedere poßit, an in illis procedere poßit fa-
ma non præcedente?*

2 *Inquiſitio ſi ſit permiſſa intelligitur præce-
dente fama.*

58 In regno poteſt in multis caſibus proce-
di ex officio, de quibus in c. ab illo incho-
andum ſub rubrica, de inquiſitionibus: &
in c. ſi temporum alternata conditio ſub ru
brica de nō procedendo ex offi. niſi in cer-
tis caſibus, & ad tempus, & in multis alijs.
1 cap. quæro abs te†: an in caſu, in quo poteſt
iudex ex officio procedere, poſsit procede
re non præcedente fama? Diceres ꝙ ſic: vi
gore dictorum capitulorum. In cōtrarium
eſt veritas, etiam ſi in dictis capitulis dice-
retur, quod in dictis caſibus libere poſsit
procedi: quia adhuc intelligitur præceden-
te fama: tex. eſt in c. j. de offi. ordi. in verſi. li
bere: coniuncta gloſ. Ber. quod Bald. ibi. in
ij. colum. in princi. dicit eſſe menti tenendū
& tu no. & manda memoriæ ad intellectū
2 dictorum capitulorum. Nam quando† eſt
permiſſa inquiſitio, intelligitur præcedente
fama vt in c. qualiter & quando il ij. de ac-
cu. & hoc regulariter, nam ſunt certi caſus
in quibus proceditur non præcedente fa-
ma, quos non intendo proſequi nunc.

1 *Iuramentum an validet contractum inuali
dum ratione ſolennitatis, vel conſenſus
omißi?*

59 Pone ꝙ mulier, quæ iure viuens longo-
bardo non adhibuit mundualdos in con-
tractu, prout debebat, ſed iurauit tantum:
1 nunquid† huiuſmodi iuramentum validet
contractum, nec ne? Tu diceres quod non
per id quod tenet Bar. in l. ſi quis pro eo. ff.
de fideiuſ. vbi dicit, ꝙ ſi minor prohibetur
contrahere ſine certa ſolennitate, non va-
let contractus poſtpoſita ſolennitate, etiam
ſi interuenit iuramentū, mouetur quia pec-
cat tranſgrediendo prohibitionem ſuperio
ris: & ſic nulla debet oriri obligatio. In con
trarium eſt veritas, ita domi. Abba. in c. ad
apoſtolicam in ij. colum. in princi. & in ter
tia in fi. de regula, & tranſeun. ad relig. &
dicit in contrarium facere aperte illam li-
teram in d. c. ad apoſtolicam iuncto c. Con-
ſaldus. xvij. q. ij. inducendo, vt ibi per eum,
quod dicit eſſe menti tenendum, ideo no.
quia quotidie poſſet occurrere de facto, vi
de tamen Fely. mordentem domi. Abba. in
c. ſi diligenti. in ij. col. ibi ſecundum corro-
larium, extra de foro competenti.

1 *Coniuges ſe voluntarie ſeparantes poſſunt ſe*

*inuicem alter alterum repetere non obſtā-
te huiuſmodi voluntaria ſeparatione.*

60 Volo tibi adducere vnum caſum, in quo
non ſpoliatus poteſt petere reſtitutionem:
& accidit iſte caſus quotidie: maxime in
quibuſdam regionibus: quas honeſtatis cau
ſa nolo aliter nominare: in quibus coniun-
ges ſunt multum faciles ad ſe adinuicē ſe-
1 parandum: quæritur nunquid † non obſtan-
te huiuſmodi ſeparatione voluntaria, poſ-
ſit alter ex eis alterum repetere, etiam pe-
tendo reſtitutionem? Tu diceres, ꝙ non ra
tione voluntariæ ſeparationis, Tene cōtrā
rium: etiam ſi deuentum ſit poſt illam ſepa-
rationem volōtariam ad aliud matrimoniū,
tex. eſt quem ibi Abb. in vlti. no. dicit tenē-
dum ſemper menti in c. veniens. de regula.
& tranſe. ad reli. Et pluries iſte caſus occur
rit mihi dū eſſem Vicarius generalis apud
Hydruentem, vbi ſæpius iſti caſus tranſmit
tebantur mihi a longe: vt conſulerem ſu-
per illis.

1 *Emphyteuticus contractus, & cenſualis in quibus inter ſe differat?*

2 *Cenſualis cōtractus in dubio cenſetur, quā-do non apparet an ſit cenſualis, vel emphy teuticus.*

61 Multæ ſunt † differentiæ inter contractū
1 emphyteuticum & cenſualem: de quibus
plene per docto. in c. conſtitutus de religio.
do. & inter alias eſt iſta, quam ibi ponit bo
na glo. in ver. iuxta ratam, & ibi plene per
Abb. in pen. col. ꝙ in cōtractu cenſuali per
non ſolutionem cenſus non incidit res in
2 commiſſum, ego quæro abs te † quid ſi ex
contractu non appareat, an ſit contractus
emphyteuticus, vel cenſualis? dicas ꝙ in du
bio erit cenſualis, ſing. eſt verbum Albe. de
roſa. in l. ij. C. de iure emphy. in viij. colū.
in verſic. quid de quæſtione a me quæſita
per quendam priorem, Et ideo ſi ceſſauerit
mille annis ſoluere, non poterit expelli, &
ita dicit iudicaſſe, ꝙ eſſet cēſualis, alleg. no.
per glo. & Inno. in d. c. cōſtitutus. quod no.
in facto, & manda memoriæ perpetuo. [illegible] 130 · col · 2 · [illegible]

1 *Emphyteuta qui iurauit ſoluere in tempore canonem, & propter paupertatem nō ſoluit, an ſit periurus, & cadat a iure ſuo?*

62 Quia in præcedenti ſingu. facta eſt men-
tio de contractu emphyteutico, in quo tu
habes, ꝙ propter non ſolutum canonē in-
fra terminum a iure ſtatutum res incidit in
1 commiſſum: pone † ꝙ elapſus eſt terminus
iſte, & non fuit ſolutus canon, ſiue cenſus
debitus propter paupertatem & neceſsita-
tem emphyteutæ, qui iurauit ſoluere in tē-
pore, nunquid ſit periurus? & ceciderit a iu
re ſuo? Tu diceres ꝙ ſic, nam non ſoluit in
tempore, & dies ſtatutus ſi interpellat pro
homine c. potuit. extra locati. & eſt periu-
rus, quia non ſeruauit iuſiurandum l. ſi quis
maior. C. de tranſactio. In contrarium eſt
veritas, nam ſi propter inopiam non ſoluit,
nō cadit a iure ſuo, neque eſt periurus tex.
& ibi Bal. in no. in c. querelam extra de iu-
reiur. vbi dicit ꝙ paupertas excuſat a per-
iurio, & ab infamia, quod dicit eſſe bene
no. & ibi etiam dicit in finalibus verbis, ꝙ
vbi in tali contractu eſſet appoſitum iura-
mentum, non ſubintelligitur iſta clauſula,
ſi non ſoluerit infra biennium, quia etiam
ante lapſum biennij incidit in periurium,
& in commiſſum propter non ſolutum
canonem, tene menti prædicta in contingē-
tia facti.

1 *Teſtes qui nam cōtractui interfuerint ſi ali-quis ex contrahentibus neſciat, velit tamē per eos contractum probare, epiſcopum lo-ci adire debet, vt eo autore fiat præceptū generale ſub excōmunicationis pœna, vt qui ſuper tali facto nouerint veritatem compareant ad teſtimonium ferendum.*

63 Sæpe contingit de facto: ꝙ aliquis depo
nit pœnes Titium aliquam pecuniarum
quantitatem: & ſecutus fidem illius nō ad-
uertit ad teſtes: qui ibi reperiuntur: cū autē
tractu temporis petitur depoſitum, depoſi-
tarius illud inficiatur, deponens vero ſcit
depoſuiſſe in præſentia teſtium, tamē eorū
non recordatur, teſtes illi ob aliquem reſpe
ctum, quem habent forte ad depoſitarium
nolunt ſe ingerere, & dicere deponenti:
nos ſumus teſtes illius depoſiti. Quæro abs
1 te † quomodo ſuccurratur illi deponenti?
Reſpondeo adeat epiſcopum loci, vt eo au
thore fiat generale præceptum ſub excom-
municationis pœna, vt qui ſuper tali facto
nouerint veritatem compareāt ad teſtimo-
nium proferēdum, iſtam bonam practicam
docet Abb. per illum tex. in c. ad noſtram
ſecundo in no. extra de iureiurā. & ibi etiā

dicit, ꝙ hæc practica procedit etiam contra laicos, fundamentum eſt iſtud, quia tacere veritatem eſt peccatum mortale, vt in c. quiſquis. xj. q. iij. & in c. j. de crimi. fal. & ratione peccati quilibet eſt de foro eccleſ. c. nouit. de iudi. quam practicam dicit Abb. in d. c. ad noſtram. tene menti.

1 *Conſuetus tale crimen committere, pro quo pecuniaria pœna venit imponenda, ſi iterum illud committat, poterit capitaliter puniri.*

64 Tu habes Regni conſtitutionem, ſi quis aliquem, ſub rubrica de percuſſione illicita cum armis, ꝙ percutiens aliquem cum armis prohibitis: ſi percuſſus ex percuſſione illa minime moriatur, debet manum, cũ qua percuſſit amittere. Sed pone, ꝙ talis percuſſor alias conſueuit facere iſtas percuſſiones: nunquid iudex poſſit eum decapitare in Regno pro percuſſione nouiſſime factã? Tu diceres, ꝙ non, propter dictã conſtitutionem, ſi quis aliquem, quæ inducit ammiſſionem manus. Tene cõtrarium, nam propter cõſuetudinem huiuſmodi delicti poterit condemnari ad mortem capitalem: dictum eſt elegans Ange. de Peru. in additio. ad Bartol. in l. vnica. C. de ſuper exactio. lib. x. in fortioribus terminis, vbi ſingu. & mirabiliter dicit, ꝙ committens
1 †crimen pro quo venit imponenda pœna pecuniaria, ſi eſt conſuetus tale crimen cõmittere, poterit puniri capitaliter, quod dictum ego tibi applico ad aliam conſtitutionem Regni quæ incip. aſperitatem: ſub rubrica de pœna eius, qui contra aliquem tãtum arma extraxerit, vbi extrahens tantũ arma contra aliquem tenetur ad duplicatã pœnam delationis armorum: nã ſi talis eſt ſolitus contra aliquos tantum arma extrahere, poterit decapitari, & tamen pœna erat pecuniaria, manda memoriæ hoc dictum Angeli ad excuſationem iudicum & aſſeſſorum, quod ipſe dicit eſſe menti tenendum in præall. loco per illum text. in d. l. vnica in verbo perſeueret. pro quo alleg. etiam tex. in l. omnes. §. delatores. C. de delatoribus: uo. in actu practico.

1 *Expedire cauſam qui infra certum tempus tenetur ſub pœna, an pœnam euitet ſi infra illud tempus partes ab inſtantia iudicij abſoluat?*

65 Per regiam nouellam pragmaticam incip. odia litium, de qua meminimus ſupra in liiij. & in xxxviij. ſingu. arbitri non expedientes cauſam eis compromiſſam infra terminum, de quo ibi: tenentur ad certam
1 pœnam in ea contentam: quæro abs te †ſi dicti arbitri infra dictum terminum abſoluũt partes ab inſtantia iudicij, an videantur terminaſſe cauſam? dicas ꝙ non, tex. eſt in l. generali. C. de decurio. lib. x. & ibi eſt bona additio ad lecturam Bartol. quæ hoc etiam dicit. Nam per abſolutionem ab obſeruatione iudicij nõ terminatur cauſa: licet inſtantia perimatur no. ad intellectum dictæ pragmaticæ, & manda memoriæ.

1 *Eccleſiæ res vltra triennium locari non poteſt, et quid ſi elapſo triennio, ad alios tres annos fiat eidem conductori relocatio, an valeat?*

66 Vulgata eſt extrauagans Pauli Veneti Pontificis max. incip. Ambitioſę cupiditati ſub rubrica de reb. eccle. non alie. quæ prohibet alienationem, hypothecam: conceſſionem, locationem & conductionem rerũ eccleſiaſticarum vltra trienniũ, quæro abs te de vno caſu, de quo ſæpius interrogaberis, maxime ab iſtis prælatis, & abbatibus ac commendatarijs noſtri temporis: quia
1 occurrit quotidie de facto, Prælatus †locat rem eccleſiæ ad triennium, certe iſta non eſt alienatio: poſtea quando ſunt lapſi tres anni: iſte conductor facit ſibi relocare ad alios tres annos inchoaturus a die finite primę locationis, nunquid valeat? Dicas ꝙ nõ quia videtur talis relocatio eſſe facta in fraudem dictæ extrauagantis, ſing. eſt deciſio. Cardi. Zaba. in cle. j. §. fina. in pen. q. de reb. eccle. non alien. referunt & ſequuntur Moder Papien. in l. manumiſſiones. in ſecunda colum. ff. de iuſti. & iur. vbi multa alia bona adducunt ad iſtam materiam: mãda memoriæ quia vt dixi: quotidie occurit & adde Fely. in c. quæ in eccleſiarum xxx. col. in prin. de conſti.

1 *Concubinarij nunquid poſſint per iudicem ſecularem compelli ad dimittendum concubinas?*
2 *Meretrix poteſt a vicinis expelli.*

67 In patria mea ſunt aliqui concubinarij,
1 ego †quæro nunquid poſſint per iudicẽ ſecularem

cularem

cularem compelli ad illas dimittendas concubinas? Tu diceres ꝙ nõ, nam iſtud crimẽ cõcubinatus hodie eſt effectum de iure eccleſiaſtico: vt plene per do. Abb. in c. cum ſit generale de foro compe. Tene contrarium, ꝙ etiam iudex ſecularis hoc poteſt, tex. eſt in l. iuſtitia ibi honeſte viuere. ff. de iuſti. & iur. per quæ verba refert Albe. ibi ꝙ Matth. de Fano: dum eſſet poteſtas in ciuitate Romandiolę: & quidam nobilis habens vxorem teneret etiam concubinam, compulit eum per illam l. vt concubinam dimitteret, & honeſte viueret, put ius præcipit. Et ad hoc propoſitum honeſtatis dicit etiam Pau. de Caſt. in l. nullus per illum

2 tex. C. de ſum tri. ꝙ ſi† meretrix: quæ vellet venire ad habitandum in aliqua ciuitate in vicina aliqua, vicini poſſent eam repellere: ne alias inficiat, facit l. minime, C. de epiſ. aud. no. in actu practico.

1 *Fœmina quæ extãtibus maſculis ex ſtatuto non ſuccedit ſed maritatur, an ſuccedat in iure patronatus eccleſiaſtico competenti hæreditati cum fratribus ſuis?*

68 Supra in xxvj. & xxxvj. ſing. fuit adducta conſtitutio regni, in aliquibus de ſucceſsio. filio. comi. vel baro. per quam extãtibus maſculis, filia fœmina non ſuccedit, ſed maritatur de proprio, ego quæro abs

1 te† nunquid iſta fœmina ſic maritata ſuccedat in iure patronatus eccleſiaſtico competenti hęreditati cum fratribus ſuis: vel quibuslibet alijs hæredibus extraneis inſtitutis? Tene ꝙ non, ſingu. eſt deciſio do. Stepha. de Caeta de Neapoli in repetitio. ca. quoniam. in xxviij. columna de electio. lib. vj. in quo tractauit materiam iuris patronatus, vbi dicit notandum eſſe in hoc Regno in baronibus, & ciuitate Neapolis, vbi maſculi ſuccedunt: & ſic fœminæ tunc non præſentant, vbi etiam videtur hoc limitare, niſi percepiſſet hoc ius patronatus pro ſe & filijs, quia tunc veniret iſta fœmina ex perſona ſua: quantumcunque non ſit hęres: quod ego latius firmaui dum legerem Salerni, in cap. j. de iurepatro. Nota in Regno & manda memoriæ, quia ſæpe occurrit de facto.

8 *Autor poteſt laudari, & quid ſi clericus laudatus ſit an in iudicio ſeculari poſſit opponere declinatoriam fori?*

69 Regia nouella pragmatica incipiens dubitationem circa dilationem petitam ſub rubrica de termino citãdi actorem in cauſa reali, vult auctorem poſſe laudari: quod eſt conforme cum diſpoſitione iuris communis: vt in l. j. C. vbi in rem actio. & in l. venditor. ff. de iudi. & in c. ſi venditori extra de emptio. & vendi. Quæro abs te in terminis dictæ pragmaticæ, ſi auctor laudatus eſt clericus, & promiſit in inſtrumento iurato de euictione, & ſuſcipere in ſe iudicium, & facere ipſum emptorem victo-

1 rem &c. nunquid† iſte clericus poſsit ſic laudatus in iudicio ſeculari opponere declinatoriam fori? Tu diceres ꝙ non, propter gl. nota. in cap. clericus. nullum xj. quæſtio. j. quæ bene intellecta tenet, quod ipſe clericus tenetur defendere rem venditam layco in foro ſeculari: & hoc tenet Abba. in d. capit. ſi venditori. in ſecunda colum. circa medium ibi ſed eſt dubium no. quod probat ratione, iudicium eſt inſtructum contra emptorem tanquam poſſeſſorem, ſed venditor venit ſolum ad aſsiſtendum emptori, & defendendum eum, vt in dicta l. prima. C. vbi in rem actio. vnde iudicium inſtitutum contra emptorem non transfertur in venditorem dicta l. venditor. Et iſta cõcluſio firmari & probari videtur in dicta regia pragmatica vbi in omnem euentũ iudicium non transfertur in perſonam laudatam, ſiue auctor laudatus ſit præſens, ſiue non. In contrarium eſt veritas, & in terminis quæſtionis noſtræ contrarium decidit Angel. in dicta l. venditor. vbi dicit: quod quamuis ipſe auctor laudatus ſit defenſor tantum, non reus tamen vt defenſor poterit opponere declinatoriã ex perſona ſua, quia eſt clericus, & ſic dicit limitari illam l. & d. l. j. C. vbi in rem actio. quæ illi cõcordat: vt ibi latius per eum. Vnde dato, quod regia pragmatica videatur innuere ipſum reum debere ſubſtinere iudicium, tamẽ clericus poteſt declinare dictum forum ſeculare ex perſona ſua: vt per Angel. etiam in d. l. venditor. & quando hoc non ſufficeret in terminis quæſtionis noſtræ, deberet ſufficere illud, quod promiſit ipſe clericus. ſ. de ſuſcipiẽdo iudicium in ſe, quo caſu erit reus, & ſic poterit declinare forum ſeculare, quod Abb in prææalleg. loco non diffitetur, imo expreſſe hoc tenet per rationes, quas adducit, ad quod facit dicta pragmatica in quantum vult actorem laudatũ debere obſeruare omnia, quæ promiſit in inſtrumento, manda memoriæ, quia quotidie

occurrit de facto, & hic habes hunc punctum bene examinatum ad intellectum dictæ regiæ pragmaticæ.

8 *Venditor promittens de euictione rei venditæ, ſi ſit conſanguineus comprehenſus a ſtatuto de compromiſsis loquente, ſi ab emptore in iudicium vocetur, ob quæſtionem ſibi motam ſuper ipſa re vendita, an poſsit petere huiuſmodi cauſam compromitti?*

70 Quia regia nouella pragmatica odia litium, de qua meminimus ſupra in xxxviij. & liiij. ſing. vult inter conſanguineos & affines vſque ad quartum gradũ debere cau
1 ſas cõpromitti, ego quæro † abs te ſi Titius vendidit mihi fundum, & promiſit de euictione vt fit, mouetur mihi quæſtio per Sempronium ſuper dicto fundo: laudo Titium in auctorem meum, qui eſt conſanguineus cum actore Sempronio, comparet Titius auctor laudatus, & petit cauſam huiuſmodi compromitti vigore pragmaticæ, nunquid cauſa debeat cõpromitti? Dicas ꝙ non, ita ſingu. Bar. in l. procurator ad exhibendum. §. j. ff. rem ratam habe. & poſt eũ Ang. in l. venditor. in ij. col. in prin. ff. de iudi. ratio eſt, quia ſic mutaretur iudicium, & perſona iudicis, quod no, quia quotidie euenit.

1 *Bannitum occidens ex priuato odio, ſi producatur in teſtem in cauſa criminali, vel ciuili ardua, an poſsit repelli tãquam infamis infamia facti?*

71 Meminimus ſupra in x. & xxvij. ſingu. conſtitutionis Regni pœnã horum de forbannitis & foriudicatis, quæ permittit forbannitum & foriudicatum poſſe impune offendi. pone ꝙ aliquis ex priuato odio, ſiue inimicitia interfecit Sempronium bannitum, & foriudicatum, deinde iſte interfector producitur in teſtem in aliqua cauſa maxime criminali, vel ciuili ardua; quæro
1 abs te: † nunquid poſsit repulſari tanquam infamis infamia facti? Tu diceres ꝙ ſic, per id quod tenet Bal. in l. decuriones. C. de infami. vbi dicit ſtante ſtatuto, ꝙ homicida non poſsit eſſe de prioribus, ſi aliquis occidit bannitum non ex officij neceſsitate, ſed ex priuata inimicitia non poteſt eſſe de numero priorum, & eſt infamis infamia facti, quia licet homicidium ſit tolerabile, nõ tamen eſt laudabile: ſecus in iudice, cum faciat pro executione iuſtitiæ. In contrarium eſt veritas in terminis dictæ conſtitutionis, quæ apponit verbum impune: quod enim impune fit, maleficium nõ eſt ſecundũ Bal. in d. loco. per l. is qui aggreſſorem C. ad l. Cor. de ſica. ibi. nullam calumniam metuendam, quibus verbis vtitur etiam dicta conſtitutio, dum dicit nullam proinde calumniam vereatur: & hoc dictum ſequitur do. mi. Ioan. de Ana. in c. ſi perfodiens in quarta colum. de homi. quæ omnia refert, & ſequitur do. Fely. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. in v. colũ. in princ. & dicit eſſe no. ad intellectum dicti ſtatuti: & tu no. ad intellectum dictæ conſtitutionis.

1 *Eccleſiæ res qua cautela poſsint locari vltra triennium, etiam ad lõgiſsimum tempus.*

72 Quia ſupra in lxvj. ſing. fuit facta mentio de extrauaganti Pauli pontificis max. incip. ambitioſę cupiditati de re. eccle. non alie. quæ vulgo ſolet Paulina nuncupari: per quam prohibetur etiam locatio rerum eccleſiarum vltra triennium quæro abs te
1 † nunquid non obſtante illa prohibitione poſsit inueniri via & modus vt fiat locatio etiam ad longum & longiſsimum tempus? Tu diceres ꝙ non, nam locatio vltra trienniũ videtur eſſe alienatio, & ideo prohibetur, vt ibi. Sed ego dico tibi, ꝙ ſi locator faceret locationem vltra triennium, & ad longum & longiſsimum tempus, & in dicta locatione ſit expreſſe dictum; ꝙ nullum vtile dominiũ transferatur in conductorem, ꝙ iſto modo talis locatio procederet etiã in terminis dictæ extrauagantis. Nam ratio quare locatio prohibetur vltra triennium eſt, quia videtur eſſe alienatio quædam, iſta ratio ceſſat quando eſt dictũ, ꝙ non transferatur vtile dominium, ita ſingu. declarat Bald. in c. quæ in eccleſiarum. de conſti. & Imo. in c. ad audiẽtiam de reb. eccle. non alie. cum alijs alleg. per do. Fely. in d. c. quæ in eccleſiarum. xxx. columna. ibi ſexta declaratio: & ideo aduerte, vt apponi facias in inſtrumentis locationis dicta verba & eris ſecurus tam locator, quã conductor. & nota, ad intellectum dictæ extrauagantis.

1 *Statuta contra immunitatem eccleſiæ a lay*

cis facta, ab epiſcopis tolli poſſunt. Et an id fieri poßit non citatis ſtatuentibus?

73 Clericis laycos infeſtos oppido tradit antiquitas dicit tex. ad literam in cap. clericis in princi. de immu. eccle. libro vj. quia quotidie faciunt noua ſtatuta contra eccleſiæ immunitatem, & eccleſiaſticarum perſo-
1 narum, quæro abs te, quia ſi ſtatuta† illa ſunt notoria, poteſt epiſcopus ea tollere, nunquid poſsit nō citatis ſtatuentibus? Tu diceres ꝙ non per regu. l. de vno quoque. ff. de re iudi. & l. nam ita diuus. ff. de adop. cum alijs vulga. & maxime quia etiam in notorijs requiritur citatio cap. ad noſtram. iij. de iureiuran. maxime per docto. Tene contrarium: nam poteſt illa tollere, etiam non citatis ſtatuentibus, ita ſingu. dixit Archi. in cap. quæ Lotharius prope finem ij. quæſtio. prima refert & ſequitur domi. Felyn. in cap. eccleſia ſanctæ Mariæ. xliij. colum. in fin. de conſti. vbi hoc corroborat multis alijs per eum allegatis; quod not. in fauorem eccleſiæ, & eccleſiaſticarum perſonarum, quando caſus occurret.

1 *Tranſactio non reſcinditur prætextu inſtrumenti de nouo reperti: & idem in ſententia: & quæ prædictæ cōcluſionis ratio ſit?*

74 Singu. eſt l. ſub prætextu ſecundum Bal.
1 ibi, C. de tranſac. ꝙ tranſactio† non reſcinditur prætextu inſtrumenti de nouo reperti, & idem dicimus in ſententia, vt eſt tex. de iure canonico in c. inter monaſterium circa finem de re iudi. & de iure ciuili in l. ſub ſpecie. C. de re iudi. & in l. imperatoris. ff. eo. & per Iaſon. in dicta l. ſub prætextu. in ij. colum. ego quæro abs te de ratione iſtius deciſionis? Dicas ꝙ duplex eſt ratio. Prima, quia per tranſactionem, & ſententiam eſt impoſitus finis liti: & iſta ratio videtur poni in d. c. inter monaſterium, vbi dicitur ꝙ prætextu inſtrumenti de nouo reperti non debent lites inſtaurari, & iſtam rationem reddiderunt Bald. & Salyce. in dicta l. ſub prætextu: vt ibi refert Iaſo. in princi. Alia & ſecunda ratio eſt, quam aſsignat Bald. in cap. primo. ad fin. extra de tranſa. per illum tex. quem ad hoc reputat no. dignum & mirabilem, quia facta tranſactione bona fide; omnia inſtrumenta & iura ſunt ipſo iure caſſa & irrita, & ideo non poſſunt tranſactionem infringere, & ille text. in d. cap. primo. de tranſa. eſt melior, qui ſit in iure ſecundum Bald. in rubrica extra eo. in ſecunda colum. niſi inſtrumenta illa de nouo reperta fuiſſent ſubtracta per aduerſarium vt per Bal. etiam. in d. c. j. in vltimis verbis, quia poterunt produci, manda memoriæ.

1 *Citatus ad informandum in cauſa criminali an poßit comparere per procuratorē bene inſtructum?*

2 *Iudex ad hoc vt in criminalibus poßit citare reum vt perſonaliter compareat, quæ concurrere debeant? Et an tunc cauſa in citatione ſit inſerenda?*

75 In criminalibus ſolent iudices Regnicolæ ſtatim, & in primis citare ad informandum: quo caſu non admittunt procuratorem, quantuncunque bene inſtructum, ſed volunt ipſum principalem omnino: vt ſic comparens perſonaliter conijciatur in carcerem, & ſic faciant prouentus, quāuis contra illum citatum non appareant inditia,
1 Ego quæro abs te† nunquid iſte ſic citatus, poſsit comparere per procuratorem bene inſtructum, & informatum? Tu diceres ꝙ non, ſed principalis debet comparere ad informandum, vt videat iudex quo vultu, qua trepidatione reſpondeat, vt eſt vera concluſio Bart. quicquid alibi dixerit in l. qui bona. §. ſi alieno in viij. colū. ff. de dam. infec. ſequuntur Angel. & Paul. de Caſt. & plenius domi. Alexand. in l. in pecuniarijs. C. de procu. & idem Angel. in l. ſi actor. ff. eo. Tamen in contrarium eſt veritas in caſu noſtro, in quo nō ſunt inditia cōtra principalem ita no. Bald. in l. ſeruum quoque. §. publice. ff. de procura. idem Bald. & Albe. & do. Alex. & domi. Iaſo. in d. l. in pecunia-
2 rijs. Et ideo concludo† ꝙ nunquam iudex poſſet citare principalem, vt perſonaliter compareat, niſi duobus concurrentibus, quod ſint indicia contra eum, & quod ſit cauſa, in qua poſsit deueniri ad torturā per ſuperius alleg. Vnde cum in regno non in omnibus cauſis criminalibus poſsit deueniri ad torturam: ſed in illis dūtaxat, de quibus habetur in cap. Regni. incip. tormentis ſub rubrica de tormentis, nō poterit iudex citare perſonaliter: & dato ꝙ citet, poterit ſic citatus comparere per procuratorē bene inſtructum & informatum: niſi ſimus in caſibus, in quibus poſsit deueniri ad torturam: & contra reum extent inditia ſufficiētia, quo caſu iſta cauſa etiam debet inſeri:

in citatione, vt concludit Ioan. And. in c. j. de iudic. libro vj. & Bald. in l. prima. §. vſus in fin. ff. de procu. Guid. de Suza. & Cyn. in dicta l. in pecuniarijs: vbi dicunt, ꝙ in caſu in quo poteſt cogi aliquis vt compareat perſonaliter debet inſeri cauſa in citatione, fundamentum eſt iſtud, nam indultũ a iure beneficium ſcilicet comparendi per procuratorem nemini eſt auferendum cap. primo de iudi. libro vj. niſi ex cauſa iuſta: iſta cauſa debet inſeri in citatione. Nec habet obſtare: ſi diceretur, ſi in citatione dicitur, ꝙ compareat: quia contra eum extant indicia, vt ſubijciatur quæſtionibus, ille citatus aufugeret: Ad hoc ego reſpondeo, nõ citet iudex verbaliter: ſed realiter, quia poterit ſtantibus cõtra eum probationibus ſufficientibus procedere ad capturam & hoc manda memoriæ: quia ſic poteris adiuuare amicum tuum: ne ſiat cõtumax: ſi mittit procuratorem bene inſtructum, & informatum cum ſpeciali mandato ad ſic reſpondendum per prædicta: & hoc quotidie occurrit.

1 *Suſpicio contra iudicem allegata ſi ſit notoria an ad arbitros ſit eundum?*

76 Modus recuſandi iudicem in regno tam ordinarium, quam delegatum ponitur per cap. regni incipien. Item ſi contingat alias principis circunſpecta prouiſio: quod cap. non eſt, cum alijs cap. Regni ſed eſt inſertus inter ritus magnæ curiæ Vicariæ, quo cap. diſponitur ꝙ allegato iudice ſuſpecto, cauſæ ſuſpitio intimatur logothetæ mag. & prothonotario Regni, & in ciuitatibus, & locis Regni epiſcopo diœceſano, ſiue eius vicario: qui debent in dicta ſuſpitione procedere prout ibi ſerioſe ponitur, quæ-
1 ro abs te † ſi ſuſpitio propoſita iudici eſt notoria, nunquid debeat ſeruari diſpoſitio dicti c. Regni, vel ſi ſit notorie friuola: vel notorie falſa? Tu diceres ꝙ ſic, nam illud cap. videtur tradere formam, a qua non licet diſcedere cap. cum dilecta. de reſcrip. cap. ſine exceptione. xij. quæſtio. ſecunda l. diligenter. ff. man. Tene contrarium, ita eleganter domi. Abba. poſt Ioan. Andrę. in cap. accedens. id eſt extra vt lite non conteſta. vbi dicit nõ eſſe eundum ad arbitros, quando allegatur notoria ſuſpitio: facit quod no. Lap. alleg. i. dicens non eſſe opus arbitris, quando allegatur ſuſpitio notorie friuola: vel notorie falſa, quæ duo ſunt vtilia ad practicam cap. legitimã. de appella. in vj. ſecundum Felyn. qui prædicta refert, & ſequitur in d. c. accedens. in primo in ij. colum. verſus finem ibi inquantum Abba. Et tu nota eſſe vtilia ad practicam dicto c. Item ſi contingat alias principis circunſpecta prouiſio. Nam ex quo illud cap. Regni innuit diſpoſitioni iuris canonici, vt ibi dicitur logotheta, vel diœceſanus ſuccedit loco arbitrorum de quibus in dicto cap. legitima. de quibus habetur etiam in cap. ſuſpitionis. de offi. deleg. & in cap. ab arbitris eo. titu. lib. vj. Quando ergo ſuſpitio eſt notoria iudex ſtatim tenetur illam admittere: & non expectare prouiſionem diœceſani, vel logothetæ, ſiue prothonotarij. Si vero eſt notorie friuola, vel notorie falſa: & tũc procedat in cauſa ſine añ, et hoc no. ad intellectum dicti c. Regni in actu practico.

1 *Creditor, cui eſt a debitore ſatisfactũ in præſentia teſtium an poſsit cogi facere inſtrumentum quietationis debitori?*

77 Debebam tibi aliquam pecuniarũ quãtitatem: perſolui tibi illã in præſentia multorum teſtium, vellem habere abs te inſtrumentum ſolutionis, & quietationis, & ſic probationem paratam. tu denegas, quæro
1 abs te, nunquid bene dicas? Tu diceres † ꝙ ſic, nam tu non inficiaris ſolutionem: & dices præterea me habere teſtes ſolutionis: Tene contrarium, nam teneris mihi facere inſtrumentum ſolutionis, & quietationis, tex. eſt: quem Saly. reputat ad hoc ſingu. in l. eum, a quo. C. de ſolu. cui adde Paul. de Caſt. in conſi. primo imo dico aliud: quod ſi fuiſſet redditum inſtrumentum debiti, vel laceratum, vel inciſum: vt communiter hodie ſit ipſi debitori, adhuc poteſt ipſe debitor petere quietationem a creditore: & ſidem pecuniæ dictum eſt Bald. in l. huiuſmodi. §. ſi ita in fin. ff. de leg. j. alle. l. pecuniæ. C. de ſolu. & l. diſſolute. C. de condi. ſine cau. vide Felyn. in c. accedens primo in ij. colũ. extra vt lite non conte. vbi multa pulchra congerit ſpectantia ad iſtam materiã quotidianam.

1 *Teſtis partis conſanguineus, ſi interrogatus reſponderit parti non attinere, an ob hoc teneatur pœna falſi, & ea vna cũ producente poſsit puniri?*

78 Intendo tibi commentare regiam nouellam pragmaticam incip. teſtem falſum ſub rubrica de teſti. falſ. non produ. quæ imponit falſos teſtes producenti, & ipſis teſtibus falſis pœnam, de qua ibi. ego quæro abs te
1 † teſtis productus in cauſa deponit vere, interrogatus an attineat in aliquo parti eum producenti, reſpondet, ꝙ non, reperitur, quod imo eſt conſanguineus partis. quæritur nunquid poſsit habere locum pœna, de qua ibi? Diceres ꝙ ſic: nam probatum eſt teſtem commiſiſſe mendatium: Tene contrarium: & dicas, ꝙ non poteſt puniri de falſo criminaliter: ſed bene extra ordinem arbitrio iudicis, ita ſing. dixit Iaco. Butr. in l. Lutius. ff. de infami. refert Bar. in l. ſi ex falſis in ij. lectura, & ibi Iaſo. in iij. colum. circa fi. C. de tranſa. Et ſimiliter tenet Angel. in d. l. Lutius: vbi multum commendat, & reputat no. dignum, & in conſi. cxciiij. quod incipit: viſis proceſsibus in ij. colum. & ſic teſtis, qui non dixit falſum in principali: non poterit puniri de falſo in terminis dictæ pragmaticæ: neque eũ producens: quod no.

1 *Syndicatus instrumentum debet continere nomina omnium creantium ſyndicum, alias non valet maxime in arduis.*
2 *Criminalis cauſa eſt ardua, & in ea procurator non admittitur nec de ea fieri poteſt compromiſſum, niſi in certis caſibus.*

79 Circa Regni conſtitutionem, quæ incipit generalia iura cõcedentes ſub rubrica, vt vniuerſitas accuſata, per quam vniuerſitas accuſata in criminalibus & capitalibus poteſt per procuratorem comparere, per rationẽ de qua ibi, ego quæro, pone ꝙ vniuerſitas ſit citata, comparet per procuratorem, vel ſindicum, & in inſtrumento ſindicatus non ſunt appoſita oĩa nomina creantium iſtum ſindicum, ſed multis, &c. multis nominatis ſubijcitur in inſtrumento, & omnes alij, qui faciunt maiorem partem, nun-
2 quid † talis conſtitutio & creatio talis ſindicatus valeat & teneat? Dicas ꝙ non, ita ſingul. inquit Specul. in titu. de ſindi. §. j. & Bal. in l. j. ff. de magi. cõue. ratio quia in cauſis arduis debet magis deliberate procedi, refert & ſequitur do. Iaſo. in l. placet. in iij. colum. ibi ad iſta etiam facit C. de ſacroſanctis eccleſ. quod no. ad dictam conſtitutio-
3 nem, & non dubium quin † cauſa criminalis & capitalis ſit non ſolum ardua, ſed arduiſsima, quod patet, quia in ea non conſtituitur procurator l. penulti. §. ad crimen. ff. de publi. iudi. de ea non poteſt fieri cõpromiſſum, vt in l. nõ diſtinguemus. §. Iulianus. iuncta glo. in verſic. famoſa. ff de arbi. in ea non poteſt etiam fieri tranſactio, vt dicit dicta glo. in verſi. famoſo. in fi. niſi in caſibus, qui habentur, in l. tranſigere. C. de tranſa.

1 *Banniendus de proximo an poſsit offendi impune, ſicut iam bannitus?*

80 Volo tibi tradere vnam ampliationẽ ad conſtitutionem Regni pœnam horum de forbannitis & foriudicatis, de qua ſupra, in xxxvij. ſingu. & lxxj. fecimus mentionem, per illam enim conſtitutionem bannitus & foriudicatus poteſt impune interfici, Pone, ꝙ nondum eſt foriudicatus, ſed eſt de proximo foriudicãdus, puta quia iam inſtat lapſus anni, in quo debet foriudicari, vel iam eſt in totum elapſus, & expectatur ſola for-
1 iudicatio, nunquid poſsit † impune offendi ex forma dictæ conſtitutionis? Tu diceres, ꝙ non, niſi præceſſerit prius foriudicatio, Tene contrarium ita no. Pau. de Ca. in l. iij. §. ſi ſeruus. ff. de acquir. poſſ. vbi no. inquit ꝙ de proximo banniendus, licet nondum ſit bannitus, poteſt impune offendi, refert, & ſequitur do. Iaſ. in authen. ſi qua mulier. in vj. colum. C. de ſacroſan. eccleſ. nam de proximo foriudicandus habetur pro foriudicato, quod not. in actu practico ad materiam dictæ conſtitutionis, quia hic caſus poſſet quotidie occurrere in facto, & adde Cæpol. in conſi. vj. in iiij. col. in fi.

1 *Fideiuſſor detentus pro debito principalis, an poſsit antequam ſoluat agere contra principalem?*

81 Quotidie occurrit iſte caſus de facto. Titius fideiubet pro Sempronio in aliquo inſtrumento cum clauſulis ſolis & conſuetis, & maxime illa, ſcilicet de primo & principali cõueniendo in aliqua pecuniarũ quantitate certo tempore ſoluenda, In tempore præfixo non fit ſatisfactio, creditor agit cõtra Titium fideiuſſorem, qui retinetur in curia de perſona vigore inſtrumenti liquidi & iurati. Titius antequam ſoluat ſic detentus vellet agere contra Sempronitũ prin-
1 cipalem, quæritur † nunquid poſsit? Quilibet diceret ꝙ non, In contrarium eſt veri-

tas per illam regulam quæ ſe habet, quod potētia propinqua actui habetur pro actu, vt no. Bal. in l. penul. ff. de teſt. m. mili. & in caſu propoſito, ita in ſpecie decidit idem Bal. in l. ſi pro ea. in vj. q. C. manda. vbi dicit, quod ſicut fideiuſſor condemnatus poteſt agere contra principalem debitorem, ita quando euidenter apparet, quod de breui eſt condemnandus, quod no. & facit ad id, quod diximus in præcedenti ſingulari.

1 *Procurator in cauſa criminali interuenire non poteſt, hoc tamen non habet locum in vno articulo ad media cauſæ.*

82 Clara eſt illa concluſio & vulgata, in iure tam canonico quam ciuili, quæ ſe habet,
1 ꝙ in cauſa † criminali non poteſt interuenire procurator l. penul. §. ad crimen ff. de publi. iudic. c. veniens. extra de accuſa. Sed hoc non habet locum in vno articulo ad media cauſæ, puta ad videndum iurare teſtem, item ad iurandum de calumnia, vt refert & ſequitur ac exemplificat do. Fely. in c. meminimus. in iiij. & v. col. extra de accuſa. ſed in Regno non etiam ad vnum articulum ad media cauſæ ritus eſt ſingu. magnæ curiæ Vicariæ incip. item quod in cauſis criminalibus, manda memoriæ in practica, tam quando eris aduocatus, quā quando eris iudex.

1 *Arbitri ſententia lata contra ius litigatoris an valeat?*

83 Supra in xxxviij. liiij. lxv. & lxx. ſingulari meminimus regiæ nouellæ pragmaticæ. odia litium, per quam arbitri inter conſanguineos & affines procedunt de iure, & de facto in procedendo, & de iure tantum
1 in ſententiando, Pone ꝙ arbitri † dixerūt, ſententiam contra ius litigatoris, nunquid valeat? Tene ꝙ non, dictum eſt ſolēne Barto. in l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbit. qa exceſſerunt formam compromiſſi, & dictę regiæ pragmaticæ, quæ voluit, vt ſententiarent de iure contra. l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de arbi. et de hoc Bar. exclamat. Cum ergo de iure communi, & ex dicta pragmatica ſit, ꝙ arbitri non pronuntient iniuſte d. §. ſtari, cum gloſ. patet, ꝙ expreſſio eius quod inerat inducit formam, & licet hoc dictum Bar. multipliciter impugnetur a multis, quos refert do. Felyn. in c. cauſam quę. in iiij. colum. ibi vbi latt fortiter extra de re iudicā. vbi inter alios alleg. Rapha. in l. j. C. de arbi. dicētem quod in ſcholis tenuit contra Bar. quia expreſſio eorū, quæ inſunt nihil operatur. l. non recte. C. de fideiuſſo. Tamen idem do. Felyn. in d. c. ſequendo Bar. & reſpondendo motiuis cōtra eum factis adducit Rapha. in præallega. l. j. finaliter dicentem, ꝙ obtinere in practica contra Bar. eſſet difficile, attento etiam, ꝙ Ang. eum ſequitur in d. l. j. Quare tene cum Bar. ꝙ talis ſententia non valeat, neque teneat, quod no. ad materiam dictæ pragmaticæ, quia quotidie occurrit.

1 *Citatio partium ad audiendum ſentētiam, an requiratur quando arbitri pronuntiāt vltima die compromiſſi, intantum, vt eius ommiſſio ſententiam vitiet?*

84 Hic non incongrue & illud annectendū duximus ad materiam pragmaticæ, de qua in præcedenti ſingul. in iſta enim pragmatica inter alia habetur, quod arbitri debent cauſam ipſam infra duos menſes per ſententiam terminare, & hoc quando ſunt cōcordes, ſi vero nō debent vltima die vel prius elegiſſe tertium, qui cum dictis arbitris infra menſem cauſam expediat, quæro abs
1 te † ſi dicti arbitri pronuntiant vltima die dictorum menſium, nunquid requiratur citatio, intantum, vt ea obmiſſa, reddatur ſententia nulla? Tu diceres, quod ſic per glo. j. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offi. proconſul. imo fortius ſi iudex feciſſet citari partem ad audiendum ſententiam, & antequam nūtius faceret relationem, ferret ſententiam, eſſet nulla, ſecundum Bar. in l. hæc autem. §. j. cum multis cōcor. ff. ex quibus cau. in poſſ. ea. In contrarium eſt veritas in caſu propoſito, Nam non requiritur citatio partis, quando arbitri pronuntiant vltimo die dictorum menſium, dictum eſt ſing. Bal. in authen. ei qui. C. de temp. appel. & in c. j. in titu. quo tempo. mil. refert & ſequitur do. Iaſ. in d. §. vbi decretum. in vj. colum. verſus finem ibi tertio principaliter limita, quod not. ad dictam pragmaticam, quia alias habui in facto, & feci hoc ſeruari ab arbitris.

1 *Vindicta marito competens contra vxorem adulteram, an poſſit alteri cedi?*

85 Per cōſtitutionem Regni, ſi maritus, ſub

rubrica de pęna vxoris in adulterio depre henſæ, permiſſa eſt vindicta ipſi marito, vt in ipſo actu deprehenſionis interficiat vxorem & adulterum, qualiſcunq; ſit adulter, & in quo vis loco deprehendatur adulter, licet aliud videatur inducere ius ciuile Romanorum, vt proſequitur ibi gl. vni. in ver. maritus, vbi ponit, quantum differt circa iſtam materiam ius ciuile Romanorum ab
1 illa conſtitutione, quæro abs te † in terminis dictæ conſtitutionis, nunquid talis vindicta poſſit alteri cedi per ipſum maritum? Tu diceres ſic, per regulam illam, quę ſe habet, poteſt facere quis per alium quod poteſt per ſeipſum, regula poteſt de regul. iur. in vj. Tene contrarium, ita notabiliter vult Bald. in c. fin. in ij. colum. verſus finem ibi, nam ſi quis poteſt ſua authoritate vindicare extra de iuramen. calum. vbi dixit, ſi aliquis ex forma ſtatuti poteſt ſe propria authoritate vindicare, quamuis poſſit ſecum adhibere ſocios, & complices, ſine quibus nō poſſet veriſimiliter tute peragere tale factum, quia cū conceditur aliquid, videtur etiam concedi cum familiaribus et amicis, ſine quibus id eſſe non poteſt, vt eſt tex. no. in l. ſi ſtipulatus fuero per te nō fieri, ff. de verbo. obli. nihilominus talis facultas vindicandi non poteſt alteri cedi. gl. eſt ſolennis in l. cum fundum. ff. de vi & vi armata, ſecundum Bal. in prælleg. loco, & do. Iaſo. dicit in l. ij. in j. col. in fin. ff. de iuriſdi. om. iudi. & illa glo. eſt reputata ſing. not. & manda memoriæ ad intellectum dictæ conſtitutionis regni.

1 *Clericus debitor & ſuſpectus de fuga, an poſſit capi mandato iudicis ſecularis?*

86 Habebam clericum debitorem meum, qui erat ſuſpectus de fuga, cum debuiſſem accedere ad iudicem eccleſiaſticum, qui tunc temporis erat in iſta ciuitate, vt eius authoritate caperetur dictus clericus debitor, acceſsi ad iudicem ſecularem, cuius au
1 thoritate captus eſt, quæro abs te † nunqd bene fecerim? Tu diceres ſic, nam clericum debitorē ſuſpectum de fuga poteſt capere iudex ſecularis, & valet captura, quia periculum erat in mora, imo egomet creditor ſecularis ꝓpria authoritate potuiſſem illum capere, vt concludit Abb. in c. cū nō ab homine. in iij. & iiij. col. de iudic. & ante eum Bal. ibidem in iij. colum. licet ipſe nō referat, & idem Bald. in c. dilectis. in v. colum. de appel. In contrarium eſt veritas in caſu propoſito, in quo quamuis eſſet periculum in mora, tamen poterat capi & detineri per iudicem eccleſiaſticum, & nō debui eum capi facere per iudicem ſecularem, q in caſu periculi tantum, & in defectum iudicis competentis hoc poteſt, immo quia ſciēs feci eum capi per iudicem ſecularem, & incompetentem, debeo in pœnam amittere ius crediti mei, ita ſingul. tenet Bald. in c. cauſam matrimonij. in fi. ibi extra not. de offi. deleg. alle. hoc voluiſſe. Cy. in l. fin. §. ſi fenerator. ff. quod metus cau. accedat l. extat. ff. quod metus cau. quod no. in actu practico, quia ſæpe ſolet accidere.

1 *Compromiſſum ſi fiat in duos arbitros quorum alter ſit clericus, & petatur poſtea laudum latum reduci ad arbitrium boni viri, quis debeat eſſe huius reclamationis iudex, an ſecularis, vel eccleſiaſticus?*

87 Sæpe contingit in patria mea compromitti in me ſolum, vel in me & alium, qui eſt ſecularis aliquam cauſam, vel ex cōpromiſſo neceſſario inter coniunctos ex forma regiæ pragmaticæ, de qua totiens in præcedentibus ſingularibus fecimus mētionem, vel ex compromiſſo voluntario, non curo, petitur reduci laudum noſtrum ad arbitriū boni viri, uel alias ab illo reclamatur iuxta regiam nouellam pragmaticam incip. Et ſi aliqua partium, ſub rubrica de reclamatione laudi, ſiue ſententiæ arbitrorum, ego q.
1 ro abs te, quis † erit iſte iudex reclamationis? dicas, erit iudex eccleſiaſticus meus, ex quo ego ſum clericus, & nō iudex ſecularis ſecundum Bald. & Salyc. in l. præcipimus C. de appella. & late Pet. de Ancha. in ſua diſputatione incip. cum. c. laicus, in ij. dub. Ludo. Roma. in conſil. cclxv. incip. in caſu propoſito aduertendum, & tenet Bal. expreſſe in rubrica de appella. extra in ij. colum. ſi iudex eccleſiaſticus et ſecularis ſimul iudicarunt in certa cauſa, appellari debet ad ſuperiorem iudicis eccleſiaſtici tanquam digniorem alleg. d. l. præcipimus, in penulti. reſpon. ar. ff. quemadmodū ſerui, amit. l. ſi communem. quod not. in practica ad intellectum maxime dictæ regiæ pragmaticæ.

1 *Feudatarius ceſſans in ſolutione annuæ penſionis per triennium, an feudo priuari debeat?*

88 Habebam feudum a Titio, pro quo ſol-
uebam ei annuam pẽſionem aureorum cx.
deſtiti per biennium vel triennium a ſolu-
1 tione, nunquid † poſsim propterea feudo
priuari? Tu diceres ꝙ non, per id, quod te
net Bal. in c. duobus. in iiij. col. extra de re
iudic. vbi dicit ꝙ ſi feudatarius non ſoluit
penſionem per biennium, non poteſt priua
ri feudo, quod in vſibus feudorum non eſt
hoc expreſſum, & ideo dicit ibi tene men-
ti, quia ſæpe fui interrogatus. Tene contra-
rium, & inquantum dicit ꝙ non eſt expreſ-
ſum hoc in vſibus feud. imo expreſſum eſt
in c. j. in verſicu. ſed nec eſt alia iuſtior cau
ſa, quæ ſit prima cau. benefic. amit. cui text.
non reſponderet nec Apollo, nec Chriſtus,
vt atteſtatur ipſe idem Bal. in c. quæ in ec-
cleſiarum. in iiij. colum. in prin. de conſtitu.
alleg. ſingu. dictum Innocen. in capitulo ad
apoſtolicæ. de re iudic. in vj. pro quo dicto
Bald. in iiij. colum. in princip. alleg. tex. vni
cum in præalleg. c. primo, verſi. ſed nec eſt
alias iuſtior cauſa.

1 *Delegatus a ſuperiore ad vnam cauſam ſpe
cialiter ſi decedat, an ordinarius poſsit il-
lam cauſam in ſe aſſumere, & de ea co-
gnoſcere?*

2 *Cauſa ſemel cõmiſſa in Curia Romana, nõ
exibit de Curia, niſi Papa deleget, vel re-
mittat ad ordinarium.*

89 In materia delegationis volo tibi addu-
cere vnam pulchram deciſionem, Prætor
huius terræ cognoſcit de omnibus cauſis iu
re ordinario, ex iſtis cauſis baro commit-
tit aliquam ſpecialiter alicui iudici delega
to, procedit iſte delegatus in cauſa, & ante-
quam eam expediat, ab hac vita decedit,
1 quæro abs te † nunquid poſsit de hac cau-
ſa cognoſcere, & ſe in ea modo aliquo in-
tromittere? Tu diceres ꝙ ſic, quia a princi
pio poterat iure ordinario, ſic cauſa illa a
principio non fuiſſet iudici delegato com-
miſſa. Et cito res reuertitur ad naturã ſuã.
Præterea ceſſante illo iudice, debet ceſſare
illa cognitio arg. c. cum ceſſante. de appella
tio. & c. cum infirmitas, de pœniten. & re-
miſ. Præterea cognitio illius cauſæ reman-
ſit in habitu pœnes ipſum prætorem, & fuit
transfuſa actu in illum iudicem, quo ceſſan
te, ille habitus eſt tantæ potentiæ, vt reduca
tur ad actum argumen. eorum, quæ in ſimi-
li dicit Abb. in c. nouit. de iudi. Tene con-
trarium, nam per mortem delegati non po-
terit prætor amplius in ſe illam cauſam aſ-
ſumere, et de ea cognoſcere, ſed ſolus baro,
quia ſemel delegando dicitur traxiſſe cau-
ſam ad ſe, & exemiſſe a prætore, ita ſingul.
Bal. in l. ſi vt proponis. in penul. colum. poſt
Archidi. per eum alle. C. quomodo & quan
2 do iudex, vbi infert, ꝙ cauſa ſemel † com-
miſſa in Curia Romana nõ exibit de Cu-
ria, niſi Papa deleget, vel remittat ad ordi
nariũ, & idem tenet Salyce. ibi, idem tenet
Imo. in l. ſi expreſsim. ff. de appella. Pet. de
Ancha. in conſi. lvij. incip. circunſcriptis li-
teris Cancellariæ, refert & ſequitur domi.
Iaſ. in l. more maiorum. in xviij. col. verſus
finem, quod dicit eſſe notandum perpetuo.
ff. de iuriſdi. omni. iudi.

1 *Filiæ fœminæ ab inteſtato ſuccedere prohi-
bitæ, an ſuccedere poſsint ſi pater fecerit te
ſtamentum, in quo dixerit, inſtituo filios
meos hæredes vniuerſales, et particulares?*

90 No. vnum pulchrum dictum ad materiã
conſtitutionis Regni in aliquibus de ſuc-
ceſ. ſi. Comi. vel Baro. de qua ſæpe in ſupe-
rioribus ſingul. fecimus mentionem habes
enim per illam, ꝙ extantibus maſculis filiæ
fœminæ non ſuccedant, ſed maritentur de
paragio, & illa conſtitutio loquitur patre
duntaxat ab inteſtato decedẽte, ſecus ſi ex
teſtamento. Nam ex teſtamento poſſet iam
maſculos quam fœminas inſtituere ſecun-
dum omnes ibi. modo ſtante dicta regni cõ
ſtitutione, teſtator, qui habebat filios ma-
ſculos, & fœminas fecit ſibi teſtamentum,
& in eo ſic dixit, ego inſtituo filios meos hæ
redes vniuerſales, & particulares &c. quæ-
ro, nunquid filiæ fœminæ excludantur? Tu
diceres, ꝙ non, nam illa conſtitutio, vt di-
ctum eſt, non loquitur, niſi quando pater
decedit ab inteſtato, ſed hic deceſsit ex te-
ſtamento, & inſtituit filios, & appellatione
filiorum veniunt tam maſculi quam fœmi-
næ l. ſi ita ſcriptum. ff. de lega. ij. & l. ſi quis
ita. ff. de teſta. tute. & maxime quia iſtæ fœ-
minæ habent concurſum iuris communis,
vt in l. maximum vitium. C. de libe. præte.
Tene contrarium, & dic, ꝙ non intelligun
1 tur inſtitutæ ipſæ filiæ fœminæ, † ſed tãtum
maſculi, quia in dubio teſtator videtur te-
ſtari ſecundum ius conſtitutionis, ita tenet
Pet. de Anchara. poſt Bald. in l. tres fratres.
ff. de pact. ſequitur ſimpliciter domi. Alex.
in l. Gallus. §. j. ad fin. ff. de liber. & poſthu.

& in conſ.cxxvij.incip.viſo teſtamento dicti Ioannis,idem tenet Pau.de Caſt.in conſi.lxxix.incip.caſus iſte frequenter contigit in ij.colum. refert & ſequitur Iom.Iaſ. in l.ſi quis id quod, in iiij.colum.in fi.ff.de iuriſdi.omni.iudic.quod no.in actu practico, & manda memoriæ ad intellectum dictæ conſtitutionis in aliquibus.

1 *Ruſtici an excuſentur a præſumpta fraude vſurarum, in contrahendo, vel etiam in vendendo, vel emendo merces ante tẽpus?*

91 Quotidie fiunt contractus per iſtos ruſticos, qui licet veri vſurarij non appareant, habent tamen in ſe præſumptam fraudem vſurarum, & de eis quotidie impetuntur per iudices ſubmittentes accuſatores, vt ſic extinguant ardorem ſitis, quem habent ad bona eorundem ruſticorum, cum contra illos ſit prodita pęna publicationis omnium bonorum per conſtitutionem regni vſurariorum, ſub rubrica de vſurarijs puniendis alias eſt de eodem, quæro abs te, quia vt dixi, iſti contractus non apparent vere vſurarij, ſed habent aliquam præſumptam fraudem vſurarum, puta quia eſt facta venditio fundi cum pacto de reuendendo, & interuenit modicitas pretij, quo caſu præſumitur fœneratitius cõtractus iuxta materiam c.ad noſtram. de emptio.& venditio.& in cap.illo vos.de pignor. Nũquid iſti ruſtici
1 excuſantur† ab iſta præſumpta fraude vſurarum, & eodem modo in vendendis, vel emendis mercibus ante tempus iuxta materiam, cap.in ciuitate, cum alijs ſimil.extra de vſu? Dicas, ꝗ excuſantur ab iſta pręſumpta fraude vſurarum propter ignorantiam iuris, gloſ.eſt in l.cum allegas, & ibi Bald.in quarta oppoſi.C.de vſu.per quam gloſ. infert ibi vtiliter Fulgo. ꝗ ſi ruſticus emat fundum cum pacto de retrouendendo, non cenſebitur contractus vſurarius, quod valde no.pro limitatione eorum, quę habentur in dicto capitulo ad noſtram, & in dicto capitulo illo vos,& tu no.ad materiam dictæ conſtitutionis vſurariorum in contingentia facti.

1 *Condemnatus pecuniariter an poſſit perſonaliter detineri?*

2 *Pœna pecuniaria ſi veniat tantum imponenda reus non eſt a iudice carcerandus, ſi velit idonee ſatiſdare, alias iudex tenetur in ſyndicatu actione iniuriarum.*

92 Habeo nunc in facto iſtum caſum, Titius fuit condemnatus iniuriarum ad certam pecuniæ quantitatem, & præſuppoſito, ꝗ talis ſententia valeat, quæro ſi poterit
1 detineri † de perſona, maxime in Regno, attento, quia ipſe ſic condemnatus, detinetur de perſona? Dicas ꝗ non poteſt detineri, & iudex eum detinens tenetur in ſindicatu per querelam tamen iniuriarum per l.ſi vero.§.qui pro rei, ibi no.eſt ſine iniuria.ff.qui ſatiſda. cogan. ſecundum Angel. & Fulgo.ibi.& Barto.& Angel.in l.j.ff.ſi quis in ius voca.non ier.& Bartol.& doct. in dicto.§.ſi pro rei. contra iudices qui tenent aliquem in carceribus, qui vult ſatiſ-
2 dare idonee. Nam tenentur † in ſindicatu pro iniuria, & in cauſis criminalibus, vbi pœna pecuniaria venit imponenda l.j.ij.& iij.ff.de cuſto.reo. Immo dico ꝗ in Regno, ex quo ipſe poſſidet, & venit imponenda pœna pecuniaria, non poteſt capi de perſona, ſingul.eſt deciſio in Regno in capitulo ſtatuimus ſub rubrica, vt nullus officialis capiat aliquem de perſona, & hoc intellige, quando vellet idonee cauere, vt ibi, & in caſu noſtro fuit oblata fideiuſsio, & non admiſſa, igitur &c. No.pro tempore ſindicatus contra iudicem.

1 *Confeſſus extraiudicialiter delictum, ſi poſtea in tormentis iterum cõſiteatur, ſed ad banchum confeſsionem non ratiſicet, an poſſit ex tali confeſsione damnari?*

93 Volo tibi adducere vnum pulchrum in materia torturæ. Aliquis extra iudicialiter confeſſus eſt ſe interfeciſſe Titium, vocatus ad iudicium ſubijcitur quæſtionibus, quoniam illa extraiudicialis confeſsio facit indicium ſufficiens ad torturam.glo.in l.ictus fuſtium.ff.de his qui notan.infam.& in l.capite quinto,& ibi Barto.ff.de adulte. Barto.in l fina.ff.de quæſtionibus cum ſimilibus. Cõfitetur in tormentis, tamen non ra-
1 tificat ad banchum iuris, nunquid talis† cõfeſsio ſufficiat ad condemnandum? Tu diceres, ꝗ non, per l.j.§.ſi quis vltro.cum ſimilibus ff.de quæſtionib. In contrarium eſt veritas, gl.eſt ſingula.in dicta l.capite quinto, dicens ſingul. ꝗ confeſsio extraiudicialis facit, ꝗ confeſsio, poſtea facta in tormẽ-

tis abſq; alia ratificatione ſufficiat ad condemnandum, refert & ſequitur domi. Iaſo. in l magiſtratibus. in ſecūda colum. in princip. ff. de iuriſdi. omni. iudi. quod no. pro iudice torquente, & condemnante, quando impeteretur in ſindicatu.

1 *Confeſsio extraiudicialis de crimine, an poſſit reuocari abſque eo quòd doceatur de errore, ad hoc, vt tortura euitetur?*

94 In caſu propoſito in præcedenti ſingul. ſubijcio aliam quæſtionē ad materiam tor-
1 turæ, nunquid illa † extraiudicialis confeſ-
ſio poſsit reuocari ſine eo, quod doceatur
de errore, vel ſi fuit facta coram iudice in-
competenti? Dicas ꝙ ſic, ita ſingula. Bald.
in l prima, in penultima colum. C. de con-
feſſ. vbi dicit, ſit cautus aduocatus, ꝙ faciat
illum reuocare talem confeſsionem, quam
poteſt reuocare etiam non docto aliter de
errore cum ſit confeſsio nudi facti iuxta l.
error cum materia, C. de iuris & fact. igno-
ran. refert & ſequitur domi. Iaſo. in l. magi-
ſtratibus in ij. col. ff. de iuriſdi. omni. iudic.
vbi dicit, no. perpetuo, quia ita poſſes eua-
dere amicum a tortura, & facit ad id, quod
diximus ſupra in primo ſingul. & hoc man
da memoriæ perpetuo.

1 *Reconuentio an habeat locum coram arbitris neceſſarijs?*

95 Ex quo per regiam nouellam pragmati
cam, odia litium, coguntur affines, & con-
ſanguinei cauſas adinuicem vertentes com
promittere in duos coniunctos, vel commu
nes amicos, quæro abs te, nunquid coram
1 † iſtis arbitris ſic per partes electis habeat
locum reconuentio? Tu diceres ꝙ ſic, nam
quādo fit compromiſſum ex neceſsitate ſta
tuti cogūtur affines compromittere, vt per
Bar. in l. ſi. C. de iud. & in proœm. C. & in l.
ſi quis maior, C. de tranſa. coram eis habet
locum recōuentio, & eſt noua & peregrina
limitatio ad cap. cum dilectus de arbi. pro-
ut eam not. ibi domi. Abba. in iij. colum. in
princi. ibi, ſed quæro nunquid iſte tex. fun-
damentum eſt iſtud, quia iſti arbitri dicun
tur arbitri iuris, coram quibus habet locū
reconuentio, vt per Abba. ibi ponentē duo
exempla reconuentionis. In cōtrarium eſt
veritas, nam licet hoc caſu partes cogantur
compromittere ex forma dictæ pragmati-
cæ: tamen cum poſtea in eligendo illos arbitros coniunctos, vel communes amicos interueniat conſenſus vtriuſque partis: imputari debet reo, ſi non adiecit in compromiſſo facultatem reconueniendi, ita eleganter concludit domi. Iaſo. in l. eſt receptum in penulti. colum. in fin. ff. de iuriſdi. omn. iudi quod no. in ad intellectum dictę pragmaticæ, quia quotidie occurrit.

1 *Teſti ad teſtificandum citato, & contumaci, an poſsit imponi pœna confiſcationis bonorum?*

96 Eſt citatus aliquis teſtis ad perhiben-
dum teſtimonium veritatis, eſt contumax
1 non vult comparere, nunquid † propter hu
iuſmodi contumaciam poſsit iudex impo-
nere illi pœnam confiſcationis bonorum.
Dicas ꝙ ſic, dictum eſt ſingu. Bal. in c. ij. per
illum tex. de teſti. cog. quod ibi Bald. repu-
tat no. dignum.

1 *Socius interfecti an poſsit teſtificari contra interfectorem.*

97 Quotidie poteſt iſte caſus de facto oc-
curere: Titius & Sempronius ambulabant
inſimul per quoddam iter: fuit inſultatus di
ctus Sempronius & interfectus per quen-
dam, adducitur in teſtem dictus Titius,
1 quæro an † poſsit teſtificari contra homici-
dam pro eo, qui fuit interfectus? Dicas ꝙ
non, quia etiam ſibi iniuria facta videtur,
vt no. glo. ſing in l. item apud Labeonem.
§. tenetur ff. de iniur. & ideo non debet ſi-
bi credi tanquam in cauſa ſua propria, ita
conſuluit Bartholom. Veroneſ. in conſilio
xxxij. incip. in Chriſti nomine: Quidam ru
ſtici vicentini in iij. colum. vbi refert ita
conſuluiſſe, ſingu. excellentiſsimum Docto
rem domi. Argentinum filium Rayneri de
Forliuio, qui dicit, ꝙ ita vidit ſeruari de fa
cto, quod no. quia ſæpe occurrit.

1 *Tortura an elidat plenam probationem delicti, ſi reo data fuerit ſine vlla proteſtatione, & is fuerit conſtans?*

98 De facto etiam ſolet ſæpe contingere,
inquiritur Titius de homicidio, quod eſt
plene probatum: ponitur ad torturam, non
obſtante huiuſmodi plena probatione: nul-

la proteſtatione facta per iudicem, ꝙ non torquet eum ſuper probatis, vel vt nõ poſſit appellari a ſententia condemnatoria, a qua alias potuiſſet appellare l. non tantum ff. de appella. non recip. & in l. prima. in fin. C. de iuramen. calum. perſeuerat: eſtq; con-
1 ſtans in tormẽtis, quæro an illa plena † pro-
batio elidatur per torturam? Dicas ꝙ ſic. ita in indiuiduo tenuit Alber. de Roſa. in l. edictum. ff. de quæſtio. ita etiam vult Ange. de Are. optimus practicus i materia maleſiciorum in verſicu. comparent dicti inquiſiti, & negauerunt totum, refert, & ſequitur conſulendo Bartholo. Veronẽ. in conſilio ſuo xxxij. incipien. In Chriſti nomine quidam ruſtici vicentini in iiij. colum. vbi dicit. ꝙ ita vidit ſeruari alias Veronæ, quod not.

1 *Torqueri qui non poſſunt, terreri tamen poſſunt.*

99 In Regno ſpeciales & certi caſus ſunt, in quibus habet locum tortura, de quibus habes c. Regni. incip. tormentis ſub rubri-
1 ca de tormentis, quæro abs te † nunquid
extra illos caſus poſsit iudex terrere inquiſitos, ſi non torqueat? Dicas ꝙ ſic, quia vultus iudicis in talibus debet apparere terribilis, vt in authenti. de manda. princip. §. talem vero. ſecundum Bald. qui ita not. dixit in l. obſeruare. ante finem primæ colum. C. quorum appella. non recip. refert & ſequitur conſulendo Bartholomę. Veronen. in conſi. ſuo xl. in nona colum. in princi. quod no. ad excuſationem iudicum & aſſeſſorum terrentium in ſindicatu impetitorum, qui terruerunt extra caſus dicti c. Regni. & ad intellectum. c. eiuſdem.

1 *Falſos teſtes, vel plures ſcripturas falſas in cauſa producens, an pluries, quam ſemel ſit de falſo puniendus?*

100 Pro complemento iſtius tractatus, quia Deo authore hoc centeſimo ſingula. abſoluetur. Ego quæro abs te, ecce ꝙ nos habemus regiam nouellam pragmaticam incip. teſtem falſum ſub rubrica de falſis teſtibus
1 non producẽdis, &c. Pone ꝙ aliquis † pro-
duxit in cauſa plures teſtes falſos, vel plures ſcripturas falſas, nunquid pluries quam ſemel ſit condemnandus de falſo? Dicas quod non, ſed quod ſemel tantum, & vna pœna debet puniri argum. l. ſi falſos. C. de falſis, & hoc videtur dicere Bald. in l. quicunque. C. de ſerui. fugi. in quæſtione, quæ incip. idem facit ad quæſtionem, & eſt de mente Barto. in l. inficiando. §. infans ff. de fur. refert & ſequitur conſulendo Barthol. Veronen. in conſi. ſuo lxxviij. inci. in Chriſti nomine &c. Viſa inquiſitione formata contra Paulum in ij. colum. quod no. & mãda memoriæ ad intellectum dictæ regiæ pragmaticæ.

Finis tractatus ſingularium domini
Ioannis de Arnono.

R E G E S T V M.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ
RR SS TT VV XX YY ZZ AAA BBB.

Omnes ſunt quaterniones.

V E N E T I I S A P V D C O M I N V M
D E T R I D I N O M O N T I S F E R R A T I.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google